




[illegible]

~~[illegible]~~

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] comparatione [illegible]

[illegible]

[illegible]

~~Carminis [illegible]~~

~~Carm.~~ 233

Carminis Autho~~ris Horatij~~

Carminis ~~[illegible] Horatij Tutore~~ [illegible]

Carminis Authoris Horatij Tute Omne Relicto

Principia capitis deinde ligustra Carmen

nom

Liber Ric. Guido Fabula
Neapolis manu propr. sub die
23 Martij 1635

Item qui supra

molto margarita

Luca Virgo Castitatis ... margarita Marga

Maria ...

In cap

# INSTITVTIONES IVRIS CIVILIS D. IVSTINIANI IMP.

Cum Annotationibus SYLVESTRI ALDOBRANDINI Patris CLEMENTIS VIII. Pont. Max.

[illegible]

*NECNON ALIIS ANNOTATIONIBVS EIVSDEM Cornelij, ac Virgilij Caprioli I. C. Histoniensis illustratæ.*

[illegible]

*Hac omnium nouissima editione diligenter emendatæ, & quæ in alijs omissa fuerant ex veteribus codicibus fideliter insertis, in cupidæ legum iuuentutis gratiam, atque vtilitatem in publicum emissæ.*

[illegible]

*CVM PRIVILEGIIS.*








VENETIIS, APVD IVNTAS.

M DC XVIII.

# INDEX PER ALPHABETVM
## R V B R I C A R V M
## I N S T I T V T I O N V M.



a 2 Qui-

# INDEX RERVM ET VERBORVM,

## QVAE TOTO HOC OPERE CONTINENTVR.

Post pag.295. correctio numeri sequentium pagg. lectori remittitur.

Actio-

Et

Con-

Do-

ad

Exten-

Filius

Filij

Gra-

Hæres

Nec

Ius

Lega-

Lex

Et

Et

Mors

su-

Pro-

Sacrum

Et qua-

e Ser-

Tute-

Et

FON-

# FONTES IVRIS CIVILIS
## LEGES ROMVLI.

I.



NE Quid inaugurato faciunto.

II.

Patres sacra magistratusque soli pergunto, ineuntoque.

III.

Sacrorum omnium potestas sub regibus esto, sacra patres custodiũto.

IIII.

Plebeij agros colunto.

V.

Populus magistratus creanto leges sciscunto, bella decernunto.

VI.

Deorum fabulas ne credunto.

VII.

Deos peregrinos præter Faunum, ne colunto.

VIII.

Nocturnas in templo vigilias ne habento.

IX.

Ne quis præsentibus feminis obscæna verba facito.

X.

Quisque demissam ad talos togam in vrbe habeto.

XI.

Patricidas omnes capite puniunto.

XII.

Ne quis nisi per portas vrbem ingreditor, neue egreditor. Mœnia sacrosancta sunto.

XIII.

Mulier viro legitime coniuncta fortunarũ & sacrorum socia illi esto, vtque domus ille dominus, ita hæc domina.

XIIII.

Filia vti patri, ita defuncto viro hæres esto.

XV.

Adulterij conuictam vir & cognati, vt volent, necanto.

XVI.

Si vinum biberit, domi vt adulteram puniunto.

XVII.

Parentum libertos omne ius esto relegandi, vendendi, & occidendi.

XVIII.

Monstrosos partus sine fraude cedunto.



QVÆ-

# QVÆDAM DVODECIM TABVLARVM CAPITA,

## Ex antiquorum monimentis collecta.

I.

PRiuilegia nisi centuriatis comitijs ne irroganto.

II.

Qui sepem in confinio ponet, terminum excedito, qui murum, pedem derelinquito, qui domum, pedes duos, qui sepulchrum foueamve, quantum id profundum erit, qui puteum, passum, qui oliuam, ficumve, pedes nouem, qui denique aliàs arbores plantabit, quinque pedes ab alieno loco ponito. In controuersia de finibus, quinque pedum vsucapio nulla est.

III.

Eius arboris, quę in alienum agrum impenderet ramos quindecim pedes altius a terra, ius esto vicino.

IIII.

Viæ latitudo in porrectū, octo pedum esto, in anfractum, sedecim.

V.

Ne quis vnciario fœnore amplius exerceto.

VI.

Sodalibus, qui eiusdem collegij sunt, & ius coeundi habent potestas esto pactionis, quam volent inter se ineundæ, dum ne quid ex publica lege corrumpant.

VII.

In contractibus ea præstantor, quæ lingua nuncupata sunt.

VIII.

Venditæ, & traditæ res non aliter emptori acquiruntur, quā si is venditori pretium soluerit, vel alio modo satisfecerit.

IX.

Vsus & auctoritas fundi, biennium esto, ceterarum rerum vsus annuus esto.

X.

Aduersus hostem æterna auctoritas esto.

XI.

Rei furtiuæ æterna auctoritas esto.

XII.

Tignum iunctum ædibus vineæ suæ ne soluito, sed duplum cui iunxit dato.

XIII.

Glandem in alienum fundum decidentem colligere liberum esto.

XIIII.

Si in tuo alienum pecus pascatur, de pastu pecoris actio esto.

XV.

Si quadrupes pauperiem fecerit, ei cuius intererit, aduersus eum, qui dominus erit quadrupedis, actio noxalis esto.

XVI.

Patricij plebeijs coniugium ne contrahunto.

XVII.

In decem mensibus hominem gigni.

XVIII.

Parentibus liberos ter vendendi ius, atque potestas esto.

XIX.

Statuliberos venundari posse.

XX.

Vti quis legassit, super pecunia tutelave suę rei, ita ius esto.

XXI.

Parētibus tutorum liberis in potestate dandorum testamento ius esto.

XXII.

Quibus testamento tutor datus non est, agnati tutores legitimi sunto.

XXIII.

Si furiosus est, agnatorum gentiliumque in eo pecuniave eius potestas esto.

XXIIII.

Prodigo bonis interdicto esto, isque in curatione agnatorum esto.

XXV.

Suspecti tutoris iudicio esto.

XXVI.

Vti quis legassit suæ rei, ita ius esto.

XXVII.

Intestatorum hæreditates primo suorū hæredum, velint nolint, sunto, & in locum filiorum, nepotes ex ijs succedunto.

XXVIII.

His deficientibus agnatus proximus familiam habeto.

XXIX.

Intestato liberto mortuo primum sui succedunto, si hi non fuerint, patronus.

XXX.

Si pluribus hæreditas iure delata sit, atq; hi a communione discedere volent, familiæ erciscundæ iudicio inter eos res hæreditariæ diuiduntor.

XXXI.

Hominem mortuum in vrbe ne sepelito, neve vrito.

XXXII.

Rogum bustumve nouum propius sexaginta pedes ne adijcito ædes alienas, inuito domino.

XXXIII.

Hoc plus ne facito, rogum ascia ne polito.

Mu-

XXXIIII.

Mulieres genas ne radunto, neve tessum funeris ergo habento.

XXXV.

Homini mortuo ne ossa legito, quo post funus faciat.

XXXVI.

Qui coronam parit ipse pecunia ve eius, vir tutis ergo arguitor, ipsi mortuo patribusve eius, dum intus positus esse, forisve ferretur, sine fraude imposita esto.

XXXVII.

Forum bustumve ne vsucapito.

XXXVIII.

Inter hæredes pro hæreditarijs portionibus obligationes hæreditariæ ipso iure diuisæ sunto.

XXXIX.

Si quis lege agendo plus petierit, causa cadito.

XL.

Si quis in ius vocatur, si morbus æuitasq; vitium esset, qui in ius vocabit, iumentum dato. si noli, arceram ne sternito.

XLI.

Si iudex, vel alter ex litigatorib. morbo sontico impediatur, iudicij dies diffusus esto.

XLII.

Si status dies sit cum hoste venito.

XLIII.

Assiduo vindex assiduus esto, proletario ciui quiuis volet, vindex esto.

XLIIII.

Vtrisque superstitibus, id est præsentibus, vindiciæ sumuntor ab ijs, inter quos controuersia est.

XLV.

Vindiciæ secundum libertatem dantor.

XLVI.

Aeris confessi rebusque iure iudicatis, 30. dies iusti sunto. Post deinde manus iniectio esto, in ius ducito, ne iudicatum facit, aut qui pseudo eo in iure vim dicit, secũ ducito, vincito, aut neruo, aut compedibus 15. Pondo nec minore, aut si nolet, maiore vincito, si volet, suo viuito, in suo viuit, qui eũ vinctum habebit libras farris in dies dato, si volet, plus dato. Tertijs nundinis partes secanto, si plus minusve secuerunt, sine fraude esto.

XLVII.

De capite ciuis, nisi centuriatis comitijs, ne rogato.

XLVIII.

Perduellionis crimen capite punito.

XLIX.

Sanatibus idem iuris esto, quod fortibus.

L.

Qui falsum testimonium dixerit, e Saxo Tarpeio deijcitor.

LI.

Iudex qui ob rem dicendam pecuniam accepisse conuictus est capite punitor.

LII.

Si quis occentauerit, siue carmen condiderit, quod infamiam flagitiumve alteri precetur, capite punitor.

LIII.

Qui malum carmen incantarit, frugesve excantarit, coercetor.

LIIII.

Qui iniuria ceciderit alienas arbores luito in singulas æris xxv.

LV.

Frugem aratro quæsitam furtim noctu si pauerit secuerit, e pube suspensus Cereri necator, impubes verberator, noxiamque duplionemve præstato.

LVI.

Fur manifesto furto prehensus si aut cum faceret furtum nox esset, aut interdiu se telo, cum deprehenderetur, defenderet, impune occiditor, ex ceteris manifestis furtibus liberi verberantor, & ei cui furtum factum erit, si se telo non defendat, addicuntor serui verberibus affecti, de saxo præcipitantor.

LVII.

Furta per lancem liciumque concepta sicut manifesta vindicantor.

LVIII.

De furto pacisci licitum esto.

LIX.

Si membrũ rupit meum e pacto talio esto.

LX.

Si iniuriam alteri faxit, xxv. æris pœnæ sunto.

INSTI-



# INSTITVTIONES
## IVRIS CIVILIS
# D. IVSTINIANI IMP.
## QVAM EMENDATISSIMÆ.

**Cum annotationibus cùm aliorum Iurisconsultorum, tùm verò Syluestri Aldobrandini iam ex eius scriptis.**

*Francisci Cornelli opera, multò, quam ante, locupletioribus factis, Additis quoque eiusdem Cornelli annotationibus, nunc primum in lucem emissis.*

SYL. Diuisio.

## †IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.[a]



N nomine Domini. ¶ Diuiditur hæc rubrica in quatuor partes: in prima ponitur inuocatio: in secūda nomina & cognomina Iustiniani: in tertia cui dirigit liber: in quarta (quę re vera in bonis codicibus nō inuenitur) ponitur particularis intitulatio procemij: quā ideo posui, quia glo. eam præsupponit. Non continuatur, quia est principiū & proœmiū operis secundum glo. in rubr. ff. de condi. fur. & decla. Ange. hic coi. penult. Nota nomen Domini inuocandū esse. Item dignitates suas a se scribi licite posse. Item stylum scribendi, vt præponatur nomen scribentis nomini eius, ad quē scribitur: quod est vtile pro rescriptis, contra quæ, si aliter in eis scriptū reperiatur, præsumitur, secundum Spec. in tit. de rescript. præsen. Quæ vero de iuuentute, cupiditate, genitiuo, & de triplici Imperatoris corona notantur hic per Ange. non bene colliguntur ex hac rub.

a ¶ Iesu Christi. Ex hoc nota, quod Christianus fuit: aliàs nō posset imperare i. imperij iurisdictionē exercere, vt in auth. iusiu. quod præstatur. in princ. ibi. Et cōicatur ecclesiæ col. ij. vbi dicitur, quod quilibet administrator debet iurare se esse cōicatorē sanctæ catholicæ ecclesiæ.

† aliàs nō sunt hæc verba, in noīe dñi nostri Iesu Christi.

¶ Adde, quod illud est iuramentū aliorū administratorum: iuramentū aūt Imperatoris, de quo hic agitur, ponit in cle. j. §. ego. de iureiu.] Sic & alias, incipit, vt C. de off. præf. prę. af. l. in noīe Dñi, & in auth. de armis, in prin. col. vj. Ex hoc. n. sequit bonū initiū, melius mediū, & optimus finis, vt in auth. quomodo oportet episc. i prin. col. j.]

SYL. Noīs diuini inuocatio, tria bona faciat.

Imperator Cæsar a Flauius b Iustinianus, c Alemanicus, d Gotthicus, Francicus, † Germanicus, Anticus, Alanicus, Vãdalicus, † Africanus, pius, e felix, f inclytus, g victor, h ac triũphator i semper Augustus, k cupidæ l legum iuuentuti S.

¶ † Incipit m procemium.

Armis legesque, vt in bello, & pace recte imperet. Imperatori necessaria sint hæc

IMperatoriam ma-

Cæsar vnde dicitur. Luc.ij.

a ¶ Cæsar. A Cæsare Augusto qui regnabat tẽpore natiuitatis Christi. Vnde illud, Exijt edictũ a Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. i. vt quilibet æstimaret bona sua, & exinde quilibet Imperator dictus est Cæsar. Vel dicitur Cæsar, q̃a fuit cæsus de ventre matris suæ.

SYL. * ¶ Adde quod non ab Augusto, sed à Iulio Cæsare dicti fuerunt, vt hic in nostris Annotationibus apertius ostendimus.

† Nõ loquitur de Gallia secũdũ Fab. sed de quadã Frãcia quę est in Alemania, de qua fit mẽtio in c.j. extr. de spõs. Blondus cõtra. li.7. de inclinatione imperij. Sed verius Frãcici nomen vnde acceperit Iusti. docet Alciat. li. Disput. 2.c.22.

** ¶ Dubiũ nõ est, quin Iustinianus Cæsaris nomẽ à Iulio Cæsare duxerit, hoc ipse palam attestatur in nouella constitut. xxx. cui titulus, De Proconsule Cappadociæ, in princ. quæ extat in editione Haloandri.

b ¶ Flauius. Quia erat de familia Flauiorum: vel quia deuicit Flauios, vt dixi. ff. eo in princ.

¶ Adde quòd Flauius est nomẽ, aut potius prenomen, quod arbitror Iustinianum a Constãtino sumpsisse. solebãt enim posteriores Imperatores nomina anteriorũ, qui egregia aliqua virtute excelluissent sibi assumere, vt de Cęsare, de Augusto, de Pio euenisse traditum est: nec probare possum, q̃ fuerit de familia illa Flauiorum antiquissima, quæ ex agro Reatino duxit originẽ. habuit quippe Iustin. Anitiorum familiã, gens vero flauia auctore Tranquill. in Domitiano extincta est.

c ¶ Iustinian⁹. Quia fuit fili⁹ Iustini, vt infra de donat. §. est & aliud & inf. quib⁹ nõ est per. fa. te. §. pen. Sed in decr. cõtra, distin. xvj. habeo librum, vbi dicitur q̃ fuit filius Cõstantini. Sed forte ibi loquitur de alio Iustiniano q̃ hic. Vel dic q̃ fuit filius Cõstãtini, quia successit ei in regno. Vel dr̃ à iustitia, quã semper coluit, & subditis miũxit colendam, vt C. de Sum. Trin. & fid. Cath. l.j.

SYL. ¶ Adde, q̃ fuit nepos ex sorore Iustin. fuerũt autem plures Iustiniani, cuius hoc nomen proprium est, de cuius deriuatione disputare pinacis est secundũ gl. in prin. inf.

† Cur Vandalicus & Aphricanus appelletur videre licet apud eundem Iust. l. 1. C. de off. præf. pret. Afr.

d ¶ Alemanicus hoc nomen, & omnia sequentia nomina sunt ab euentu sibi imposita: vt puta q̃a vicit Alemanos, & sic d̃ alijs vt in auth de here. & fal. § prin. coll. i & hęc sunt omnia nõia prouinciarũ, quas deuicit.

** ¶ Adde q̃ Anticus (sic enim legendũ est, non auticus) idem fuit appellatus, quia Antas Histri fluminis accolas debellauit * Vãdali autẽ fuerunt veteris Germanię populi, qui Honorij principatu in Hispaniam penetrarũt. Iuxta fluuiũ Hispalim: Beticæ tractu occupato, qui ab ipsis olim Vandalia; SYL.

ab hoc Hispanis vulgo Vãdalasia appellat.

e ¶ Pius. A Pio Antonino, vt in auth. Vt lib. de cete. coll. a. vj §. nobis autem. † vel pius pietate animi, vt C. de Sum. Trinit. & fide Cath. l.j. in princ. & C. de nup. l. Imperialis. & C. de caduc. tol. l. vnica. vl. respon.

† Verba sequentia non sunt Acc.

f ¶ Felix a virtute animi vel felix. i. prosper quia omnia sibi ad votum succedebant.

† Sicuti fuit in donationem facta per Constantinũ Papæ Syluestro & videtur nõ valere: sed contrarium tenet gl. in l. ij. §. cũ vrbem de off. p̃t. vr. sed illa est communior.

g ¶ Inclytus. A gestis magnificis. Accur.

h ¶ Victor in fugando hostes. Accur.

i ¶ Triumphator post victoriam gloriosus enim erat propter magnifica gesta sua.

** ¶ Triũphauit Iust. de Vãdalis & Persis.

K ¶ Semper augustus. Quia huius debet esse propositi quilibet Imperator vt augeat: † licet hoc semper non faciat: sic in diffinitione matrimonij, vt inf. de pa. po. in prin. licet interdum diuidatur, vt C. de rep. l. cõsensu. sic in diffinitione iustitię, vt inf. de iustit. & iu. in princ. secundum Ioann.

SYL. ¶ Augustus, hoc est sacer & maiestatis plenus: & non augustus ab augendo, vt hic voluit glo. cuius & suorum sequaciũ errorem dicit esse ridiculum Nicolaus Perotus in suis commentarijs epigrammate iij. in verbo Cæsar. * Primus autem hoc cognomine appellatus est a Senatu Octauianus Rom. Imp. vt ex Suetonio docuimus hic in nostris Annot. quòd ceteri Imperatores postea sibi vendicarunt.

l ¶ Cupidæ legum iuuen. scilicet mittit suam gratiam. & hunc lib.

† aliàs nõ adsunt verba ista.

m ¶ Incipit. More recte scribentiũ pręmittit procemium, in quo reddit lectorem attẽtum, docilem, & beneuolum. Attentum, cũ dicit Summis vigilijs. nam per hoc. q̃ ipse vigilauit, reddit nos attẽtos, vt vigilare debeamus: nam ius ciuile vigilantibus scriptum est, vt ff. quæ in fraud cred l. pupillus. in fi & ibi, summa prouidentia, vt inf. proxi. §. Docilem, cum dicit: & cum sacratissimas constitutiones antea confu. &c. vt inf. eod § omnes, docilem enim facit qui summam rei breuiter comprehendit: nam per hoc, q̃ ipse abbreuiauit, poterunt amodo, facilius edoceri. Beneuolum i bonę voluntatis ad addiscendum, vbi dicit: &c. quod priori tempore. & ibi, summa itaq ope. vt inf. eo § cumq. in fi & § summa itaq. &c.

SYL. * ¶ Accur. æquiuocat in assignandis partibus procemij, secũdum rhetoricam rationem, de hac re vide hoc in loco nostros Commentarios.

Diuisio. IMperatoriam. Diuiditur in tres partes principales totũ hoc procemium vsq. ad

ad finē, licet Ioan. Pla. diuidat in quinque. Nam primo ponit in quibus debet versari Imperator. Secundo ponit qualiter Iustinianus illud adimpleuit. Tertio nos ad studiū exhortatur, ostendendo fructus, qui sequuntur ex assiduo studio, secūda ibi §. Quorū tertia ibi, Sūma itaq. ] Iterum prima diuiditur in duas partes: quia primo ponit dictum secūdo ponit tres causas: secunda ibi, Vt vtrumque.

iestatem [a] non solum armis decoratā, [b] sed etiam legibus oportet [c] esse armatam: [d] vt vtrumque tēpus, & bellorum, [e] & pacis [f] rectè possit gubernari: [g] & princeps [h] Romanus non solum in hostilibus [i] prelijs victor existat, sed etiā p legitimos † tramites [k]

SYL. ¶ Imperatoriam, CASVS in procemio nō est figurandus, cum in eo nō intendat Imper. aliquid pro l. disponere, sed tantū consilium suum aperire, & modum narrare, quo librum hunc componi curauit. Si tamen vis ponere, potes pro ratione dubitandi adducere, quòd cum Imperator nomen sit ducis exercituum, & militum, & pariter militis. l. j. ff. de testa. milit. nihil aliud ab eo exigi videbatur quam vsus armorum. l. fi. in prin. C. de iur. deli. cuius contrarium respondetur, ex eo, quia cum ad eum spectet nō tantum milites regere, sed prouincias, quibus præest, tempore belli & pacis, eidē non minus ll. sunt necessariæ, quam arma, ex causis in tex expressis. Not summariū. Item quod appellatione principis Romani venit Imperator. Item calumnias vitādas, & calumniatores repellendos. Item idem esse rectè, quod iustè. item quod Imperator dicitur religiosus, quòd largè accipitur, vt declarat Ias. in l. j. in j. lectura in princ. C. de Sum. Trin. Item nota attributionē armorum factā ll. & econuerso ad demonstrandam coniunctionem, & colligātiam ipsorū: & q; dictio, vt, est redditiua rationis. Itē ibi. vtrūque, q; expressio verborū, quæ inetant, toleratur pro maiori declaratione. ]

a ¶ Maiestatem. i. Imperatorem, qui est in maiestate, vt C. de leg. & const. l. digna.

SYL. ¶ Adde, q; maiestas est decus, amplitudo, & dignitas cuiusque: quam etiam pro Dea honoris & reuerentiæ filia prisci coluerūt. ] Similis est loquēdi ornatus infra quib. mod. ius pa. po. sol. §. filius, ibi, Imperatoriā celsitudinem. Et nota, q; antipophorizat respondendo ad tacitam quæstionem, hanc scilicet, quare Imperator non facit, quod suum est, scilicet armis intendere, cum milites magis arma scire, quam iura oporteat, vt C. de iur delib l. fi. ad quod respondet, imperatoriam maiestatem &c.

b ¶ Armis decoratā. Quæritur quare quod erat armorum attribuit legibus, & cōtra? Respondetur, vt ostenderet alterum alterius auxilio semper egere, vt Cod. de Iusti. co. cōfir. in prin. & ff de rei vē q testituere. Vel dic propriè ponit: nā arma sunt ad decorē, leges sunt ad armandum: vnde dr: Militāt namque &c vt C. de aduo. diuer. iud. & aduocati. Et leges dicūtur armare homines vt C. ad l. Iul de adult. l. cum vir. nubit. Vel ideo posuit, vt euitetur malus sonus verborū. s. cacophaton, idest turpis sonus.

SYL. ¶ Prima expositio verior est, vt abunde tam ex eodem Iusti. quam ex alijs scriptoribus demōstrauimus hic in nostris annotationibus. ]

c ¶ Oportet, id est opportunum est.

SYL. ¶ Adde, quòd immo necesse est, vt C. de iusti. eo. confir. in princ. exponuntur autem hæc verba necessitatiua secundum subiectam materiam, Ias. in l. j. col. v. in princ. ff. de iust. & iur.

d ¶ Armatam, scilicet ad hanc vtilitatem, quæ sequitur Accursius.

e ¶ Et bellorū. Et sic quo ad vsū armorū.

f ¶ Et pacis. Sic quo ad vsum legum.

¶ Hinc not. q; iudex debet esse iuris peritus alier repellitur a munere iudicandi nisi causarū habeat experimentum, auth. de iud. in prin & gl. in c. sciscitatus. de rescrip.

g ¶ Gubernari. Alterum legibus. s. tempus pacis: alterum armis. s. tempus belli.

SYL. ¶ Adde, q; non tempore belli. ll. seruari nō debeant, sed quòd eo tempore minus seruētur, sumpta denominatione ab eo, quod plerumque fit. l. nam ad ea. ff de legi ]

h ¶ Et Princeps, scilicet Imperator.

¶ Hic intelligitur de imp. vel per excellentiā, vel propter adiectionē illius dictionis, Romanus: nā alioquin principis appellatio latius patet, vt not. gl. in cle. j. de bap.

i ¶ In hostilibus. Qui sunt hostes, dicitur. ff. de capti. & postli. reuer. l. hostes, & ff. de verb. signif. l. hostes.

K ¶ Per legitimos tramites. i. leges quæ sūt via gradiēdi sicut tramites eundi, secundū Ioannem. Bene dico calumniantes puniri, per leges: nā in criminibus, siue ordinarijs, † siue extraordinarijs. ad similitudinē supplicij punitur calūniator, vt C. de accu. l. fi. & ff ad Tur. l. & in priuatis. vbi dicit, Et in priuatis, & in extraordinarijs criminibus omnes calūniosi pro qualitate admissi plectūtur. Item in ciuilibus, modo pecuniaria pœna, modo sacramento calumniæ, modo nota infamiæ, vt infra de pœ. te. liti per totū & infra de actio. §. si quis agens, & C. de plus peti. l. vnica, & C. de iudi. properandū. § & si quidē. vbi punitur contumax in expensis. Vel dic, q; septem genera pœnarum vocat legitimos tramites, vt ff. de pœn. l. si quis forte. in fine, cū duabus seq. Vel dic, q; magistrat° vocat tramites. p quos iura reddūtur: nam parū valeret iura esse in ciuitate,

Calūniatorū punitio.

† Extraordinaria crimina, & priuata quæ sint not. glo. j. in d. l. Et in priuatis.

† Legum tramitem noiat idē Iustin. l. j. in princ. C. de ve. iu. enuc. & iustum tramitē in l. consensu. C. de repud. Magistratus sunt tramites legitimi.

tate, nisi essent qui ea executioni mādarét, vt ff. de orig. iur. l. ij. §. post originē, qui puniunt in criminalibus, puniūt & in ciuilibus in expensis, & in viatico. vt ff de iudi. cū quē, quæ vltima verior est. Accursius.

SYL. ¶ Adde tramites hic vocari modos, quib⁹ ll. vtuntur; & ꝙ iudex criminalis cognoscit incidenter de causa ciuili, dummodo sit accessoria, etiā in eadem sententia .l. interdum. §. qui furé; & ibi doct. ff. de fur.

† Sic in l. j. C. de ve. iu. enu. in prin.

calumniantiū a, iniquitates expellat: † & fiat tam iuris gloriosissimus, b quàm victis hostibus triūphator magnificus.

¶ Vtrumque te affectus est Iustin. quod ie ... antur populi ab eo ... & ... latæ, præsertim. C. & ff. h. d.

SYL. a ¶ Calūniantium. Calumniator est qui falsa crimina scienter intēdit, vt ff ad tur pi. l. j in princ. & facit ad hoc. ff. de iis qui no. infa. l. athletas, §. calūniator, quis autē sit præuaricator & tergiuersator, dicit in prædictis legibus.

¶ Adde calumniantē hic accipi pro quocunque aliquid cōtra ius faciente, calumniatoréque alias puniri in ordinarijs pro motu iudicis, vt per doct. i d § calūniator & in l. j. §. 1. ff. ad turpil. quod pleni⁹ explicauimus hic in nostris Annotationibus.

b ¶ Religiosissimus. Nota quē fieri religiosum per leges: nā ipsæ sunt sacræ, vt C. de leg. & consti. l. leges.

SYL. * ¶ Religiosus, vt ait Cic. lib. ij. de nat. deo. dicit qui diligēter ac fideliter tractat, quæ ad cultum deorū pertinēt, & quia iustitia olim pro Dea colebatur, factū est vt eius obseruatores religiosi, iuris recti appellēt. quemadmodū in nostris Annotationib⁹ ostensum est: vnde & sacratissimū templum iustitiæ dixit idē Iustin. in l. j. §. cūque, C. de vete. iu. enu. ] Itē nota hic quattuor proportionabilia. s. arma, vsus armorum, victoria, triumphus, item leges, vsus legū, calūniæ repulsio, iuris religio. ... Nā sicut se habent arma & vsus armorū ad victoriā, sic victoria ad triumphum: & sicut leges & vsus legū ad calumniæ expulsionē, sic calūniæ expulsio ad religionem. Ioan. Fab.

¶ ... ¶ Diuiditur in duas partes. Primo dicit, ꝙ Impe. perfecte se habuit circa arma & circa leges. Secundo hic suum dictum probat ab effectu. Secunda ibi. Et bellicos item secunda subdiuiditur. Nam primo exemplificat qualiter se habuit circa arma: secundo circa iura. secunda ibi, Omnes vero populi. Ang.

SYL. ¶ Quorum. C A S V S ¶ Cum hic tantū tractetur: qualiter quod maxime principē decet, fuerit in Iustin. non exigit alia casus figuratio: pēdet enim hic. §. à generali propositione supra facta. Not. ꝙ licet seipsū laudare: & ꝙ quādo quis ad aliquid faciēdū tenetur, debet illud omni opera & diligentia adimplere. Item quod ea quæ facimus, à Deo sūt omnia: & qđ differunt promulgare. & cōponere. Item quod confusa debent distingui. Itē quod iugum ponitur ꝓ iurisdictione & potestate. Item qđ innumerū dicitur quod est multiplex licet numerari possit: & quod dictio iterum, importat secundam vicem. ]

¶ Quorum vtramque c viam cum summis d vigilijs, sūmaque prouidētia, e annuente f Deo: perfecimus. Et bellicos g quidem sudores nostros Barbaricæ h gētes sub iuga nostra † deductę i cognoscūt; & tam Africa, k quā

† aliàs redactæ.

c ¶ Quorum vtramque. Si ista debēt esse in principe, tu Iustiniane quid fecisti? Respon. quorum vtramque. — Pro casu.

d ¶ Cum summis vigilijs, id est cū summo labore quo ad leges: nā ius ciuile vigilantibus, & nō dormiētibus, scriptū est, vt ff. quæ in fraudē credito. pupill⁹. in fi. Acc. — Vigilanti bus iura subueniunt.

SYL. e ¶ Prouidētia. scilicet quo ad arma, & nota tres esse hominis stat⁹, memoria præteritorum, scientia præsentiū, & prudētia futurorum.

¶ Dic per vigilias, intelligi labores corporis: per prouidentiā, prudens animi cōsilium. Nā prouidentia, vt diffinit Cicer. de Inuen. est per quā futurū aliquid vī, antequā eueniat. facit l. j ff. de legi. tut. in princ.

f ¶ Annuēte Deo. Deo gratias refert, cui⁹ auxilio triumphū meruit obtinere, vt C. de offi. præf. præt. afri. l. j. in princ.

g ¶ Et bellicos. Quod contūctim dixerat dicēdo, Vtramque viam &c. nunc diuidit, dicēdo primo qualiter se habuit circa arma. Accur.

h ¶ Barbaricæ. Barbari sūt qui extra Romanum imperiū sunt, & maxime hostes. — Barbari.

SYL. ¶ Adde, ꝙ barbari ponūtur hic pro indomitis & incultis alias enim barbari dicūtur qui nec Latini, nec Græci sūt, a linguę duritie: quo barbari dñr antiquo vocabulo, qui duro atque aspero sermone erant. ]

i ¶ Deductæ de nouo.

** ¶ Quod ait, Sub iuga nr̃a deductę, dictum videtur ex priscorum more, cū victos, inermes, ac discinctos transire cogebāt sub iugum, quod fiebat duabus hastis in terra defixis, tertiaque superligata, vt Festus memoriæ prodidit.

K ¶ Tā Africa. Sub qua multæ prouinciæ continentur.

** ¶ Victoriā de Africa partā, & quæ prouinciæ in ea cōtineantur, copiose explicat Iusti.

Iusti.in l.j.C.de offic.præf.ptæt.Afri.
a ¶ Prouinciæ. Sic cõst.iue, Tã Africa,quã aliæ innumerabiles prouinciæ iterũ additæ.i.adiũctæ ditioni Ro.i.iurisdictioni,nostroq. Imperio post tãta &c.† protestãtur nostris victorijs cælesti numine præstitis: nam istæ prouinciæ prius fuerunt de Ro. Imperio, post desierunt &c. post cẽtum & quinq. annos redierunt, vt hic: & hoc innuit quãdo dicit iterum.
¶ Adde, quòd aliquando significat prima vice, c.tua nobis.de appella. quandoque bis vt hic, aliquando pluries. l.veluti, §. hæc vox.ff.de eden.] Et quando dicit. Et post multa temporum spacia &c.vt C. de officio præfec.prætorio.afri.l.j ]

† aliàs numerosæ.

† i.testantur, vt accipitur & in c. eum qui.de dolo & cont. in vi.

SYL. † Id est ꝑ testimonio sunt, cũ sit notorium.

aliæ † innumeræ prouinciæ, a post tanta temporum spacia, nostris victorijs à cælesti numine præstitis, iterũ ditioni Romanæ, nostroq; additæ Imperio,† protestantur. Oẽs b vero populi legibus tã à nobis promulgatis c quam cõpositis d reguntur.

Et cũ sacratissimas constitutiones antea cõfusas e in luculentã ereximus cõsonãtiã, f tunc g nostrã extẽdimus curã h ad immẽsa i veteris prudentiæ volumina, & opus k desperatũ,quasi ꝑ mediũ profundum l euntes; cælesti fauore m iam adimpleuimus. n

b ¶ Omnes vero.vsque huc dixit qualiter bellicam curam habuit:nunc qualiter legalem.Accursius.

Promulgare & cõponere, quod sint.

† Verba sequentia non sunt Accursij.

c ¶ Promulgatis.Scilicet à nobis:& dic de nouo.Et est promulgare, æquitatem rudẽ & naturalẽ occultã iuris laqueis innodare.Componere aũt est difficile promulgata in ordinẽ compendiose redigere. † Vel dic, quod promulgare legẽ est eã condere, & conditã recitare, proferre,pronunciare, patefacere,prodere, vel manifestare. Sed cõponere ꝓprie est disponere & cõstituere,& quasi simul ponere, vt patet j gl.seq.
d ¶ Compositis. Scilicet ab alijs,quare reformauimus in melius. Vel dic compositis à nobis: quasi diceret compilatis à nobis:quasi simul positis à nobis: quales sũt leges ff. & C. & aliorum Imperatorum: suas enim & promulgauit,& composuit.

SYL. ¶ Dic quòd promulgatas intellexerit à se latas, compositas vero collectas atq; in ordinem digestas: quæ differentia non est perpetua, cũ componere, vt hic diximus in Annot. nõ minus proprie significet inuenire & primo facere.quã ab alijs inuenta aut facta colligere. l.ij. §.deinde ex his legib. ff.de orig. iu. Promulgari vero lex proprie dicitur, cum primum in vulgus editur,quasi prouulgari,vt Festus ait.
e ¶ Confusas.s. in tribus Codicibus positas,Gregoriano, Theodosiano,& Hermogeniano, vt C.de no.co. fac.l.j. in prin.
f ¶ Consonantiam, scilicet in vnũ Codicem,quẽ nõ habemus, sed ex eo factus est iste quã habem⁹. vt C. de vet. iu.enuc.cir. princ & l.j.de emend.cod Iust.

¶ Adde quod hic factus est post institutiones,ille,scilicet, quem nunc habemus. l.meminimus.C.de legi.hæred. ponit Ias. in §.rursus col.xiij inst.de actio.
g ¶ Tunc, id est statim post compositionem illius Codicis secimus Digesta.
h ¶ Curam Vt nulla contrarietas posset reperiri, nullaq. repugnãtia, aut similitudo. vt C. de no. Cod. con. § quibus.
i ¶ Ad immensa. Nam erant tricies centena millia versuũ, id est, legũ vel §. vel resposo. & duo millia librorum, & aliæ multæ leges, vt C de veter.iur. enuc.l.ij. §.omnia.& in proœmio, ff.§.& antea.

SYL.

¶ Veterem autem prudentiam appellat Ius vetus. quod ab vrbe Roma condita,& à Romuli tempore ad sæculũ vsque Iust. fermè per mille quadringẽtos annos confusissime sparsum erat:quod post modum idem Iustin.in tit de vet.iu enuc.mãdauit enucleari, idest exponi,& in certum librorum ordinem redigi.
K ¶ Desperatum scilicet à Constantino, nam Constantinus voluit hoc facere, sed non potuit. †
l ¶ Profundũ. Reperit enim omniũ legũ tramitem, qui ab vrbe Romana condita & Romulis descendit temporibus, ita esse confusum, vt in infinitũ extenderetur, & nullius humanæ naturæ capacitate cõclu deretur.vt C. de vet.iu.enu.l.j.in prin.Accur.
m ¶ Cælesti fauore.Subaudi mediante
n ¶ Adimpleuimus. Post Digesta ergo & post primã compositionẽ Codicis, quẽ non habemus, factus fuit hic liber. tñ ante compositionem secundi Codicis, quẽ habemus: vnde quod hic dr, quandoque per Codicẽ corrigitr, vt facit de anno vtili, qui obtinet secundum hunc librum, in restitutione minorũ & maiorum, vt j de act.§.rursus,secus est per Codicẽ in dictis restitutionibus,vt C. de temp. in integ restitut. l.fi. Item in secunda eius compositione facit mentionem Institutionum iã compositarum,vt C.de emen. Iustin.Cod. & secunda eius editione, l.1.§.supradictis.
** ¶ Adde q. cum Iustin.concordasse primũ suũ C. cum Digestis & Institutionibus fateatur, quisquis vellt asserere, in C. quẽ hodie habemus, subesse correctionẽ Digestorũ,aut Institutionũ, oportet,vt id ab vna ex quinquaginta constitutionibus

† cogitatu & Iulius Cæs. de iure ciuili in ordinem redigendo auctore Sueto. Institutiones factæ sunt ante Codicem.

secũdo Codice insertis, & post primũ promulgatis, esse factum, ostẽdat: cuius rei sciẽtia ex eo haberi potest: si ad finem scriptũ sit, data: Lampadio & Oreste Coss. vel post Lampadij & Orestis cõsulatum semel aut iterum, vel tertio aut quarto Iustiniani, & Paulini consulatum, vt rectissime Alciatus noster docuit in Paret.

ADDITIO. De hoc etiã casus in l. meminimus. in prin. C. de leg. hær. vbi text. facit mentionem de hoc libro facit. l. j. C. de ve. iu. enu. quod not. quia si aduersarentur adinuicem, debet magis stare legi. C. tanquam vltimæ, quam huic libro: nisi in illis legibus de quibus hic fieret mentio. Ang.

¶ Peracta. C. & ff. cõpilatione mãdauit Institutiones cõponi, vt principia huius scientiæ auspicarentur a ll. Imperatoriis: quod ante nõ nisi per quadriennium licebat. h. d. vsque ad §. igitur.

SYL. ¶ Cumque. ¶ Diuiditur in duas partes. Primo ponitur qualiter mandauit fieri hunc librum, secũdo ponit causas propter quas: secunda ibi, Vt liceat. Ang.

¶ Cumque. CASVS. ¶ Pro casu hic aiãduertẽs qualiter Iust. declarat cur, qualiter, & per quos fecerit hũc librum condi: & illius vtilitatẽ ostendit per modos expressos in tex. Nota igitur summã. Item ꝙ quis pluribus officijs cõpatibilibus fungi põt: & ꝙ tria requirunt ad impleda iniuncta sciẽtia, diligentia, & fides. Itẽ nota significatũ verbi, antecessor. Itẽ ꝙ scientia diligentia, & fides, experientia comprobantur, & ꝙ ex vnico actu non dignoscuntur. Itẽ quòd institutiones sunt principia ll. & quòd introducẽdũ est quod cõferat animæ & corpori: & quod hęc sciẽtia habet principiũ & & finẽ. §. & quod pęnę in proœm. ff. Itẽ ꝙ cõdere ll. à principe delegari & demãdari alteri potest, dummodo id specialiter fiat.]

a ¶ Hoc. s. volumen Digest. & Codicis.

b ¶ Deo propitio. i. Deo coadiuuante.

c ¶ Peractum est, id est completum.

d ¶ Triboniano hoc nomẽ & sequẽtia sũt datiui casus, & etiã dictio cõuocatis & cõstruũtur cũ illo verbo inferi⁹, mãdauim⁹.

e ¶ Exquæstori. Pro suo simplici ponit̃ scilicet quæstori. Nota ꝙ tribus modis dicit̃ quæstor. Primo, ille, qui querebat pecunias tributorum per mundũ & seruabat. Secundo ille, qui præerat capitalibus causis. Tertio, q̃ stabat vt legeret libros principales, qui candidatus principis dicebat: & ita hoc tertio modo accipio hic, vt. ff de offi. q̃storis. l. j. in fin. & de orig. iu. l. ij. § deinde cũ ærariũ. Vel secundũ Ioan. quòd iã fuit in illo officio, sed nunc nõ est: inde exquæstor, i. extra quæstutam positus. Vel dicas tertio, esse nomẽ dignitatis vt exconsul, vt. C. de aduoc. diuer. iur. l. petitionem, ibi, egredientem.

† aliàs q̃stori. à l. exquæsto re.

Quæstor dicitur tripliciter.

† Et hic in iure diuersis nominibus nũcupatur: susceptor & opinator vt C. de suscep.

* ¶ Quæ nam fuerit Triboniani quęstura seu exquæstura (vtroque enim nomine idem puto significari) & quanæ esset potestatis, id quod nemo fere adhuc bene declarauit, vide hic nostras Annotationes, vbi demõstratũ est hanc sacri palatij quæstu ram summum fuisse magistratum, & principatui proximum.

¶ Cũque hoc a Deo propitio b peractum c est Triboniano d viro magnifico, magistro, & Exquęstori e sacri palatij nostri, nec non f Theophilo, & Dorotheo, viris illustribus, g antecessoribus

† Eiusmodi quæstor apud Grecos appellat̃ paredros, auctore Procopio lib. primo de bello Persico. Etatq; fere eiusdẽ potestatis, cuius est hodie apud Gallos Cancellarius & inter alia munera cõstat eũ principis responsa & rescripta dictasse. l. vlti. C. de diuer. rescri. Iustinianus in auth. de exhiben reis. Appellat gloriosissimũ quæstorẽ diuinis nostris ministrantẽ literis, in auth. vt diuinæ iussiones col. viij. iubet, vt diuinæ iussiones à quæstore subscribantur, in l. præcipimus. C. de appellation. quæstor dicitur sacrorum iudiciorum præses. nam cum præfecto prætorio iudicabat de appellationibus, quæ ab omnibus spectabilibus iudicibus in sacrum adiutorium principis deferebantur, vt etiam colligitur ex auth. de appellat. palatium autem dicebatur locus habitationi Principis dicatus, l. j. C. de pala. l. quicunque. de ope. pub.

& Archi l. nisi opi natores l bros 10. SYL.

f ¶ Nec non. Nota duæ negationes faciunt vnam affirmationem, vt hic & ff. de verb. signific. l. duobus.

¶ Adde quòd Alciat. ibi optime declarat: & ex mente Ang hic dic gl. verã, nisi de mẽte cõtraria cõstet: vel nisi simus in rustico, secundũ Bald. in l. qui se patris. col. iij. C. vnde lib. vel nisi ad diuersa referantur, secundum Bar. in l. manifestæ. ff de iureiur.

† Alia litera non habet nostris. SYL.

g ¶ Illustribus, Quatuor sunt ordines dignitatũ: maximi, vt superillustres: magni, vt illustres: medij, vt spectabiles: minimi, vt clarissimi: quos specifica, vt in auth. de appell. §. j. ij. iij. & iiij. coll. iiij. & in auth. vt ab illustri, & qui supra eos sunt, col v. Sunt & infimi, vt defensores ciuitatum, & magistratus municipales & isti non habent merum imperium, sed superiores sic.

Imperiũ merũ certis dignitatibus est cõcessum.

ADDITIO. Et ideo potestates & rectores ciuitatum non deberent posse ingerere pœnam sanguinis: quamuis contrarium de facto obseruetur, vt hic per Angel. sed superiores sic.

¶ Antecessoribus Sciẽtia, vel ætate: vel quia fuerũt cum præcedentibus Imperatoribus,

a ¶ Ve-

ribus [a] nostris (quorum [b] omnium solertiam, & legum scientiam, & circa nostras iussiones fidem, iam ex multis rerum argumẽtis [c] accepimus) [d] conuocatis mandauimus [e] specialiter: vt ipsi nostra auctoritate, nostrisque suasionibus [f] Institutiones [g] componerent: vt liceat vobis [h] prima legum cunabula [i] non ab antiquis fabulis [k] discere, sed ab Imperiali [l] splendore appetere: & tam aures quam animi vestri, nihil [m] inutile, nihilque perperam [n] positum, sed quod in ipsis [o] rerum obtinet argumentis, accipiant: & quod priore tẽpore vix post quadriennium prioribus contingebat, vt tunc cõstitutiones Imperatorias legerent, [p]

a ¶ Verius est antecessores dictos fuisse, qui ius ciuile profiterentur, ex eo quòd scholasticis quodam modo præirent illos docendo, vt manifeste deprehenditur ex proœmio. ff. in princ. versic. Sed cum vos.

b ¶ Quorum. Hic est interpositio vsq. illuc, Conuocatis &c. Et nota quòd in tribus hic commendatur qui sunt huic arti. inẽti. Primo ĩ solertia, id est in cautela, vel ingenij scientia, vt l. j. C. si ma. fac. alie. fac. si ne decret. [illegible] hab. Item in legum scientia. Eligendus est enim talis magister, q in se laudabilem vitã probis moribus mõstrauerit: & docendi peritiam, facundiam dicendi, interpretandiq. subtilitatem, & copiam disserendi se habere patefaceret, vt C. de profes. qui in vr. con doc. l. j. lib. xij. Item in fidelitate: nã ex quo hactenus fideles extiterũt, præsumitur pro eis. ff. de re mili. nõ omnes. § a barbaris. de præteritis enim sumimus coniecturã ad futura. ff de accusat. l. si cui. § eisdem, & quandoque occultam coniecturam sumimus ad præteritum, vt C. ad l. Iul. de adul. l. si quis adulterij.

Magister qualis esse debet.

Præsumptio à varijs sumitur.

ADDITIO. Vide glo. in c. scribam, de præsumpt.

c ¶ Ex multis rerum argumentis, idest ex multis reb⁹ vel negotijs, quę sunt argumẽta, Vnde dicit ꝓuerbiũ. Opus laudat magistrũ. sic in auth. de mora. §. sancimus. col. j.

Prouerbium.

d ¶ Accepimus, id est recepimus.

e ¶ Mandauimus, id est præcepimus.

f ¶ Suasionibus. In bona parte accipe, aliàs in mala accipitur. ff. de ser. cor l. j §. persuadere, & C. de fur. & ser. cor. l. si quis persuaserit.

g ¶ Institutiones. Ideo sic dictas, quia in statum Romani iuris nostram erigunt intelligentiam, vt infra. ti. j. § his igitur.

SYL. ¶ Adde quòd ab instituendo dictæ sunt, sicut & opus Quintiliani. Oratoriæ institutiones appellantur, quid autem differant instituti ab institutionibus. Vide Lau. Val. in lib. elegan. iiij. cap xj.

h ¶ Vobis. Loquitur iuuenibus.

i ¶ Cunabula. Per simile loquitur: quia sicut in cuna infantes primo morant̃, ita iuris acceptor instituta primo legere dẽt sic. ff. de offi. præ. prætor. l. j. §. his cunabulis. ¶ Sic inf de libert. §. libertinorum, ibi, à primis vrbis Romæ cunabulis.

k ¶ Fabulis. Quia in antiqs Institutionib. erãt fabulæ, q̃ fabulæ nec vera, nec verisimilia continent secũdũ Tulliũ. li. j. de Inu.

SYL. * ¶ Per fabulas vĩ intellexisse prima illa exercitamenta iuuenũ in sciẽtia legali, cum ꝑceptores rhetorũ more ipsis casus ꝓponerent fabulosos, vt ita illecti, deinde ad difficiliora deducerent. Aut certe sensit de adulterina illa doctrina, q̃ antea tradebatur. § Hæc autem, in proœm. ff.

l ¶ Ab Imperiali splẽdore. i. ab Imperatore, qui splẽdet.

ADDITIO. Vel dic. Ab Imperiali splendore. i. ab Imperialibus constitutionibus quæ splendere dicuntur.

m ¶ Nihil inutile. Quo ad animam: vel nihil inutile. i. infructuosũ: vt patet ex eo, quod dicit inf. proxime. Sed quod &c.

n ¶ Perperam positum quo ad aures. Vel dic id est male positum & contra ius.

¶ Theophilus vertit ibi, hoc est, temere, frustra: vt sit sensus, nihil esse in hisce Institutionibus otiosum, & sine causa positum.

o ¶ In ipsis. Id est in ipsa rei veritate vel in his, quæ quotidie emergere possunt. Non autem inueniuntur hic ea, quæ non possunt euenire: quia de his non curant legislatores. vt in authent. vt sine prohib matres debi. & cred § quia vero. col. vij & ff de legib l nar. & l. nam ad ea.

* ¶ Melius est accipere argumenta, vt & Quint. sæpe, pro specieb. seu casib qui proponuntur, vt sit sensus, his libris illa solum trad', quæ in decidendis casibus obseruantur. n. õ quæ abrogata sunt legib. aut cõsuetudine abolita: quod latius hoc loco in Annotationibus explanauimus.

† Adde, quod eadem locut. vtitur Imp. inf. titu. de satisda. §. vlt. & planius sensus huius § percipitur ex §. sed cum perspeximus. l. ij. C. de ver. iu. enu.

p ¶ Legerent. Nam & olim à principio legebant Imperiales constitutiones, scilicet institutiones antiquas, vt in proœmio. ff §. discipuli.

* * ¶ Hic locus intelligẽdus est nõ de institutionibus antiquis, vt intellexit Accur. sed de constitutionibus primo Codici inser-



tis,

tis, quæ quinto anno olim prælegebātur, §.duabus in procem.ff.

a ¶ Primordio, i.tantū primo anno profi cietis, quantum proficiebatis in quatuor. Et nota quod adulatur nobis imperator.

hoc vos primordio [a] ingrediamini, digni [b] tanto honore, tantaque reperti felicitate, vt & initiū [c] vobis, & finis [d] legū eruditionis, à voce principali [e] procedat.

¶ Post cōpleta ff.iussit componi Institutiones, in quibus principia huius scientiæ sunt posita cum correctionibus iuris antiqui, quibus auctoritas per ipsū data fuit. hoc dicit vsque ad §.fin.

SYL. * ¶ Inepta expositio. Sensus enim est, hodie primo anno hasce Institutiones tradi, quæ & ipsæ, ꝓpterea quod ab Imperatore compositę sūt recte Imperatoriæ constitutiones appellantur. §.sed & quod. infra de iu. na. gen. & ciu. cum olim non nisi post quadriennium primus Codex, qui liber constitutiones Imperiales cōtinebat, prælegeretur. § duabus. in procemio.ff.

b ¶ Digni. vos dico digni &c.

c ¶ Initium. Scilicet liber iste.

d ¶ Finis. id est Codex. Nam primo anno institut. legi debent, in quinto legitur Codex, vt in procemio ff. § duabus ibi; Quibus si bene. Ac flor.

e ¶ Principali, i. principis. Et nota, quod hæc scientia caput habet & finem: licet in alijs artibus hoc non fit, licet vilissimæ sint, vt procem. ff. §. Et quod pene.

¶ Igitur. Diuiditur in duas partes: in prima ponitur cōmissio cōpilationis, cū ijs, quæ in Institutionibus continentur. in secunda, vnde sint extractæ & ꝙ auctoritate Imperiali confirmatæ sunt. ij. ibi, quas.

SYL. CASVS in narratione Imperatoris non figuratur. Not. ꝙ facere dicimus quod ꝑ aliū facimus. Itē ꝙ per desuetudinē tollit̃ vel vmbratur. l.itē quod non sufficit principē committere. i. cōpilationē, nisi postea approbet. Itē quod quotidiana diligenter sunt attendenda: & ꝙ breuiter dr̃, ſm subiectā materiā l.antiquitas.in fi. C.de vsu fr. itē quod nō sufficit simpliciter legere, sed reqrit̃ cognitio, & examinatio. Itē qđ accōmodare īportat idē, qđ tribuere: & obtinere, esse in viridi robore & obseruātia.

Cōtinuatio. f ¶ Igitur. Ita continua secūdū Ioan. quia prædictorū virorū scientiā & auctoritatē probauimus, nec per alios poterāt cōmodius expediri: igitur mandat per eos diuidi: vel quia ab imperiali splēdore † approbat̃, & ideo mādat diuidi, vt meli⁹ possint

† aliàs appetit.

intelligi. ff. de verb. sign. l. ij. §. cuiusque.

¶ Adde tamen, quòd §. continuatio non est facienda. glo. in l. Gallus in princip. in verbo, posthumos. ff. de lib & posthu.

SYL. g ¶ Quinquaginta, qui comprehendūtur intra ff. vetus, & Infortiatū, & ff. nouum.

¶ Igitur [f] post libros [g] quinquaginta [h] Digestorum seu Pādectarum, [i] in quibus omne ius antiquū collectum est, † quos [k] per eūdem virum excelsum Tribonianū, necnon & ceteros [l] viros illustres & facundissimos confecimus, in † hos quatuor libros easdem [m] Institutiones partiri iussimus, [n] vt sint totius legitimæ scientiæ prima elemen-

Digesta vnde dicūtur. h ¶ Digestorū. Ideo dicuntur Digesta, quia omnia ibidē decidenda digerūtur, & soluūtur. Accurs.

† aliàs qđ † Hoc optime declaratur ab eodem Imp. in l. ij. §. omnia igitur, C. de vet. iur. enucl.

SYL. * ¶ Quare libri Digestorū hac nota. ff. significentur, & an rectè, vide Alcia. li. iij. Dispunct. ca. xvj.

† aliàs deest hos.

Pandectæ vnde dicuntur. i ¶ Pandectarum à pan, qđ est totum, & dectē quod est doctrina, quia ibi est doctrina omnium iurisconsultorum, vt C. de veteris iuris enuc. l. ij. §. omnia.

SYL. ¶ Adde, quod aliter intepretatur Gell. lib. xij. c. vij. * ad quod vide Budæū in l. j. in fi. ff. de iusti. & iu. nā hoc nomē deriuatur a pan. i. omne, & decomai. i. cōplector, contineo, vt innuit ēt imperat. in d. §. omnia.

K ¶ Quos. Scilicet quinquaginta libros, ff. Accurs.

l ¶ Et ceteros. Scilicet xv. ex permissu Iustiniani electos, vt C. de vet. iur. enuc. l. 1. §. 2. & l ij. §. quæ omnia.

m ¶ Easdē Institutiones, i. eadē instituta.

SYL. ¶ Adde, quòd hanc expositionē reprehendit Lau. Val. lib. 4. c. 11. * ait enim instituta dici bonos mores cōsilio, & ratione sumptos: institutiones vero ꝓceptiones, quibus instituimur & docemur, rectè igitur institutiones iuris ciuilis appellant̃ hi quatuor libri, qbus ius ciuile docetur: sicuti Fab. quoq. Quint. opus suū de artis oratorię ꝓceptis inscripsit de institutione oratoria.]

Diuisiō tria operatur. Vnde collige hunc librū sumptum ex volumine Digestorū: vel proprie dicit Institutiones, quas mādauit fieri. nūc mandat partiri: nam partitio animum legētis inciiat, mentem intelligentis præparat, memoriā artificiose reformat, vt inf. de leg. §. sed non vsque. & ff. de excep. doli lib. 1.

n ¶ Iussim⁹, q. d. Institutiones iussim⁹ fieri ex libris antiquorū, ita vt continerēt quicquid in rebus, quæ in pŕsenti æuo versant̃,

consen-

consentaneum est, vt C. de vet. iu. enu. li. ij §. sed eum despeximus. Accur.

Elementa & eorum qualitates sunt quatuor.

a ¶ Prima elementa. Quia sicut ex quatuor elementis oīa corpora conficiuntur, scilicet vt ex terra & aqua, ex igne & aere, idest ex virib⁹ horū quatuor elementorum totus mūdus gubernatur, ita hic liber cō prehēdit omnia iura.

SYL. ¶ Adde quòd melius diceretur oīa principia & fundamenta. li. ij. §. sed cum perspeximus. C. de vet. iu. enucle. simili tñ locutione vs⁹ est ēt Cic. in Topi. vt admonuim⁹ hoc loco in Annot.] Et nota quod terra est frigida & sicca: aqua frigida & humida: ignis calidus & siccus: aer calidus & humidus. Primum habet naturam melancholiæ: secundū scilicet aqua phlegmæ: ignis cholere: sanguis respondet aeri.

ta; [a] in quibus [b] breuiter expositum est, & quod anteà obtinebat, [c] & quod postea desuetudine, [d] inumbratum, Imperiali remedio illuminatum est: quas [e] ex omnibus antiquorum Institutionibus, & præcipue ex cō mētarijs Caij [f] nostri tam institutionū, quā rerum quotidianarū, [g] alijsque multis commētarijs compositas, cum tres [h] viri prudentes prædicti nobis obtulerunt: & legimus, & recognouimus, & plenissimū nostrarum cō stitutionum robur eis accommodauimus.

b ¶ In quibus, scilicet institutionibus.

c ¶ Obtinebat, id est erat in vsu: & nunc desijt. Accur.

d ¶ Desuetudine. Nota legem tolli per desuetudinem.

SYL. ¶ Adde, quod communis doct. sententia est, quòd si non vsus non habet in se actū contrarium, non tollat l. Ias. in l. de quibus. in vj. not. ff. de legi.]

¶ Vel per contrariam consuetudinem: & iterum eandem consuetudinem, per superuenientem legem tolli: sic. ff. de sepul. vio. l. 3. §. Diuus. & in auth. de hær. & fal. §. sed quoniam. col. j. & subijcit, Ab Imperiali &c. & est optimum exemplum. C. de iusti. l. rem non nouam.

e ¶ Quas, scilicet Institutiones: & accipere legimus, & recognouimus, id est esse cō positas ex omnibus &c.

f ¶ Caij nostri commentarijs, dico factis super libros institutionum antiquarum.

SYL. g ¶ Quotidianarum. Liber erat sic appellatus, eo q̃ singulis diebus gerenda à magistratibus cō tinebat, qualiter iudicarent. ¶ Adde, vel dic rerum magis vulgatarū, & quæ quotidie in controuersiam venire poterant.

h ¶ Cum tres, interpositio est.

SYL. ¶ Summa itaque. Cum hic §. vnicū tantum habeat contextū, non recipit diuisionem: & cum sit simplex cohortatio, non exigit casus figurationē. Nota ll. nostras dici ex hoc, quod eis à nobis sit tributa auctoritas: & qđ in quolibet opere perficiendo requiritur sūma diligentia. Itē qđ ambitio, virtuti innexa nō dānatur, & spes, & desiderium honorū & dignitatum. Itē quod nihil actum videtur, quando aliquid superest agendum. Itē quod à ll. studijs discedere nō dēmus nisi perfecta omnis iuris cognitione. Item quòd reipub. administratio per iuris peritos facienda est.

¶ Hortatur iuuenes ad studia, vt ijs perfectis possint rempub. administrare. h. d. vsque ad fin.

¶ Summa itaque ope, [i] & alacri [k] studio has leges [l] nostras accipite, & vosmetipsos sic eruditos ostendite, [m] vt spes [n] vos pulcherrima foueat: toto legitimo opere perfecto, [o] posse etiam nostram [p] rempublicam in partibus eius [q] vobis [r]

i ¶ Ope. Quātū ad corpus. Vnde Virg. li. j. Geor. Labor omnia vincit Improbus. Accursius.

K ¶ Et alacri. Affectio enim operi suo nomen imponit, vt C. ad l. cor. de sic. l. j. ff. de fur. l. qui iniuriæ. in prin.

l ¶ Leges nostras. Scilicet Institutionum. Accur.

m ¶ Ostendite, idest ita proficite in hoc libro: vel ita moribus informati sitis, nā boni mores plus quàm diuitiæ operantur, vt ff. de tuto. & cura. d. ab ijs. l. scire, §. fin. & ff. de verb. obl. si quis stipulatus sit stichum, in fin.

* ¶ Nihil hæc ad mores: sed plane intelligendus est hic locus, ostendite ò iuuenes vos ita doctos, & legū scientia excultos, vt optimam spem concipiatis, rempublicā nostram studio perfecto rectè à vobis posse administrari, ac gubernare.

n ¶ Vt spes, id est hæc spes sit de vobis nostram rempubl. posse gubernari.

o ¶ Perfecto, idest lectis alijs libris.

p ¶ Nostram. alias vestram.

q ¶ Eius reipublicæ.

r ¶ Vobis. Idest à vobis credendis, lectis etiam alijs libris. Vel si habes credendā, idest committendā, vobis datiue legitur: & hoc dico legitimo opere perfecto, id est cū quinquennio legeritis: nā tunc opus consummatur, vt in proœmio. ff. §. duabus alijs. Et quod dicit in partibus eius, ideo est

h ¶ Lex est. Hæc diffinitio quo ad sententiam concordat cum ea, quæ est, ff. de leg. & senatusconsult. l. j. licet quo ad verba dissentiat. Diffinitur & alio modo. Lex est sanctio sancta, iubens honesta: prohibens contraria: quæ sumitur ex lege Græca, ff. de leg. & senatusconsult. lib. ij. Item diffinitur tertio modo, vt in alia lege Græca colligitur in cod. tit. de ll. & senatusconsultis. l. 2. Accur.

SYL. ¶ Adde, q̃ hic non diffinitur lex: sed describitur modus l. ferendæ, quia in essentia non differunt, sed in auctorib & modo cõdẽdi. ]

i ¶ Veluti. Exemplificatiue ponitur, vt inf. §. proximo. nã facta conuocatione po. Ro. magistratus, f. senatus, nõ totus, sed qui maior erat omnibus, interrogabat populum, scilicet consul. an sic placeret.

** Rectè an Accur. verbũ, veluti, poni causa exẽpli: nã non solũ Consules: sed & Dictatores, Prætores, Interrex, & quidam alij, ius ferẽdi leges ad populũ, & rogãdi habebãt: quẽadmodũ ex veterũ monumentis facile licet ĩtelligere, & accuratissime oĩum docuit Paulus Manutius li. de Leg. Ro. Porro illud ant maduertendũ est, q̃ licet primũ quidẽ ex solo Senatorũ cętu Consules crearentur, vt hic quoq; significat, tñ post multas inter populũ, & plebẽ cõcertationes obtẽtũ fuit, vt ex plebe quoq; possẽt creare, 2. §. deĩde cũ. de ori. iu.

ADDITIO. Et ideo dicit Ang. q̃ non valeret statutum in cuius confectione cõstaret, q̃ non fuerit in consilio per Priorem facta propositio secus tamen in dubio. Ang. Are.

¶ Et sic ad libitũ populi fiebat, vt ff. de ori. iu l 2. in princ.

k ¶ Consule. Nam consul vice Senatorum interrogabat populum, & sic ipse senatores videtur interrogare. Nam qui per alium facit, per se facere videt̃, vt ff de vi & vi arm.

l.j.§ deiecisse, & ff. de administ. tut. l. ita autem. § gessisse.

ADDITIO. Debet tamen in libello exprimi, quod per te vel alium tuo nomine tale quid cõmissum fuerit: alias agẽdo cõtra te, & probãdo de alio tuo nomine spoliante, non obtineret: secun. Ioan. Fab. & Ang.

¶ Nam rectè oĩa nostra facimus, quibus à nobis auctoritas impertitur, vt C. de vet. iu. enue. l. i. §. sed & si quid. versi. omnia.

a ¶ Veluti. Exemplificatiue ponitur vt sup. §. pximo, erat enĩ vnus noĩe Tribunus: qui præerat plebeis & eorũ magistratui, q interrogabat plebeios, vt ff. de ori. iu. l. 2. §. augescente. & §. ijsdem temporibus, & multas leges habemus de his, vt l. aqui. vt inf. ad l. aqui. §. ex hoc tamen c. & ne præsides accipiãt nisi esculenta, vt ff. de offi. procon. l. solent, §. fin. & ff. de off præsi. l. plebiscito.

ADDITIO. Sed nec hodie illa, si habent salarium vt ibi no. secus in deleg. extra de rescri. c. statutum. §. insuper lib. 6. Ioan. Fab.

stratu interrogãte (veluti a Tribuno) constituebat.

¶ Plebs autẽ à populo eo differt, quo species b à genere: nam appellatione populi vniuersi ciues significantur, connumeratis etiam c patricijs d & senatoribus. † Plebis autem appellatione, † sine patricijs & senatoribus ceteri ciues significantur.

¶ Sed & plebiscita e lege Hortensia f lata non minus valere, quam leges cœperunt.

¶ Senatusconsultum est † quod senatus iubet atque constituit. g Nam cum auctus esset populus Rom in eum modum, vt difficile esset in vnum eum conuocari legis h sanciendæ causa, æquũ visum est, senatum vice populi consuli. i

¶ Principum constitutiones, præcepta, vel decreta: quæ personalia non sunt, habent l. vim. h. d. ex l. i. ff. de cõstit. p. inc.

b ¶ Species a genere. Est autem genus, quod dicatur de pluribus differẽtibus specie vt animaliũ rationale, aliud irrationale: & sic se habet populus, vt sequitur, ad nobiles & ignobiles. Species autem, quę prædicatur de pluribus differentibus numero: vt hominum alius Titius, alius Seius: sic se habet plebs: nam minores tantum comprehendit, vt sequitur.

¶ Adde, ꝙ melius dixisset Imperator. Quod pars a toto: quia differẽtia speciei & generis non potest accommodari: quia hic posita plebe non ponitur populus, sicut specie posita ponitur genus; tuemur tamen Imperatorem hic in nostris Annotationibus.

* Nam sicuti latior est generis quam speciei significatio ita latiꝰ patet populi quam plebis nomen: & ita interpretandus est hic locus, non autem quod plebs sit species populi, Alciatus l. inter donum, de verborum significatio. Et sciendum est, genus aliter accipi apud Legistas, aliter apud Dialecticos, vt tradit Bart. in l. meuius. §. duobus de lega. 2.

c ¶ Etiam. q. d. Non solum plebeij appellatione populi cõnumerantur, sed et patricij.

* Adde, populi appellatione eius vrbis incolas contineri, aduenas non contineri, Fel. in c. Rodulphus de rescr.

d ¶ Patricijs. Qui erant quasi patres principis, vt inf. quibus modis ius pat. po. solui. §. filius.

* ¶ Patricij qui appellarentur, vide Budæum ad l. vlti. ff. de Senator. & Alc. lib. 12. C. in tit. de cons. & nõ spar. pec. Olim enim patricij dicti sunt, qui à cẽtum patribus, quos Romulus instituerat, originẽ traxerant: Accur. vero cõfundit patricios veteres cum patricijs ab Imperatoribus institutis, inter quos longam fuisse differentiam constat.

possent super principi reseruatis statuere puta ad famã seu ius genituræ aliquẽ restituere, spurios legitimare, aut veniã ætati concedere. SYL.

e ¶ Sed & plebiscita. Videbatur minus valere, quasi loco, & argumento sumpto ab auctoritate; quia maior est patriciorũ & senatorum auctoritas, vt C. de legi. l. humanum & ff. de eden. l. si quis ex argentarijs. §. i. sed hoc sublatum est per legem latam ab Hortensio rege, vt sequitur, & ff. de orig. iu. l. 2. §. augescente.

f ¶ Lege Hortensia. Sic dicta ab Hortensio, qui pacẽ cõposuit inter nobiles, & plebeios & inter eos sic statuit, ꝙ valeret plebiscitũ.

* ¶ Quo tẽpore lata fuerit, & quam longe erret Accu. existimãs Hortensium fuisse Regem, legito quæ hoc loco dixi in Annot.

* Nam fuit Q. Hortẽsius Dictator, qui eam legem tulit, vt ex Lælio Felice tradit Gellius lib. xv. c xxvij. SYL.

g ¶ Cõstituit. Nam poterat facere legem, vt hic & ff. de leg. & se. l. non ambigitur.

h ¶ Legis sanciendæ cã. Nam idem est si ex alia, qa difficile erat tot hoĩes cõuenire. Acc.

i ¶ Consuli. i. interrogari. Nam antea populus interrogabatur, vt sup. eo. tit. § lex. vt sicut populus interrogabatur prius, sic postea senatores (qui centũ erãt numero) interrogabantur à cõsule, vt l. 2. §. sed quia difficile. ff. de orig. iu. & C. de peti. hæred. l fi. in princ.

¶ Adde, ꝙ tex. in d. l. fi. nihil probat, quia loquitur de iudicijs cẽtumuiralibus, quæ aliàs erant à senatu, vel declarat Festus, & Budæus in suis Annot. in l. fi. ff. de sena. ] SYL.

¶ Cõcor. in c. post electionẽ in glo. super vers. nullatenꝰ post prin. Ibi. sic nomine populi extr. de cle. & gl. in c. sedes. super ver. maiores. prope fi. Ibi plebis ãt appellatione ext. de ref.

* pro intellectu huius loci, vide Bart. in l. j. col. iiij. versic. illud ergo, C. de digni. li. xij. Gñis diffinitio. Speciei diffinitio.

† Dicit ibi Angel. qđ quãuis loco senatorũ hodie successerint consiliarij seu decuriones nõ ibi

¶ Sed

¶ Sed & quod. iste §. diuiditur in quatuor partes. Nam primo ponit dictum. Secundo eius rationem. Tertio ponit illationē. Quarto dictum modificat & declarat. Secunda ibi, Cum lege. Tertia ibi, Quodcunq;. Quarta ibi, Plane. Ang. de Are.

SYL.

¶ CASVS. Quærebatur exēpli eius quod dictum fuerat de principum placitis, quō & ipsa efficerentur lex: & responsum est,

¶ Sed & qđ pricipi placuit,[a] legis habet [b] vigorē: cū lege [c] Regia, quæ de eius imperio [d] lata, popul⁹ ei [e] & in eū omne imperiū suū, & ptātē † cōcessit.[f] Quodcunq; ergo Imperator per epĺam [g] cōstituit, vel cognoscens decreuit,[h] vel edicto [i] pręcepit, legē [k] esse cōstat.

† aliàs cōtulerit, & rectius, vt hī in l.1. ff. de cons. princ. vñ hic locus sumptus est. SYL.

ex auctoritate l. Regie, quod principi placet, legis habere vigorem. sed tunc quærebatur, an omnia passim, an vero cum delectu aliquo quæ principi placerēt vim legis obtinerēt: & ratio dubitationis poterat esse, quia populus, plebs, aut senatus decernebat: semper erat lex in re decreta, ita ergo videbatur in placitis principum, quæ in iure scripto æquiparabantur: cuius contrariū deciditur: quòd generales dispositiones principū vim habent legis, personales vero personā non egrediuntur: ratio autem decidendi ea esse potest, quia actus agentium non debet operari vltra eorum intentionem, l. nō omnis, ff. si cert. petat. sed quando princeps aliquid generaliter statuit: tūc quia vult generalem vim habere: vim l. obtinet: quādo vero vult aliquem beneficio afficere vel pœna, nō habet vim l. quia non est illa mens condentis. No. qđ lex est quidquid animo condendi legem princeps disponit. It. qđ, l. Regia translata est in Imperatorem omnis potestas populi. Item no. quod totale imperium potest alteri concedi. Item quod verbum cōcedo, importat trāslationem dominij. Item quod epistola, sententia, & edictum principis habent legis auctoritatem. Item quid sit constitutio. Item quod personale priuilegium personam non egreditur.]

† Dūmō sit iustū, & honestū secundū Ang. & Ias. hic per ea q̄ pulchre not. Bald. in l. qđ ex lib. ra. C. de op. lib. SYL.

a ¶ Placuit. Causa faciendi communem legem, † alias non esset lex communis, vt sequitur, & C. de sent. & inter. om. iud. l. ex stipulatione l. nam ibi dicitur non omnis vox iudicis est sententia. & sic non omnis vox principis est lex.

b ¶ Habet vigorē. i. lex est. & ꝓ lege seruat.

c ¶ Lege Regia. hac lege cautum fuit vt potestas legis faciendæ transferret de populo ad principem, vt hic, & ff. de ori. iu. l. 2. §. nouissime & facit ad hoc, ff. de cōst. prin. l. 1. vbi sunt eadem verba. Et hanc legem Regiam non habemus: nam facta fuit super regno, id est imperio transferendo.

* ¶ Quænam esset lex regia, quod nemo ferè ante hac rectè explicauit: in Annotat. nostris clarissime ostenditur.

** Meminit, l. Regiæ Iust. ēt in l. 1. §. Sed & hoc. C. de vet. iu. enu. eāq. fuisse legē antiquā significat, al' b. dr lex imperij, l. 3. C. de testa.

d ¶ Imperio. Transferendo de populo ad principem.

e ¶ Ei, scilicet principi quo ad honorem: & in eum quo ad onus.

f ¶ Concessit. i. transtulit, sic vt ipse populus amodo nō héat sibi hoc ius. sic C. de vet. iu. enu. l. 1. §. sed & hoc stu diosum. & de leg. & se. con. l. fin. Sed alij dicunt, q̄ adhuc popul⁹ potest facere legem.

¶ Adde tu, quod hodie facere potest, nō sua auctoritate, sed cōcessa a principe. Illa enim sua auctoritas, l. Regia omnis translata est: colligitur resolutio hæc ex hoc tex. & l. non ambigitur, ff. de legi. & l. humanum, & l. fi. C. eodem.

* Item adde, quod licet Acc. exponat, concessit. i. transtulit, valde tamen inter se differunt, vt annotauit Decius in leg. Non vult, ff. de re iudic.]

ADDITIO. Quod est verum. s. municipalē vt sup. eo §. ius autem, seu particularē, dummodo habeat collegium approbatum, non autem generalem: vt per Ioan. Fab. & Ang. Are. hic.

¶ Et quòd dicitur solum principem hoc posse, verum est, solus id est nullus alius solus, secundum Ricardum.

g ¶ Per epistolam, vt inf. de ijs qui sunt sui, vel alieni iuris, §. sed & maior. vel. dominorum, & ff. de const. princ. l. 1.

** Addit Vlpia. in l. 1. de const. princ. & subscriptionem, meminit eiusmodi epistolæ Paulus in l. regula. §. si quis ius, de iu. & fact. igno. intellige autem principis epistolam habere vim legis, si is princeps non recognoscat superiorem, alias secus, secundum Angel. in l. 1. ff. de ferijs. item, adde, ita demū principis epistolas obtinere vim legis, postquam redactæ sunt in corpore iuris, non autem, vt declarat Paul. Cast. in d. l. 1. de const. princ.

h ¶ Decreuit, vt C. de legi. & const. l. si imperialis. Accur.

* ¶ Quod tex. ait, cognoscens decreuit, intellige. i. sedens pro tribunali dando sententiā diffinitiuam: sententia enim principis habet vim legis, quando causa cognita eā protulit, aliàs non interlocutio vero principis ita demum vim habet legis, si hoc expressit a principio, alias secus, vt habetur in d. l. fi. C. de legi. & latè tradit Ias. in l. 1. in 3. not. ff. de constit. princ.

i ¶ Edicto. vt C. eo. l. 4. & de secundis nupt. l. hac edictali.

K ¶ Legem, generalem quam potes cognoscere quatuor modis, † vt Cod. de legi. & constitutio. l. leges, vel specialem, vt sequitur,

† sequuntur Nic. lo. de Pla. Pet. & Ia. dicit in Ioan. Fab. quod sex mod.

† Hæ [a] sunt, quæ constitutiones appellãtur.

¶ Planè ex his quædam sunt personales, [b] quæ nec ad exemplum trahuntur, quoniam non hoc princeps vult. Nam quod ob meritum [c] indulsit alicui, [d] vel † si cui pœnam irrogauit, [e] vel si cui sine [f] exemplo subuenit, [g] personam non transgreditur. [h] † Aliæ autem, cum generales sunt omnes proculdubio tenent. [i]

¶ Edicta Prætorũ habeat vim legis, & edicta Aedilium Curulium sunt pars iuris prętorij. h.d. ex l. ius autem ff. de iust. & iur.

¶ Prætorum quoque edicta [k] non modicam [l] obtinẽt iuris auctoritatem. Hoc etiam ius honorarium solemus appellare, quod [m] qui honores gerunt, idest magistratus, [n] auctoritatem huic iuri dederunt. [o]

¶ Proponebant & Aediles curules edictum de quibusdam causis: [p]

a ¶ Hæ sunt s. quas cõstituit Imperator.

b ¶ Personales. Dũmodo in iuris corpore non sint clausæ: † alias omnes sunt generales. vt C. de no. Cod. faciẽdo. l. vnica in §. fi. ** Adde, nisi ea intẽtione clausa sint, vt sint priuilegia, vt declarat Deci. in c. 1. in 2. lec. in 2. colum de consti.]

† Idẽ Ni. & Fa.

† alias hęc

c ¶ Ob meritũ. Quia multum seruierat principi: † & ideo aliquam pœnã, quam debebat ille pati propter delictum, quod forte fecerat, ei remisit. * ¶ Male declarat Accurs. nam de remissione penæ loquitur in vers. vel si cui sine exemplo. Verus igitur sensus est: si cui ob merita quæpiam concesseris, hoc enim significat verbum, indulgere, vt ostensum est hic in Annota.

† Istã glo. & sec. in ver. irrogauit sequuntur Ang. & ẽt Io. de Pla. & Por.

† alias si quam.

† Cõcor. in procœ decret aliũ in glo. vlt. post prin. ibi, & indulgentia, & cap. 1. post prin. ext. de calum.

d ¶ Alicui. Pœnam merenti.

e ¶ Irrogauit. Scilicet non merenti: vel merenti, sed maiorem forte, quam esset dignus. vt pœna eius metus sit multorum, vt ff. de pęn. l. aut facta §. fin.

SYL. * ¶ Melius est exemplificare, quando princeps pœnam aliquam legibus nõ statutam irrogat, quod causæ intuitu nonnunquam fieri licet, l. si vindicari, C. de pœnis. nec enim pręsumendum est Principem non merenti penã inferre: quoties vero grauior, quã per leges liceat infertur, vt alij deterreãtur, legem generalem constituit in similibus casibus, hoc est, quandocumque opus erit exemplo,

f ¶ Sine exemplo. Id est vt alij non caperent exemplum.

*¶ Melius Accur. in l. 1. ff de constitu princ. simpliciter enim intelligendus est hic locus vt si quem puta restituat, vel pœnam in eũ statutam condonet.

g ¶ Subuenit. Vt clericis in quibus multa sunt specialia, vt in authent. vt clerici apud propri. episc. & C. de episc. & cleri. l. cum clerič. & l. omnes qui. & curiæ & alijs, vt C. de leg. & constit. l. 2. Sed numquid intelligitur sine exemplo subuenire, si cui simpliciter rescribat? Respon. sic, dũmodo nõ sit ibi aliquod signũ ex ijs quatuor q̃ dñr. C. de le. & cõ. l. 3.

h ¶ Non trãsgreditur ff. quod quisque iur. l. 1, contra. Sed distingue: an ad sui postulationem sit concessum, quo casu transgreditur, vt ibi, alias non, vt hic & ff. quod quisque in l 3. † Et sic soluitur aliud cõtra. C. de fruc. & lit. expen. l fi. Vel dic ad vtrumque cõtra, quod ad aliud extenditur, hoc non est dicere, vt alius habeat priuilegiũ: † Vel melius, licet egrediatur personam, nõ est tamen generale ius: nec videtur alius, s. aduersarius protrusus, cum sit cõtingens occasione controuersiæ.

† Fallit in casibus not. hic per Ang.

† Vel dic quod illud est spãle in illa l. C. de fru. & lit. expen. pp æqualitatem in iudicijs obseruandam. ar. C. de postul. l. prouidẽdum.

i ¶ Tenent. Id est ligant.

¶ Prætorum quoque. Diuiditur in tres partes, in 1. ponitur qualiter edicta prætorũ habent auctoritatem l. in 2. quòd appellatur etiam ius honorariũ & vnde: in 3. quod edicta ædilium curulium sunt pars iuris prætorij: partes patent.

CASVS. non figuratur, quia procedit describendo & exemplificando. Not. quod edicta prætorum obtinent vim legis. Item quod vocatur ius honorarium. Item quod magistratus dñr honores. Item quod suis edictis dabant prætores auctoritatem, & sic contra. Doct. in rub. C. qui admi. qui voluerunt edicta prætorum habere auctoritatem le. dummodo approbarentur. Item quod edicta ædilium habenda sunt vt portio iuris prætorij. Item vnde dicatur ius honorarium: quãuis alibi senserint aliqui, quod ideo dicerentur, quia honorabantur, ex hoc quod eorum edicta habebantur, pro legibus.]

K ¶ Edicta. Quæ scripta erant in albo prætoris, vt ff. de iurisdict. omn. iudic. l. si quis id quod. In primo respon. Accur.

* Album Prætoris appellabatur tabula albo colore inducta, in qua Prætores edicta sua describebant, palamque proponebant: Græce leucoma dicitur, non autem erat paries dealbatus, vt aliqui sensere, quos refellit Alciat. lib. 1. prætermissi.

l ¶ Non modicam. Sed magnam.

m ¶ Quod. id est, ideo quia.

n ¶ Magistratus. s. ipsi Prætores. vt ff. de iust. & iu. l. ius autem. §. ius autem prætorium.

o ¶ Dederunt, vt ff. de orig. iu. l 2. §. eod. tpe.

p ¶ Quibusdã causis, vt de morbis & morbosis

bofis & vitiofis animalibus vt patet. ff. de ædil.edic.l.r.

a ¶ Honorarij. Qualiter? R̃ fideo: quia æd.les erant ex prætoribus, vt inf.de diui.ft.i.§.prætoriæ,& ff.de verb.oblig.l.5.§ prætoriæ.

SYL. ¶ Adde, quod hoc est falsũ: quia diuersitas erat in magistratu, vt patet in l.2. ff de origi.iur.sed bene videbantur eodem modo ꝓponendi sua edicta, vt prætores:& erat magistratus ad instar ꝑturę vnde Saluius Iulianus in componendo edicto ꝑpetuo fertur interedicta prętorum retulisse etiã Ædilium edicta, sicque appellatum est, illud ius prætorium, vt latius expofui hic in Comm.

† aliàs qđ edictũ iuris, &c.

† aliàs de iure respõdere.

quod † & ipsum iuris honorarij [a] portio est.

¶ Prudentum responsa sunt opiniones iurisconsultorum, qui habebant a principe auctoritatem legis condẽdæ: a quorũ sentẽtia iudici recedere nõ licebat.h.d.

¶ Responsa prudẽtum sunt sententiæ [b] & opiniones [c] eorum, quib. permissũ erat † iura cõdere. Nã antiquitus constitutum erat, vt essent qui iura publice [d] interpretarentur: quib a Cęsare [e] ius respõdendi datum est, qui iuris consulti appellabantur: quorũ omniũ sẽtẽtię,& opiniones, eã auctoritatẽ tenebãt, vt iudici [f] recedere a rñso eorũ non liceret, vt ẽ cõstitutũ. [g]

¶ Quod dnũ vsus comprobauit. i. habet vigorem: & ius ciuile in scriptum, & non scriptum diuiditur ratione originis ipsius. hoc dicit ex l. de quibus, ff. de leg.

¶ † Ex nõ scripto ius venit, [h] qđ vsus approbauit † nã diuturni [i] mores

SYL. Rn̄a. Diuiditur in 2.partes: in prima ponitur dictũ, in 2. ratio, secunda ibi, nam. CASVS non figuratur, cũ procedat simpliciter declarando, & Imper. ipse assignet rationem decidendi, nimirum quia ita cõstitutum erat, quæ ratio tollit omnem rationem dubitandi. No. quod opiniones iurisconsultorum non sunt necessariæ, nisi hoc disponatur. Item quod interpretes iuris omnium a publico deputabantur: & 2. dicebantur iureconsulti: & quod iudices ab eorum opinionibus recedere non poterant.

Sententia. b ¶ Sententiæ. Sententia est firma & indubitata responsio, secundum Ioann.

SYL. ¶ Adde, quod quamuis doct. hic approbent hanc dñiam, est tamen falsa.l.eos, §.pen.C. de appell.sed exponitur vnum pro alio.]

Opinio quid. c ¶ Opiniones. Opinio est cum dubitatione responsio, † secundum Ioannem.

† Approbattur per Nic. An. & Ioan. de Pla. d ¶ Publice. Idest quorum interpretatio fiebat publica auctoritate concessa a Principe, vt Vlp. Pap.& similes qui fecerunt leges. ff. de ori.iu.l.2.post originem,& §.iuris ciuilis scientia.

ADDITIO. Hodie tamẽ sententia doctorũ est probabilis,& non necessaria, vt no gl. in l.1.C.de leg.& legendi seu interpretandi licentia in doctoratu collata operatur, vt hæc possint publice fieri, quod aliàs non liceret, l.1.C.de studi.lib.vr. Ro.lib.1 r.

e ¶ A Cæsare. Aug. vt sup.in 1.rub.ponit Ac.

f ¶ Vt iudici. scilicet nulli.

g ¶ Vt est constitutũ. i. sicut ipsi cõstituerũt. * Intellige. i. sicut ipsi Imp. constituerunt.

¶ Ex non scripto. Diuiditur in tres partes. in prima ponit, quid sit ius non scriptum, in secunda qualiter ius ciuile diuidatur in has duas partes, in tertia assignat rationẽ, secunda ibi, & non. 3. ibi, nam origo. CASVS. Quia su. dictũ fuerat, ex non scripto ius etiã constare, hic declarat quod nõ sit tale ius, qđ ex non scripto venit, & dicit illud esse, qđ vsus approbauit. Sed tunc dubitatũ fuit, an tacitus consensus populi, vim obtinere posset. Ratio autem dubitandi poterat esse duplex: quia minor vĩ virtus taciti quã expressi. l. expressa, ff. de re. iur. item quia cum populus trãstulisset omnem auctoritatem in Principem, non videbatur posse amplius condere, nec expresse, nec tacitè, quibus non obstantibus decidit contrarium ea ratione, quia continuatus ille,& diu obseruatus mos censetur habere vniuersalem consensum populi & voluntatem ipsorum: sicut habet l. expressa. Nec obstat prima ratio, quia immo par est virtus taciti & expressi, l. cum quid, ff. si cert. petat. Item quia in isto tacito consensu censetur consensus etiam illius cuius auctoritate, l. condi. potest: quia iste text. & alij sic intelligi debent de illo populo, qui habet auctoritatem, l.condende & in effectu rationem decidendi vid. in l. de quibus, ff. de legi. Nota quod vsus diu obseruatus habetur pro le. Item quod diuturnum dicitur quod constat spacio x. annorũ. No. quod duæ negationes affirmant: ibi, non ineleganter. No. diuisionem iuris ciuilis factam esse ab origine. Itẽ quod vna ciuitas potest solis consuetudinibus, vel solis legibus regi. Not. ibi, scripto argumentum ad hoc, quod l. ad sui essentiam exigit scripturam.]

† aliàs sine scripto cum text. c. ceterum cum glo. extra de testi.cog.

h ¶ Ex non scripto ius venit. De iure scripto vidimus, quod in sex partes diuiditur: sequitur de non scripto, vt sup. eo. §. constat.

Consuetudo inducitur ex cursu x.ann.

i ¶ Diuturni. Sed quanto tempore vsus facit mores, vel consuetudinem? Respondeo, decem annis, vt ff. qui & a qui. ma. l. no. fi. l. si cum

cõsensu [a] vtentiũ comprobati, legẽ imitant. [b]

¶ Et [c] non inelegãter in duas species ius [d] ciuile distributum esse videtur: nam origo [e] eius ab institutis [f] duarum ciuitatum, Athenarum. s. & Lacedæmoniorũ, fluxisse videtur. In his enim ciuitatibus ita agi solitum erat, vt Lacedæmonij quidem magis ea, quæ pro legibus obseruarent, memoriæ mandarent: Athenienses vero ea, quę in legibus scripta comprehendissent, custodirent.

¶ Ius naturale est immutabile: sed ius ciuile sæpe mutatur quandoq. per aliud ius, quãdoq. per contrariã consuetudinem. hoc dicit.

si cum fideicommissaria. §. Arist. licet secundum quosdam exigatur tempus, cuius non extat memoria, arg. ff. de aqua plu. arc. l. 1. in fi. de aqua quotid. & æsti. l. 3. §. ductus, & C. quę sit longa cõsue. l. consuet. & C. de sacros. eccl. l. fin. Item quia dr̃ longa, vt patet i rub. C. eod. & ff eo. longa autẽ decem annis dr̃, vt inf. de vsuc. §. 1. sequitur ergo, quòd decẽ annis sit robusta.

SYL. ¶ Adde, ꝙ hæc opi. communiter approbat̃ reprobata illa, quòd requiratur tẽpus, cuius initij memoria in contrariũ non existat, vt per Ias. in l. de quibus col. 11. ff. de le. ] Sed nunquid semel sufficit, vt inf. decem annos secundum eam iudicetur? Resp. non: imò debet ad minus bis secũdum eam iudicari. vt C. de epi. audi. l. 3. in fi. vel querimoniam, vel libellum propositum contra consuetudinem talem spernere, vt ff. de legi. l. cum de consuetudine.

SYL. * ¶ ista opin. communiter improbatur hic, & in d. l. de quibus, & in c. fi. de consuet. vbi Abb. post alios quos hic, retulimus in Commen. qui consentiunt necessario non requiri actum vllum iudiciarium in consuetudine inducenda, sed consensum, atque vsum populi sufficere. d. l. de quibus. ] Numquid ergo iudicatur exemplis? Respondeo, nõ, vt C. de sent. & inter. om. iudi. l. nemo iudex. & facit, ff. de offi. præf. sed licet. sed ex cõsuetudine quæ approbatur exemplis: & sic conceditur aliquid per obliquum, quod directo non conceditur: sic & ff. quæ res pign. ob. poss. l. Aristo. in fine.

SYL. ¶ Adde, quod potest esse ratio, quia illa exẽpla per receptionem dicuntur comprobata ab habente auctoritatẽ. l. condendæ, cuius exempla in iudicando bene attenduntur. c. afferte. de præsump. gl. in c. fi. 30. dis. ]

* Quod dicit Accur. aliquid cõcedi per obliquum, ꝙ directo non conceditur, intelligas verum esse, quando quod directo prohibitum est, venit necessario in consequentiam eius, quod per obliquũ permittitur vt hic, aliàs non, vt in l. athleta. §. siue autem de ijs qui not. infam. vt declarat Bart. in l. 1. ff. de auct. tu. nã regula est, cũ quid vna via prohibetur alicui, ad id alia via eum non debere admitti. c. cum quid. de reg. iur. lib. 6. ] Sic ecõtra, peto ex promissione q̃ promissio ꝓbat̃ ex lõgo vsu. vt ff. de vsu. l. cũ in rẽ ver.

a ¶ Consensu. Aliàs non potest esse consuetudo, cum dicatur consuetudo quasi cõmunis assuetudo, & error consuetudinẽ impediat, vt ff. de le. & se. con. quod non ratione.

SYL. ¶ Adde, ꝙ immo tollit. l. consuetudo per errorem inducta sed non trahitur ad similia. Ita loquitur d. l. & declarant cõmuniter doctor. in d. l. de quibus. ]

b ¶ Imitãtur. Idest tantũ valet consuetudo vbi lex scripta non est, quantũ lex vbi scripta est. Et nota tres virtutes cõsuetudinis. imitãdi legem, vt hic. Item interpretandi legẽ, vbi est lex dubia, vt ff. eod. si de interpretatione, in fin. Item corrigendi, vt ff. de leg. & se. con. l. de quibus in fi. & inf. eo. §. ea vero. Quod distingue aut est generaliter consuetudo per totum mundum, & tunc vincit legem vbique, vt ff. de l. & se. con. de quibus. §. si. aut specialis, & tunc vincit legem in eo loco vbi est. vt ff. commu. præd. l. venditor. §. si constat dummodo. post legem fuerit inducta: aliàs vincitur a lege superueniente, vt ff. de sepul. viol. l. 13. §. Diuus. in alio autem loco consuetudo specialis non vincit legem, vt C. eod. l. consuetudinis: & hoc secundum Ioan. & Py. licet alij aliter distinxerint.

SYL. ¶ Adde, ꝙ ista distinctio approbatur communiter, vt per Ia. in d. l. quibus. super gl. fi.

c ¶ Et non. Hic §. communis est ad duo supradicta, s. ad ius scriptum & nõ scriptum: ideo bene est hic §.

d ¶ Ius ciuile largè accipe, vt no. in §. cõstat.

e ¶ Origo. in l. 12. tab. quæ fuit origo totius iuris ciuilis, & principium.

Lex 12. tabularum vñ ortũ habuit.

f ¶ Institutis. i. ordinamentis. Nam Romanus populus decem viros pro isto iure misit: qui decẽ tabulas eburneas retulerũt iam de iure scripto Atheniensiũ quam non scripto Lacædæmoniorum: sed quia postea aliquid deerat, vel emendationem desiderabat, data fuit potestas per vnum annũ his decẽ viris, vt ius & leges corrigerẽt addẽdo, & detrahendo, & si opus esset interpretarẽtur, qui vt ea, quę necessaria erant facerẽt, duas tabulas addiderunt: & sic lex 12. tab. ex accidenti dicta est, vt ff. de orig. iu. l. 2. §. 1.

SYL. g ¶ Immo tres tantũ missi, non decem, vt a Liuio lib. 3. ab vrbe condita proditum est.

SYL. ¶ Sed naturalia. Diuiditur in duas partes in prima ponitur qualiter ius naturale est immuta-

mutabile: in secunda quòd ius ciuile mutatur. secunda ibi, ea vero.

¶ CASVS. Postquam erant differentiæ inter ius ciuile & naturale: quæsitum fuit, an sicut ciuile ius secundum qualitates personarum & temporum mutatur, ita mutetur ius naturale: ratio autem dubitandi potuit esse, quia cum respiciat ipsos homines quorum status est in continuo motu, videbatur alterandū secūdum mutationem, & exigentiam ipsorum. cuius cōtrarium deciditur ex eo, quia cum naturalia perpetua ratione cōstent, & ab ipsa natura .id est

¶ Sed naturalia [a] quidem iura, quæ apud omnes gentes peræque obseruantur, diuina quadam prouidentia constituta, semper firma † atque immutabilia permanent: ea vero, quæ ipsa sibi quæque ciuitas constituit, [b] sæpe mutari solent, vel tacito consensu [c] populi, vel alia [d] postea lege lata.

† vt dicit Bal. i c.1. §. vlt. qui reuenda. pos. quod ius natus est potentius quā principatus,

Deo regantur, & infundātur mētibus hominū, certe nō pñt recipere mutationē aut alterationē aliquā, sicut recipiūt ciuilia. No. quòd ius gentiū est in sui totalitate immutabile, & quod hic loquatur de iur. gen. decla. tex. in §. qđ vero. sup. eo. vbi ponūtur hæc verba. Itē quòd ius gētiū oritur ex diuina prouidētia. Itē quòd statuta & ius ciuile mutantur vel contrariale, vel consuetudine. Itē quod eo vinculo quid tollitur, quo introducitur. ]

a ¶ Sed naturalia. Hic §. potest intelligi de iure naturali primæuo, quo mouentur omnia animalia ad aliquid faciendum, vt no. sup. eo. ti. in prin. Sed quid dicit esse immutabile, est contra id, quod de seruitute dicitur, quæ est contra ius natural. & tunc præualet, vt sup. eo. §. ius aūt. Sed dic, non derogetur ob hoc, licet non seruetur in illo casu: nā nihilominus æquū & bonū est. † Et eodē modo rñdeo ad illud, quod dr, inf. de ca. di. §. qđ aūt. qđ est cōtra. Vel ibi nō tollitur cognatio, sed ius succedēdi. Itē eodē modo: vt prius. rñdeo ad illud, quod de vsucapione dr: inf. de vsucap. in prin. quod cōstat cōtra ius naturale, vt ff. de condict. inde. l. nā hoc natura. Vel dic, quòd iste §. loquitur de iur. gētium: qđ patet ex illa litera. Quæ apud omnes gent. sup. eo §. quod vero naturalis. Accursius.

† Hoc est quantū in se est. s. in abstracto viget. sup vniformiter, sed quātū est in cōcreto

¶ Adde, quod ista est vera, vt dixi in primo no. & intelligitur quod nō mutatur in sui totalitate, vt dñi docto hic. ] ** Intellige hic agi de eo iure gētiū quod inditū appellamus, quasi mentibus nostris insitū Dei prouidētia absque vllo hominū decreto, vel psuasione. Hoc.n. ppetuū & immutabile est: cuius exēpla sunt illa, Religio erga Deū, cultus parētū, & id genus alia, de qbus i l.2. & 3. ff. de iusti. & iur. Sed ius gentiū constitutū hoc est, non à Deo ipso nobis infusum principaliter & pp se, sed quod mortales ipsi introduxerunt, naturali ratione suadente ob bonū publicum, & conseruandæ hominū societatis causa, aliquando mutatur propter varias humanarū rerū circumstantias, si id publicū bonum expostulet, & ratio cōseruationis societatis humani generis suadeat, quod videre est in dominiorum distinctione, & vsucapione: in seruitute, & manumissione: in cōtractibus, & innumeris alijs exemplis.

SYL. pōt in aliquo mutari secundū Ang. hic,

¶ Ius ciuile aut ad personas pertinet, aut ad res, aut ad actiones: & prius videndum est de personis. hoc dicit ex l. 1. & 2. ff. de statu homin.

¶ † Omne [e] autem ius quo vtimur: vel ad personas [f] pertinet, vel ad res, [g] vel actiones. [h] Et prius de personis videamus; nā parum est ius nosse, si personæ, [i]

† aliàs hic incipit ti. de iure personarum.

b ¶ Cōstituit. scilicet de consuetudine speciali, vel l. municipali scripta.

c ¶ Tacito cōsensu, s. contraria consuetudine, vt ff. de leg. & se. con. l. de quibus in fi.

d ¶ Vel alia. i. contrario statuto: & sic redduntur singula singulis.

¶ Omne ius. Diuisio & casus per se patet. * Cū.n. sup. dixerit se tractaturū de iure priuato, quæsitum est an aliquam diuisionem huiusmodi ius recipiat: & respondetur, quòd ius quo vtimur, & in practica obseruatur, aut respicit personas distribuendo vnicuique functionem suam, aut res vtilitate quadam vsib. personarum communicandas, aut actiones, quibus incidentes, controuersiæ dirimuntur: sed prius ait Imperator se locuturū de psonis quarū causa nō mō ius est cōstitutū, sed oīa quoq; aīalia genita. §. in pecudū. inf. de re di. No. diuisionē. Item quod appellatione rerū hic nō veniunt actiones, quamuis alibi sic. l. rei, ff. de verb. sign. Item quòd digniora sunt præferenda. Item quòd cognitio eorum, quorum non cognoscitur finis, est superuacua & habetur pro nihilo. ] SYL.

e ¶ Omne. quid sit ius & qualiter diuidatur diximus: nūc differētiā inter ipsa iura ponit.

f ¶ Ad personas. De hoc dicitur inf. in toto primo lib. vsque ad titulum de rerum diui.

g ¶ Ad res. De hoc dicitur, inf. lib. 2. & 3. vsque ad tit. de oblig.

** Rei appellatio ad oēm contractū & obligationem pertinet. l. 6. de verb. & re signif.

h ¶ Ad actiones. De his dicitur. inf. de act.

i ¶ Personæ. Nam homo est dignissima creaturarū, vt ff. de ędi. edic. l. iustissimi. Vnde Ouidius: Pronaque cum spectent animalia cætera terram; Os homini sublime dedit, Ouid. 1. Meta.

cor.

Vir. in 6. Æneid.

cælumque videre iussit, & erectos ad sydera tollere vultus. Et Virgilius: Igneus est ollis vigor, & cœlestis origo Seminibus.

a ¶ Ignorentur. Et sic statim ponit de iure personarum. Et no. hic, quòd digniora proponenda sunt sic infra de to. pos. §. aliâ vero, & per hoc facimus multas formationes + titulorû.

+Id est cõtinuationes titulorum.

¶ Adde, quòd quum concurrunt dignior, & potentior, præfertur potétior. l. Quæritur. ff. de sta. homi.

Continuatio.

quarum causæ constitutum est, a ignorentur.

¶ De iure perso[narum.]

¶ Homines aut liberi sunt, aut serui, dicti [a]... & seruitus: & serui a seruando di...

SYL.

¶ De iure personarum ...

¶ Continuatur titulus per Imp. in proximo §. finali tit. præced. ibi, & prius de personis.

Diuisio.

SVmma. Totus iste titul. diuiditur in sex partes. Nam primo ponit diuisiones personarum. Secundo diffinitionem libertatis: ibi, Et libertas. Tertio diffinitionem seruitutis: ibi, Seruitus. Quarto quare dicantur serui: ibi, Serui autẽ. Quinto quot modis quis efficiatur seruus: ibi, Serui autem. Sexto ponit differentiam inter seruos & liberos: ibi, In seruorum. Aretinus.

SYL.

¶ Summa itaque. CASVS. non figuratur, quia diuidẽdo & diffiniendo procedit. No. quòd homines aut liberi sunt, aut serui. No. quod dictio, omnes, stat distributiue. item quid sit libertas, & quòd liberi à libertate dicuntur. Item quid sit seruitus: & quòd illa procedit a iure gentium contra ius naturæ: & quod serui dicuntur à seruando: & quod capti in bello vendi possunt per ducem, & vnde dicantur mancipia. item quòd licet arguere a deriuatione vocabuli. Item secundum aliquos, quòd dictio, solet, importat necessitatem.

* Illud quoque obseruandum est, quod hic dicitur in rub. De iure personarum, in ff. dici, De statu hominum: & sic ius ponitur pro statu.

b ¶ Summa. Id est prima, quia & aliæ sequũtur, vt infra de ijs qui sunt sui, vel alie iuris. in principio. & infra de tute. in prin. Vel dic summa, id est maxima: quia partim est de iure naturali, vt libertas, & partim de iure gentium, vt seruitus: quorum vtrumque scilicet, ius naturale & gẽtium, antiquius est iure ciuili, vt infra de rerum diui. §. singulorum. Vel dic, summa, id est breuis. sic inf. de obligat. §. j.

SYL.

¶ Adde, q prima communiter approbatur, ex eo, quia intelligitur, q prima omnium diuisio hæc est, sicut infra de obliga. §. j. Dicitur autẽ summa, quia vt dicit Boetius in quarto Arit. maxima, & minima cuiusuis rei pars, dimidia est? maxima, quia nulla maior quota pars, maior est dimidia: minima, quia nulla diuisio minori quã duarum partium numero fieri potest.]

c ¶ Homines. Sed pone, q hic sint duo homines, vnus liber & alius seruus: tunc hæc propositio est falsa. Dic, qd pluralis oratio cõuertitur in singularẽ: & tunc est vera, & non falsa, viss. de cõd. & dem. l. falsa, §. fi. & ff. de peti. hæred. l. diuus. in fi. & de

... mancipia, quia manu capta. ff. d. ... l. summa. & l. ... ff. eod.

SVmma b itaque diuisio de iure personarum hæc est; quod omnes homines, c aut liberi sunt, aut serui d.

origi. iu. l. ij §. exactis, & de verb. signif. non est. Ecõtra singularis pro plurali, vt eod. tit. l. in vsu. & ff. de testa. tu. l. si quis ita. §. j. & dic has quæstiones positas, ff. eod. l. iij.

SYL.

* ¶ Dic secundum Bald. in l. iij. nihil interesse, vtrum dicatur, omnes, an omnis, & sic obstant oppositiones: sensus tamẽ huius loci satis patet: voluit enim dicere Imperator, q hominum aliqui sunt liberi, aliqui serui: quem sensum & Theophilus secutus est. ADDITIO. Dicas, q plurale resoluitur in singulare, vbi non potest remanere in ppria significatione, quia sequeretur iniquũ, vel inconueniens, alias non resoluitur. Item singulare in plurale, quando nomen est collectiuum, vel rationis paritas, seu cõnexitas hoc inducit: alias non. Ioan.

+ Adde, Quando pluralitas resoluatur in singul. latissimẽ differit Hierony. Zanchus in repeti. §. Cum ita. l. Hæredes mei. ff. ad Treb. vbi quid in substitutionibus, contractibus, iudicijs, & alijs materijs, incipiendo a nu. 280. vsque ad nu. 341.

SYL.

d ¶ Aut serui. Sed quid de statu libero? Videtur liber. ff. si ex no. causa ag. l. fin. Sed contra est. ff. de statuli. l. statuliberum. +

* ¶ Statuliber est, qui statutam & destinatã in tempus, vel in conditionem habet libertatem. l. j. ff. de statuliberis. nec ambigendum est, quin statuliberi comprehendãtur sub membro seruorum: nam licet spes sit libertatis, tamen dum sunt statuliberi, id est, donec libertas nondum venit, serui sunt. Non obstat dic. l. fin. quia quamuis dicatur ibi, in eadem causa sisti, si liber sistatur, hoc est ex eo, quia nil noui circa eiusmodi seruum factum est, quod non habeat originem in tempore promissionis illum sistendi, vt considerant ibi Doctores] Item quid de ascriptitio, vel censito? Videtur quod serui sint, vt C. de agri. & censi. l. ne diutius. l. fi. lib. 11. & C. in quibus cau. colum. cen. l. fin. lib. 11. +Sed contra est secundum Ioan. (licet alij aliter distinxerint) cum possint fieri clerici, & contra dominorũ voluntatem, quod

+ Hic quo ad quæ dã hĩ pro libero, & quo ad q̃dã pro seruo, vt no. in l. 1. ff. si ex nox. causa agatur secundũ omnes doct. hic,

non

non est in vere seruis, vt C. de episcop. & cle. l. iubemus. §. seruos & in authen. de san. episcop. § ascriptitio, colla. 9. item in dubio pro libertate iudicandum est, vt ff. de re iudic. l. libertas, & quoad seruitia, quibus astrictus est, quare poterant prædicti & facere testamentum, & ferre testimonium, & alios actus ciuiles exercere, nec alienari possunt sine solo, vt C. de agri. & censi. l. quemadmodum lib 11.

† Libertatis templum in Auentino colle fuerat constructum.

† alias si quid.

per captiuitatem, vt supra tit 2 §. ius autem. & iure, scilicet ciuili, quando maior 20. annis vendit se ad pretium participandum vt infra § serui. q.d. liber quilibet est, nisi fiat seruus iure gentium, vel ciuili & hęc verba, Ex qua etiam liberi &c. non oportet, quòd sint de diffinitione, sed quendam effectum libertatis demonstrent.

¶ † Et libertas [a] quidem (ex qua etiam liberi vocantur) est naturalis facultas eius, quod cuique facere liber, nisi † quod vi, aut iure prohibetur.

¶ Seruitus autem est constitutio [b] iurisgentium, qua quis dominio [c] alieno contra naturam [d] subijcitur.

¶ Serui autem ex eo appellati sũt, quòd Imperatores † captiuos vendere † iubent, ac per

SYL. ¶ Vltimã expositionem sequitur hic Doctor.

SYL. ¶ Adde, quòd hæc opin. communis est, contra quam disputando tenet præpo. senen. in 3. causa. quæst 2.

* Sũt autem ascriptitij serui aut coloni, qui glebæ seu prædio colendo perpetuo ascripti atq; addicti sunt, inde numquam recessuri dominisq. annuos redditus omnes præter sumptum & victum reddituri.]

¶ Adde, quòd ascriptitius seruus est portio fundi, & inter res immobiles annumeratur l. iubemus. C. de sacrosan. eccles & l. 3. ff. de diu. & temp. præscri. idque Bald. annotauit, l 1. col. 6 C. de ser. fug.

¶ Item quid de monacho vel regulari canonico? Respondeo: liberi sunt & ideo † possunt reddere testimonium: quod dic, vt diximus in auth. de monach. §. cogitãdum col. 1. licet quo ad actus quosdam fingãtur mortui, vt in authen. de mona. § illud. & §. si quis autem, col. j & in authen. de nup. §. secundũ occasionem, col 4. †

¶ Dũ mõ fuerent cũ licẽtia sui superioris: alias non valeret eorum depositio secũdum Io. Fab. & Ang. hic.

ADDITIO. Adde, quòd licet monachi dicantur mortui mundo, vt in c. 2. extra de postulan. & l. Deo nobis. C. de episc. & cleri. tamen hoc verum est quo ad actus ciuiles, non quoad actus naturales.

a ¶ Libertas, Hæc diffinitio tribus modis potest legi. primo secundum Ir. vt diffiniatur libertas eo iure quo inuẽta est, id est naturali & sic etiam serui secundum hoc sunt liberi: nam & ipsi possunt facere quid volũt nisi quod vi j de facto: vel iure. s. quolibet prohibeatur & hæc verba, Ex qua etiam liberi &c. possunt esse de diffinitione. nam & ipsi liberi vocantur secundum idem ius, vt infra de libe. §. 1. Alij dicunt diffiniri libertatem liberi, non libertatem serui: quia ex prima vocantur, scilicet hodie liberi. non ex secunda, scilicet quam habẽt serui: Est ergo libertas alia in seruo, alia in libero: & secũdum eos verbum, vi, exponitur vt prius. Sed nec prima, nec secunda placet, quod serui sint aliquo iure liberi, cum ius gentium in hoc derogauerit iuri naturali, vt inf. §. seruitus. Et expone vi, id est iure gentium quod quadam necessitate induxit seruitutem, scilicet

¶ Adde, quòd ex quo hic diffinitur libertas ad differentiam seruitutis, necessario diffinitur secundum tempus, quo erat seruitus, & sic falsa est opin. Iacob. Butr. Nec opin glos. hic est vera: quia per eam non excluditur seruus, qui potest facere ea, quæ vel iure gentium vel ciuili eidem prohibita non sunt: vnde dicas quòd non intelligitur, quæ prohibita sunt ipsis particulariter, sed ea quæ absolute & de se prohibita sunt Nam ita intelligendo, testari, contrahere, non sunt de se prohibita, & tamen seruo non competũt: intelligatur ergo vis & ius proprie, quia quamuis prohibitũ alicui sit a iure homicidium, non per hoc minus est liber: sicut non minus est liber per hoc, quod de facto ipsa vi prohibeatur, & impediatur aliquid facere.]

† Hoc est belli duces, vnde hic Theophilus nõ vertit.

† alias nõ hĩ iubẽt.

b ¶ Constitutio. id est vnum de statutis iuris gentium: nam & alia multa statuit ius gentium, vt sup. tit. 1. §. ius autem, sed hodie dici potest seruitus de iure ciuili formatione: † nam alia olim. & alia hodie est hæc potestas, vt infra de ijs qui sunt sui vel alien. iu §. penult. & fin. quare est de iuregentium inuentione, sed ciuili formatione, vt ff. de iust. & iur l. ius autem ciuile.

c ¶ Domino. Aliquando sine dominio, vt ff. de re. diui. l. 1. §. 1. & ff. pro derel. l. fin. & ad idem ff. de stipul. seruo. l. quod seruus. & ff. de lib. causa l. si vsumfructum.

SYL. * ¶ Imo posito seruo, necessario ponitur dominus, & econuerso, cum sint correlatiua: nec leges per glo. allegatæ probant contrarium, vt late in Commentarijs ostendi.]

d ¶ Contra naturam. i. contra ius naturale cum eo iure omnes liberi sunt, vt inf. de liber §. i & supra tit. 1. ius autem.

SYL. ¶ Adde, quod debes intelligere. i. contra illud quod natura dictabat in primo statu, sicut in l. 1. ff. de nata. resti. dr restitutus natalibus, qui natus est seruus, sed intelligitur. s. libertati, quam a principio homines habebant, non in qua nascitur quãdo seruus nascitur: & si vis plura circa quæ causa disputandi, vide Fortu. in l. manumissiones ff. de iust. & iu.]

a ¶ Ser-

Seruus tabellio esse non pôt.

a ¶ Seruare. Nota seruum dici à seruando, & non à seruiendo secūdum Isidorum: sed tabellio dicitur seruus publicus a seruiēdo, vt ff. de ado. l. nō aliter, & ff. rem pupilli sal. for. l. 2. qui tamen seruus non potest esse, vt C. de tabul l. generali. lib x. Accur.

* Vide similē gl. ff. de adopt. §. cum autem.

a † Capiūtur, ff. de stat. hom. l. 4. in fin.

¶ Serui autem. Diuiditur in tres partes. In prima ponitur diuisio: in secunda: declaratio illius in tertia, differentia inter conditionem liberorum & seruorum, & declaratur, secunda ibi, nascuntur. tertia ibi in seruorum.

hoc seruare [a] nec occidere solent, qui etiam mancipia dicti sunt, eo quòd ab hostibus manu capiuntur.

¶ Serui vel nascuntur ex ancillis, vel fiūt captiuitate, vel venduntur ad pretium participandum: inter quos, sicut inter liberos, nulla est d. ... b. d. ex l. v. ...

¶ Serui autem aut nascūtur; aut fiunt: [b] nascuntur ex ancillis [c] nostris: fiunt aut iure gentium, id est, ex captiuitate, [d] aut iure [e] ciuili, cū homo liber maior [f] viginti annis ad pretium participā-

SYL. ¶ CASVS. non ponitur, quia diuidendo procedit, & diuisionem exemplificando. Not. qualiter serui fiant, & qualiter nascuntur. Item quòd ius ciuile introduxit, quòd homo pateretur se vendi ad pretium participandum. Et quod quis est dominus suæ libertatis etiam vsque ad vēditionem. Item quod liberorum alij ingenui sunt, alij libertini.]

b ¶ Aut fiunt ex accidenti.

c ¶ Ex ancillis. Licet patrem liberum habeant, vt inf. tit. 1. C. de rei vendic. l. partum. Quid si ex ascriptio & libera? Respond. sequitur vētrem, vt in auth. con. quæ ex ascripti & lib. nat. §. 1. col. 5.

d ¶ Captiuitate. Quæ occasione belli contingit: quod est de iure gentium, vt sup. tit. proxi § ius autem.

* Adde, q̄ hodie capti, in seruitutem non trahuntur, Bart. in l. hostes in fi de capti. & postli. reuer. sed solū redemptionis pretiū soluere coguntur, Salyc. in l. ab hostibus. 2. C. de postlim. re.

e ¶ Iure ciuili. Est & tertius modus, vt C. de assert. tol. l. 1. § penul & est quartus, vt per ingratitudinem reuocationis in seruitutē, vt in authen. vt liberti de cetero, §. 1. in fin. & §. illud vero. colla 6. Dic. hos modos esse iuris ciuilis, & ita comprehēdi sub diuisione posita hic per Imperatorem, nam quod dicitur in tex iure ciuili seruum fieri, cum homo liber maior 20. ann. patitur se venundari ad pretium participandum: exempli gratia dictum est & ideo non restringit hoc tertius iure ciuil fieri possit.

Vt liber fiat seru⁹ per venditionem, quatuor requiruntur.

f ¶ Maior. In quo facto sunt quatuor necessaria, l. q̄ sit maior 20. annis, vt hic & C. de lib. cau. l. si ministerium.

SYL. ¶ Adde, q̄ ratio est, quia cum minor ante viginti annū libertatem seruo dare nō possit, §. Eadem lege, inf. quibus ex cau. ma. non licet, tanto minus in se potest seruitutē constituere, d l. si ministeriū, & quamuis, § ea. corrigatur per §. Ergo. eod. tit. tamen non operat in hoc casu: quia introducta fauore libertatis redundaret in odium, contra l quod fauore, C. de legi. l. 2. & vt eo animo, vt pretij acciperet partē, vt hic, & C. de lib. cau. l. non ideo. Item & q̄ vere habeat partem, vt ff. quibus ad lib. procla. nō lic. l. j. Item quòd vendatur ignoranti cōditionem vēdit, vt ff de li cau. l. liberis. § si quis sciens. Item & quintum, vt hic sciat conditionem suam, vt ff si lib. ingen. esse dict. l. 2. & si quid horum defuerit, iure communi prouocat in ingenuitatem: alias non poterit prouocare in ingenuitatem etiā si manumittatur, vt ff. de stat ho. l. homo lib. & ff. de li. c a. l. cum pacto: nisi redderet pretium, & dominus sponte acciperet.

¶ Adde sextum requisitum, q̄ seipsum vendat per interpositam personam in nam si seipsum venderet, non esset emptor in bona fide: quia si credit seruū est in mala fide: q a debet scire esse alterius: si credit liberum, nō potest d. § si quis sciens. nec etiam domi nus accipere compellitur pretiū: licet quidā contradicant, vt ff. si lib. ing. esse dicat. l. 2. j. respon. & C. quando licet ab empt. d. l. 1. & in f. tit. in fin. Sed numquid habet in integrum restitutionem, cum sit minor 25 annis, maior tamen 20. Respon. non quia non est mutanda tanta solennitas, & quia non est locus restitutioni, vbi res mutat statum, prorsus amittendo, vt ff. de mi. si ex causa, § Papinianus. & ff. de in integ. rest. l. Diuus. Sed nūquid patri vel affini permittitur reuocatio vel per offi: nini iudicis, vel per rei vendicationem vtilem, cum ad eorū ignominiam respiciat, vt ff. de rei vend. l. 1. & de lib ca l. 2. 3. 4. & 6. Respond. non, vt ff. de ea. dim. l. tutelas. §. si libertatem, licet quidam dixet int contra ar. dictarum legum, Sed certe ibi non mutauerat statum, sed mutare volebat. SYL.

Restō in integrum nō detur min. 25. annis qui se vendit.

¶ Adde, q̄ hanc q. late examinat & disputat præpo. sen. 3. q. 6. per totum. SYL.

ADDITIO. Dic ego esse verā si pares, cōiunctus, vxor, vel filius fuerint scientes tēpore, quo liber homo vēditus fuit: tūc enim eorum scientia f. eis preiudicat, vt non possint vēdicare, q a dicta venditioni videntur con-

cõsensisse: secus autẽ si fuerint ignorantes quia illorũ interest illũ nõ esse seruum: vnde pro eorum proprio interesse, etiam cõtra voluntatẽ dicti venditoris, possunt agere & reduci facere illum in pristinã libertatẽ restituendo pretium. Ang. cui adde Ias. qui tenet indistinctè quòd possit reuocari, siue parentes aut affines sciuerint, siue ignorauerint venditionem.

dum sese venundari [a] passus est.

¶ In seruorum conditione nulla est [b] differentia, in liberis autem multæ [c] † differentiæ sunt: aut enim ingenui, aut libertini sunt.

† aliàs nõ est, differentiæ.

a ¶ Venundari. Idẽ si quolibet alio titulo patitur se trãsferri in alium: quod verum est, si aliquod lucrum sentiat vt C. de lib. causa. l. si ministerium. & ff. de lib. ca. l. si vsumf. §. 1.

b ¶ Nulla est differentia. Sed videtur contra, nam quidam sunt in dignitate. AUDITIO. Idest in meliori statu & opinione, non autem in dignitate propria per l. generali, C. de tab. lib. 11. Ang. ] quidã nõ, vt infr. de iniur, §. sed pœna, & ff. de vsufr. l. sed & si quid. la pri. item quidam ordinarij quidam vicarij, vt inf. quod cum eo. §. cũ autẽ. Itẽ alij veterani, alij nouitij, vt ff. de ædil. edi. l. si. & ff. de publi. l. interdum. §. quoties. Sed dic. † quod nullus est magis seruus quã alter, licet quoad actus, & quoad militias. & similia, sit differẽtia: licet olim magis vnus quam alter esset seruus, vt C. de nu. iure quir. toll. l. vnica. nam olim quidam habebãt nudum dominium in seruos, quidam plenum, quidam semiplenum.

† eodem modo soluit etiam Batt. in l. & seruorũ, ff. eod.

SYL.

* ¶ Quis sit seruus veteranus seu veterator, & quis nouitius, declarat Alcia. lib. 3. de verbo. signif. & Budæus in l. vlt. ff. de ædi. edi. q. vero dicantur ordinarij, item qui vicarij, expo. infr. tit. quod cum eod. §. cum autem.

c ¶ Multæ. Quidam ponunt hic falsam notã, vt duo † sint multa, ar. ff. ad Sil. l. 1. §. hoc rescriptũ. Sed certe ibi sunt tria appellata, nõ duo tm̃. Dic ergo, quod quatuor sunt dñiæ liberorum hominum: vt ingenui, & libertini, & latini, & deditij, vt hic, & inf. tit. 1. de li. §. libertinorum, ar. ff. vi bon. rapt. l. 4. §. 1. 2. rñ. pro prima est in auth. de depo. & denun. ibi, Cum & alia multa coll. 6.

† Credit hic Pe. qđ hęc dictio duo importet pluralitatem nõ multitudinem.

SYL.

¶ Adde text. in §. singulorum, Inf. de redi. Alex. in l. 1. in 7. col. ff. de leg. 1. * Ceterum Accur. dum ponit quatuor differentias liberorum hominum fallitur: cum & Latini, & deditij cõprehendãtur sub libertinis, & hi quoq; hodie sublati sint, vt patet ex d. §. libertinor.

¶ Adde, q̃ ex hoc tex. non recte colligitur, duo esse multa. nam hic vna sola dñia liberorum ponitur, q̃ sunt aut ingenui, aut libertini; sed dixit esse multas, quia preter hãc cuius materiam persequitur vsque ad tit. de ijs, qui sunt sui vel al. iu. sunt alię due, quarũ vna traditur in d. titul. de ijs qui sunt sui vel alie. iur. altera in tit. de tute.

¶ De ingenuis Quia supra dixit de iure personarum, quarum quædam sũt serue, quædam sunt liberæ: liberorum autem quidam ingenui, quidã libertini: ideo de his tractaturus p̃mittit de ingenuis tanquam dignioribus. Porcus.

¶ De ingenuis.

¶ Ingenuus est qui ex liberis, aut libertinis nascitur seu ex matre libera, quãuis pater vel seruus, vel incertus sit, quã sufficit aliquo tempore dum in vtero est, liberã fuisse h d ex l. &

INgenuus. ¶ Diuiditur in duas partes. Nam in prima tractat, qualiter quis dicatur ingenuus: in secunda qualiter ingenuitas perditur. Secunda ibi, Cum autem. Prima subdiuiditur in quinque. Nam in prima ponitur dictũ: in secũda illud declaratur: in tertia rñdetur tacitæ quæstioni: in quarta alteri quæstioni respondetur: in quinta deciditur incidens quęstio Secunda ibi, Sine ex duobus: tertia ibi, Sed & si quis, quarta ibi. Et econtrario, quinta ibi, Ex his, Porcus. SYL.

¶ CASVS. Dubitatum fuit propter proxime præcedentem distinctionem quis diceretur ingenuus; & diffinitur qui ex duobus ingenuis nascitur, quod nullam habet in se difficultatem: sed dubium erat, si ex duobus libertinis vel eorum altero. quia non videbatur, quod possent sibi dissimilem filium generare: nec in alium plus dignitatis aut iuris trãsferre, quam ipsi haberent. l. nemo plus, ff. de reg. iur. sed respondetur contrarium ea ratione: quia qualitatis libertinitatis non potest competere illis: qui serui non fuerunt, sunt enim liberi, dicuntur tamen libertini in memoriam illius seruitutis, quę qualitas cum cohæreat personæ ipsorum, non est transfusibilis in alium: sed tunc dubitabatur, quid de eo qui matre libera, patre seruo nascebatur: dubium autem faciebat, quia cum ingenuitas species sit cuiusdam dignitatis, videbatur in ea sequendus pater. l. liberos in fine ff. de sena. sed contrarium respondetur, quod quo ad libertatem, & ingenuitatem spectatur venter * quod ratione certitudinis constitutum censeo: mater enim semper est certa, pater vero non: item vel ob maiorem partus fauorem, qui, si matrem spectes, tribus temporibus, scilicet conceptionis, partus, & medio tempore adipisci potest libertatem & ingenuitatem, sin autem patrem sequeretur, habetetur solum ratio temporis, quo concipitur, cum eo tantum tempore circa generationem pater agat in filium. ] SYL.

Sed fuit etiã dubitatum quo tempore foret neces-

seruorum, §. ingenui. ff. de stat. hom.

INgenuus [a] † est is, qui statim, vt natus est, liber est: siue ex duobus [c] ingenuis matrimonio editus est: siue ex libertinis duobus, siue ex altero [c] libertino, & altero ingenuo.

¶ Sed & siquis ex matre nascitur [d] libera, patre vero seruo, ingenu⁹ nihilominus [e] nascitur: quemadmodum qui ex matre libera [f] & incerto patre natus est: quoniam vulgo conceptus est. Sufficit [g] autem liberam fuisse matrem eo tempore, quo nascitur, licet ancilla conceperit. Et econtrario, si libera conceperit, dein de ancilla facta pariat: placuit eum, qui nascitur, liberum nasci: † quia nõ debet calamitas [h] matris ei nocere, qui in vtero est. Ex his illud quæsitum est: si ancilla prægnans manumissa sit, deinde ancilla postea facta pepererit, liberum an seruũ pariat. Et † Martianus probat liberum nasci. Sufficit enim ei, qui in vtero est, liberam matrem [i] vel [k] medio tẽpore [l] habuisse: quod & verum est.

necessarium matrem liberam esse: & videbatur partus spectandus, quia tunc proprie in lucem editus homo dici potest. l. cum inter. C de fideicom. lib cuius contrarium respondetur, quòd sufficit quocunque tempore fuisse: & ratio assignari potest, quia cum quo ad fauorabilia qui in vtero est habeatur pro nato, statim quòd aliquo tempore mater est libera, presumitur tũc natus. l qui in vtero ff. de stat. hom. No. qui sit ingenuus. Item quòd dictio sed & si, ponit diuersitaté in iure. Itẽ quòd sufficit, matré esse liberam, dato quod pater sit seruus vel incertus, vt natus dicatur ingenuus. Item quòd sufficit aliquo tẽpore liberam fuisse, etiam quod conceperit & pepererit in seruitute. Item quòd materna calamitas non debet nocere filijs non natis. Item quod partus quo ad statũ sequitur ventrem. Item quod vulgo conceptus dicitur, cuius pater incertus est. ]

a Ingenuus. Quandoque aliter: quia per sententiam, vt ff de statu hom. l ingenuum. Item per restitutionem natalium, vt ff. de nata. rest. l. 2. & l. patrono. §. fin.

* Dic, quòd huiusmodi nõ arguunt defectiuam descriptionem ingenui huius tex. nam quo ad l. ingenuum. illud est, quia lex fingit eum natum ingenuũ, vt aliquando finis litibus imponatur. Quo ad restitutionem natalium, hoc facit indulgentia principis, qui cũ legib. solutus sit, minime insistendũ est.

b Ex duobus. sic construe. Siue ex matrimonio. subaudi: constare ex duobus ingenuis editus &c. sic expone omnia sequentia capit.

c Ex altero. Sic. C. de oper. lib. l. quod ex liberta.

Adde quod quandoque nascitur liber ex duobus seruis in casu l. cum inter. C de fideicom. li. item in casu l. cum Syllanianum C. de ijs qui. vt indi.)

d Nascitur, secundum se.

e Nihilominus. Quia ventris status semper consideratur, vt hic & in auth. constitutio quæ ex ascript. §. 1. col 5. & C. de rei ven. l. partum. † nisi in casu, vt C. de ser. fug. l. fin. & nisi in murileg. vt C. de murileg. qui aut. patre, & l. 2. qui. & l. ingenuæ lib 2. hoc iure Romano, sec⁹ iure Lõgobardorũ quia semper in deteriorem statũ trahitur, vbi sit matrimoniũ: aliud si concubinatus: nam tunc seruatur ius Romanũ, quòd sequatur ventrem.

f Libera. puta meretrice.

g Sufficit. Quantum ad conditionem, secus quãtum ad honores vt ff. de senat. l. filiam & l. liberos. §. fin & secus quo ad patriam, vt ff. ad mun. l. assumptio. §. filius. & ff. mand. l. si procuratorem & ff pro soc. l. si id quod, §. si filius, ff. de negot. gest. sed an vltro.

h Calamitas, quasi cadamitas: † quia iterum fuit facta ancilla: & sic quodammodo rursus cadit in seruitutem.

Adde: quod do. assignant rationem quia ius iam quæsitum non debet tolli: sed est necessarium declarare vt dixi supr. in casu.

* Tu dic, quod ratio est, quia nullus debet alterius odio prægrauari. l. non debet, de regul. iur. puniretur, enim partus sine culpa, quod esse non debet. c. fine, de regul. iur in 6.

i Liberam matrem. Facit ad hoc, C. si mã. ita. fu. alie. vt ma. l si iusta.

* Adde aliud seruari vbi agitur de patria potestate. vt est tex. & ibi not glo. in §. penul. inf. quibus mo. ius pa. po. sol. rationem autem diuersitatis ponit ibi Aldo. in figuratione casus.

K Vel. pro saltem, Accur.

* Sic inf. titul. 2. §. licet. vers. valde Exponi quoque potest pro etiam, vt & inf. tit. 1 § serui, ibi vel in transitu.

l Medio tempore. ff. de acqu. rer. domin. l. adeo, §. cum quisquis.

¶ Diuiditur in duas partes.

in

† concor. cum hoc princ. c. 1. iuncta glo. extra. de pur. can.

Partus sẽper sequitur vẽtrẽ.

† Dic istũ verũ indistincte in non edito ex legitimo matrimonio. alias quo.

S Y L. ad statũ libertatis sequit̃ matrem, sed quo ad originem, familiam, & honores, sequitur patrem secundum oẽs scrib. hic, & rõnẽ diuersitatis vides in figuratione casus.

† Et sic spectatur initium, facit c. 2. cũ glo. su. verbo cõcepti. extra qui fi. sint le.

† aliàs Marcell⁹

† Hic accipitur pro infortunio.

S Y L.

in prima ponit dictum, in secunda rationē. ij. ibi, sæpissime.
* ¶CASVS. Natus est aliquis ingenuus, qui modo reperitur in statu seruitutis de facto & iniuste, quæritur vtrū si manumittatur, libertinæ conditionis efficiatur, & videretur quod sic, quia per manumissionē libertini efficiūtur: vt infr. tit. 1. in princ. & iste patiendo se manumitti videtur quodā modo seruitutē huiusmodi approbare l. illud. ff. de acq. hæred. tamē respōdetur cōtrarium, quia is non vere erat seruus: sed de facto in seruitute detinebatur: vnde eius ingenuitati non potuit obesse talis manumissio, quæ re vera non est manumissio, cum ille esset liber, sed potius remotio iugi, & libertatis ipsius declaratio. Not. quòd manumissio de facto facta non nocet ingenuitati. Item quod non sufficit aliquid de facto fieri vt sequatur effectus iuris.

¶ Ingenuus natus qui iure seruus non erat, si manumittatur, fit ingenuus. h.d.

¶ Cum autem [a] ingenuus aliquis natus sit, non officit [b] ei in seruitute [c] fuisse, & postea manumissum [d] esse. Sæpissime enim cōstitutum est, natalibus [e] non officere [f] manumissionem.

¶ De libertinis.

¶ Libertinus is est qui manumittitur: & manumissio est datio libertatis, sic dicta a manu id est potestate, qua liberatur, iure gentium a quo tria hominum genera esse cœperunt vbi prius vnum erat. h. d. ex l. libertini. ff. de statu ho. & l. manumissiones. ff. de iust. & iur.

a ¶ Cum autem sup. dixit qualiter cōtingat ingenuitas, nunc qualiter perseueret.
b ¶ Non officit. Nisi post manumissionem talem quinquennio steterit, vt ff. si lib. inge. esse dic. l. 2. sed illud hodie correctum est, vt hic, & C. vbi causa sta. agi debe. l. fi.
c ¶ In seruitute. i. in statu seruili.
* Not. q̄ aliud est seruum esse, aliud esse in seruitute. sic aliud est possidere, aliud esse in possessione l. si quis ante, ff. de acq. poss.
Scriptura pconizata facit fidē apud oēs. d ¶ Manumissum, scilicet de facto.
e ¶ Natalibus. i. ingenuitati, quæ probatur per natales. Erant autem natales scripturæ cum annis domini, & præconizatæ, quæ dicebant, Lucium esse natum & ingenuum: & deinceps sic erat, nisi tunc contradiceretur, vnde & in legendis sanctorum intitulatur natale sancti Nicolai quando moritur, quasi tunc nascatur nunquam moriturus: & scribuntur gesta in vita. Vel dic, quod natale appellatur prima natiuitas, quæ est de iure naturali, & omnem hominem dicit esse liberum: vnde dicitur, seruus iste restituitur natalibus, id est, illi libertati, quam habet de iure naturali. ff. de na. rest. l. 2. & ff. de
SYL. stat. hom. l. Imperator.
¶ Adde, quòd vocat natales statum illum hominis, in quo natus est. ]
f ¶ Officere. Nisi vēdiderit se se, vt sup. tit. 3.

§. pen. tunc. n. nō redit in statū primū, vt ff. de stat. homin. homo liber. quæ est contra. SYL.
¶ Adde rōnem esse pp semel eius voluntatē abdicatā libertatē, & quia vere erat seruus. ]
¶ De libertinis. ¶ Hic ponitur secunda pars diuisionis positæ in tex. supr. tit. 2. § fi. & ista est cōtinuatio huius rubricę. Aretin. Continuatio. Diuisio.

Libertini. ¶ Totus iste titulus diuiditur i quinque partes. Primo ponit, qui sunt libertini. Secundo quid sit manumissio. tertio quot modis serui manumittantur. Quarto q̄ serui multipos sunt manumitti. Quinto qualiter de iure antiquo status libertinorum erat tripartitus, & correctiones status libertinorum. Secunda ibi, Manumissio. Tertia ibi. Multis. Quarta ibi, Serui vero. Vltima ibi, Libertinorum.

Libertini sunt qui ex iusta [g] seruitute [h] manumissi sunt.

¶ Manumissio autem

¶ Libertini. CASVS non figuratur, quia diffiniendo & declarando procedit. Not. qui sint libertini. Item quid sit manumissio. Itē quòd manus idem importat quod potestas: & quod seruitus, & manumissio fuit inuentio iuris gentium, item quod priuatio præsupponit habitum, & quod nihil potest esse prius in priuatione, quin sit in habitu: & q̄d quicquid est causa causæ, est causa causati. Item quòd infirmis est opus medela: & quod quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. Item quòd iure naturali vnicum erat genus hominum, iure gentium tria: quod vide in tex. ] SYL.
g ¶ Ex iusta, id est vera.
¶ Adde secundum doctor. hanc esse veram expositionem, quia si non sit vera seruitus, efficeretur ingenuus. §. fi. sup. tit. 1. ] sic econtra, vt infr. tit. 1. § semel. vel iusta, quia adeo iuste seruierunt domino, vt meruerint manumitti. Vel dic iusta, quia est de iure gentium, vt sup. tit. 2. seruitus. & ff. de iusti. & iur. l. manumissiones. SYL.
h ¶ Seruitute. Et huius manumissi filius est ingenuus, vt sup. tit. 1. in prin. licet Grāmatici dicant eum libertinum; sed & manumissum † libertum dicunt. † aliàs libertinū.
¶ Adde, q̄ glo. æquiuocat: fuit enim olim drīā inter libertū & libertinum: quia libertinū vocabant non manumissum, sed eius filium ingenuum, vt decl. Budæus in l. si. ff. de sena. in Annot. quamuis hodie pro eodē suppo- SYL.

ſupponant. ſed differũt reſpectu correlationis nam libertus dr̃ reſpectu patroni, libertinus reſpectu ingenui, vt declarat Vali.li.4. ]

a ¶ Datio. ideſt detectio, ſecundum It. ſic, ff.de acquir.rer.domin. l.adeo, §.cum quis: in fi. Vel dic ſecundum Pla. Ioann. & Azo. q̃ dat libertatem, quã prius ille ſeruus nõ habebat: aliàs, id eſt ſi diceremus dari illã, quam ante habebat, non diceretur dari, vt infra de act. §. ſic itaque. Sed opponitur: aut quam habebat ei dabat: & ſic illi quidẽ nulla remanet, cũ nõ habebat niſi vnam: aut quam non habebat, quod eſt abſurdum. Sed dic, q̃ dat quã non habebat: & hoc plerumque contingit, quòd quis dat quod non habet, vt infra qui. ali.lic. §.j. & ff.de vſufr.l. quod noſtrum, & ff.de acquirend.rerum domin.l.non eſt.

† aliàs de manu datio.

eſt † datio [a] libertatis. Nam quamdiu aliquis in ſeruitute eſt, manui & [b] poteſtati [c] ſuppoſitus eſt: & manumiſſus liberatur à † domini poteſtate. Quæ res [d] à iure gentium originem ſumpſit, vt pote cum iure naturali omnes homines liberi naſcerentur, nec eſſet nota manumiſſio, cum ſeruitus eſſet incognita. Sed poſtquam iure gentium ſeruitus ingenuitatem inuaſit, ſecutum eſt beneficiũ manumiſſionis: & cum

SYL. ¶ Adde, quòd eſt vera ratio: nec ex hoc manumittens dicitur dare aliud, quàm habeat, ſed bene aliter quam habeat, ſicut in l. quod noſtrum, ff. de vſufruct. habens cauſalem vſufructum concedit formalem. Ita creditor, qui habet ius obligationis, dat liberationem.

† aliàs nõ eſt dñi.

* Sed pro recta intelligentia huius diffinitionis videnda ſunt, quæ hic in Annotat. & Commentarijs ſcripſi. ]

¶ Adde, quòd Feſtus deducere videtur verbum manumiſſionis à manu membro, quia ſcilicet dominus ſeruum manumiſſurus eius caput, aut aliud membrum manu tenebat, dicens: hunc hominem liberum eſſe volo, atque ita eum manu ſua emittebat.

b ¶ Et, pro id eſt.

c ¶ Poteſtati. ff.de iuſtit.& iur.l.manumiſſiones.

d ¶ Quæ res, id eſt manumiſſio.

e ¶ Tria genera. Si erat vnum, & addita ſunt tria, ergo ſunt quatuor? Reſpond. non ſequitur: nam ſi habes tres filios, & naſcatur hodie vnus, incipis habere quatuor, & prius habebas tres, ergo ſeptem: quod falſum eſt, quia quod primo erat computatur in ſequentem numerum: ſic ff.quemad.ſerui.amit.l.r.

¶ Multis autem. CASVS. Quæſitum fuit cognito quid eſt manumiſſio, an per quãlibet voluntatem, & vbilibet concedi poſſet: & dubium faciebat, quia cũ libertas ineſtimabilis res ſit, l.2. §.2. ff.ad l.rho.de iac. videbatur perpẽſo iudicio tribuenda: cuius tamen contrarium ea ratione deciditur, quia vt ad ſtatum priſtinũ homines reducantur libertatis, iura maxime fauerũt in modo relinquendi & dandi, volueruntque iuriſdictione voluntaria expediri, ideo in quolibet loco & tempore poteſt expediri & tribui. Not. quòd datio libertatis eſt actus pius: aliàs enim non poſſet fieri in eccleſia. Not. modos dandi libertatem, inter quos quæ datur per epiſtolam, & per conſequens & per nũcium, quia ſunt pacificata aliquid per epiſtolam vel per nuncium dari, l.1. ff. de contrah. empt. ſecus per procuratorem: rationem aſſignant hic doct. Item quòd in quocunque loco & tempore poteſt exerceri actus voluntariæ iuriſdictionis.

SYL.

vno communi nomine omnes homines appellarentur, iure gentium tria hominum genera [e] eſſe cœperunt; liberi, & his contrarium ſerui, & tertium genus libertini, qui deſierant eſſe ſerui.

¶ Seruus ex qualibet voluntate, & vbilibet manumittitur. h.d.

¶ Multis autem modis manumiſſio procedit: † aut ex ſacris conſtitutionibus in ſacroſanctis eccleſijs, [f] aut † vindicta, [g] aut inter amicos, [h] aut per

† aliàs aut enĩ ex ſacris conſtitutionibus in ſacroſãctis eccleſijs

† aliàs vidicia.

Vindicta quid ſit.

f ¶ Eccleſijs, ſcilicet ſub aſpectu populi, & antiſtitis, & interueniente qualicunque ſcriptura vice actorũ, vt C.de ijs, qui in eccleſ. manu.l.1.& 2.

g ¶ Vindicta, id eſt cauſa cognita coram prætore: qua tantummodo poterat antiquitus maior viginti annis manumittere, vt infr.tit.1. §.eadem quæ ideo dicitur dari vindicta, quia Vindex quidam, ſeruus Vitelliorũ, primo ſic fuit manumiſſus. ff.de ori. iu.l.2.§.initium, & §. & cum placuiſſet. Vel (vt quidam dicunt) ſecundum Aretium: vindicta erat virga prætoris, qua ter percutiebatur manumiſſus & dicebat prætor ter, Aio te liberum eſſe more quiritum. ar.C.ſi aduerſ.li.l.2. ibi vindi &c.

† Vide Li.lib.2.

† Hoc verũ in vltima voluntate, nam

* ¶ Quæ ſolennitates adhiberẽtur olim in manumiſſione, quæ fiebat vindicta, & quã efficax eſſet præter alias manumiſſionum ſpecies, videto hic noſtros Commen.

SYL. Inter viuos ſufficiũt duo. Ioan.Fab.

h ¶ Inter amicos, † Et in hoc & ſequẽti caſu

su necessarij sunt quinque testes, vt C. de lat. li. tollen. l. 1. §. sancimus, & §. sed & si quis.

a ¶ Quamlibet, vt in codicillis, vel in testamento minus solenni: quia valet inter patrem & filios vt C. de testa. l. hac consultissima, §. ex imperfecto.

Quarto de latinis. Quinto qualiter omnes libertos reduxit ad vnum genus. Sexto quod alijs etiam modis serui efficiuntur liberi. Secunda ibi. Sed dedititiorum. Tertia ibi, Et dedititios. Quarta ibi, Latinos. Quinta ibi, Et oēs. Sexta ibi, Multis Aretinus.

SYL. * Intellige simpliciter de codicillis, & qualibet vltima voluntate perfecta, non autem imperfecta: nā quamuis testamētum minus solēne valeat inter patrem, & filiū, tamen quo ad extraneū nullius est momenti. d. §. ex īperfecto ]

epistolam, aut per testamentum, aut per alium quamlibet [a] vltimam voluntatem. Sed & alijs [b] multis modis libertas seruo cōpetere potest, qui [c] tam ex veteribus [d] quam ex nostris [e] constitutionibus introducti sunt.

¶ Serui [f] vero à dominis semper manumitti solent; adeo, vt vel in transitu [g] manumittātur: veluti cum prætor, aut præses, aut proconsul, in balneum, [h] vel in theatrum [i] eunt.

¶ Libertinorum hodie vna conditio est, sublatis antiquis differentijs latinorum, & dedititiorum. h. d.

¶ Libertinorum [k] aūt status tripartitus antea fuerat. Nam qui manumittebantur, modo [l] maiorem, & iustam † libertatem consequebantur, & fiebant ci-

SYL. ¶ CASVS Nō ponitur: quia nō cadit, cum referat suā correctionē, & reductionem libertinorū ad vnam speciē: sed loco casus referā aliquantisper clarius q esset latini & dedititij, & Caius lib. 1. instit. co. tit. declarat sub his verbis. Liberti aut ciues Rom. sunt, aut latini, aut dedititij. Ciues Romani sunt, qui his tribus modis, i. testamento, in ecclesia, aut ante consulem fuerunt manumissi. Latini sunt, qui aut per epistolam, aut inter amicos, aut conuiuij adhibitione manumittuntur. Dedititij vero sunt, qui post admissa crimina supplicijs subditi, & publice p criminibus cæsi sunt, aut in quorum facie, vel corpore quæcunque indicia, aut igne, aut ferro impressa sunt, vt deleri non possint: hi si manumissi fuerint dedititij appellantur. Sed inter hæc tria genera libertorum, ideo ciues Rom. meliorem statum habent, quia & testamenta facere, & ex testamento quibuscunque personis succedere possunt: nā & latini, & dedititij, nec testamēta cōdere: nec sibi ex testamēto aliorū aliquid dimissum possunt aliqua rōne vendicare: sn latini certis rebus priuilegia ciuiū Rom. libertorum cōsequuntur: dedititij vero nulla rōne possunt ad ciuium Roman libertorū beneficiū peruenire: nam latini patronorum beneficio, i. si iterum ab ipsis, aut testamento, aut in ecclesia, aut ante consulem manumittantur, ciuium Rom. priuilegia consequuntur. hæc ille. Not. statum libertinorum antea tripartitum. Item quòd non vsus tollit l. Item quòd non frequentatio l. non tollit l. quia hic fuit necessaria derogatio vt sequitur. Itē quòd ab initio vna erat libertas. Item ibi, & omnem, quòd sublato principali tolluntur accessoria, & quæ ab eo pendent. Item quod quis vere potest fieri ciuis, quamuis non sit. ]

† i. plenā & oībus numeris absolutā sic dicitur iusta volūtas infra de testa. in princ. & iusta vxor de adult. & iustæ nuptiæ, infra de nupt. in prin.

b ¶ Sed & alijs præter supradictos.

c ¶ Qui, scilicet modi.

d ¶ Ex veteribus, s. ex legibus aliorum Imperatorum, vt C. quibus ex caussis ser. pro præ. liber. ac per totum † Accur.

¶ Et l. cū precū, C. de liber. caus.

e ¶ Nostris, vt C. communia de manu. l. fi. & in auth. de man. prin. § .2. coll. 3. & in authen. de mo. §. ij. coll. 1. †

† Et l. 1. C. de lat. lib. toll.

f ¶ Serui. q. d. quandocunque etiam inuiti, vt C. de testa. manumis. l. fin § fin vero quidam, licet secus sit in filijs, vt in auth. quib. mod. nat. ef. sui. §. generaliter, coll. 7.

g ¶ Transitu. i. dum transit. & est ratio quia sine eo fieri poterat.

SYL. ¶ Adde, quòd hæc gl. no. pro sing. ad hoc, vt vbi non requiritur præsentia iudicis, si interueniat incompetens, & minus legitime, non obstet. vide Ias. in l. 2. in 5. co. ff de iu. om. iu. Et generaliter ex hac glo. not. quòd vbi quid non est necessarium, si id fiat minus recte, non ideo actus viciatur, Ias. inf. de act §. 1. col 25. ver. Nomen autem actionis ] vnde aliud est qñ manumissio non poterat fieri sine Prætore vt inf. ti. 1. § ea. Item aliud est in contentiosa iurisdictione, quæ s. redditur in inuitum, † vt ff de verbor. oblig. inter stipulantem, §. 1. & C. de dilata. procedente.

† Hoc reprobat Iaso. quia ēt manumissio redditur in inuitum, & mittit ad not. per Bartol. & Bal. in l. 2. ff. de off. procō. defenditur tñ hic a Syl. Aldobrand in Commentario, quē ad hunc lib. cōposuit.

h ¶ In balneum. Tunc. n. videbatur non valere: quia præ gaudio cuilibet concederet.

i ¶ In theatrum. i. in locū vbi homines stāt ad videndū; & dr a theo, quod est video: & idem multo magis, si alio quocunq; vadat.

¶ Libertinorum ¶ Iste §. diuiditur in sex partes. Primo tangit qualiter status libertinorū erat tripartitus olim. Secundo qualiter redactus est ad vnum, cū correctione facta per eū. Tertio id, quod generaliter dixerat, specificat in dedititijs, qui fuerunt expulsi,

K ¶ Libertinorum. Idem erat de seruis, vt C de nu. iu. qu. ti. toll. l. 1. §. 1.

l ¶ Modo, id est aliquando.

ues Romani, modo minorem,[a] & latini ex lege † Iunia Norbana fiebant: modo inferiorem, & fiebant ex lege † Aelia Sentia deditit iorum [b] numero. Sed quoniam † dedititiorum quidem pessima conditio iam ex multis temporibus in desuetudinem abierat, Latinorum vero nomen non frequentabatur: ideoque nostra pietas [c] omnia augere, & in meliorem statũ reducere desiderãs duab. Const. [d] hoc emendauit, & in pristinum statum reduxit: quia a primis vrbis Romæ cunabulis vna atque simplex libertas competebat, [e] id est eadem, quam habebat manumissor: nisi quòd scilicet libertinus [f] sit, qui manumittitur, licet manumissor ingenuus sit. Et dedititios [g] quidem per constitutionem nostram expulimus, quàm promulgauimus inter nostras decisiones per quas, suggerente nobis Triboniano, viro excelso, Quæstore nostro, antiqui iuris altercationes [h] placauimus. Latinos autem Iunianos, [i] & omnem, quæ circa eos fuerat obseruantiam, alia con-

a ¶ Minorem. i. mediam, vt inf. de ca. di. §. 1. & ff. de auro & arg. leg. l. qui lancem. secundum Ioan.

b ¶ Dedititiorũ numero, id est vocabantur dedititij: & erant inducti hac lege Aelia Sentia, & quę multa alia induxit. Et erant hi toto tempore vitæ suæ serui, & tunc fiebant liberi cum moriebantur: † qđ proderat, quia bona vt peculium à domino non occupabantur: sed in latinis aliter fiebat, vt colligitur hic, & ex eo, quòd minus habebant dedititij, quam latini, vt infra de suc. li. §. fin.

¶ Adde, ꝙ aliter dicit & declarat Caius li br. 1. Insti. tit. 1. vt dixi in casu, & copiosius in Comment.

ADDITIO. Facit l. 1. §. illud, C. de lati. lib. tollen. Ang.

SYL. * Adde, Latinos libertos sic fuisse dictos ad exemplum Latinorum populorum. nam vt illi deuicti a Roman. suis legibus relicti sunt, ac primum quidem ius ciuitatis Roman. non habuerunt, sed tantum spem illius adipiscendæ: ita hi liberti non consequebantur cum libertate ciuitatem, sed eius assequendæ spem, quod eueniebat, si iterum a domino manumitterentur, vt ex Caio supra relatum fuit. At dedititij liberti appellati sunt ad similitudinem dedititiorum populorum. dedititij enim populi primum ij dicti sunt, qui cum defecissent, rursus victi sese dediderunt, & a victoribus Rom. infima quadam libertate donabantur, sed absque vlla spe assequendæ ciuitatis Rom. quales fuerunt olim Gabij populi.

c ¶ Pietas, id est nos qui sumus pii.

d ¶ Constitutionibus, vt C. de lati. lib. toll. l. 1. & C. de ded. lib. toll. l. 1.

e ¶ Competebat. Scilicet manumissis: secundum hoc nota tria tempora, id est primo & vltimo (. s. deinceps) idem iuris est: sed in medio hoc ius pessimum fuit inductum. vt inf. de suc. lib. §. vlt.

f ¶ Libertinus: Ex quo contingit multiplex effectus: † in primis circa obsequiales operas. s. quæ sunt in faciẽdo, vt de assurgendo, & seruiẽdo: siue in non faciendo, vt de non vocãdo in ius: quæ ipsa natura patrono debentur etiam sine impositione, vt C. de in ius voc. l. venia & ff. de cõdi. inde. l. si nõ sortem. §. libertus, & si vocauerit in ius patronũ sine venia, punitur in quinquaginta aureos. ff. de in ius vocand. l. pen. & vlt. qui aurei accipiuntur quilibet ꝓ vno solido, vt inf. de pœn. teme. litigan. §. fina. Et ex his iuribus sumitur argumentũ, † ꝙ aureus pro solido accipitur in iure nostro, ex quo pro eodem delicto tales sententię promulgantur. Et ijdem intelliguntur esse dandi filio emancipato. si sine venia patrem in ius vocauerit, vt C. de in ius vocand. l. fin. Item contingit reuocatio in seruitutem propter offensam, vt C. de lib. & eorum libe. l. si manumissus, & alia multa. Sed hodie hæc omnia tolluntur, præter ea, quæ ipsa natura debentur, vt in Authent. vt liber. de cæte. §. 1. col. 6. quæ est contra. † Tu dic, vt nota in d. l. si manumissis.

¶ Adde, ꝙ hæc glo. reprobatur per doc. in l. fi. C. de bo. liber. vbi vide glo. quæ latius enumerat hæc, & alia beneficia patroni, & qualiter amittantur.]

g ¶ Et dedititios. Quod dixerat in genere, nunc per species ponit. Vel quod cõiunctim dixerat, nunc diuidit.

h ¶ Altercationes: quas non habemus: Sed quare non erant serui, sicut illi qui penitus sunt serui, cum toto tempore vitæ suæ seruire cogerentur? Respondeo secundum Ioã. quòd erant liberi, licet seruire cogerentur, vt C. commu. de manu. l. 1. §. fin autem proprietarius.

i ¶ Iunianos. id est ex l. Iunia Norbana inductos, vt sup. eo. §. libertinorum.

a ¶ Om-

† De l. Iunia Norbana vide hoc loco anno. Aldobr.

† D. l. Aelia Sentia eleganter Aldobrãd. hic in suis Annot.

† De dedititiis vide Polit. in Miscel. c. 83.

Libertinus quas operas dẽt patrono.

† Vide consimilẽ & pleniorem gloss. in §. sed nostra ĩ ꝟ. repleatur inf. de suc. lib. & in l. vlt. C. de bo. lib.

† Vide Budæũ, in l. quæ vulgo. ff. de ædil. edi.

† Sed hic reprobando nisi patronus renũciet expresse. SYL.

a ¶ Omnes, sic construe, Et omnes libertos decorauimus, id est honorauimus ciuitate Romana, id est plena libertate, vt supra eod. §.libertinorum.

b ¶ Discrimine, id est nulla differentia habita, nec ætatis manumissi, vt etiã infans possit manumitti immo etiã in ventre: cum quantum ad hoc habeatur pro nato. vt ff. de sta. ho. l. qui in vtero. nec domini manumittentis: dum tñ habeat xx. annos, vt infra tit. 1. §. eadem, nec in modo manumittẽdi, scilicet in testamento, seu inter viuos quoquo modo, vt supra eo. §. multis.

† alias dominij.

stitutione per eiusdem Quæstoris suggestionem correximus, quæ inter imperiales radiat sanctiones. Et omnes [a] libertos, nullo nec ætatis manumissi, nec † domini manumissoris, nec in manumissionis modo discrimine [b] habito (sicut iam antea [c] obseruabatur) ciuitate Romana [d] decorauimus: [e] multis modis additis, [f] per quos possit libertas seruis cum ciuitate Romana, quæ sola [g] est in præsenti, [h] præstari.

† alias donauimus.

* Adde, in hoc text omnino legendum esse, nec dominij manumissoris, vt referatur ad sublatum discrimen dominiorum, quorum alterum dicebatur in bonis esse, alterũ ex iure Quiritum, de quo in l. 1. C. de nu. iu. qui toll. Olim enim, vt hic Theophilus tradit, necesse erat, ex iure Quiritum dominũ esse serui, qui vellet manumittendo eum ciuem Romanum fieri, neque satis erat eum in bonis esse. Vel legas domini pro dominij eo modo, quo Virg. dixit, tuguri pro tugurij, & peculi, pro peculij, quod placet Ant. August. lib. Emen 3. c. 7.

SYL. ¶ Adde no. ex hac glo. quod dispositio generalis restringitur per aliam le. [l. quamuis, ff. de in ius voc. cum si.]

c ¶ Antea. scilicet quam veniret ista praua conditio.

d ¶ Ciuitate Romana, id est plena libertate.

e ¶ Decorauimus, id est honorauimus.

f ¶ Additis, scilicet à nobis eis quos habuimus supra eod. §. multis autem, & sunt additi nomen. Primum si dominus ægrotantem seruum suum eiecit. Secundus, si ancillam vendiderit ne prostituatur: & prostituta fuerit: vel si venditor sibi retinuerit manus iniectionem, & eam ad ipsum teuerientem prostituit postea. Tertius, si serui pileati defuncti funus præcesserunt. Quartus, si etiam expressit eum velle esse latinum. Quintus, si sub conditione relicta libertate hæres ante conditionem manumiserit. Sextus, si in iudicio liberali à domino superatus fuerit, & pretium pro eo domino solutum fuerit: & ipse postea recepit. Septimus, si ancillam suam maritauerit alicui libero. Octauus, si coram actus filium nominauerit seruum suum. Nonus, si instrumenta seruitutis reddiderit coram testibus,

Serui libertatem consequuntur multis modis.

Et probantur hi modi, C. de la. lib. toll. l. vnica. §. sed scimus. vsque in fi. legis.

g ¶ Sola, scilicet libertas plena.

h ¶ In præsenti, id est in consuetudine. Tu intelligas in præsenti, id est hodie. SYL.

## ¶ Quibus ex causis manumittere nõ licet.

¶ Quibus ex causis manumittere non licet. Modis manumittẽdi narratis & expositis, de ijs, qui manumittere possunt: dicendum restat, & quibus casibus & cõtinuat optime glo. t.

† alias qui & quibus ex causis manumittere non possunt.

Non tamẽ. Iste titulus principaliter diuiditur in octo partes. Primo, qualiter quis inter viuos in fraudem creditorum seruum proprium manumittere non potest. Secundò, qualiter in vltima voluntate cum libertate hæredem instituit. Tertio, qualiter in vltima voluntate instituit simpliciter. Quarto, qualiter præsumatur quod manumittat in fraudem creditorum. Quinto, qualiter minor viginti annis prohibetur manumittere nisi certis causis. Sexto, quæ sunt causæ iustæ. Septimo, an causa semel approbata possit improbari. Octauo, si quis attigerit decimum & octauum annum potest in testamento manumittere. Secunda ibi, scilicet autem. Tertia ibi, Idemque. Quarta ibi, In fraudem. Quinta ibi, §. Eadem lege. Sexta ibi, Iustæ autem. Septima ibi, §. Semel. Octaua ibi, Cum ergo. Aretinus.

¶ CASVS. Quærebatur, an omnes manumittere possent: * & videbatur quod sic, cũ in re sua quisque sit moderator & arbiter l. In re mandata, C. manda. contrarium tamẽ respondetur, quòd qui soluendo non est, si in fraudem creditorum seruos manumittat, nihil agit, quia l. Aelia Sentia hoc non permittit, nec obstat ratio in contrarium allegata: nam etsi vnusquisque re sua ad libitum vti possit, ita tamen vti debet, ne alterius conditionem faciat deteriorem. l. non debet. ff. de regul. iur. Immo non recte dicitur disponere de rebus proprijs, qui non existens soluendo de bonis a se possessis disponit, cum nihil dicatur esse in bonis nostris, nisi quod deducto ære alieno supersit, §. fin. infra de leg. Falcid. Item quæritur, an debitor in fraudem creditorum manumittens conferret libertatem: & videbatur dicendum quòd sic, ex eo quia alienata in fraudem creditorum valent, licet rescindi possint. §. Item siquis in fraudem. infra de action. & tamen hic dicitur, quòd non valet ipso iure, ratio autem est, quia liber- SYL.

tas semel collata non reuocatur nisi ex magna causa, §. semel infra eodem, l. si ex causa. §. fin. cum l. seq. ff. de mino. ideo l. ipso iure impedit ab ipso initio * & ita ex mete aliorum doct. declarat Ias. in d. §. item si quis in fraudē colū. 3.

No. quòd non omnis dominus manumittere potest. Itē quòd libertas data in fraudem creditorum non valet. item quòd ista verba, Nihil agit, apposita in l. important ipso iur. Item no. quòd valet hęc ratio: hoc fieri non potest, quia l. prohibet. Item quòd actus pius in fraudem alterius non valet. Item ꝙ quando l. resistit, facit quòd actus etiam pius sit ipso iure nullus.]

¶ Lege Aelia Sentia prohibetur domino, qui non est soluendo, dare seruo libertatem. hoc dicit ex Insti. Caij titu. 1.

NOn tamen cuicūque [a] volēti manumittere, licet. Nam is, qui in fraudem [b] creditorum manumittit [c] nihil agit, [d] quia lex [e] Aelia Sentia impedit libertatem.

¶ Dominus non soluendo seruum cum libertate solum instituere potest: qui simpliciter institutus omnino liber est. h. d.

a ¶ Non tamen cuicunque. Quamuis supra titu. 1. §. multis, & §. fin. dictum sit quemlibet manumittere posse, non tamen &c. sic infra de exhær. lib. in princ.

b ¶ In fraudem. Hoc expone, vt infra eodem tit. §. in fraudem.

c ¶ Manumittit, scilicet inter viuos, vel in vltima voluntate, scilicet non instituendo: nam tunc esset liber & hęres, vt inf. proximo, § & ff. qui & a quibus, l. si mortis.

* Ex hac glo. quidam notāt, quòd contractus fieri possunt in testamento: quòd licet in se verum sit, vt per doct. in l. hæredes palam, ff. de testa. tamen male elicitur ex hac glo. nam non agitur hic de datione libertatis, per viam contractus, sed testamenti, puta per viam legati, vel fidei commissi iuxta tex. nud. l. si mortis.

d ¶ Nihil agit. Scilicet vt noceat creditoribus, (1) vt ff. qui & a qui. l. si mortis. domino tamen nocet, si velit reuocare, vt C. de ser. pi. da manu. si creditoribus.

ADDITIO. (1.) Et sic est nulla ipso iure alias enim esset irreuocabilis, vt l. & si fine. §. sed quod Papi. ff. de mi. secus in alijs reuocabilibus, vt l. si sciens. in fin. ff. de contrah. empt. & ita not. glo. in l. si noxali. in princ. ff. de noxa. ... 

e ¶ Quia lex Aelia Sentia. similis est ratio, quia lex vult, infra de vsucap. §. furtiuæ.

* Huius legis auctores fuisse dicuntur, Sext. Aelius Catulus, & L. Sentius Saturninus, qui tempore Augusti Consulatum gessere. Alciat. vero existimat latam fuisse ab Aelio Sentio. in l. verbis, & l. sciendum, de verborum significat.

¶ Licet autem. Diuiditur hic §. in quatuor partes, in prima ponit dictum: in secunda rationem: in tertia ampliationem dicti: in quarta rationem ampliationis, secunda ibi, idque: tertia ibi, idemque, quarta ibi, cum non sit.

¶ CASVS. Quia dictum fuerat, libertatem datam in fraudem creditorum ipso iure nullam esse, quęrebatur, quid si seruus institutus sit hæres, an hoc modo præiudicetur creditoribus, si eidē seruo data sit libertas cum hæreditate: & dubium faciebat §. pręceden. ibi, nihil agit. contrariū tamen deciditur ratione allegata in text. sed tunc dubitabatur, quid si sit institutus hæres; non tamen sit ei data libertas, an tunc idem censendum sit? & dubitationem faciebat, quia quod non dicimus, velle non præsumimur. Vnde cum non sit dictum aliquid de libertate, non videtur de mente testatoris velle creditoribus pręiudicare. nec dare quod non exprimit. l. Labeo. ff. de sup. leg. Contrarium deciditur ratione allegata in text. ex verisimili mente testantis, & quia volendo illum habere hæreditatem, quam sine libertate habere non potest, consequēs est, vt habeat libertatem: quia qui vult consequens, vult etiam necessarium antecedēs. l. illud, ff. de acquirend. hęred. No. quòd aliqua permittuntur in vltima voluntate, quæ non permittuntur inter viuos. Item quòd seruus institutus, est hæres necessarius. Item quòd dominus non soluendo potest in fraudem creditorum, sibi hæredem instituere seruum: quis autem dicitur non soluendo declarat Decius in cap. ex ratione columna 9. de app. Item quod paria sunt quem nō esse scriptum hæredem, vel adire nolle, aut non posse. Item ꝙ quādoque paupertas prodest, & quod pauperi subueniendum est. Item ꝙ seruus institutus a domino nō soluendo tenetur satisfacere creditoribus. Item quòd si non satisfaciat, possunt bona hæreditaria sub nomine tamen serui hæredis vendi. Itē quòd est iniuria defunctorū, quòd sub eorū nomine bona vendantur. Item quod diuersitas casuum facit diuersitatem decisionū. Item quòd qui vult consequens, vult antecedens. Item quòd valet argumentum a verisimili. Item quod non est præsumptio, ꝙ quis velit facere actum frustratorum, & ꝙ semper debet fieri interpretatio, vt actus valeat: & quod non est capienda interpretatio impugnatiua volūtatis alicuius. Item quòd mens magis quam verba attenditur.

SYL.

a ¶ Li-

¶ Licet [a] autem domino, qui soluendo non † est, in testamento seruum [b] suum cum libertate hæredem instituere, vt liber fiat, hæresque ei solus [c] & necessarius: [d] si modo ei nemo alius ex eo testamento hæres extiterit, aut quia nemo hæres scriptus sit, aut quia is, qui scriptus est, qualibet ex causa hæres ei non [e] extiterit. Idque eadem [f] lege Aelia Sentia prouisum est, & recte. [g] Valde enim prospiciendum erat, vt egentes [h] homines, quibus alius hæres extiturus non esset, vel [i] seruum suum necessariũ hæredem haberent [k] qui satisfacturus esset creditoribus: aut hoc eo [l] non [m] faciente, creditores res hæreditarias serui [n] nomine vendant; ne iniuria [o] defunctus afficiatur. Idemque iuris est, & si sine [p] libertate seruus hæres institutus est. Quod nostra constitutio [q] non solum in domino, qui soluendo nõ est, sed generaliter constituit noua humanitatis ratione: vt ex ipsa scriptura [r] institutionis [s] etiã libertas ei cõpetere videatur. Cum [t] non sit verisimile cum

a ¶ Licet, id est licitum est.

b ¶ Seruum. s. vnum & non plures, vt ff. de hær. insti. l. qui soluendo, in fin. cum l. seq. & etiam in fraudem creditorũ, vt C. de necess. ser. l. 1. in princ. nisi specialiter pignori datus fuerit vt ff. de hæred. instit. l. pignor. qui nõ potest fieri necessarius, nisi dñs creditori satisfaciat, vt d. l. pignori.

c ¶ Solus. Et in casu etiam cum alio, vt ff. de hære. instit. l. si is. & l. qui soluendo.

b ¶ Necessarius. Quia siue velit, siue nolit, cogitur esse hæres, vt infra de hære. qua. & diff. § 1. nisi in tribus casibus, quos habes, ff. de hære. instit. l. si seruo.

e ¶ Non extiterit. Quo vltimo casu seruus substitutus est heres.

f ¶ Eadem lege. s. quæ prohibuit, eadem & ex iusta causa concedit, vt hic. & inf. eod. §. eadem.

g ¶ Recte. Scilicet est prouisum.

h ¶ Egentes. Nota quòd prodest paupertas, † quia fauetur paupertati, vt ff. de transac. l. cum 2. §. si in annos, & C. de episc. & cler. si quis ad declinandam. §. penul. & ff. de offi. pres. l. illicita. § fin. Arg. contra. ff. de excus. tut. & cura. l. spadonem, §. fin. & in auth. de testi. § 1. col. 7. & illud, Pauper vbique iacet, licet econtra dicatur, Cantabit vacuus corã latrone viator.

* Non est verum, quod hæc legis Aeliæ Sentiæ prouisio introducta sit intuitu paupertatis, cũ diuiti etiã liceat seruũ suum necessariũ hæredem facere, sed potius contẽplatione existimationis & famæ, vt dr̃ in text. ibi, ne iniuria &c. Sunt tamẽ plurimi casus, in quib. fauore paupertatis à communibus iuris regulis recedimus. quos diligenter congessit And. Alcia. lib. 1. de verb. signif.

i ¶ Vel pro saltem.

k ¶ Haberent. Sic. ff. de interro. act. leg. & quia. in prin. & inf. de bono pos. §. adhuc.

l ¶ Eo. seruo nunc libero facto.

m ¶ Non faciente, id est non satisfaciente creditoribus.

n ¶ Serui. Quondam, sed modo liber est.

¶ Adde, q̃ per hanc gl. colligitur, quod verba quæ non possunt verificari in præsenti verificantur in preteritum per subauditum intellectum verbi, quondam; & est in fin. glo. in l. eius, ff. si cert. pet. in l. viro. ff. solut. matrim.]

o ¶ Iniuria. Quo ad famã, quę etiam post mortem quandoque damnatur, vt ff. de accus. l. ex iudiciorum.

¶ Quàm insignis apud veteres esset ignominia illorũ, quorum bona à creditoribus distrahebãtur, diserte constat ex Ora. Ciceronis pro Quintio, & dixi hic in Annotat. ] Lex xij. tab. de hac re ita concepta erat: Defuncti iniuria ne afficiantur.

p ¶ Sine libertate. Non quòd dicat, instituo te sine libertate, quia tunc non esset hæres vt statim dicetur in fi. huius §. sed præterm. sit dationem libertatis, vt in fi §.

¶ Adde, quòd idẽ assignat glo. in l. quoties. §. si in ver. de dic. ff. de hære. insti. quia tunc constat de contraria mente testatoris. ]

q ¶ Constitutio. vt C. de nece. ser. hære. insti. l. quidam. in princip.

r ¶ Scriptura, sic ex datione tutelæ, vt, infra qui da. tu. pos. in princ. † de qua prædixit modo, & C. de necessa. ser. l. quidam.

s ¶ Institutionis. Ar. q̃ aliquo concesso, illud conceditur sine quo illud esse non potest, vt ff. de iurisd. om. iud. l. 2.

t ¶ Cũ non. Hæc est noua ratio, de qua prædixit modo: sed lex ipsa antiqua fuit, † vt infr. de hære. insti. §. 1. quæ est contra.

* Solue vt ibi per glo in vltima solutione.

¶ In fraudem. Diuiditur iste §. in tres partes. Primo docetur qualiter dicatur manumissio in fraudẽ: secũdo, qñ propter fraudẽ impediatur manumissio siue libertas cum ratione: tertio ex ratione infert. Secunda ibi, præualuisse. tertia ibi. (itaque.) Atennus.

¶ CASVS. Dictum fuerat, q̃ qui in fraudẽ manumittebat, nihil agebat quæsitum fuit,

† i. cui tot bona non sũt, vt creditoribus in totum satisfacere possit. l. soluendo, ff. de ver. sig.

† Immo paupertas nũquam prodest, sed in quibusdã casibus pou⁹ pauperi fauetur quã diuiti secũdum Petr. de Bellapertic. & dixit Cy. in d. l. si quis ad declinãdam. §. fi. q̃ a tali prodesse liberet nos Deus.

† In antiquo exemplari non sunt verba sequentia.

SYL.

SYL.

SYL.

quem heredem sibi elegit; si prætermiserit libertatis dationem, seruum remanere voluisse, & neminem sibi hæredem fore. †

¶ In fraudem dicitur manumitti, etiam si manumittendo desinat esse soluendo, & quando re, & consilio fit fraus. h. d. ex l. in fraudem. ff. eod.

¶ In fraudem [a] autem creditorũ manumittere videtur, qui vel iam eo tempore, quo manumittit, soluendo [b] non est: [c] vel qui datis libertatibus, desiturus est soluendo esse. Præualuisse [d] tamen videtur (nisi animũ quoq; fraudandi manumissor habuerit) non impediri [e] libertates, quamuis bona eius creditoribus non sufficiant. Sæpe [f] enim de facultatibus suis amplius, quam in ijs est, sperãt homines. Itaque tunc intelligimus impediri libertatẽ, cum [g] vtroq; modo fraudantur creditores: id est, & cõsilio [h] ma-

quis diceretur in fraudem manumittere: & responde prout in tex. l. secũdo quæsitũ est, an qui re ipsa fraudat, quia soluendo nõ est, dicatur in fraudem agere, si animus fraudãdi cesset & ratio dubitandi videbatur, quia cum in fraudẽ committendã effect⁹ ipse inspiciatur, satis videbatur effectus ipse absq; consideratione animi. l. 3. C. de institut. & substit. Sed cõtrarium deciditur ea ratione: quia fraus ipsa sine animo fraudandi non censetur, quia fraus sine dolo nõ existimat l. iuris gẽt. § sed & si fraudandi. ff. de pact. vbi omnes not. ad rationem dubitandi responderi potest ex his quę not. in glo. Not. quòd siue ante, siue post statim, sit non soluendo, debitor non potest manumittere. Item quòd animus & intentio distinguunt facta. Item quòd quo ad libertatem non sufficit creditores damnificare, nisi adsit animus damnificandi. Item quòd quis potest verisimiliter ignorare vires sui patrimonij. ]

a ¶ In fraudem. sic. ff. eod. tit. l. qui & à qui. ma. li. non fi. l. in fraudem.

ADDITIO. Multis modis quis pręsumitur alienare in fraudẽ. Primo si omnia bona sua alienauit. Secũdo, si alienauit in personam cõiunctam. Tertio, si post alienationẽ nihilominus alienãs reperiatur possidere. Quarto, si alienatio est facta clam. Quinto, si de proximo sequatur delictum vel fuga alienantis. Sexto, si alienatio est facta sub conditione; si contingat bona sua publicari, vel per creditores auferri Ang. * Adde Ias. in §. item si quis in fraudem. inf. de act.

b ¶ Soluendo. Cum & sciat se habere creditores, vt ff. quæ in fraud. cre. l. omnes. §. Lucius.

SYL. ¶ Adde si sit de facto suo recenti, alias secus, arg. l. si. ff. pro suo. secundum Ang. ]

c ¶ Non est. Et tunc erit peius soluendo.

d ¶ Præualuisse. Nam quidam dicebant, quòd sufficiebat solus euentus: & alij dicebant quòd exigebatur vtrumq. scilicet fraus & euentus: & ista sententia præualuit: tamen ex prædictis videbatur sufficere euentum solum, tamen, &c.

¶ Adde nota casum quem omnino vide in l. si quis cum haberet. ff. quæ in frau. cre.

e ¶ Non impediri libertates. Hic diligenter attende, q. si directe detur libertas, nõ solum inter viuos, sed etiam in vltima voluntate, duo necessaria sunt. scilicet cõsilium, hoc est fraus: & euentus, vt hic, & ff. eod l. in fraudem, & C. eod. c. 1. in fideicõmissaria sufficit euentus, vt C. qui man. nõ pos. l. fin. Et est ratio, quia facilius libertas de facto data ab hærede † reuocatur, q̃ à defuncto, cuius videbatur dispositio lex vt ff. de fideicom. li. l. 2. & 4. §. si quis autẽ exemplũ. Alia ratio not. C. eod. l. fin. In alijs autem alienationibus, quæ in fraudem creditorum fiunt, dic vt inf. de acti. §. item si quis in fraudem.

¶ Adde quod ratio de qua in d. l. in fraudẽ, cõmuniter reprehenditur per doct. hic alias rationes assignat glo. in l fi. C. qui ma. non poss quarum vlt. approbatur per doct. hic: & aliam tradit Ias. in §. Item si quis in fraudem. inf. de acti. col. 12.

f ¶ Sæpe. Respondet tacitæ obiectioni, quomodo potest esse animus bonus, cum ipsa veritate fraudet eos? Respon. Sæpe enim &c. Sed argu. contra. C. de rescin. vendit. l. quisquis.

¶ Adde, quòd de hac ratione assignata in hoc versi. sæpe. & de eius veritate, videnda sunt quæ ponit Bart. in authent. sed cum testator. C. ad l. fal. & Ias. in d. §. item si quis in frau. coll. x. ]

ADDITIO. Dic ad contrarium. d. l. quisquis. quòd ibi loquitur in contractu inter viuos, hic in vltima voluntate. Ange.

g ¶ Cum vtroque modo. scilicet cũ fraus & euentus interuenit: vt subijcit: & facit ad hoc. ff. qui & a qui. manu. lib. non fi. l. in fraudem.

h ¶ Consilio. Nota quem teneri de consilio. Sed contra. ff man. l. 2. §. fin. sed hic fuit fraus, & ideo fuit tale consilium obligatorium, quia fuit fraudulentum.

¶ Adde, quod male sumitur hic hoc ne. q. a verbum

† In dubio .n. fauẽdũ est validitati actus. l. quoties § stipulationibus de verb. oblig.

SYL. Libertas in fraudẽ data an possit reuocari.

† Quia in ea non est volũtas testatoris, vt est text. not. secundum Iaso. in l. si pr. princ. ff. de ijs quæ in te. l. quòd fraudẽtur creditores, l. creditor. §. fin. ff. man. lẽ nec hæredis, quia vr̃ facere ex debito non sua voluntate l. 1. C. de SYL. lib. & eod. lib. & ita hãc glo. approbat Iason. quis Angel. teneat gloss. in contrarium.

SYL.

verbum consilium, hic pro proposito sumitur, prout quando dicimus donationem re & consilio inofficiosam. * Ex consilio autem an quis obligetur, vide Decium in l. consilij. ff. de reg. iur.

¶ Eadem. Iste §. cum §. seque. ti diuiditur in tres partes. Primo ponit, quod licet minor viginti annis nō potest manumittere nisi ex causa. Secundo ponit, quæ sint causæ iustæ. Tertio limitat vnam prædictarum causarum. Secunda ibi, Iustæ. Tertia ibi, Et seruus. Arer.

SYL. ¶ Eadem lege. CASVS. elicit ex §. seq. vbi ponitur ratio dubitandi, ibi qđ non erat ferendum. & ratio decidendi exprimitur in text. ibi, sed cum. Not. formam manumissionis minorum, & quæ sint iustæ causæ. Item quod pædagogus, nutrix, & alumnus, æquiparantur consanguineis. ** Item quod seruus non potest esse procurator, nec matrimonium contrahi cum serua.] Item quod procurator esse potest qui excedit 17. an. Item non sufficere causam allegare, nisi approbetur: & quod semel approbata non retractatur.]

numittentis, & ipsa re, eo quòd eius bona nō sunt suffectura creditoribus.

¶ Minor viginti annis causa probata penes consilium vindicta manumittit: quæ approbata, licet falsa non reuocatur: & quæ sint iustæ causæ, hoc dicit ex l. iusta, & l. si minor. ij. cum se. ff. de man. vind.

¶ Eadem ᵃ lege Aelia Sentia domino minori ᵇ 10. annis nō aliter seruos suos manumittere permittitur, quàm si vindicta ᶜ apud consilium, ᵈ iusta causa manumissionis approbata, fuerint manumissi. Iustæ autem manumissionis causæ ᵉ hæ sunt: veluti si quis patrem ᶠ aut matrem, filium filiamue, aut fratres sororesve naturales, ᵍ aut pædagogū ʰ aut nutricem, aut educatorem,

a ¶ Eadem. Scilicet de qua habita est mentio supra eo. in principio.

b ¶ Minori. Sufficit ergo, si non sit minor 20. annis, etiam si non sit maior, vt quia tetigit vltimum diē vicesimi anni, vt ff. de manu. l. 1. sicut in testamento fauore sui: vt ff. de testa. qua ætate.

SYL. ¶ Adde, quod in dispositione legali, in qua loquimur nos, debet distingui, aut loquimur de odio, & non habetur pro finita: aut de fauore, & habetur, vel non secundum quod fauor est haberi vel non haberi pro finita: ita concludunt communiter doct. hic & in l. 3. §. minorem, ff. de mino.

¶ Potest quis etiam filium alienum adoptare in nepotem, & deinceps, licet filium non habeat, & nepotem in locum filij; sed vbi adoptat aliquem in nepotem quasi ex filio, quem in potestate habet, natum requiritur consensus filij: aliud, si nepotem ex eo alij velit in adoptionem dare. hoc dicit ex l. adoptare ex l. si paterfam. §. qui duos. & l. cum nepos. ff. eo. tit.

¶ Licet autem & in locum nepotis vel neptis

munter accidentibus secundum naturā generare posse, prout hanc rationem eleganter deducit Ias. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. dum tractat materiam fictionis inductiuæ, allegando l. si paterfamil. in fin. ff. eodem.] Not. quòd minor natu maiorē adoptare non potest * quod pulcherrime p̄sequitur Mar. Tul. in ea oratio. quam pro domo sua dixit, dum conqueritur Fōteium adoptasse P. Clodiū natu grādiorem vt Tribunus pl. in ipsius p̄niciem fieret.] Item quòd ars & ius imitatur naturam, in quātum potest. Item quòd plena pubertas est in 18. ann.

a ¶ Natu .i. natiuitate. sic. ff. de min. l. 1. §. 1.

b ¶ Limitatur plerumq; quandoque tamen nō vt inf. eo. §. sed & illud. & §. in plurimis.

* Solue, quòd adoptio & lex ciuilis imitatur naturam in genere, non in specie: quod latè declarat Bar. in l. eadem. ff. de duobus reis. & in l. si is qui pro emptore, ff. de vsucap. & ibi latissime Ias. dum tractat materiā fictionis inductiuæ.

c ¶ Pro monstro est. l. non secundum naturam, sed contra naturam, vt & aliàs. ff. de sta. ho. non sunt liberi.

d ¶ Maior, s. tempore, non persona.

e ¶ 18. annis. Id est tot annos debet habere plus adoptans, quam adoptatus, qui faciant vnam plenam pubertatem tanti temporis. Sed nūquid qui plures adoptat, debeat pluribus vicibus præcedere in tanto tempore? Respon. non (vt puto) cum secundum naturā etiam in vno anno ex diuersis feminis, vel etiam vna possit habere filios plures: & in hoc adoptio imitatur naturam, vt hic. Et nota pluribus modis dici plenam pubertatem. Nam interdum 14. annis, vt infra qui. mo. tute. fin. §. 1. & supra tit. 1. pri. respō. aliàs 15. annis, vt in Auth. de tempore non so. pec. super dote. §. generaliter. coll. 7 aliàs 17. ann. vt supra, qui manu. non poss. §. fina & ff. de postul. l. 1. §. pueritiam, interdum 18. ann. vt hic, & ff. de ali. & ci. le. l. Mela.

SYL. ¶ Adde tu, quòd glos. non intellexit plenam pubertatem: nam vt primum masculus implet 14. an. incipit esse pubes, tunc enim dicitur pubes, & ante id tempus Impubes: & hoc est quod dicitur in tex. in d. §. 1. inf. qui. mo. tute. si. plena autem efficitur pubertas in 18. anno: alia enim iura allegata in glo. nihil faciunt: & ita declar.]

¶ Licet. Diuiditur in duas partes: in prima ponit vnū dictum: in secūda illud modificat, secunda ibi: sed si quis. SYL.

¶ CASVS. ¶ Quærebatur, an liceret adoptare loco nepotis: dubium faciebat: quia cum in defectum generationis induct⁹ videatur modus adoptionis, non videbatur vltra filium extendendus: cuius contrarium deciditur, quia sicut optamus perpetuitatem generationis naturalis. l. liberorum. in fi. ff. de verborum significatione. ita & ciuilis, quæ illam imitatur. Tunc dubitatum est, an posset alienus filius loco nepotis adoptari aut ecōuerso, videbatur enim seruandus ordo naturæ, attamen deciditur contrarium: vt latius pateat ista facultas generandi liberos ciuiliter. Item dubitatum est, an cum nepos adoptatur quasi ex filio natus, consensus filij exigatur: & videbatur quòd non, quia, cum adoptio fit, non requiritur voluntas eorum inter quos iura agnationis consequuntur. lege cum adoptio. ff. eodem. quod eò magis dicendum erat hoc casu, quia hic filius est in potestate adoptantis, vnde videbatur eius consensum non esse requirendū. Sed contrarium deciditur, & ratio assignatur in text. Læderetur enim filius, & ideo adhiberi debet. lege nam ita. ff. eodem. quod non est, vbi auus daret illum in adoptionem, vt patet ex glosa in versiculo consentire secunda, vbi habetur ratio dubitandi, & decidendi huius dicti. Not. quòd datur fictio fictionis in adoptione loco nepotis.
Item quòd is, qui lædi posset, requirēdus est.
Item quòd nullus potest agnasci inuito.
Item quòd nepos datur in adoptioné absq; consensu filij.

pronepotis, vel pronepotis, vel deinceps adoptare, quamuis filium quis non habeat. a Et tam filium alienũ quis in locum nepotis adoptare potest, quàm nepotem in locum b filij. Sed si quis nepotis loco adoptet, vel quasi ex eo filio, quem habet iam adoptatum, vel quasi ex illo, quem naturalem in sua potestate habet: eo casu, & filius consentire c debet ne ei inuito suos hæres agnascatur. Sed ex contrario, si auus ex filio nepotem det in adoptionem, non est necesse filium consentire. d

a Non habeat. Vel licet vxorem non habeat, quo casu tamen est contra naturam, vt ff.eo.l.& qui vxores.

SYL. Adde non esse contra naturam, quia potest habere: & quamuis actu non habeat, habet habitu. Repugnat enim natura in ijs, quæ nec habitu, nec actu esse possunt, sicut in §.minorem, sed non in ijs, quæ habitu, vtputa in adoptione nepotis, non existente filio, immo eo numquam nato, vt hoc §.]

b In locum. Item nepotem ex vno, quasi ex altero natum, vt ff eo si pater.§.qui duos. Non autem loco fratris, vt C.de hæred.instit.nec apud.

* Ratio est, quia nec per naturã, quam adoptio imitatur, frater fratrem procreat.

c Consentire. Quod non est in alijs agnatis, qui possent sperare successionem, vt ff. eo.l.cum adoptio.

* Ratio in promptu est, Licet enim agnati sperent successionem adoptantis, ea tamen spes nullius est considerationis cum testari, & alios sibi hæredes facere possit. Sed filius, cui nepos iste agnasci debet, merito requiritur, ne inuitus eum hæredem habeat necessariũ.] Et sic not.ex hoc tex. iun.glos.quod in vnoquoque actu requirẽdus est is.de cuius præiudicio principaliter agitur, secus si per quandam consequẽtiam, facit,l.de vno quoque. ff.de re. iud.vbi doct.]

Et siquidem filius consentiat, bene est, & recidet nepos adoptiuus in potestatẽ suam, scilicet filij, mortuo patre, vt ff.eo.l.si quis nepotẽ.Si autem non consentiat filius, tunc agnascitur seu agnatus sit ei, id est, auo, hic nepos, & suus efficitur hæres, etiã filio inuito: nec recidit in potestatem eius: siue dicas eum succedere vt filium, licet non sit filius, siue vt nepotem, quasi ex altero filio præmortuo natum, quo casu æqualiter cũ patruo admittatur, vt inf.de hær.quę ab intest. §.cum autem. Alij dicunt hoc totum, Et inuito, id est filio inuito. & Agnascatur, id est, iuxta eum quasi nascatur, quo ad successionem, quod satis in idem redit. Alij hoc totum, Et inuito, id est auo inuito. qui voluntate filij proposuerat adoptare, nunc autem cõtra suum propositum facit: & sic dicitur inuitus ratione propositi primi. Et secundũ istos hic nepos inuito auo & filio adoptatꝰ non succedit vna cum filio, sed demum eo mortuo: prima verior est.

SYL. Adde, quòd tex. est clarus, & intelligitur ei filio inuito, cũ loquatur de adoptione nepotis facta tanquam ex eo filio, cuius consensus exigitur. * Fallitur autem gl. inquiẽs, hunc nepotem fieri suum hæredem auo. nõ enim potest, filio existente in medio, §. sui, inf. de hæred. qua.& dif. Item & aliud animaduertẽdum, ꝗ auus non prohibetur iniuito filio adoptare loco nepotis: sed si adoptet, filius non habebit hũc nepotem, mortuo auo, nec in potestate, nec suum hæredem, & hæredem, & ideo vt adoptio pariat hos effectus, necessarius est consensus filij, alias non.l.cum nepos, & l.seq.ff.eo.]

Sed quare hic filius impediret matrimonium sui filij etiam auo volente, & nõ impedit hunc ciuilem actum, vt ff de ritu nup. l. oratione. §.1. Respon. quia matrimoniũ est vinculum magis indiuiduum, vt sup. de pa.potesta.1.respon.

** Quinimmo concordant, quia licet filius non possit impedire adoptionẽ, impedit tñ ortum suitatis, quæ inde proueniret, si eo consentiente fieret ipsa adoptio, & sic eum non producat effectus ipsi filio præiudiciales, pro eo est, quasi facta non esset quo ad eum. vnde nihil facit ad casum ratio indiuiduitatis, quam glo. perpendere videtur.

d Cõsentire. Sed videtur ꝗ sic: nã læditur filius in duobus, & in hęreditate siue in bonis, quæ ad filium suum proponebat ex voto transmittere, vt ff. vnde libe.l.scripto, quod non facit, vt inf.de hære quæ ab intest.defe. §. at hi. & quia in potestatem illius transit: quare in patris sui naturalis potestatem nõ recedit iure isto veteri, vt sup. eo.1.respon. Ad primum respondeo, quia alio modo potest euitare instituendo eum. Ad secundum dico, ꝗ non potest æstimari patria potestas, vt ff. de lega.1.filiusfamilias.§.secundum vulgarem.

† Sed hodie vterque timor cessat: nam, & succedet, & in suam potestatem recidet, vt C. de adoption. eum in adoptiuis, §.scimus & sup.eo.§.sed hodie.

† Sed facit contra glo.secundũ Iaco. quia si de inæstimabili agitur præiudicio videtur necessarius eius consensus.

* Adde hoc esse verum, nisi adoptio sit facta ab auo paterno vel materno, vt dicitur in d.§.sed hodie.

* In plurimis. CASVS. Quæsitum est an pater adoptiuus possit filium alij in adoptionem dare. & videbatur ꝗ nõ, quia cum tam sit ficte filius, si alij quoque in adoptionem

SYL.

nē traderetur, superinduceretur alia fictio, contra.l.1. C.de dot.prom. Sed hoc non obstante deciditur contrarium, ob similitudinem, quę inter adoptionē & naturā intercedit: quæ facit, vt, sicut pater naturalis potest filium alij adoptandum dare, idem possit & adoptiuus. nec obstat, quod sit fictio fictionis, quia cū veniat in cōsequētiam primæ, non incōuenit, vt tradit Bart. & alij ī l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. Nota, quod in plurimis filij legitimi tantum comparantur legitimis, & naturalibus. Item quod adoptatus potest dari in adoptionem.]

¶ Arrogatus, vel adoptatus a non extraneo, potest ab eodē alij in adoptionem dari, hoc dicit.

¶ In plurimis [a] autem causis assimilatur is, qui adoptatus, vel arrogatus est, ei, qui ex legitimo matrimonio natus: & ideo si quis per Imperatorem, vel apud Prætorem, vel Præsidem prouinciæ non extraneum [b] adoptauerit, † potest eundem in adoptionem alij dare.

¶ Spadones adoptare possunt; castrati autem non. h.d. ex l.2 § illud. ff. eo.

¶ Sed & illud vtriusque adoptionis [c] commune est, quòd & ij, qui generare non [d] possunt (quales sunt † spadones [e]) adoptare possunt. castrati autem non possunt.

a ¶ In plurimis. Quandoque enim contra. vt inf.de hær.quæ ab intesta.§.minus. secūdum Azo. Item in eo, q adoptiuus pater nō tenetur eum instituere, vt inf.de hæred. quæ ab intest.§.Sed ea. ibi, testamento autem.

* Adde duos casus, quibus adoptiuus pro filio non habetur. Primus, cum nō de successione adoptantis agitur, sed de alterius. Vnde in fideicōmissis, quibus non ipsi grauato sed testatori succeditur, l.cohęredi.§.cum filiæ.ff.de vulg.& pupil. conditio. si decesserit absque filijs, non deficit adoptione, l.si ita quis. de leg.2. Quod & in feudis receptum est, cap.1.§.adoptiuus.si de feud.defun. & quoties de munerum excusatione ageretur, non enim hæc facto adoptantis mutari possunt, §.1.infra de excusat.tutor. l.sextum, §. adoptiui. de vaca. muner. Secundus casus est, cum lege municipali masculi excludunt filias feminas, intelligitur enim de masculis legitimis, & naturalibus non de adoptiuis: vt tradit Anania. cons.xxvij. & Ias.in l. quique.§.Prætor ff.de in ius voc.

b ¶ Extraneum, vt sic transeat in suam potestatem, vt sup.eo.§.sed hodie.

** Animaduerte, quod hæc verba text. non extraneum, referenda sunt tantum ad illa verba. vel apud Prætorem, vel Præsidem, non autem ad verb. per Imperatorem, nam si fiat adoptio apud Imperat. quæ peculiari verbo appellatur arrogatio, nihil refert, vtrum sit extraneus, nec ne, qui arrogatur, omnes enim indifferenter transeunt in potestatem arrogatoris.

SYL. * Sed &. CASVS. Dubitatū fuit, an adoptare possit inhabilis ad generandū: & dubium faciebat, quia cū debeat imitari adoptio naturam non videbatur danda illi facultas generandi filios ciuiliter, qui non poterat gignere naturaliter, quia fictio non potest habere locum nisi vbi & veritas, secundum Bart. in l. si is q pro emptore, ff. de vsucapio. cuius cōtrarium deciditur in spadone, non autem in castrato: rationem videbimus in glo. Not. quod adoptio fieri non potest ab ijs, qui non habent potestatem generandi de facto secus si a natura. Item quod impossibilitas de facto magis impedit quam naturalis.

† Hoc verū, si fili' vult. ff.eo. l. in adoptionibus. Ioa.Fab.

† De varijs spēb' spadonū vide text. in l spadonū.& omnino. ibi Alc.q hoc eleganter declarat.d. verb. sig.

c ¶ Sed Vtriusque. Quarum vna vocatur arrogatio, alia adoptio, vt sup.eo.§.Imperatoris.

d ¶ Non possunt, Qui omnes Eunuchi vocantur: sed ab hoc genere detrahit castratos, qui generare non possunt.i. caste sic natos, vt nunquam potuerint generare.

ADDITIO. Pone, q aliquis generare potest, sed illicite, vt clericus, numquid poterit taliter adoptare? vide Christophor. hic versic.Hinc insurgit.dubium vbi concludit quod non.

e ¶ Spadones, quibus testiculi vel genitalia abscissa sunt cultello, vel spatha: & est ratio, quia fortius impedimentum est naturę, quā occidentis, vt hic, & ff.de libe.& posth.l.sed est quæsitum, §.1.& 2. Et no. quod vulgariter promiscui appellantur.

Natura forti' impedimētū est q̄ accidentis. SYL.

¶ Adde, quod magna fuit æquiuocatio in his nominibus glo. vt tamen verum discas, dic duobus modis accipi spadonem, vt & adoptio: large, prout comprehendit omnes inhabiles ad generandum tam ex accidēti, quam à natura: stricte vero ad differētiam castrati, (& hoc est quod dixit tex. in l.spadonum.de verb.signific.& l.si serua.in fi.de iur.dot.) & tūc ille significatur, quia natura inhabilis est: castrat' enim a castro dicitur, cui virilia sunt amputata, facit lege tertia, & quarta.ff.ad l.Cornel.de Sica. quod & sensisse Alcia. videtur li.1.Prætermiss. in ver.castrati, licet in d.l. spadonum, castratum etiā quoque dici puer qui sine testibus naturaliter progenitus fuerit, cuius opin. meritò hic in nostris Anno. improbauimus. Intelligit ergo spadonem hic stricte, qui ideo potest adoptare, quia nō est desperandum naturæ

¶ Feminę non adoptāt, nisi ex indulgentia principis ob amissos filios. h.d. ex l. mulierem. C. eo.

¶ Feminæ quoque adoptare non possunt, a quia nec naturales liberos in sua potestate habent: b † sed ex c indulgentia principis ad solatium liberorum amissorum d adoptare possunt.

¶ Arrogatus transit in potestatem arrogantis cum liberis, quos in potestate hēt. h.d. ex l. 2. §. hoc vero, & l. arrogato. ff. eo.

¶ Illud proprium e est adoptionis illius, quæ per sacrum oraculum f fit, ꝙ is, qui liberos in potestate habet si se † ad arrogandum dederit, non solum ipse potestati arrogatoris subijcitur, sed etiam liberi g eius in eiusdem fiunt potestate, tanquā nepotes. Sic etenim

auxilium, in quibus omnino virilia nō sunt amputata. l. si quis posthumos. in prin ff. de libe. & posthu. castrati vero, quia carent genitalibus, aliquo modo generare non possunt: ideo & nubere & adoptare prohibentur, & hæc est veritas: q̄ probatur. in l. ædiles aiunt. §. in-mentorum. ff. de ædil. edi. & apertius declaraui hic in Annotat.

¶ Femine quoque. ¶ CASVS. Dubitabat an feminę adoptare possent: & videbatur q̄d sic, quia in l. adoptio. ff. eo dicitur, q̄d adoptio habet locum in ijs personis, in quib9 natura potest locum habere & ita cum vera filiatio in feminis reperiatur, videbatur etiam posse concurrere legitima: cuius contrarium deciditur in text. ratione in eo expressa cum limitatione. No. quòd femina non adoptat, nec habet filios in potestate.

† aliàs sed ex cōstitutione & indulgentia.

a ¶ Feminæ. Non possunt, sed ipsæ arrogari possunt, vt ff. eo. nam & feminæ.

* Adde, quod olim arrogare non poterant, quia cum feminis nulla comitiorum communio erat, quod attestatur A. Gellius lib. 5. capi. 19.

b ¶ Habent. Nota feminas non habere filios in potestate, & facit ad hoc. ff. de suis & le. l. nulla & inf. de hær. qua. & differ. §. ceteri. & ff. de contra ta. l. illud. §. ad testamenta.

SYL. ¶ Adde, quod ideo potestas in feminis, quando loquimur de filijs, interpretatur. i. tutela, vt pulchre Dec. in c. ex parte. el 2. de appel.

* Adde, quod non videtur prima facie ratio huius text. bona esse, femina adoptare non potest, quia nec naturales filios habet in potestate, non enim quævis adoptio trahit adoptatos in potestatem, vt sup. eod. §. sed hodie. Respon quod cum olim omnes adoptiui transirent in potestatem, vt in princ. huius titu. & per hoc tunc vera esset huiusmodi ratio, non ideo minus hodie etiam vera est, licet aliquo casu adoptio non pariat patriam potestatem. ad ea enim quæ frequentius fiunt, leges referendæ sunt. l. nam ad ea. ff. de leg.

c ¶ Sed ex indulgentia. de nouo iure concedenda, vt C. eo. mulierem.

d ¶ Amissorū. in acie principis, vt hic innuit, & infra de excu. tut. §. sed si in bello. ff. de inoffic. testam. l. si suspecta. §. fi. Sed numquid & tunc habebit in potestate? Videtur, ꝙ sic, cum beneficia principum sint extendenda, vt in Auth cōstit. q̄ de dign. §. penul. coll. 6. & ff. de constitut. princ. l. fi. Sed tamen cōtradico, ad instar scilicet naturaliū: nā naturam imitatur adoptio, vt sup. eod. §. minorem. † & facit ad hoc. C. eo. mulierē.

† Et ad cōtrariū rñdent hic

SYL. ¶ Adde, quòd hæc q. deciditur in d. l. mulierem, vbi patet, ꝙ non conceditur aliud potestatis per dictam indulgētiam, quam hēat ipsa mater in naturalibus & legitimis in quibus non habēt potestatem: * & quamuis glos. videatur restringere hunc text. ad mortuos in acie, est tamen generaliter intelligendus, vt probaui hoc loco in Commen. quia vbi amittantur, luctum adferunt parentibus, (quæ est ratio text. nostri) nec restringenda videtur principis indulgentia ad amissos in acie tantum, sed late interpretanda.

SYL. do. ꝙ imō debet moderari sīmius cōe. l. ex facto ī prin. ff de vulga. & pup. sub.

† aliàs deest ad.

* ¶ Illud. CASVS. Fuit dubitatum, vtrum liberi, quos in potestate habet, qui arrogatur, transeant in potestatem arrogatoris. Et videbatur quod non, sicut videmus in adoptione, quod dato in adoptionem filio, nepotes ex eo remanent in potestate aui naturalis. l. arrogato. ff. eo. & quia iste actus videtur fieri solum inter l. arrogatorem & arrogatum: contrarium tamen deciditur, quia cum arrogatus alienæ potestati subiectus sit, alium habere in potestate non potest. l. sic eueniet. ff. ad l. Iul. de adult. & hoc est proprium huius adoptionis, quæ fit imperiali auctoritate, ideoque cessat obiectio. l. arrogato. Not. quòd liberi eius, qui arrogatur, transeunt in potestatem arrogatoris.

e ¶ Illud Oraculum, id est per principem, vt de eo, qui sui iuris est: ideo transit etiam hodie in potestatem arrogatoris, vt supra eodem in princip. ideo sic dictum, quia oramus sine deprecamur eū, vt in talibus præstet auctoritatem.

f ¶ Oraculum appellat rescriptum, & auctoritatem imperialem, vt latius exposui hoc loco in Annot. ]

g ¶ Liberi. Oēs nati & nascituri, & ēt reuersi ab hostibus, vt ff. eo. si paterfamil. in princ.

¶ Adde, ꝙ secūdum Ias. intelligitur, si nati

sint

sint: secus si in vtero essent. l.fin.ff. de colla.bon.

a ¶ Diuus Augustus. Hic Imperator volebat adoptare quendam nomine Germanicum, & hic Germanicus noluit consentire; vnde nō poterat procedere adoptio vt inf. titu 1. §. sed & si pater. & ff.eod. l.2.in princ. vnde Augustus callide suasit cuidam nomine Tiberio, vt illum Germanicū adoptaret, quod fecit, & hunc Tiberium postea arrogauit princeps: quare & per consequens habuit Germanicū loco nepotis.

diuus [a] Augustus non antea Tiberium adoptauit, quam is [b] Germanicum adoptasset; vt protinus [c] adoptione facta [d] inciperet Germanicus Augusti nepos esse.

¶ Seruus à domino adoptatus, vel in iudicio vt filius nominatus, efficitur liber. h.d. Aret

¶ Apud Catonem † bene scriptū refert antiquitas, † seruos, si à domino adoptati [e] sint, ex hoc ipso posse liberari. Vnde & nos eruditi, in nostra cōstitutione [f] etiam eum seruū, quem dominus actis [g] interuenientibus filiū suum nominauerit, † liberum esse constituimus, licet hoc ad ius filij accipiendum ei non sufficiat.

SYL. †Quis hic Cato fuerit, hr̄ in l. 1 §. deinde ver. nos se statim. ff. de ori.iur. † sic infra q̄ her.qua lit. & diff. §.1.

* ¶ Toto (q̄d aiunt) cœlo aberrat Accur. in enarranda historia. vide Sueto. in Tiberio & in Caligula.

b ¶ Is Tiberius.

c ¶ Protinus. id est statim. †

d ¶ Adoptione facta à principe.

¶ Apud Catonem. CASVS Quærebatur an ex adoptione, vel ex nominatione filij, seruus liber efficeretur, & videbatur dicendum quod non, quia nō videbatur hic modus dandi libertatem introductus à iure, sup.qui.ex cau.ma.non lic.per totum. cuius contrarium dicitur ea ratione, quia non cōuenit filium seruum esse patris liberi, in cuius potestate est, eum facere liberum, & quia verisimile est, vt in necessariam antecedentiam velit quis, eum esse liberum, quē sibi libero filium facit, quia dans quod plus est, videtur vtique dare quod minus est.

SYL.

* Sed inde quæsitum est, an valeret huiusmodi adoptio. dubium faciebat, quia qui voluit seruum suum adoptare in filium, vtique censetur voluisse illum prius esse liberum, sicut dicimus vbi quis scripsit hæredē seruum proprium simpliciter, quod videtur in antecedentiam necessariam dedisse illi libertatem, §.1. supra qui.ex cau. manu.nō li. vnde videbatur dicendum, quod teneret adoptio, vti facta de libera persona. attamen respondetur contrarium, quia iste actus nō potest geri nisi inter liberas personas, vt tradit Gellius lib.5.cap.19. quod secus est in institutione, infr. de hær.institut. in princip.

* Et hic est verus intellectus huius loci, quē senserunt etiam Theophilus & Harmenopolus, Græci interpretes, non autem, quod seruo adoptato ius filij acquireretur vt plerique ex Latinis crediderunt, cum solam eo nomine libertatem tribui voluerit Cato.]

Not. quod per adoptionem serui efficitur liber. Item quod libertas non solum expresse, sed tacite dari potest. Item quod seruus, filius nominatus, fit liber, si nominetur in actis, licet non acquirat iura filiorum. Item q̄d verba blanda & adulatoria in iudicio emissa, fauore libertatis operantur. Item quod si non valet quod ago vt ago, valet vt valere potest. * Item no. secundum Angel & alios, q̄ ex sola nominatione quæritur ius. Sed mihi videtur probari contrarium, quia non quæritur ius quod nominatur, id est filiatio, sed sola libertas.

† aliâs serui si à dn̄o adoptati sint, ex hoc ipsos &c. † Et sic ex noīatione alicui⁹ acquirit̄, vt hic & in c. p tuas. cū gl. ver. appellauit post med. ibi itē est hic argu. ext. qui fil. sint legit.

* * Et hoc ideo, quia hoc loco constabat hūc esse seruum. Aliter enim ex ipsa nominatione filij resultaret saltem præsumptio iuris, vt habetur in leg. si vicinis. Cod. de stup. & in cap. per tuas. de probat. cū sim. vt ibi per Doct.]

e ¶ Adoptati. Scilicet à domino: ab extraneo autem non potest etiam libertus, vt ff eo. si pater. in fi.

f ¶ Cōstitutione, vt C. de la. lib. tollen. l. vnica. §. similiter quoque modo.

g ¶ Actis. id est coram iudice, dicendo hæc verba, Veni huc fili: secundum Azo. Vel (vt puto) coram iudice agebatur, vt filius fieret adoptiuus, & inde fuit facta scriptura non tamen res peruenit ad perfectionem, vt differat à proximo casu superiori, aliud si extra iudicium talia fierent vel agerentur, vt Cod. de lib. cau. l. pen. & sic collige ex hoc & superiori ver. quod si id, quod ago, non valet vt ago, valet tamen vt valere potest, sic. Cod. de lati. lib. tol. l. vnic. §. simili quoque modo. & ff. de pact. l. si vnus. §. si acceptilatio. Arg. contra. ff. de iu. codicil. l. 1.

ADDITIO. Respondent doct. q̄ ibi constabat testantem nolle codicillari. Ang. SYM

* Errat Accur. vt diffuse ostendi in Commen. putans in primo casu huius tex. seruum fieri filium adoptiuum, & quod in secundo dominus intendebat illum adoptare: quare inde temere infert ad dictum illud. Si id quod ago &c. vt animaduertit etiam Alciatus in l. 1. §. si quis ita. vbi videndum de isto articulo. ff. de verbo. oblig. ideo

exem-

exemplifica, quãdo vel deliberate inter acta filius nominaretur, vel etiam enunciatiue causa demõstrationis: vt puta, Solutionem misit per Stichum filium meum. nam talia verba fauore libertatis disponunt, vt declarat Bar. in l. ex hac. col. 2. ff. de dona. vbi docet an, & quando verba enunciatiua disponant.

* * Not. etiam quod acta ea proprie dicuntur, quæ fiunt in iudicio. cap. quoniam contra. de probat. & declarat Bar. in l. quæ acta. ff. de offi. proc. Cæs.]

Quibus modis ius patriæ potestatis soluitur. Continuat hunc titu. Imperator in princ. cum dicendum proponat de dissolutione illius iuris, de quo supra proxime dictum fuit.

¶ Quibus modis ius patriæ potestatis soluitur.

¶ Morte naturali patris, filius sui iuris efficitur: & nepos ita demum, si filius in potestate non supersit. hoc dicit ex. titu. 6. Institu. Caij.

Videamus nunc, quibus modis ij, qui alieno iuri sunt subiecti, eo iure liberentur. Et quidem [a] quemadmodum liberentur serui à potestate [b] dominorum; ex ijs intelligere possumus, quæ de seruis manumittendis superius exposuimus. Ij vero, qui in potestate parentis [c] sunt, mortuo eo [d] sui iuris fiunt. Sed hoc [e] distinctionem recipit. Nam mortuo patre [f] sanè omnimodo filij filiæve sui iuris efficiuntur. mortuo vero auo, non omnimodo [g] nepotes, neptesque sui iuris fiunt: sed ita, [h] si post mortem aui in potestatem patris sui recasuri non sunt.

Diuisio. Videamus. ¶ Totus iste tit. diuiditur in sex partes. Primo qualiter dissoluatur patria potestas morte naturali. Secundo qualiter morte ciuili ex delicto proueniente. Tertio, qualiter propter dignitatem filio acquisitam. Quarto, qualiter propter captiuitatem patris, vel filij. Quinto, qualiter emancipatione. Sexto, qualiter per dationem in adoptionem auo paterno, vel materno. Secunda ibi, Cum autem. Tertia ibi, Filius familias. Quarta ibi, Si ab hostibus. Quinta ibi, Præterea. Sexta ibi, Sed & si pater. Item hoc principium subdiuiditur in quatuor. Quia primo ponit de quo est tractaturus. Secundo, qualiter alias supra dixit de seruis. Tertio, qualiter filij liberentur à patria potestate, generaliter respondendo. Quarto dictam responsionem diuidit. Secunda ibi, Et quidem. Tertia ibi ij. vero. Quarta ibi. Sed hoc.

SYL. ¶ CASVS nõ ponitur, quia procedit tradẽdo regulam, ꝙ morte patris extinguit̃ potestas patria. dubiũ tñ videbatur in nepote ex eo filio, qui tp̃e paterni obitus I potestate reperiebatur, quia, cũ nũquã fuisset in patris potestate, sed aui, videbatur dissoluto illo vinculo liberari, sicut & filius: mors enim, quæ venit ad dissoluẽdũ. §. deinceps. in Authent. de nup. nõ videbat̃ posse venire ad ligandum. l. legata inutiliter. ff. de adi. lega. tamen contrarium deciditur ea ratione, quia bene à principio sui ortus debeat in potestate patris esse, quia tantum sui iuris pater nõ erat, non poterat habere alium in potestate. l. sic eueniet. ff. de adul. sublato itaq. de medio illo impedimento, detegitur potestas, nõ proprie cõceditur: & quod habitu erat in filio tuo ad nepotem, incipit esse actu: quod non habet locum vbi prius erat emancipatus, quia hi nepotes tunc non fuerunt in potestate aui tam quam sustinentes partes filii, sed immediate. Not. quod verbum, videamus, refertur ad oculum intellectus. Itẽ quod cognito quomodo aliquid concipiatur vel acquiratur, cognoscendum est quomodo dissoluatur, vel amittatur. Item quod morte patris vel aui, filij vel nepotes efficiuntur sui iuris cum distinct. de qua in sum.

a ¶ Et quidem. q. d. quod fit circa seruos de absolutione potestatis eorum, diximus su. de liber. §. 1. & §. multis.

b ¶ A potestate. subaudi dominica.

c ¶ Parentis. Stricte accipe pro ijs tantum, qui sunt superiores ex linea mascu. nam feminæ non habent in potestate filios, vt su. titu. 2. §. ergo.

Adde. l. quique. ff. de in ius voc. & quod parẽtes proprio vocabulo appellantur vsque ad tritauum, superiores autem, maiores. l. iurisconf. §. parentes. ff. de grad. affi.

d ¶ Eo, scilicet parente.

e ¶ Hoc scilicet quod dixi morte superioris inferiores effici sui iuris.

f ¶ Patre. Scilicet familias subaudi scilicet supra quem nullus est ratione potestatis.

g ¶ Non omnimodo, id est generaliter.

* ¶ Adde, quod dictio, omnino, habet naturam præcisam: non tamen excludit qualitatem à statuto requisitam, recipitque congruam interpretationem secundum alia iura. Decius consilio 356. columna 2. & tertia. SYL.

h ¶ Sed ita, scilicet fiunt sui iuris.

a ¶ Eo-

a Eorum. scilicet nepotum.
b In potestate & non exiuit. nam si exiuit & postea rediit, quia est arrogatus, non reciderent filius in potestatem eius, vt ff. de adop. si pater filium. & ratio, vt ibi notatur,

SYL.
Adde, quòd prima ratio ibi assignata cõmuniter approbatur hic, & ibi: ego vero in Cõment. vtramque rationem coniũxi, scilicet q ideo non recipit iste filius filios suos in potestatem, quia per adoptioné non reuertitur in eũdem gradum & in eandem causam, ita vt nepotibus sit auferendum ius iam quæsitum, cum non vt illemet filius, qui fuit emancipatus arrogetur, sed extraneus, per iura prædicta.

Itaque si moriente auo pater eorum [a] viuit & in potestate [b] patris sui est, tunc post obitum aui in potestate patris sui fiunt. Si vero is, [c] quo tempore auus moritur, aut iã mortuus [d] est, aut per emancipationem exijt de potestate patris, tunc ij, qui in potestatem eius cadere non possunt, sui iuris [e] fiunt.

¶ Deportatio, & seruitus pene patriam potestatem soluunt, relegatio non, quæ restitutione principis recuperatur h.d.

¶ Cum [f] autem is, qui ob aliquod maleficium in insulam deportatur, [g] ciuitatem

c Is, scilicet filius prædictus.
d Mortuus est. s. filius prædictus.
e Sui iuris. Nisi in casu, vt quando per dignitatem filius sui iuris factus fuisset, vt in Authent. constitutio. quæ de dign. §. illud. colla. 6.

SYL.
Adde, quod ratio est, quia quod fauore introducitur, nõ trahitur in odium. l. quod fauore. C. de legi. & quia dignitas sicut priuilegium non tollit dignitatem, aut priuilegium. l. hac saluberrima. C. de præpo. agé. in re lib. 12.
* Inepta tamen est exceptio Accur. quia Imper. non loquitur vniuersaliter, quomodocunque filius exierit de potestate patris, sed vbi morte, vel emancipatione. ]

Diuisio.
Cum autem. Diuiditur in quinque partes. Primo de deportatione patris. Secundo de deportatione filij. Tertio de indulgentia principis. Quarto de relegatis. Quinto de seruis pœnę. Secũda ibi, Pari ratione. Tertia ibi, Sed si indulgentia. Quarta ibi, Relegatis. Quinta ibi, Pœnæ. Aret.

SYL.
Cum autem is. CASVS Quęrebatur, an ex deportatione, relegatione, vel seruitute pœnæ, patria potestas tolleretur: & dubium faciebat, quia, cum adhuc pater viuus remaneret, non videbatur tolli, quia, cum iura filiationis sint naturalia nullo casu videbantur posse amoueri. §. fi. inf. de leg. agn. tu. hoc tamen non obstante contrarium deciditur in deportatione, & seruitute pœnæ, quia, cũ dictum sit hoc esse proprium ci. Roma. sup. de pat. pot. vt per deportationé desinat esse ciuis, per seruitutẽ aũt pœnę, & ciuis, & liber desinunt necessario omnia, quę ex ciuilitate consequebantur: tanquam causa cessante ipsorum.
* Nec obstat, quod dicebatur de filiatione, quia longe aliud est filiatio aliud patria potestas, cum quis possit habere patrem, & in eius potestate non esse. Et ex his intelligitur quare diuersũ fuerit decisum in relegatis: nempe quia, & libertas, & ciuitas salua permanet ]
Sed tunc dubitabatur, qd facta restitutione, & videbatur filios semel liberatos non recidere in potestatem patris per rationem. l. si pater, ff. de adop cuius cõtrarium deciditur. quia, cum per eam omnia in pristinum statum reponãtur. l. quod si minor. § restitutio ff. de min. est, ac si iure postliminij reuerterentur ab hostibus sicut enim illa est restitutio. l. mortuæ, sic hæc est principis, & sic. l. viuæ. Not. quod deportatus perdit ciuitatem.
* Sunt autem deportati, quos lingua vulgi confinatos vocamus, quibus damnatis certo spacio circumscribitur pœnæ pendendæ locus l. 1. §. deportatos, de leg. 3. ]
Item quod qui desinit esse ciuis Rom nõ habet filios in potestate. Item, quod dictio, perinde, denotat similitudinem, licet non per omnia, quod maxime procedit in pœnalibus, vt p Bart. in l. sacrilegij. ff. ad leg. Iul. pecul. ] Item quod mors ciuilis æquiparatur naturali, Item quod deportatione filij soluitur patria potestas, ex quo notatur, quod patria potestas est ciuium Roma. actiue, & passiue: exigit enim in patre & filio ciuilitatem. Item quod restitutio reponit omnia in pristinum. Item quod relegatio non tollit patriam potestaté, secus in seruitute pœnę. Item qui dicatur seruus pœnæ.
f Cum autem. Dictum est supra qualiter soluitur patria potestas morte naturali, nũc ponit quando morte ciuili.
g Deportatur. Hic no. quod hæc sententia deportationis vt valeat, id est vt statum & ciuitatem perdat, non potest dari nisi a quatuor iudicibus, scilicet ab imperatore, vel ab eo qui eius vice iudicat, & à præfe. prætor. & præfe. vrb. vt ff. de pen. l. 2. §. 1. & de leg. 3. l. 1. §. à præfecto. & de inter. & relega. l. inter pœnas. §. 1. — Deportare possunt tantũ quatuor iudices.

SYL.
Adde, quod nisi intelligas proprie in terminis d. l. 1. §. a præfecto. glo. male diceret. si enim intelligitur de vice gerente principis,

non haberet dubium: sed debet intelligi proprie secundum terminos. d.l. vt aduertit hic Angel.]

¶ Idem credo in senatoribus, qui parem sententiam, id est parem habent effectum principi, vel maiorem quam prędicti, vt ff. a q. appe. non licet. l.1. §.1. † Si autem alius iudex talem sententiam det, non valet, nec mandatur executioni, nisi princeps approbet eam, vel in insulam, sine locum assignet, vt ff. de leg. 3. l. 1. § 2. & §. deportatos. & ff. de iniu. ru. & irri. test. l. si quis. § eius.

† Sed tunc vr obstare l. r. C. de sen. præf. præto. pro cuius sol. Ias. dubitat dicens contra sẽtentias senatorum forte non posse supplicari. SYL.

tem amitti, sequitur, vt qui eo [a] modo ex numero ciuium Romanorum tollitur, † perinde est, ac si eo mortuo [b] desinant liberi in potestate eius esse. Pari [c] ratione & si is, qui in potestate parentis sit, in insulam deportatus fuerit, desinit esse in potestate parentis. Sed si ex indulgentia principis [d] restituti fuerint, per omnia pristinum statum [e] recipiunt.

¶ Relegati autem pa-

† alias perinde quasi eo mortuo.

¶ Adde, quod rationem assignat glo. in l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offic. præfe. quæ communis est, quamuis Angel. hic eam reprobet.

¶ Quæ autẽ sunt delicta, pro quibus in insulam debeat deportari, dicemus, in f. depu. ind. per totum titu. sed relegare potest quilibet qui habet merũ imperium, vt ff. de interd. & releg. l. relegatorum. r. respon. Et no. quod primo de media, secũdo de relegatione, tertio de maxima dicit. Prima & vltima tollunt patriam potestatem, sed relegatio non sic: cum ibi status non est mutatio, nec capitis diminutio.

a ¶ Eo modo, Id est per istam deportationem in insulam.

b ¶ Mortuo. Not. deportatum mortuũ. s. ciuiliter, sic. ff. de contra tabulas. l. 1. §. quidã filium, & ff. pro soc. l. verum. §. societas.

* ¶ Adde, quod huius rei rationem hanc Caius Institutionũ libro primo refert, quia non potest ciuem Rom. in potestate habere homo peregrinæ conditionis effectus: vnde eiusmodi exilium hoc casu idem pôt, quod naturalis mors posset. An autem alias mors ciuilis æquiparetur morti naturali, & quibus casibus, vulgaris est quæstio, quã tractãt doct. in l. Gallus. §. & quid si tãtum. ff. de li. & posth. & diligẽter Aldobrandinus meus hic in suo Comm.

c ¶ Pari, Hic no. vbi est eodem vel similis ratio, idem ius constituatur, sic. ff. de verb. obl. l. à Titio in fi. & in f. q̃d cũ eo, qui in alie. po[illegible] quædam. §. nũmularios. & ff. ad l. Aquil. Illud Arg. contra. ff. de col. bo. l. si quis in fi. r. respon.

SYL. ¶ Adde, quod quamuis non sit illa eadem ratio non tamen est contraria, sed est alia, per quam idem dicendum est, quod nõ inconuenit. §. affinitatis. sup. de nupt. & ita declarat Bart. in d. l. si quis.

d ¶ Principis, alias principali, Sed nunquid per alium poterit restitui. Respon. non, nisi forte per senatorem, qui potest restituere statum, vt ff. de posthum. l. 1. §. de qua, & §. an autem.

¶ Adde restitutionem fieri per omnem, qui auctoritatẽ supremã, & principis habet, siue sit senatus, siue ciuitas Bart. in d. §. de qua. & in l. infamen. ff. de pub. iud.

e Statum, scilicet, quantum ad honores, vel ordines, & similia, vt C. de sen. pas. l. 1. ergo & patriã potestatem. & hoc vult hic dicere. Sed contradicitur. C. de sen. pas. l. in insulã & l. si pater. Sol. hic specialiter ad omnia fuit restitutus secundum M. & sic facias pũctum ibi, per omnia hanc reprobo, quia semper intelligitur ad omnia restitui, nisi contradixerit expressim: nam verbum, restituo, generale est, vt ff. de vsur. videamus 2. §. in Fauiana. Alij hoc intelligunt ad patrem reuertentem tantum referendum: cui debet restitui filius in potestate, sed filio restituto, non sic, quia sic noceret ei restitutio, ar. C. de le. & con. quod fauore, sed hanc opinionem reprobo. nam libertus deportatus & restitutus in libertinitatem recidit, vt ff. de iu. pa. siue libertus. Dic ergo interesse, vtrum princeps dicat hæc verba, Restituo te, & tunc ad omnia restitutus videatur, vt hic, an hæc, Indulgeo tibi, quo casu de pœna tantum remittenda cogitasse videatur, vt in contrarijs, argumen. C. de sen. pas. l. generalis, & l. tutor. & l. cum indulgentia. & Cod de gene. abol. l. fin.

¶ Adde, quod hęc gl. in terminis nostris vera est, ex eo quia restitutio generaliter facta restituit omnia ea, quæ trahunt immediate casum ab ipsa condemnatione, quia ipso iure perduntur, secus si essent de perdita mediante alienatione vel facto hominis, ita est cõis opi. in l. Gallus. §. & quid si tantũ. vbi Ias. col. 15. in 3. lect. ff. de lib. & posth. SYL.

* Ego tamen in Commen. aliam & pleniorem distinctionem posui, simulq. plurimas leges in hac materia, quę mutuo pugnare videbantur, nouiter placaui.] Quid autem importet indulgentia, & cuius sit virtutis & potentiæ, ponit elegãter Dec. in c. 1. in prin. de rescrip.]

** Adde, quod quoties verba sũt dubia, ita vt referri possint ad indulgentiam & restitutionem, ea interpretanda sunt, vt restitutionem significent, secundum Bar. in l. 1. §. si quis vltro de quæstio. quem sequitur ibidem & Mari.]

a ¶ Re-

tres in insulam, in potestate liberos retinent. [a] Et ex contrario liberi relegati in potestate parentum remanent.

¶ Pœnæ[b] seruus effectus, filios in potestate habere desinit.

Serui autem pœnæ efficiuntur, qui in metallum [c] damnantur, & qui bestijs [d] subijciuntur.

¶ Sola Patriciatus dignitas liberat à patria potestate. hoc dicit.

Deportat⁹ & relegatus differunt.

a ¶ Retinent. No. differentiam inter relegatum & deportatum quo ad familiam, vt hic & sup. proxi. §. Item hic bona renet, ille nō, vt ff. de interd. & releg. l. 1. (i) Item hic ciuitaté tenet, ille non, vt ff. de interd. & rele. l. legatorum, §. fine ad tempus & § ad tépus. Item quia hic ad tempus vel in perpetuum, ille autem tantum in perpetuum deportatur, vt ff. de interd. & rele. l. te legati. & l. relegatorū. § hæc est differentiā, sed in libertate non est differentia. nam vterque liber remanet, vt ff. de bo. dam. l. sed si alia. §. primo.

* Adde, aliquando cathacaristos relegatos dici, qui re vera deportati sunt. l. amissione, ff. de cap. dimi.

Banniti quibus cō parentur.

¶ Sed bannitos nostri temporis quibus comparamus? Resp. si propter maleficium, vt et cum ciuitate & bona sua publicētur, vel de iure, vel de consuetudine ciuitatum, tunc deportato comparabo, aliàs relegato, vt ar. ff. de bo. dam. l. 1.

ADDITIO. Hoc verum, nisi esset relegatus in perpetuum, quia posset illi pars bonorū adimi. l. relegati. in fi. & l. relegatorū. §. ad tempus. ff. eo. tit.

* ¶ Iste articulus de æquiparatione bannitorum est mirum in modum intricatus & secundum Alex. in l. 1. C. de hęr. insti, reperibilis, ideo cum non possit de eo doctrina cōpendiaria tradi, videant adolescentes, hic Comm. nostrum, vbi illū ita explicauimus, vt nemini non facillima futura sit eius resolutio.

SYL. * Adde, communem opi. esse, vt banniti nostri temporis, etiam ex crimine, vnde pœna mortis affici debeāt, non æquiparentur nec damnatis in metallum, nec deportatis, quia amittunt tantum iura municipalia illius ciuitatis vel prouincię, à qua sunt banniti, nō autem iura communia. hanc dicunt cōmunem omnes docto. in l. 1. C. de hær. instit. & Curt. cons. 60. Dux. col. 10.

¶ Non aūt dico, q́ possit deportari à præside de iure, vt su. § prox. diximus, nec relegari à defensore ciuitatis, cum sit de imperio mero, vt in Auth. de def. ci. §. nulla. in fi. §. coll 3.

** Adde, q́ Bar. in l. imperium. coll. 4. ff. de iur. om. iu. ponit relegationem in inferiore gradu imperij, cuius opin. est communiter approbata. ]

¶ Pœnæ id est supplicij: supplicium enim suus dominus est, non fiscus, vnde ei nihil quæris, vt ff. de ijs, quæ pro non scrip. ha. l. 3. sed de nouo iure nemo ingenuus fit seruus ex supplicio, vt in Auth. de nupt. § quod autem. & §. si vero. coll 4.

Ingenuus ex supplicio nō fit seruus.

ADDITIO. Dic secundum Angel. istud esse verum, si remanet viuus, aliud si in eo fiat executio mortis naturalis.

** Adde, quod serui pœnę sūt peioris conditionis, quam alij serui, nam nō possunt manumitti. l. 2. C. qui ad liberta. procla. non li. item sunt prorsus incapaces, ut si in metallū. de ijs quæ pro non scri. ha. quod non est in seruis priuatorum, qui saltem acquirunt dominis, l. si paterfamil. de hær. inst.

c ¶ In metallum. i. opus metalli ad fodiendum metallum, vel etiam depottandum, & etiā ne fugerent ligabantur, & pondere quodā opprimebantur, vt ferro, vel alio modo. Alij vero erant, qui dicebantur damnati in opere metalli, & hi non tanto pondere opprimebantur, & qui hinc fugiebant in metallū ponebantur. Alij vero erant, qui in ministerium, vel in seruitium metallicorum tantum ponebantur, & hoc si perpetuo fieret: erat seruus, alias contra. ff. de pe. l. aut dānum §. inter eos. & §. quisquis, & §. in ministerium. Sed quid si prouincia non habeat metalla aliqua, vel ferri, vel similis conditionis? Resp. in vicinam prouinciam mittebantur, vt ff. de pœn. l. aut damnū. §. est pœna. Alij sunt in opus publicum perpetuo dati, vel ad tempus, qui sunt similes relegatis, vt ff. de pœn. l. quidam. Sed huiusmodi pœnæ non sunt in vsu hodie.

d ¶ Bestijs. Deducendis forte, vel etiam vt comederet cū eis, vel alia bestialia faceret, de hac pęna dic, vt no. ff. de pe. l. qui vltimo.

SYL. ¶ Adde, q́ qui bestijs subijciebantur, dabantur eisdem dilaniandi, hi & obijci bestijs dicebantur, vt de Daniele leonibus obiecto proditum est. * Damnati vero ad bestias ij erant qui in pœnā delictorum suorum seruabantur, vt in publicis venationibus cum bestijs depugnarent, cuius rei exemplū extat memorabile apud Gell. lib. 5. c. 14. vt elegāter hanc differentiam annotauit Budæus in l. aut damnum. ff. de pœn. ]

¶ Adde, q́ & p.p. hæresim prīs filij desinunt esse in eius potestate c. 2. ad fin. de hær. lib 6.

¶ Filiusfamilias. ¶ Diuiditur in quatuor partes. Primo ponit dictum in genere. Secundo reddit rationem. Tertio excipit ā dicto. Quarto assignat rationem. Secunda ibi, Militia. Tertia ibi, Sed ex constitutione. Quarta ibi, Quis enim, Ang.

¶ CA-

CASVS. ¶ Postquam visum est pœnas soluere patriam potestatem, quærebatur an econuerso dignitates aliquæ, aut militia, soluerent, quasi duorum extremorum debeat esse eadem ratio, dubium autem faciebat, quia cautum est, vt seruus adeptus militiam, vel dignitaté, sciente dño nanciscatur libertatem. l. super seruis, & l. si quis. C. qui mil. non pos. lib. 12. vnde multo magis deberet effici sui iuris filius, quia facilius persona libera fit sui iuris, quã seruus liber, vt patet hoc tit. cuius tamẽ cõtrarium deciditur ea ratione, quia patria potestas impedire nõ põt filiũ, quo minus militet magistratusq; gerat. l. honor. §. plebeij. ff. de mun. & hon. l. q cũ vno, §. qui filium. ff. de re mili. & ideo cum nihil obesset, nõ erat necessaria dissolutio ipsius: excipitur tamen Patriciatus, ratione in tex. allegata. Nec obstat quod opponebatur de seruo adepto militiam sciẽte domino, quia eo casu consequitur libertatem, nõ propter militiam, aut dignitatem, sed ex voluntate domini, qui, cum sciat solum liberas personas posse militare, aut dignitatibus fungi, patiendo seruum militare, aut honores gerere, censetur in antecedentiam necessariam illi libertatem dare voluisse.] No. quod hoc iure filiusfa. miles non liberatur à patria potestate. Item nec senator, nec consul. Secundo, quod non inconuenit, quod ratio sit eadem cum dicto. Sed dic, quod hoc est ex eo, quia intendit dicere, quod manet in potestate, quia non habet priuilegium liberandi, id est quia non est tributum hoc priuilegium: sicut dicitur in l. fi. ff. de offi. proc. Cæs. Item not. patriciatum liberare à nexu patriæ potestatis. Item quod argumentum ab inconuenienti valet. Item quod argumentum de minori ad maius valet affirmatiue. Item q̃ dignitas patriciatus est summa & maxima. Item vnde patricij dicantur.]

*† aliàs & si.* *† aliàs nõ est si.*

¶ Filiusfamilias † si militauerit, [a] vel † si Senator, vel Consul factus fuerit, remanet in potestate patris, Militia enim, vel Consularis dignitas, de patria potestate filiũ non [b] liberat.

¶ Sed ex constitutione [c] nostra summa Patriciatus [d] dignitas illico, [e] imperialibus † codicillis præstitis, filios patris non esse, secundum ...

a ¶ Militauerit. i. miles fact⁹ fuerit ad quod multa sunt necessaria, vt in Authen. de man. prin. §. fin. coll. 3. diximus etiam in l. pen. ff. ex quib. cau. ma. Vel dic militauerit, id est in exercitio militiæ fuerit.

*Dignitates 12. liberant à patria potestate.*

b ¶ Non liberat. hoc iure isto: nam nulla dignitas præter patriciatum reuelat filium a potestate patris, vt subijcitur: sed hodie duodecim sunt dignitates, quę liberant aliquem curialem à curiali conditione vt C. de decu. l. fi. lib. 10. & hę eædem liberant a patria potestate, vt in Auth. constit. quæ de digni. §. 1. & §. generaliter. coll. 6. vnde cum sit ibi consul, corrigitur, quod de eo hic dicitur.

*SYL.* ¶ Adde, quod & per dignitatem sacerdotalem soluitur patria potestas. secundum Hostien. in c. Indecorum. de æta. & qualit. Item per monachationem. d. c. Indecorũ. & glos. in l. si ex causa. §. pe. ff. de mino.]

** Adde etiam clericos, qui sunt vltra primam tonsurã, de iure canon. in potestate patris non esse, secundum Ias. in l. filiæ. C. de colla. Item declara, quod dicitur de constitutis in dignitatibus prædictis, vt intelligantur remansisse in potestate patris quo ad eorum commodum. §. fin. d. auth. consti. quæ de digni. l. facit l. nam quod. ad sena. Treb.]

*† Codicillos appellat diplomata, continentia testimoniũ dignitatis à principe collatæ. Patricius q[...] est.*

c ¶ Constitutione. vt Cod. de consul. l. fin. libro duodecimo.

d ¶ Patriciatus. Erat enim patricius quasi principis pater. Vnde Salustius: O patres cõscripti. Nam scripta erant eorum nomina in aliquo loco, vel in corona capitis eorũ, vel alias.

¶ Budæus ad l. vlt. ff. de sena. & Andr. Alciat. lib. 12. C. tit. de cons. & non spar. pecu. damnant Accur. hic, quod cõfundit patriciatum, cuius fit mẽtio hoc loco, cum patriciatu veterum, quos plurimum inter se differre palam est.

*SYL.* ¶ Adde, quod patres conscripti dicebantur apud Romanos, quos Brutus ex equestri ordine in senatorum numerum assumpsit, & primis illis senatoribus à Romulo lectis, quorum numerus iam cædibus Regis diminutus erat, adscripsit, quòd scribit T. Liuius in princip. secundi libri ab vrbe condita. Patricij autem appellabantur nobiles Romani, qui à primis Romuli patribus oriundi erant. Sed apud Græcos alij fuere Patricij, qui præerant supremo consilio, quasi patres patriæ: de qua dignitate Suidas, patricios ho patir tu Kinu, Patricius, inquit, pater est cõmunis Reipublicæ, vt non immerito eum, Iustinianus hic patris nomine dignetur.

e ¶ Illico. Hoc est speciale in patricio & cõsule, hodie etiam, vt sola collatione, id est donatione codicillorum, id est dignitatis scripturæ, vel per aliquod priuilegium, fiant sui iuris, etiam sine administratione, in alijs decem, tunc demum cum cœperint administrare, vt in Auth. constit. quæ de digni. §. 1. coll. 6. quæ est, C. de episc. & cler. auth. sed dignitas, & C. de decur. l. fin. lib. 10. Item in tertio casu; cum ordinatur episcopus, qui est ẽt vltra supradictos casus, vt in Auth. cõstit. quæ de digni. §. palam coll. 6.

¶ Imo idem est etiam in alijs ibi enumeratis, vt simul atque codicillos, seu diplomata receperint, liberentur à patria potestate, licet nondum cœperint administrare, vt ex

recta

recta translatione d. auth. ostendi hoc loco in Comment.]

a ¶ Libeat. scilicet dignitas.

b ¶ Quis enim? quasi dicat, si quilibet pr etiam vilissimus, filium suum emancipat quādo vult, vt inf. eo. §. admonendi & §. præterea. quare hoc Imperator non poterit facere? Vel dic in casu electi patricij: quasi dicat, cum ipse pater patricij possit emancipate, & ad hoc cōpellitur cum alapis & verberibus, vt in auth. constitut. quæ de dig. 1. respond. quare & ipse Imperator &c.

SYL. ¶ Adde, argumentū text. procedit respectu dignitatis, quia alias non procederet à pari: pater quilibet emancipat filium. ergo Imperator, vt filius non possit emancipare & liberare patrem.

c ¶ Elegit quod raro fit, vt l. fi. C. de consul. lib 12. secundum Ma.

Diuisio. ¶ Si ab hostibus. ¶ Diuiditur in tres partes principales. Primo loquitur quando pater fuit captus. Secūdo, quādo filius. Tertio declarat, quid sit postliminiū. Secunda ibi, ipse quoque, Tertia ibi, Dictum est. Aret.

SYL. ¶ CASVS. Quæsitum fuit, an captus ab hostibus retineret, vel perderet ius patriç potestatis, & videbatur dicendum, quod perderet, quia cum efficiatur seruus hostiū, & sit in potestate alterius. §. item ea. in f. de rer. diui. nō potest alium habere in potestate. l. sic euenict ff. de adult. eodem modo in filio capto, quia transit in alterius potestatem, vide batur absolutè liberari, vt in monacho dicimus, qui trāsit in potestatem Abbatis c. in decorum. de ætat. & qualit. cuius contrariū respondetur, quod immo nec perditur, nec retinetur, sed stat in suspenso, attento futuro euentu, vt si reuertatur, non præsumatur amissa, propter ius postliminij, quo fingitur fuisse semper in ciuitate, si decedat ibi, præsumatur ex l. Corn. decessisse præambula hora captiuitatis. Ratio autem æquitatis huius fuit, ne remedio destituerentur illi, qui fortiter pro patria pugnando capti essent, ita demum eis reuersis. No. quod captus ab hostibus etsi ciuis Rom. efficitur serū⁹ hostiū. Item, quod si pater capiatur ab hostibus, pēdet ius liberorum, Item, quod reuersi ab hostibus omnia iura recuperant. Item no. quid sit postliminium, vnde dicatur, & eius effectus, & quod licet arguere ab etymologia vocabuli, & quid sit limes.]

lium a patria potestate liberat. a Quis b enim patiatur, patrem quidem posse per emācipationis modum potestatis suæ nexibus filium † liberare. Imperatoriam autem celsitudinem non valere eum, quem sibi patrem elegit, c ab aliena eximere potestate?

† aliàs relaxare.

¶ Patre vel filio ab hostibus capto, pendet ius patriæ potestatis propter ius postliminij, quo omnia recuperantur. hoc dicit ex l. in bello, §. siquis capiatur. & § cetera. ff. de capt. & postlimin. reuer.

¶ Si ab hostibus d captus fuerit parens, quamuis seruus hostium fiat, tamen pendet e ius liberorum propter ius postliminij: f quia ij, qui ab hostibus capti sunt si reuersi fuerint, omnia pristina iura recipiūt:

d ¶ Ab hostibus, Hostes sunt, quibus populus Rom. bellum indixit, vel ipsi populo Rom. vt ff. de cap. & post. te. l. hostes. Hostes q dicantur.

* ¶ Quod dicitur in tex. captus, intellige, & in præsidia hostium deductus. ante enim manet ciuis. & liber. l. s. ff. eodem, tit. de cap.

e ¶ Pendet. Hic colligitur quoddam hominum genus esse in pendenti, vt diximus, sup. de ijs qui sunt sui, vel alien. iu. § 1. Sed certe quod hic dicit, pendet, verum est propter iuris fictionem: nam quo ad veritatem sui iuris est filius, vt ff. de test. l. lege Cornelia. in fi. & ff. de lib. & posth. l. penul. & C. de sen. pas. l. fin. ibi, quod maxime &c. & ff. ad mace. l. 1. §. 1. nam pater seruus est hostiū, vt sup. de iur. perso. §. serui. ergo alium in potestate habere non potest. vt ff. ad l. Iul. de adul. l. sic euenict. Dic ergo, quod nulla præterita vel præsentia pendent inspecto statu præsenti, sed futuro, vt infra de verb. oblig. §. conditiones. Fili⁹ capti ab hostib. in veritate ē suiiuris.

* Adde meliorem tex. cū gl. in l. qui res, §. 1. ff. de sol. l. cum hæredes, §. 1. de acquir. poss. l. pen. ff. de suis & leg. l. in bello. §. si quis capiatur. ff. de cap. & postlim. reuer. l. bona. §. quod si filius. eo. tit. SYL.

** Adde, quod & alias in pendenti est, an quid acquiri debeat l. seruus. § 1. ff. de acqu. rer. domin. & vtrum quid valeat necne. l. si sic legatum. §. vlt. ff. de lega. 1. vbi Bart. Alberic. & Ang.

f ¶ Postliminij. Est autem postliminium ius amissæ rei recuperandç ab extraneo, moribus & legibus constitutum, vt colligitur. ff. de cap. & postlimin. reu. l. postliminium. 1. resp. Postliminiū quid est.

SYL. ¶ Adde tamē pro declaratione, quod postliminium habet duo capita, primum, quod reuersus recuperat omnia: & hoc est fundatum super veritatem: secūdum, quod fingatur semper fuisse in ciuitate, & semper habuisse illa iura, quod est contra veritatem ita est de mente Bar. in l. nec vtilem. col. fin. ex qui. cau. ma. q̄ distinctio in hac materia ape-

aperit mentem ad multa.

** Illud quoque animaduertēdum, quod Seruius ( vt est relatum apud Cicero in Topi. ) aliunde deducit verbum postliminij: inquit enim, dici a post, & liminiū productionem esse verbi: sicut in finitimo, legitimo, æditimo, non plus est timū quam in meditullio, tullium.

idcirco a reuersus etiā liberos habebit in potestate: quia postliminium fingit eum, qui captus b est, in ciuitate semper fuisse. Si vero ibi decesserit, exinde, ex quo captus est pater, filius sui iuris fuisse videtur. Ipse quoque filius † neposve, si ab hostibus captus fuerit, similiter dicimus, propter ius postliminij, ius quoque potestatis parentis in suspenso esse.

Dictum est autē postliminum, a limine, & post. Vnde eum, qui ab hostibus captus est, & in fines nostros postea peruenit postliminio reuersum recte dicimus. Nam limina, sicut in domo finem quendam faciunt: sic & imperij finem esse limen veteres voluerunt. Hinc & † limen dictum est, quasi finis quidam & terminus. Ab eo postliminium dictum est: † quia ad idem limen reuertebatur, quod amiserat. Sed & qui captus, c victis hostibus recuperatur, postliminio redijsse existimatur.

a ¶ Idcirco Quia reuersi omnia iura recuperant †

b ¶ Captus. Et reuersus, vt ff. de capt. l. retro.

** Adde, quod ex hoc text. annotat. Bar. in l. si is qui ꝑ emptore. col. pen. ff de vsuc. permitti, qđ duæ fictiones concurrant circa idem, quoties vna succedit in consequētiam alterius: quod trahitur etiam ad duas specialitates, vt ita ad hoc citatur per Neguf. in trac. de pign. In prim. mem. 5. par. nu. 16.

c ¶ Captus. Infra fines nostros, nec vltra deductus: ita improprie reuersus dicitur postliminio. Vel dic, captus fuerat vltra fines, & tunc dicitur etiam redijsse, antequam ad limina redeat, quia sic recuperat statum, licet improprie: & facit ad hunc. §. ff. de cap. l. in bello. § 1. Item ad idem. ff. de vi & vi arma. l. qui possessionem.

SYL. * ¶ Text. est intelligendus simpliciter, videlicet; quod qui captus est, licet per se non reuertatur, sed deuictis hostibus recuperetur, postliminio redijsse intelligatur.

¶ Præterea. ¶ Diuidit̃ in sex partes. 1. qualiter per emancipationē liberatur filius a patria potestate. Secundo, qualiter fiebat emancipatio de iure antiquo. Tertio, qualiter fiat hodie. Quarto, quod pater habet legitimam in bonis emancipati, sicut patronus in bonis liberti. Quinto, ꝙ pater legitimus est tutor filij impuberis emancipati. Sexto, ꝙ nepotem potest emācipare retento filio in potestate, & econtra. Secunda ibi, Sed emancipatio. Tertia ibi, Nostra. Quarta ibi, & tunc. Quinta ibi, & præterea. Sexta ibi, Admonendi. Aret.

¶ Præterea. CASVS. in prima parte aliter non figurabitur, quia cum fauore parētum a iure ciuili fuerit introducta patria potestas, consequens est, vt eidem renunciare, ac eam a se abdicare possint. l. penul. C. de pac. Sed loco casus referam ex Cajo Iureconsulto modum. d. emācipationis antiquæ, vt aperiatur intellectus multorū iurium & precipue text. nostri. Is tit 6. li. 1. Institu. sic ait: Emancipatio, hoc est manus traditio, quę dam similitudo venditionis est, quia & in emancipationibus præter illum, hoc est certum patrē, alius pater adhibetur qui fiduciarius nominatur. ergo iste naturalis pater filiū suū fiduciario patri emancipat, hoc est manu tradit, a quo fiduciario patre naturalis pater vnum, aut duos numos, quasi in similitudinem pretij, accipit, & iterum eum acceptis numis fiduciario patri tradit: hoc secūdo & tertio fit, cum fiduciario patri emancipat ac tradit, & sic de patris potestate exit: quæ tamen emancipatio solebat ante præsidem fieri, modo ante curiam facienda est, vbi quinque testes ciues Roma. in præsenti erunt, & pro illo, qui libripens appellatur, id est stateram tenēs, & qui antestatus appellatur, alij duo, vt numerus septem testium impleatur: tamen cum tertio emancipatus fuerit filius a patre naturali fiduciario patri, hoc agere debet naturalis pater, vt ei a fiduciario patre mācipetur, & a naturali patre manumittatur, vt si filius ille mortuus fuerit, ei in hæreditate naturalis pater, non fiduciarius succedat. Feminę, vel nepotes masculi ex filio. vna emancipatione de patris, vel aui exeunt potestate, & sui iuris efficiuntur, & hi ipsi quálibet vna emancipatione de patris, vel aui potestate exeunt, & nisi a patre emancipati fuerint, & a naturali patre manumissi, succedere eis naturalis pater non potest, sed fiduciarius, a quo manumissi sunt; nam si remancipatum sibi natu-

† Excepta possessione rerum suarū. l. q̄ iniq. & l. nec vtilē, ff. ex quib. cau. ma. Ias.

† alias ne posue ex eo.

SYL.

† aliàs limes dict'.

† aliàs q̄a eodē limine reuertebat' quo amiss' erat.

naturalis pater, vel auus manumiserit, ipse eis in hæreditate succedit. Hæc Caius. Addam præterea verba Boetij lib.3. com. Topi. Mancipatio, inquit, imaginaria quædā venditio est, quod ipsum ius proprium est Roman. ciuium. Ea res ita agitur, adhibitis non minus quinque testibus ciuibus Rom. puberibus, & eo, qui libripens dicit, is qui mācipium accipit, æs tenens, ita dicit: Hinc ego hominem ex iure Quiritū meū esse animo, isque mihi est emptus hoc ære æneaque libra: deinde percutit libram, idque æs dat ei, a quo mancipiū accipit, quasi pretij loco. * Pro quorum verborū intelligentia lege quæ hic scribit Theophilus, vel si liber, nostras in hūc librum Annot.] Not. modum emancipandi de iure antiquo. Item quod hodie emancipatione soluitur patria potestas, & quod idem iuris habet pater, quod patronus, & quod potest emācipari filius retento nepote in potestate, & econuerso. Item circuitus & fictiones reprobari.]

a ¶ Præterea. Non solum supradictis modis sed præterea, &c.

* ¶ Adde, quod emancipatio dicitur, quasi emācipatio & dominio nostra emissio. Est enim mancipium, dominium, vnde emancipare fundum pro alienare, Suetonio, & Plinio.

b ¶ Liberi. Generale nomen est ad omnes inferiores, vt inf. ut. 2. §. fi.

† Melior text. in l. liberorum. ff. de verbor. significat.

c ¶ Procedebat. i. ea demum ad effectum perducebatur Accur.

d ¶ Per imaginarias. Id est fictitias sic & ff. de re. iu. l. imaginaria. nā pater vēdebat filium. pro vno numo forte, & emptor eum manumittebat, vt hic, & ff. de ca. di l. liberos, §. 1. & C. eo. l. fi. 1. respō. & fa. ad hoc inf. de test. § 1. & propter hoc dicebat filius capite minui. Sed cum hodie talia non fiant, vt sequitur: numquid dicitur capite minui?

† Hāc eandē q. mouet glo. in §. minima, super ver. vel contra. in fi. inf. de ca. di. vbi vide quia melius se ipsam declarat.

¶ Emancipatione tollitur patria potestas coram quocumque iudice: idemque iuris habet emancipans, quod patronus, & tutelam filij impuberis: & potest filius emancipari nepote retento in potestate, vel econuerso. hoc dicit ex l. fina Cod. de emancipat. libe. & l. liberum. ff. de adopt.

¶ Præterea [a] emancipatione quoque desinunt liberi [b] in potestate parentum esse. Sed emancipatio ante quidem, vel per antiquam legis obseruationem procedebat, [c] quæ per imaginarias [d] venditiones, & intercedentes manumissiones celebrabatur: vel ex imperiali rescripto. [e] Nostra autem prouidentia etiam hoc in melius per constitutionem [f] reformauit, vt fictione [g] pristina explosa, [h] recta [i] † via † apud competentes iudices, vel magistratus, [k] parentes intrent, [l] & filios suos, † vel filias, vel nepotes, vel neptes, ac deinceps, a sua [m] manu dimittāt.

† Respon. sic, quia statum mutat ad minus vt inf. de ca. di. 1. respon. & §. minima.

* ¶ Adde, quod dixit imaginarias venditiones, quia in emancipatione quædam similitudo venditionis interueniebat, imaginariū enim dicitur, quod ad imaginem, vel similitudinem introductum est auctore Alciat. lib. Parer. 3. cap. 11. qui etiam declarat. d. l. imaginaria. SYL.

e ¶ Ex imperiali rescripto. Et hoc modo etiam sine vēditione fiebat, vt puto.

ADDITIO

Et est ratio secundū Angel. hic, quia frustra precib. imploratur, qđ datur a iure. l. j. ff. ad munic.

f ¶ Per constitutionem, vt C. de emācip. li. l. fin.

g ¶ Fictione. aliàs functione.

† aliàs nō est via.

† alias ad

* ¶ Legendum fictione: intelligit autē Imperator imaginariam illam venditionem de qua dixi in figuratione casus.] SYL.

h ¶ Explosa. i. expulsa. sic. inf. de fideicom. hære. §. sed quia stipulationes.

i ¶ Recta via. vel indirecta, non curo. Vel dic. i. recto iure.

* ¶ Dic recta via. i. non per antiquas ambages, & circuitus, opponitur enim recta via circuitus de quo loquitur iste text. & l. fin. C. de eman. lib. ibi, Iubemus huiusmodi circuitu in posterum quiescente. SYL.

k ¶ Vel magistratus quoslibet, ēt si non habent merum imperiū, vel mistū, vt in auth. de defen. ci. §. nulla coll. 3. & ēt extraordinarios vt duo Bonon. coram iudice Mutin. vt ff. de manu. vin. l. etiam. §. fi. C. de indi. l. vlt. aliàs pen. † Merū, & mistū imp. quid sit diffinit text. in l. imperiū, ff. de iur. om. iud. etiam no. q; emācipatio facta coram notario, sine iudice non tenet nisi aliter sit de consuetudine loci, Dec. cons. 13. nu. 2.

† medius probat l. 2. de offi. proc. & le. SYL.

l ¶ intrent si iudex est in domo, idē vbicūq; sit, dummō non in loco turpi, vt ff. de iust. & iu. l. pe. & ff. de arbi. l. si cum die. § pen.

* ¶ Vsus est Iust. verbo intrent, pdeāt, sicut in l. fi. C. de emā. lib. dixit intrare tribunal.] SYL.

m ¶ Sua manu. † id est debet capere eū per

† Et ita cōiter obseruatr secundum Angel. qñ fit inter pñtes, secus si fiet absentes, vt hic sequitur.

† alias &

manum, & relaxare eum per verba ad hoc idonea. Vel dic manu, id est potestate, nam quandoque & non capta manu emancipatur, vt C. de eman. li. l. pen.

SYL. ¶ Adde, quod formam hodiernæ emancipationis ponit Angel. hic.]

Et tunc a ex edicto b prætoris in bonis c huiusmodi filij, vel filiæ, vel nepotis, qui quæve a parente manumissus d vel manumissa fuerit, eadem iura præstantur parenti, quæ tribuuntur patrono e in bonis liberti. Et præterea si impubes sit filius, vel filia, vel ceteri, ipse parens ex f manumissione tu-

a ¶ Et tunc, id est ex tunc, nam prius occuparet pater omnia iure peculij, vt infra, qui. nō est per mi. fa. test. §. 1. & est simile tunc. ff. de conditio. & demōstratio l. 4. in fin. & ff. si certum petat. l. lecta. & ff. de vulg. substit. l. in substitutione. §. 1.

b ¶ Ex edicto. C. posito. ff. si quis à pa. fue. man. l. 1. in fi. 1. respon.

c ¶ In bonis acquirendis, vel acquisitis, vel a patre sibi nunc collatis.

d ¶ Manumissus, id est emācipatus, improprie enim ponitur, vt ff. quando actio. de pec. est an. l. 1. § alienatio.

SYL. ¶ Adde, quod non est improprie attenta forma antiqua, qa immo erat proprie manumissio, quamuis atteta forma hodierna fit improprie dictum, capiendo manumissionē in sua specie, prout competit seruis: sed si capiamus verbum, manumittere, in suo primordiali significatu, ita applicatur ad dimissionem a patria potestate, sicut ad dimissionem à potestate dominica.

Patronus qualiter succedit liberto. Pater in quibus casibus succedit filio, & in quibus non.

e ¶ Patrono. patronus autem succedit liberto in totum ab intestato, filijs non extantibus: ex testamento, in tertia parte bonorum liberti: libertis existentibus in nihilum: licet olim esset aliter, vt inf. de suc. li. §. 1. & 2. & §. sed nostra: sic erit hic in patre. Sed hæc similitudo interdum fallit, nam interdum habet totū pater, vt si filius turpem personam instituit hæredem. vt ff. si à pa. quis fu. ma. l. Patronus. in princ.

SYL. ¶ Ratio differentiæ potest esse, quia hæreditas debetur patrono tantum ex l. (nam non debetur nisi illa tertia pars, quam l. statuit esse debitam) parēti vero etiam ratione miserationis: quæ ratio est naturalis, & respicit totam hæreditatem.]

¶ Interdum nihil ex successione, vel alio modo, vt in sex casibus scilicet, quando pretium emancipationis accepit pater a filio.

SYL. ¶ Potest forte esse ratio, quia in liberto clarum est, quod pretium, quod dabatur, erat peculiare, & ipsius domini: vnde nec repetitur postquam fuerit datū, quamuis dominus non manumittat. l. si liber. C. de condict. ob cau. at in filio poterat esse peculium Castrense vel quasi, in quibus pater nullum ius habet, & ideo amplius teneatur, quia pretium vere sit ipsius.]

¶ Item quando filius est miles, & habet castrensia, vt ff. si à pa. quis fu ma. l. 1. §. si parens & § et ff. & alius. & ff. de testa. mili. l. si a milite §. fi. & l. seq.

SYL. ¶ Adde, quod nec patronus vllum ius habet in bonis castrensibus liberti. l. etiam, §. patronus. ff. de bo. lib.]

¶ Item filijs alijs patris, licet hæredibus, non datur, vt ff. si à pa. quis fue. manu. l. 1. §. liberos. secus est in filijs patroni.

SYL. ¶ Ratio est illa, quam assignat Imper. infra de fid. tu. verf. quoniam filius.]

¶ Item quando emancipauit coactus, vt ff. si à pa. quis fue. manu. l. fi.

SYL. ¶ Hæc non est proprie differentia, quia casus iste nō cadit in domino, qui si male habet seruum cogitur vēdere, non manumittere. §. fin. supra de ijs qui sunt sui, vel alien. iu. & si quo casu propter necessitatem manumittit, in ipso quoque resoluuntur iura patronatus l. 1. C. de lib. & eo. lib. & l. 1. C. de bo. lib. vbi hoc sentit Albe.

¶ Item Caluisiana nō ita patri, vt patrono datur, vt ff. si quis à pa. fue. man. l. 1. §. si parens, & l. non vsque.

SYL. ¶ Ratio redditur in dicta lege non vsque.

¶ Item nec operas à filio, vt à liberto patronus, habet, vt ff. si q uis à pa. fue. manu. leg. penul.

SYL. * ¶ Rationem affert Iurisconsul. in l. pen. ff. de obseq à lib. vel liber. par. & patr. præst.] licet hæc prædicta specialia in patrono † vera non sint, vt colligitur ex generali capite illius titul. Si quis a pa. fue. man. l. 1. primo respon. & 2. & in specialibus casibus, qui in illo titulo ponuntur, vt dictum est. Sed secundum hoc semper videtur pater amittere, cum semper præmium emancipationis habeat hodie, vt infra per quas person. nobis acquiri. §. hoc quoque, Cod. de bonis, quæ lib. cum oporter. § penul. Sed dic istud legale, non conuentionale præmium esse, & ideo licitum, nec puniendum, vt Cod. de admini. tut. l. sancimus, 1. & C. ad l. Iul. de adul. l. Grachus. †

† Dic, quod de consuetudine aliter obseruatur, quia pater in emancipatione donat aliqd filio secūdum Angel. & Iaf. hic.

** Not. ergo ex hoc tex. ibi, eadem iura. iuncta glo. in ver. patrono, quod non vitiatur generalis equiparatio, quamuis existant aliquæ differentiæ per alias leges inductæ. idem probatur in l. illud. ff. de donatio. cau. mor. iuncta. l. tam is. §. 1. eod. tit. & inf. de dona. §. mortis. vbi glo.]

f ¶ Ex manumissione, Id est, ex emancipatione.

a ¶ Nan-

a Naneiſcitur.concordat huic verbo.inf. de leg.par.tut. & inf.de fidu. tu.in princ.

b Liberum arbitrium niſi in caſibus, vt inf.eod. in fine dicimus; & fa.ad hunc.§.ff. de adop.l.liberum.

c Habebit. vt ſup. de par. po. §.qui igit.

d Manumittere.i. emancipare.

e Vel omnes. repete, liberum eſſe.

Sed & ſi.

CASVS. nõ figurabitur aliter: quia dubitandi, & decidendi ratio aſſignata fuit ſupra in §. ſed hodie. de adopt. Not. quod dictio, ſed & ſi ponit diuerſitatem facti, & identitatem iuris.Item, quod adoptio exigit ſcripturã.Item ꝙ præſentia, & taciturnitas habetur ꝓ cõſenſu. Item, ꝙ eodem tempore quis tranſit de poteſtate vnius, in poteſtatem alterius omnibus viuẽtibus.Item no. ꝙ hęc adoptio non poſſet fieri cum abſentibus. Item, ꝙ non inconuenit, quod vna deciſio reſpecta diuerſorum titulorũ, & ſic diuerſę materiæ replicentur,nec per h.d.ſuperflua.

SYL. † aliàs habes.

telam eius nanciſcitur. [a]

¶ Admonendi autem ſumus, liberum [b] arbitrium eſſe ei, qui filium, & ex eo nepotem,vel neptem in poteſtate † habebit, [c] filium quidem de poteſtate dimittere, nepotem retinere: & econuerſo filium quidem in poteſtate retinere, nepotem vero vel neptem manumittere, [d] vel [e] omnes ſui iuris efficere. Eadem, & de pronepote, & pronepte, dicta eſſe intelligantur.

¶ Adoptatus ab aſcendente exit patriam poteſtatem; & tranſit in poteſtatem adoptantis. hoc dicit. ex l. cum in adoptiuis. §. ſi vero

pater. & l. fin. Cod. de adopt.

¶ Sed & ſi pater filium, quem in poteſtate habet, auo vel proauo naturali † ſecundum noſtras conſtitutiones [f] ſuper his habitas, in adoptionem dederit: id eſt, ſi hoc ipſum actis† interuenientibus apud competentem iudicem manifeſtauerit, præſente [g] eo, qui adoptatur, & non contradicente, [h] necnon eo præſente, qui adoptat: ſoluitur quidem ius poteſtatis patris naturalis, tranſit [i] autem in huiuſmodi parentem adoptiuum, in cuius perſona, & adoptionem eſſe pleniſſimam antea diximus. [k]

ſentiente.& vij.caſus contrarios, ex quibus omnia iura ſoluuntur. Ego vero in Comment. vt conſulerem iuuenum ſtudijs omnem hanc materiam in pauca capita reduxi,ac quam ſimpliciſſime explicui.]

** Adde, quod ideo in caſu text. noſtri tacens conſentire videtur, q̃a nõ poterat inuitus dari in adoptionem.l. cum in adoptiuis. verſ. cum enim. C.de adopt. Nam qui poteſt contradicẽdo actum impedire,ſi eſt præſens, & taceat, habetur pro cõſentiente. l.ſæpe. ver. ſed ſcientibus. & verſ.cur. ff. de re iud.]

i Tranſit. Ergo non tollitur patria poteſtas,ſed trãſfertur. Ad q̃d ergo hic caſus in hoc titulo ponitur? Reſp. quia, & ſi non tollitur incommutabiliter, tollitur tamen quo ad primũ, idem dico in eo, qui iudicatur in poteſtate mea non eſſe:nam nõ efficitur ſui iuris, cum ſententia non faciat ius: immo remanet in poteſtate, licet quo ad me pro emancipato habeatur.vt ff.de cond.indeb.l.Iulianus.in princ.& l.vlt.

† Subaudi,& legitur pr.de ado. §.ſed hodie,vbi gl. ver. naturali.

† Acta dicũtur ſcripturę quæ fiũt in iudicio l. acta. vbi glo. ff.de re iud.

f Cõſtitutiones. vt C. de adop. cũ in adoptiuis.& ſup.de ado. §.ſed hodie.& §.ſi vero.

g Præſente eo. niſi ſit infans, vt C. de eman.lib.l.penult.

** Adde, ꝙ eſt melior tex. in l.etiam infantem.ff.de adopt.& ratio, cur non exigatur conſenſus in infante eſt,quia nec conſentire põt.requiritur.n. in ijs,qui conſentire põt.

h Non contradicente. No.patientiam conſenſui comparari:ſic qui tacet affirmat, ſic. ff.de pig.l.ſi deiuſſor.2.§ pater. & ff.ſol.mat. l 2.§ ſi.Arg.contra.ff.de adop.l.2. §.1.† & ff. de procur.ſi.u.fa.§.inuitus. Accurſ.

¶ Adde, quod hæc eſt materia l. quæ dotis ff.ſol.matr.vbi Iaſ. ponit xvij.caſus, in quibus præſens,ſciens, & tacẽs habetur pro cõ

† Sed ibi ſecũdum Chriſtop. requiritur expreſſus conſenſus ꝓ forma.

* Vltimum dictum gl.præter quam quod eſt impertinens, quia qui pronunciatur eſſe ſui iuris, habetur pro omnia pro tali. l.res iudicata.ff.de regul.iur.quod non contingit in adoptato ab aſcendente, cum tranſeat in eius poteſtatem,tum eſt etiam falſum,quia ſententia vtpote iuris ciuilis poteſt patriam poteſtatem tollere,quæ ſimiliter eſt iuris ciuilis, licet non poſſit tollere obligationem naturalem.d.l.Iulianus.

SYL.

k Diximus, vt ſup.tit.1.§.ſi vero.

Illud autem. Diuiditur in duas partes. Primo dicit de filijs ante emancipationem patris conceptis. Secundo de conceptis poſtea,ſecunda ibi,quod ſi poſt.

Diuiſio.

¶ Emācipato filio, vel in adoptionē dato, nepos tunc conceptus remanet in ptāte aui. h.d.

¶ Illud [a] aūt scire oportet, ꝙ si nurus tua ex filio [b] tuo conceperit, & filiū postea emancipaueris, vel in adoptionē dederis prægnante nuru tua, nihilominus qđ ex ea [c] nascitur, in potestate tua nascitur. Qđ si post emancipationē, vel adoptionem conceptus fuerit, patris sui emancipati vel aui adoptiui ptāti subijcitur.

¶ Nemo inuitus cogit̄ emācipare. h.d. ex l. non potest. ff. de adoptio.

¶ Et [d] quidem neque naturales [e] liberi, neque adoptiui, vllo pene [f] mō pn̄t cogere parentes de ptāte sua eos dimittere.

¶. De tutelis.

¶ Nō sūmat̄, quia præsumit de quo sit dicturus: diffinit tutelā: declarat qui sint tutores, & vn̄ dicti sint, ex l. 1. ff. de tutel.

¶ CASVS Quia dictum fuit, ꝙ emancipato filio soluitur patria ptās. quærebatur, an nepotes ex eo, qui tempore emancipationis reperiuntur concepti: nascantur in ptāte filij? dubium autem faciebat, quia cum antequam nascātur, non possint dici esse in potestate aui. l. fin. ff. de colla. bono. postea vero quā nati sunt, reperiāt patrem capacem patriæ ptātis, videbat̄ ꝙ deberent ei applicari. sicut videmus in ancilla prægnante, quæ si manumittat̄, partus postea editus non quærit̄ dn̄o, sed efficit̄ liber. §. sufficit sup. de ingen. quo nō obstante deciditur cōtrarium quia, cum iā sit quæsitū ius ipsi auo in d. partu si non tunc dū est in vtero, saltē postea eo nato per retrotractionem. d. l. si de coll. bo. liberando filiū non censetur velle liberare nepotem, sicut nec cum emancipat filium natis iam nepotibus. §. præterea. ver. Admonēdi. sup. eo. nec obstat. §. sufficit. sup. de ingen. quia vt ait Io. Fab. illud est introductum fauore libertatis, vt. s. sufficiat ad eam cōsequendam matrem aut conceptionis, aut natiuitatis, aut medio tp̄e, liberam fuisse, nepoti vero supradicto necesse est omnino subiectam esse, nec ei magis expedit esse in potestate patris, quam aui, imò magis aui, tum propter præsumptionē vitæ breuioris, tum quia censetur auus habere plura bona, quam pater. no. sum.

a ¶ Illud, hic, §. tradit duo præcepta, vt sup. de adopt. §. sed hodie.

b ¶ Ex filio. s. naturali, & legitimo. secus in legitimo tantum, vt in adoptiuo: nam tunc filio emancipato etiam nepos ex eo emancipatus vr̄ secundū quosdā, vt ff. de cap. dim. l. liberos. §. emancipato. & ff. de adopt. l. sed & nepos. Vel melius † dic in eo idem, quod in naturali, vt in fi. huius tit. & ff. de adop. l. liberū & ff. de cap. & postl. reu. l. si me tibi.

¶ Hæc op. est tenenda.

c ¶ Ex ea nascitur, secus in ancilla prægnante manumissa, vel alienata, vt sup. de ing. §. sufficit. ff. de acq. re. do. l. fi. & C. d̄ pb. matrē.

SYL. ¶ Adde rationem differentiæ, quam posui supra in positione casus.

* ¶ Et quidem. in §. tradente regulam non est figurandus, regula enim iuris est, ꝙ nemo inuitus cogitur iuri suo renunciare, & sicut iura patriæ potestatis non possunt solui inuitis filijs, §. generaliter. in Auth. qui. mo. nat. effi. sui. eodem modo non potest filius ratione cuiusdam relationis cogere patrem sese emancipare. Cum enim negotium vtriusque agatur, vtriusque etiam voluntas exigitur. l. pen. C. de emācip. lib. sola enim emancipatio infanti, vt ibidem dicitur, vnius tantum consensu fieri potest. Nota summarium.

d ¶ Et quidē. hoc est secundum præceptū & repete: Scire oportet, quod neque &c.

SYL. ¶ Adde, quod hæc subauditio non est necessaria. nam est. §. separatus à superiore, & contextus orationis per se subsistit.

e ¶ Naturales subaudi, & legitimi, nam naturales tantum non sunt in potestate, vt sup. de nup. §. fin.

f ¶ Pene. hic not. talem regulam, ꝙ nullus potest compellere patrem, vt emancipet eū. quod fallit in quatuor casibus, & ideo dicit penè. vt si pater acquouerit legatum sibi relictum hac contemplatione, vt liberos emancipatet, nam tunc compellitur extra † ordinem emancipare, vt ff. de condit. & dem. l. si cui. Item si Titius adoptauit priuignum suum: compellitur emancipare cū eo pubere facto, si probauerit sibi non expedire esse in potestate, vt ff. de adop. l. nonnunquam. & l. sequē. Idem in quolibet adoptiuo, vt ff. de min. l. 3. §. si quis minor. Itē si filiæ peccandi necessitatem imponat, vt C. de epi. au. l. si lenones. Item, si filium male, & contra pietatem effecerit, vt ff. si quis à pa. i. fi. Sic econtra filius non potest compelli, vt emancipetur, vt in Auth. quib. mod. nat. effi. sui. §. generaliter. collat. 7.

Emācipare filium pater cogitur in quatuor casibus.

†. l. officio iudicis, Bart. in d. l. si cui.

SYL. ¶ Adde, ꝙ secundum opi. gl. etiam ex iusta causa nō cogitur, attamē cōis opi. est in cōtrarium, in l. quidā cum filium. ff. de verb. obl. in l. vtrum eo. tit. vt ibi refert Ias. qui dicit, ꝙ sicut ex iusta causa cogitur pater emācipare, ita cogatur filius emancipari.

De tute.

¶ Imperator continuat hunc tit. Vel sic: Dictum est sup. de quadam diuisione personarum, quia quædam sunt sui iuris, quædam alie-

Cōtinuatio.

alieno iuri subiectæ sunt: verum quia est re perire aliam diuisionem, quia quædam sunt in tutela &c. ideo sequitur videre de tu.

Diuisio. TRansеamus. ¶ Iste titulus diuiditur in quatuor partes. Primo subdiuidit primum mēbrū personarū positum sup. titu. de ijs, qui sunt sui vel alie. iu. Secundo diffinit quid sit tutela. Tertio, qui sunt tutores, & vnde dicantur. Quarto, qui sunt illi, qui possunt tutores ex testamento dare. Secūda ibi, Est autē. Tertia ibi, Tutores. Quarta ibi, Permissum. Aretin.

TRansеamus nunc ad aliam a diuisionem personarum. Nam ex ijs b personis, quæ in potestate non sunt, c quædam vel in tutela sunt, vel in curatione, quædam neutro d iure tenentur. Videamus ergo de ijs, quæ in tutela vel in curatione sunt: ita enim e intelligemus cæteras personas, quæ neutro iure tenentur: ac prius dispiciamus de ijs, quæ in tutela f sunt.

¶ Est autem tutela (vt Seruius g † diffiniuit) vis h atque potestas

SYL. ¶ CASVS non figuratur, quia procedit diuidēdo & diffiniendo. No. quod personarum, quæ non sunt in aliena potestate aliæ sunt sub tutela, aliæ sub cura, aliæ neutro iure tenentur. Item, quod cognitis ijs, qui sunt in tutela vel cura, cognoscentur qui neutro iure tenentur, & vtitur Impera. eodem modo arguēdi, quo vsus est sup. in tit. de ijs qui sunt sui vel alie iur. in princip. attamen hoc argumentum non videtur bonum in hoc tex. quia cum disiunctiue dicat, Cognitis ijs, qui sunt sub tutela, aut cura, cognoscentur qui neutro iure tenentur, argum. erit fallax: quia si cognoscentur qui sunt sub cura, non cognoscentur qui neutro iure, quia poterūt esse sub tutela. ideo, vt bonum sit argumen. necesse est intelligere copulatiue, non disiunctiue. Item not. quod cognito vno contrariorū cognoscitur aliud. Item diffinitionem tutelæ. Item, quod tutela datur principaliter personæ. Item quod tutela est de iure ciuili. Item quod tutor est, cui diffinitio tutelæ competit. Itē, quod propria deriuatio vocabuli sumitur ex diffinitione. Item quod valet argumē. ab etymologia, & quod tutores dicuntur defensores pupillorum. Itē secundum dictam declarationē. not. quod dictio, vel, ponitur pro, &c. ]

a ¶ Ad aliam, nam diximus duas, vt supr. de iure pers. in prin. & sup. de ijs qui sūt sui, vel alieni iuris. in princ.

b ¶ Ex ijs nota ergo, quod hic distinguit illud membrum. Quædam sui iuris sunt, quod est oppositum illi, Quædam alieno iuri subiectæ sunt, vt sup. de ijs, qui sunt sui vel alieni iuris.

c ¶ Non sunt, qui ergo in tutela, vel cura sunt, sui iuris sunt. filiusfamilias ergo non potest habere tutorem vel curatorem, vt hic, & Cod. de curat. fur. l. finali in principio.

¶ Adde curatorem dari filiofam. vel potius eius bonis, in quibus patri non quæritur vsusfructus l. fin. §. sin autem patre recusante, C. de bonis quæ liberis. ] Sed contra, C. de sen ten. pa. l. fin. §. 1. quia filius eius, qui est apud hostes, est in tutela, & tamē non est sui iuris. vt sup. tit. 1. §. si ab hostib. sed ibi vere nō erat in potestate, cum pater deportatus esset, vt diximus sup. tit. r. §. cū autem. SYL.

d ¶ Neutro, nec tutela, nec cura.

e ¶ Ita enim, quia contrariorum eadem est disciplina, vt hic, & supra de ijs qui sunt sui vel alien. iuris in principio.

* ¶ Intellige quo ad cognitionem, quia cognito vno contrariorum, cognoscitur etiā alterum, vt hic, non quo ad dispositionem, quia cum contrariorum sit contraria ratio, dispositio est etiam contraria. l. fi. §. fi. ff. de leg. 3. Bal. in l. fi. C. de solu.

f ¶ In tutela sunt, de alijs dicetur infra de curat.

g ¶ Est autem. Seruius nomen est Iurisconsulti, & facit ad hunc. §. ff. eo l. 1.

h ¶ Vis atque potestas. id est violenta potestas.

¶ Adde, quod hęc expositio reprobatur per doct. post Bar. in l. 1. ff. eo. ] SYL.

Nam datur tutor inuitus, cum enim sit munus publicum, vt inf. de excu tut. & curat. in princ. ergo inuitus datur, vt C. de decur. l. nullus. 1. lib. 10.

* ¶ Adde cautelam, ne quis inuitus cogatur suscipere tutelam, licet non habeat aliqua excusationem, vt scilicet faciat seu procuret, quod nō reperiatur qui velit fideiube re pro eo pro prædicta administratione, vt docet Cepol. cautel. 16. per tex. in l si quis §. fi. ff. de excus. tut. & ita ait notare Bal. in l. 1. in fi. & l. 2. C. quod cum eo.

¶ Item inuito datur, vt ff. de tu. & cur. da. ab ijs, nec non, & ff. de tu. l. 2. vnde pater, qđ hæc est alia potestas, quā patris in filium, & domini in seruum, cum illa ad commodum, ut inf. per quas perso. nob. acqui. §. 1. & supra de ijs qui sunt sui vel alie. iur. §. 2. hęc vero ad onus, tenetur enim de dolo, & lata culpa, vt C. arbr. tut. l. 2. Item per hoc quod datur, inuito, differt à curatore, qui volenti datur, vt inf. de cura. §. item inuiti. & ff. eo. l. 3. §. si pupillus. Vel dic, vis, ad cogendum, potestas ad imperandum.

¶ Adde, quod doct. hic, & in l. 1. ff. eod. impugnant hanc glos. dum vult, quod stante SYL.

ſua interpretatione tutor volens & volenti non diceretur tutor: ſed ni ſalua, quia verba diffinitionis & ipſa diffinitio ſaluatur. ſi è communiter accidentibus comprehenda t caſus. & rem, quæ diffinitur, text. eſt clarus in l. ſuus quoque, §. puto. ff. de hære. inſtit. ponit Arei in l. 1. ff de teſta. quamuis aliter voluerint quidã Mod. quorum dictis alibi reſpondi.

* Verius tamẽ eſt, duo hæc nomina idem ſignificare, & ad maiorẽ expreſſionem poteſtatis tutelaris coniuncta fuiſſe. eſt enim honeſta locutio, quam & Teren. in Heauton. & M Tull. lib. 4. de natu. deo. vſurparunt; quin etiam idem Iuſtinia. infra de interdic. §. Retinendæ. verſiculo Quorum ]

in capite libero [a] ad tuendum [b] eum, qui propter [c] ætatem † ſe defendere nequit: iure [d] ciuili data, [e] ac permiſſa. Tutores autem ſunt, qui eam [f] vim, ac poteſtatem habent: † ex qua [g] re ipſi nomen acceperunt. Itaque appellantur tu-

† aliàs ſe ipſe.

† aliàs ex qua ipſa re nomẽ.

* ¶ Adde, quod poteſtas hic accipitur pro auctoritate, ſecundum Alcia. in l. poteſtatis, ff. de verbo. ſignifica. & recte nam alioquin pugnaret hic tex. cum eo, quod dicitur ſuperius, perſonas, que in tutela ſunt minime in poteſtate eſſe. Nec eſt dubitãdum, quin hic legi oporteat, vis, non ius, vt quidam falſo opinantur id enim demõſtrat Iuſtinia. paulo poſt ibi, tutores autẽ ſunt, qui eam vim ac poteſtatem habent.

a ¶ Libero. Nam niſi ſit liber pupillus; nõ poteſt habere tutorem, cum ſi ſeruus ſit, nõ ſit ſui iuris, qđ eſt neceſſe, vt ſup. eo. in prin. Item & ſi dubius eſt poteſt habere tutorem, vt ff de tuto. & curat. da. ab iis. l. ei qui. Eſt tamen caſus, vbi ſeruo datur tutor, vt ff. de tuto. & curat. da. ab iis. l. ſi impuberi. 1. reſpon. cui tamen legi ſignatur contra. ff. ad Treb. l. ſi res aliena & ſeruus & l. cogi. §. fina. & his duabus eſt alia contra. ff. eod tit. l. mulier. §. non eſt. Quæ legum contrarietas ita ſoluitur: cum libertas fideicommiſſaria, & hæreditas relinquitur ab eodem præſtanda poterit ſeruus cogere, vt inſtitutus hæreditatem adeat, & tunc datur etiam ſeruo tutor, vbi vero ab vno hæreditas, & ab alio libertas relicta eſt, non poteſt, niſi prius præſtita ei libertate: tunc enim coget alium hæredem hæreditatem adire, & ſibi reſtituere, ſecundum Ioann.

Tutor quãque ſeruo datur.

SYL. * ¶ Adde, quod hæc verba, In capite libero, deſignant perſonam tutoris, nõ pupilli, vt appatet ex ſequentibus, dum dicitur: Ad tuendum eum &c. & apertius ex l. 1. ff. eo. quemadmodũ hoc loco in Commen. demonſtratum eſt. ]

b ¶ Ad tuendum propter hoc etiam remouet patriam poteſtatem, quæ nõ eſt ad tuendum (1) ſed ad gubernandum prout vult, & ſibi acquirendum.

ADDITIO (1) Scilicet principaliter, ſed bene in conſequentiam l. fin. §. neceſſitate. C. de bon. quæ libe. vnde non conſideratur. l. 1. ff. de auct. tut. vide hic per Chriſt.

tores, quaſi tuitores, atque defenſores [h] ſicut æditui dicuntur, qui ædes [i] tuentur.

¶ Filio in poteſtate teſtamento tutor dari poteſt: & nepoti, niſi in patris poteſtatem recaſurus ſit, hoc dicitur ex l. 1. ff. de teſtam. tut.

Non tantum adminiſtrat negotia pupilli, niſi prius tria fecerit. ſ. quod fecerit inuentarium, & quod iuret vtilia facere, & inutilia prætermittere, & quod caueat ſub hypotheca rerum ſuarum. Spe. tit. de tut. § 5. ver. hoc autem notandum.

c ¶ Propter ætatem ad differentiam curatorum, qui dantur furioſis & mente captis, qui propter morbum ſe defendere nõ poſſunt, vt inf. de cur. §. furioſi.

Adde, quod talis curator furioſi datur principaliter perſonæ, prout declarat Salyc. in l. in copulandis. C. de nupt. ] SYL.

d ¶ Iure ciuili. † Not. tutelam eſſe de iure ciuili, licet omnes fere contractus ſint de iure gentium, vt ſup. de iure nat. §. ius autem.

e ¶ Data ſ. a lege, vel iudice, permiſſa vero a teſtatore dicitur vt inf eo. §. permiſſũ. Vel dic data perſonæ principaliter permiſſa ſecundario rebus. vt inf. tit. 1. §. certæ. & inf. de excu. tut. §. datus.

† Et ideo differt a tutela propriæ perſonæ rerumque propriarum, quæ eſt de iure gentium. l. vt vim. ff. de iuſt. & iu. & l. 3. fi. ad l. Aquil ſecundum Chriſt.

* ¶ Ego datam à l. intelligo, quantũ attinet ad legitimam, permiſſam autem ab eadem l. vt. ſ. vel a iudice, vel a teſtatore detur. §. permiſſum inf. eo. & ff. de tuto. & cura. da. ab iis.

f ¶ Eam vim. Quæ eſt dicta. ſup. prox. §.

g ¶ Ex qua re. i. vi, & poteſtate.

h. ¶ Defenſores. & ſecundum hoc etiã curatores ſunt tutores, ſecũdum Io. & plerumq; ſic appellantur. ff. de leg. 3. cum filio. §. 1. ff. de min. l. 1. §. 2. & l. etiam. §. ex cauſa.

ADDITIO. Hanc gl. reprobat Iaſ. quia licet alluſio vocabuli cõueniat, non tñ procedit, quia repugnat diffinitio, vt no. Bart. in l. 1. ff. de teſt.

i ¶ Qui ędes. vt eſt prefectus vigilũ, & qui eum eo de nocte vadunt, vt ff. de offic. præf. vig. l. 3 §. ſciendum. Accur.

SYL. ¶ Adde, ꝙ quãuis hæc deriuatio poſſit eos & in ſui generalitate comprehendere, tamẽ proprie æditui ſunt (ſi Feſto credimus, quẽ ſequitur & Papinianus noſter in l. cum pater. §. donationis. de leg. 2.) qui ædes ſacras tuentur, non alias, cuius verbi ſignificatum attigi diligentius hic in Annot,

¶ Per-

Diuisio. ¶Permissum. Diuiditur in tres partes. Primo ponit dictum in genere. Secundo illud modificat. Tertio modificationem exemplificat. Secunda ibi, Nepotibus. Tertia ibi, Itaque.

SYL.

¶ Permissum[a] est itaque parentibus, liberis impuberibus, [b] quos in potestate[c] habent, testamento[d] tutores[e] dare Et hoc in filios, filiasque procedit omnimodo: nepotibus vero, neptibusque ita demum parentes possunt testamento tutores dare, si post mortem eorum in potestatem patris sui non sunt recasuri. Itaque si filius tuus mortis tuæ tẽpore in potestate tua sit,[f] nepotes ex eo non poterunt[g] ex testamento tuo tutores [h] habere, quamuis in potestate tua fuerint, scilicet quia mortuo te in potestatẽ patris sui recasuri sunt.

¶ CASVS. Dubitatũ fuerat, an testamẽto tutores filijs & nepotib. dare licet. dubitationem facere poterat, qa cum (vt supra dictũ est) mortuo patre vel auo, l. faciat filios sui iuris ipso iure. §. 1. supra tit. 1. non videbatur in potestate esse illius, qui ex dispositiõe l priuabatur mediãte morte potestate patria, imponere hoc onus filijs, aut nepotibus suis eo tempore, quo non poterant esse amplius in sua potestate, cuius contrarium deciditur, quia quamuis efficiantur sui iuris, tamen, quia huiusmodi impuberes egent aliquo, qui personam, bonaque ipsorum tueatur, quem ex se eligere non possunt ob infirmum animi iudicium, concessit. l. paternæ prouidentiæ, vt posset etiam prouidere eo tempore de eo, qui personam ipsorum regeret, gubernaret, ac tueretur. * Sed hoc distinctionem recipit, nam filijs indistinctè possunt dari tutores a patre illorum, cuius potestati subiecti sunt: nepotibus vero ita demum possunt parentes testamento tutores dare, nisi post mortem eorum in potestatem patris sui sint recasuri, quia eo casu cum sint filijfamil. non possunt tutores habere. sup. hoc titu. in princip. Not. quod quilibet ascendens in infinitum, qui habet liberos in potestate, potest testamento de tutore prouidere, intellige tamen concurrentibus requisitis in hoc text. Item quod dictio, omnino, importat idem, quod generaliter.

Tutela est triplex. a ¶ Permissum. quia quædam generaliter vidimus de tutelis, & omnis tutela est vel testamentaria, vel datiua, vel legitima, itaque prius de testamentaria, vtpote de digniore videamus in hoc tit. & seq. De legitima autẽ dicetur infra de leg. agna. tut. vsque ad titu. de attil. tu. De datiua dicetur, infra de attili. tut. per totum.

* ¶ Quod hic dicitur permissum, intellige. l. 12. tab. vt scribit Caius in l. 1. ff. eod. verba autem l. 12. tab. refert Riualius hæc fuisse, Tutores liberis in potestate testamento parentes danto.

b ¶ Impuberibus. etiam mutis, vt ff. de tutel. l. muto, hoc etiam Prætori & Præsidi licet, vt ff. de tutor. & curator. datis ab ijs. l. nec mandante. § fin.

c ¶ In potestate. Naturalibus etiam dari possunt in ijs, quæ sibi relinquuntur, vt C. de confi. tu. l. fin.

SYL.

¶ Adde, quod potest intelligi de naturalibus dupliciter: vel quia solutum sit vinculum ciuile emancipatione vel quia nati sint ex concubina: & vtroq. casu dic non esse tũ in potestate dandi tutorem: quia vtrisque dare potest & in bonis per eũ relictis, & in alijs: sed in hoc vis est, quod in vno casu confirmatur sine inquisitione, in alio cũ inquisitione: ita est doc. Bar. in l. naturali. §. 1. ff. de cõfirm. tuto. vbi vidẽdum, & hic in meis Comment.

d ¶ Testamento. vel codicillis testamento confirmatis, vt ff. de test. tut. l. 3.

* Adde, quod cum hodie semper confirmati censeantur. §. non tantum. inst. de codicil. etiam codicillis indistinctè tutor dari põt: quod intellige. si testamentum est factum, alias secus, vt ait Bar. in d. l. 3.

e ¶ Tutores. sed non curatores, vt infra de cur. in princ.

* ¶ Ratio diuersitatis assignatur ibi in figuratione casus.

f ¶ Tua sit. & nunquam exiuit: alioquin nõ recidit, vt ff. de adop. l. si pater filium. & de hoc dixi. sup. tit. 1. § 1.

g ¶ Non poterunt. licet miles sit testator, vt ff. de testa. tute. l. 2.

* ¶ Adde, quod ratio est, quia priuilegia militum ad alterius damnum non porriguntur, l. impuberi. ff. de administr. tutel. quod fieret, si patri auferretur ius patriç potestatis.

h ¶ Tutores. Si autem filius vel emancipatus est, vel mortuus: tunc nepotes ex eo sunt sui iuris mortuo auo, vt sup. tit. 1. §. 1. in fin. Vnde ex testamento aui possunt habere tutorem. vt hic innuitur.

* Intellige de natis ante emancipationem. §. pen. sup tit. 1.

¶ Cum autem. CASVS. Quia dicitur, filijs tutores dari posse, itẽ & nepotibus, quæsitum est, an posthumo tutores dare liceat, & videbatur dicendum, quod non, quia cũ ad hoc, vt tutor dari possit, sit necesse, qd ij, quibus datur, sint sui heredes, id est qd sint in potestate, & teneant primum locum, cũ posthumus non sit in potestate, quia non SYL.

 natus,

natus.l.si.ff de coll.bon.non vř, quod ei tutor dari possit, cuius contrarium deciditur ratione expressa in tex. quia habetur pro nato, quia tutela respectu pupilli est commodum, l.quod dicimus.ff.de verb. significa.

¶ Pater potest dare tutorem posthumo, qui, si natus esset, in potestate sua fiet. hoc dicit ex l. 1. §. Item scire, ff de tes tut.

¶ Cum autem in compluribus ᵃ alijs causis posthumi pro iam natis habeantur, & in hac causa placuit non minus posthumis, quàm iam natis, testamento tutores dari posse: si modo in ea causa sint, vt si viuis parentibus nascerentur, sui hæredes, & in potestate eorum fierent. ᵇ

¶ Tutor datus filio emancipato confirmandus est sine inquisitione: hoc dicit, ex l. qui a patre, ff. de confir. tut.

¶ Sed & si emancipato filio tutor a patre datus fuerit testamento, confirmandus ᶜ est ex sententia Præsidis omnimodo,

SYL. *Nec obstat d. l.fin.quia illud est verum vere, sed postea nato posthumo fictio retrotrahit, fingitur fuisse natus tépore testaméti saltem confirmati, & mortis, & cósequenter fuisse in potestate: ita probat eadem l. ibi, sed nato cóferrur. Not. q̃ posthumo tutor dari pót, & q̃n. Itē quod tutela est cómodum pupilli. ]

a ¶ In cópluribus, vt quoties de cómodo eorum quæritur, vt ff.de statu hom. qui in vtero.non si de commodo aliorum, vt ff de verbor.signif.quod dicimus. Vel si de incommodo matris, vt ff.de stat. hom.l.Imperator.

ADDITIO. Et est ratio, quia etiam tractatur de commodo ventris, quia perépta matre periret & partus secũdum Bar.in d.l.qui in vtero.facit.l.prægnantis. & quod ibi not. per Bar.& alios.ff.de pœ.Ang.

SYL. b ¶ Fierēt.vt quia ex vxore nasciturus erat, vel nuru, aliud si ex cócubina, nisi in ijs quæ sibi diminuerentur, vt C. de con. tuto.l.fi. tales enim tunc non nascerentur in potestate, supra de nup.§.fin.

¶ Adde, q̃ hic videtur tex. q̃ suitas esse possit sine patria potestate, alias enim text. esset superfluus & ineptus, cum copula ponatur inter diuersa, nisi dicas hoc factum esse gratia maioris declarationis.

* ¶ Adde, quod sui heredes appellantur liberi, qui in potestate parētis sunt, priorem que locum obtinēt inter illos, qui eius potestati subiecti sũt.§ sui.& §.sed vt nepos.inf. de her.qual.& diff. Itē no..quod iste.§. & similis tex.loquētes de tutoribus datis posthumis, intelligantur, vt sint tutores, ipsis posthumis natis.l.si nemo.§.fin. de testa.tu.nã ventri tutor dari non potest, sed tãdiu per dũ est in vtero ei curator datur, qui statim, ac infans editus est, decidit suo munere.l.ventri.ff.de tuto.& curato. da.ab iis, & glos. in rub.ff.de tute. Ratio autem quare tutor non detur ventri, sed curator, ea esse videtur, quia tutor datur principaliter personæ; at is, qui in vtero est, non est persona, nec homo, nec animal, vt ait glo.in l. qui in vtero. de stat. hom.& l.cum inter.C.de fid.liber.

¶ Sed & si emancipato.

¶ CASVS. ¶ Quærebatur, an filio emancipato dari tutor testamento posset, & dubium faciebat, q̃a hoc videbatur tãtum permissum patribus ratione patriæ potestatis. sup. eod. §. permissum. SYL.

* vnde cum ea extincta esset, ꝑpter emãcipationem, nõ videbatur illi tutorē dari posse. Quo non obstante deciditur verũ esse, mero quidem iure, & stricto dationē non valere ex prędicta ratione, sed tamen iudices necesse habere, illum confirmare, quia licet fuerit solutũ vinculum patriæ potestatis, durat nihilominus vinculum illud naturale charitatis & affectionis paternæ, quę tam efficax est, vt credibile non videatur alium æque bene prospecturum esse pupillorum vtilitati, qua rõne vetitum est etiam inquiri de facultatibus, & moribus, ipsius, itemque satisdationē exigi existimantibus legibus paternum sufficere testimonium.l.de creationibus. C. de episc. audien. Hæc tamen vera sunt, quoties in proximo mortis tempore tutorem dederit pater, ita vt verisimile non sit ignorasse conditionem illius, alioquin contra. lege in confirmando. cum duabus sequentibus, digestis, de confirmatio. tutor. Not. summa. ]

c ¶ Confirmãdus. non ergo valebat datio per se, cum non esset in potestate, vt sup. eo. §.permissum. Sed nunquid hic tutor confirmatur dicitur testamẽtarius: qđ si esset, prę ferretur legitimo.vt inf.tit.2.in princ. an datiuus? quod potest admitti.

SYL. ¶ Adde, quod communis opin. est quod sit datiuus: contrarium tamē disputando defendit præpó. sen. in 1. casu. quæstione tertia, de quo articulo videndus est meus Comment. vbi illum per quam diligenter tractaui.

¶ Et facit pro hoc ff.de verb.sign. l.lege, & in Auth.de defen.ci.§.decreto.coll.3.ita legitimus tutor huic præfertur, vt infr.de attil. tut.in princ.

¶ Adde, q̃ hęc gl.communiter reprobatur; ** nec

** nec obstat obiectio de tex.inf.de attil.tut. quia illud procedit in mere datiuo:secus autem est in eo, qui habet testimonium testatoris,quia is præfertur omnibus.l.de creatio nibus. C. de episc.aud. ] eam tamen saluat Præpos. Senen. in 1. casu. q. 4. per totum. Sed de veritate vide de hoc in loco Cōmen. meū.

id est, sine inquisitione. a

¶ Qui testamento tutores dari possunt

¶ Etiam filiusfam. & seruus proprius dari tutor potest, si vel expresse liberetur, vel simpliciter detur, & in errore ductus dederit hæ d

CASVS. ¶ Proposito diu.qui testa.tut. dari pos.quæsitum est, an filius famil. dari tutor possit testamento; & videbatur dicendum quod nō: quia cum sit in alterius potestate, & tutela sit potestas in alium, non videtur posse habere alium sub sua potestate. l. sic euenier. ff.de adul.cum enim non possit ipse semetipsum regere obstante patria potestate non videbatur posse alios regere. Quo non obstante decidunt contrarium, quia tutela est munus publicum: infra de excus.tut.in princ.& filiusfamil. in publicis causis loco patrisfamil.habetur.l.filiusfam. ff.de his qui sunt sui,vel alie.iu. Idem quæsitum est de seruo proprio, an recte tutor testamento dari possit & videbatur dicendū, quòd non,cum serui ad munera publica a ipsa. e nō possunt,l.in seruili, C.qui da.tut. poss.Sed contrarium respondetur, quando datur tutor cum libertate, quia cessat tunc impedimentum seruitutis: vel etiam prætermissa libertatis mentione, quia cum non sit verisimile testatorem voluisse facere actum nullum,& seruus tutor esse non possit,dict.l. In seruili. censetur in antecedentia necessariam illi libertatem dedisse, quę presumptio non fit, vbi per errorem, quasi liber tutor datus fit,cum nihil sit magis contrarium consensui,quam error. l.nihil consensui, ff. de regulis iuris, & ideo tunc tenanet seruus, & per hoc tutelam gerere non potest. ] Not.quod filiusfamil. potest esse tutor. Item,quod seruus proprius cum libertate, vel simpliciter, recte tutor datur. Item quod dando eum tutorem, censetur liberare: & sic quod qui vult consequens, vult omne necessarium antecedens: & qui vult vnum, vult omne id, per quod ad illud peruenire potest. Item,quod quandoque error in re propria toleratur, & vitiat etiam si sit error in qualitate, Item,quòd libertas tacite dari potest.

SYL.

Dari autem tutor potest testamēto, non solum paterfam. b

SYL. ¶ Quod autem. ¶ CASVS. Dictũ fuerat, ius cognationis non perimi capitis diminutione, §. fi. sup. tit. 1. quæsitum fuit, an hoc generaliter intelligeretur: & videbatur dicendum quòd sic, propter generalitatem illius tex. l. j. §. & generaliter. ff. de leg. præstan. item propter rationem in tex. assignatam, quia cognatio naturalis est, & ciuili iure perimi non potest: sed contrarium deciditur in hoc tex. in maxima & media: tali enim casu licet ipsum ius cognationis nõ perimatur tanquam naturale, quia impossibile est illum non esse, aut fuisse cognatum, tamen tollitur effectus talis iuris datus à iure ciuili. * Nec obstat d. §. fi. quia, cum loquatur per vniuersalem dictionem affirmatiuam, cui preposita est negatio pro eo est, ac si diceretur, Aliquib. modis non: & ideò impletur illa oratio dato vno ex modis capitis diminutionis, qui ius cognationis non perimat. ] Sed tunc quæsitum fuit, an manumisso seruo recuperentur cognationis iura: & videbatur dicendum, q̃ sic, quia detegitur quasi libertas, & tollitur impedimentũ impeditiuum talis effectus, & cessante causa effect⁹ cessare videtur, cap. cũ cessante de appe. Quo non obstãte deciditur contrarium: quia semel extinctũ non reuiuiscit l. qui res. §. areã. ff. de sol. ẽt cessante causa extinctionis. l. si filius qui in potestate. ff. de lib. & posth. No. q̃ l. sequens potest declarare p̃cedentem. Itẽ q̃d cognatio maxima, & media capitis diminutione tollit: dico autem media pp exẽplũ deportati. Itẽ, quod seruus non recuperat cognationẽ ẽt eo manumisso. Item, quod semel extinctum non reuiuiscit, etiam cessante causa extinctionis. Item, q̃ à priuatione ad habitum nõ datur regressus. ]

c ¶ *Quod autem dictum est.* sup. titu. proxi. §. fin.

d ¶ *Cognatio*, id est i⁹ cognationis à Prætore inductum, ex quo ad bonorum possessionem vocantur per vndẽ cognati, infra de hæreditatibus quæ ab intesta. §. admonendi.

¶ Dic, quòd manet ius cognationis, interueniente sola minima capitis diminutione, quo ad omnes effectus ex ipsa cognatione resultantes, nedum quantum ad iui succedendi, iuxta d. §. admonendi.

e ¶ *Cognationis.* id est ius succedendi, & ad tutelam vocandi, perit: sed ipsa consanguinitas non perit, vt ff. de reg. iu. l. iura sanguinis. cum sit de iure naturali, vt supr. de iur. na. §. pen. contra. & sup. de nupt. §. illud, cõtra. Sed qualiter cognatis defertur immo agnatis, vt sup. tit. 1. in princ. Respond. post † agnatos, vt inf. de hæred. quæ ab intest. §. admonendi.

f ¶ *Si manumissus.* aliud, si restitutus † secundum lo. vt ff. ad Tert. l. 1. §. filio qui mortis, contra, & C. de sen. pas. l. fin. contra, & ff. de contra tab. l. 1. § si & l. 2. contra. Item contra est in eo, quod hic dicit, tolli ius cognationis per maximam, & mediam capitis diminutionẽ, ff. de rebus dub. l. si cognatis. Sed aliud in legato, in quo vertitur ius naturale, vt ff. eod. l. legatum. Vel ibi loquitur de cognatione iuris ciuilis, quæ per adoptionem constituitur, vt infr. de leg. agna. succes. §. per adoptionem, & ff. de adop. l. qui in adoptionem, hic verò naturali cognatione, vt ff. de gra. cogna. l. nõ facile. §. t. & sic ibi de minima capitis diminutione loquitur.

† Hodie nulla est inter eos differentia, gl. vlt. supra tit. proxi. & hoc ti glo. pen.

† Et est ratio d'ñæ secundum Chr. quia restitutio intelligitur vt fiat pleno iure, vt d. l. fi. sed manumissio delet tantum nubeculam seruitutis. l. manumissiones. ff. de iust. & iur.

* ¶ Secunda solutio est verior iuxta l. t. & quæ ibi notat Soc. ff. de reb. dub ] Item contra, inf. de serui cogna. in fin. primi respons. Sed hic loquitur in his, qui primo fuerunt liberi, & postea serui: quod eorum delicto contingit: vnde non debent habere commodum, vt ff. solut. matr. l. si ab hostibus. §. 1. & ff. de mino. l. Pipinianus. ibi, Indignum. licet ibidem illa ratio corrigatur: ibi verò semper fuerant serui. Vel illa noua corrigit istam: nam ex græca constitutione illa est extracta, vt ibi dicitur.

SYL. ¶ Prima solutio verior. ** nam illa naturalis cognatio contracta in seruitute non perimitur per manumissionem: vt vbi quis ex libero seruus fit, perit cognatio liberi hominis propter seruitutem, ampliusque non reuiuiscit, licet is rursus manumittatur, qa manumissio non venit ad restituendum extincta, sed ad abstergendum labẽ seruitutis.]

Sed & si in insulam [a] quis deportatus sit, cognatio [b] soluitur.

¶ Tutela defertur proximiori in gradu: & si plures sunt de eodem gradu, defertur ad omnes hoc dicit ex l. si plures. ff. de legi. tuto. Aret.

a ¶ *Sed & si in insulam*. hic ponit exẽplum de media, sed supra modò posuit exemplum de maxima.

b ¶ *Cognatio*. id est ius cognationis, vt supra prox. §. diximus.

¶ Cum autem ad agnatos tutela pertineat, [c] non simul ad omnes pertinet, sed ad eos tantum, qui proximiores gradu [d] sunt: † vel si plures eiusdem gradus sunt, ad oẽs pertinet: veluti si plures [e] fratres sunt, qui vnũ gradũ obtinent: † ideoq; pariter ad tutelam vocantur.

† aliàs sed si.

† alias nõ est, ideoque.

SYL. ¶ Cum autem. ¶ CASVS. Quia dictũ est, sup. tutelam agnatis deferri, titu. proxi. in princ. quæsitum fuit, an omnibus, & quibus & videbatur omnibus, quia illa indefinita in dispositione, l. videtur æquipollere vniuersali. l. iura non in singulas. ff. de legi. declarat Bart. in l. si pluribus. ff. de lega 2. contrarium tamen dicitur ea ratione: quia cum tutela commensurata sit successioni, l. 1. ff de leg. tut. debet deferri proximiori, & pluribus existentibus in eodem gradu, omnibus, vt dicitur in tex. * quia eodem modo defertur etiam successio. §. si plures, infr. de legi. agna. succes. præterea cum l. deferat tutelã agnatis propter præsumptam affectionem, rationabile visum est, illos prius vocari, quos verisimile est magis dilecturos esse pupillum, vt tradunt Doc. in l. Gallus, §. Quidam rectè. ff. de liber. & posth.] No. quod tutela defertur proximiori: & existentibus pluribus in eodem gradu ad omnes. Item not. quod potest sub vno tit. poni. § quod nihil habeat commune cum materia tituli, dummodo pertineat ad declarationem proximè præcedentium titulorum. Item, quòd vocatio. l. fit ordine successiuo.]

c ¶ *Pertineat*. vt supra titulo primò, primò respon.

d ¶ *Gradu*. facit ad hũc §. ff. de leg. 3. l. si plures, & infra de leg. agnat. succes. §. si plures, & ff. de sepul. vio. leg. 3. §. si ad plures. hodie verò hic. §. corrigitur, quia æqualiter tam ad agnatos, quàm ad cognatos defertur tutela, sicut hæreditas, vt in authent. de hæred. ab intest. §. ex his. coll. 9.

* ¶ Adde, quod licet hodie vocentur pariter agnati, & cognati, nihilominus stat, & seruatur ordo hic traditus, quòd præferantur proximiores gradu: & pluribus eiusdẽ gradus concurrẽtibus, omnes æque admittuntur, vnde bene titulus proximè superior corrigitur, non autem hic §.

e ¶ *Si plures*. aliàs isti duo versiculi desunt. Si plures fratres sunt, qui vnum gradum obtinent: ideoque pariter ad tutelam vocantur, sed ego habeo. Accurs.

## ¶ De legitima patronorũ tutela

¶ Supra visum est de legitima agnatorum tutela, verũ quia est & alia, quæ appellatur legitima, scilicet tutela patronorum, ideò de ea tractaturus subdit. De legitima patronorum tut. Porcus. Continuatio.

EX eadem. ¶ Diuiditur in sex partes. Primò qualiter tutela libertorum patronis deferatur. Secundò, quomodo vocetur: & est legitima. à lege 12. tabularum proueniens. Tertiò illud per rationem probat. Quartò confirmat per exemplum. Quintò exemplum probat per rationem. Sexto rationem declarat. Secunda ibi, Quæ & ipsa, Tertia ibi, Eo enim. Quarta ibi, Cum & agnatos. Quinta ibi. Quia plerumque. Sexta ibi, Ideo autem. Areti. Diuisio.

SYL. ¶ CASVS. Dubitatum fuit, an inter legitimas tutelas ea, quæ patrono defertur, connumeranda esset: & dubium faciebat, quia ea dicta est legitima tutela, quæ à l. 12. tab. defertur supra titu. 2. in princip. Cum ergo in l. 12. tab. nominatim non sit cautum aliquid de ea, non videbatur esse posse legitima: cuius contrarium deciditur, & respondet ipse Imperator obiectioni, & assignat rationem decidendi: & est not. & sing. titulus. Not. quòd dictio, ex, denotat causam mediatam. Item, quòd dicitur ex lege quid esse, quando est ex ratione ipsius, Item, quòd ita dispositum censetur, quod deciditur per rationem, sicut illud, quod deciditur per verba. Item, quod dictio, perinde, est nota similitudinis. Item, quod illud, quod sumitur ex ratione dicitur venire per interpretationem. Item, quod l. defert tutelas secundum naturam successionum regulariter, quia vbi est commodum, ibi est incommodum. Item, quod dictio plerumque, idem importat, quod regulariter.; Item quòd fœmina manumittens succedit, & tamen non est tutrix. Item, quòd illud censetur dispositum, quod verisimiliter potest esse de mente disponentis. Item, quòd extensio fit de casu ad casum ex idẽtitate rationis.]

a ¶ Ex-

## De legitima patronorum tutela.

¶ Patroni vocantur ad tutelam libertorum ex méte l. 12. tab. propter successionem eisdé tributam. h.d. ex l. 3. ff. de leg. tut.

EX eadem[a] leg. 12. tabularum, libertorum [b] & libertarum tutela ad patronos [c] liberosque eorum † pertinet: quæ & ipsa [d] legitima [e] tutela vocatur, non, quia nominatim in ea lege de hac tutela caueatur, sed quia perinde accepta est per interpretationem, [f] ac si † verbis legis introducta esset. Eo enim ipso, † quo hæreditatis libertorum libertarumque, si intestati decessissent, iusserat lex[g] ad patronos, liberosve eorum pertinere, crediderunt veteres [h] voluisse legem [i] etiam tutelas ad eos pertinere: cum & agnatos, quos ad hæreditatem lex vocat, [k] eosdem & tutores esse † iussit: [l] quia plerumque vbi successionis est emolumentum, ibi & tutelæ onus esse debet. Ideò autem diximus, plerumque: [m] quia si à fœmina impubes manumittatur, † ipsa ad hæreditatem vocatur, cum alius est tutor. [n]

a Ex eadem. scilicet per interpretationem, non ex verbis eius, vt subijcit, & ff. de legi. tuto. l. tutela. 1. respon.

b Libertorum. s. impuberum.

c Ad patronos. quocunque modo manumittentes, nisi libertas detur à l. vt ff. de leg. tut. l. tutela, vique ad §. fin.

d Quæ & ipsa quasi dicat, non solum aliæ quædam legitimæ sunt, sed & ista.

** Expone, non solum. s. superior agnatorũ, sed etiam hæc dicitur legitima non enim hæc verba referuntur ad infra dicenda, sed ad iam dicta.

e Legitima. scilicet ex mente legis: non ex verbis: non tamé satisdât, nisi eorum personæ sint vulgares & minus honestæ: aut modus tutelę, quia magnum patrimonium, vel magna tutela nimis: aut persona, quia suspecta, vel non diligens pupillum, vel non honesta: aut causa admittat, id est recipiat satisd. vt ff. eodem l. legitimo, §. 1. & 2. licet alij legitimi indistinctè satisdent, vt infra de satisd. tut. § 1.

* ordine tamé successiuo. l. tutela, §. si duo, vers. sed si oés & seq. ff. de leg. tut.

† Facit l. nois. de verb. sign.

† aliàs ꝙ.

SYL. Adde, quòd quamuis hanc differentiam reprobet Baldus, & sequatur Porcius hic, tamé Iason hic defendit optima ratione glossam, & assignat rationem differentiæ inter agnatos & patronos.

f Per interpretationem. scilicet iurisconsultorum.

* Not. quòd illud quoque, quod venit ex vi rationis, dicitur venire per interpretationem, ex quo sequitur, quod non semper interpretatio arguit improprietatem, vt supponere videtur Bartol. in leg. 1. quæst. 1. de verborum significat. siquidem non minus ex lege dicitur, quod ducitur ex eius sententia & mente, quam quòd ex verbis, leg. nominis. de verbor. sign. & dispositio legis dicitur propriè comprehendere omnes casus eandem rationem habentes, non autem per extensionem, vt probat hic tex. & confirmat gl in c. si postquam, vet. mente. de elec. lib. 6. & Bal. in auth. post fratres, 2. C. de legi. hære.

g Lex. scilicet 12. tabul. vt infra de succes. lib. 1. respon.

h Veteres. scilicet sapientes

i Legem, scilicet eadé duodecim tabularum, vt inf. de legi. agna. suc. §. primò.

k Vocat. scilicet lex duodecim tabularum, vt infra de legit. agna. succ. §. primo.

l Iussit. vt supra de le. agn. tut primò respon. & sic notabis hic, quòd vbi est eadem æquitas, idem ius debet statui: sic ff. ad legem Aquil. l. illud ff. de fur. l 1. §. 1.

† aliàs iussit.

m Plerumque. Quare hoc dicit, statim subijcit: & facit ad hâc regulam. ff. de regul. iur. l. secundum naturam & infra de contrahen emptio. §. cum autem. & C. de fur. l. fi. §. sed cum in secunda C. de cad. toll. l 1. §. pro secundo. aliàs est, § pro non scripto. & ff. de peri. & com. rei ven. l. id quod.

† aliàs, Vt ipsa ad hæreditatem vocet, tamen alius est tutor.

* Limita hanc regulam non procedere, quando est inhabilitas personæ, vt in exemplo text. nostri: siquidem tutela est munus virile. l. fin. ff. de tute. ita limitat Dyn. in reg. qui sentit, de reg iur. lib. 6. item quando esset diuersa ratio commodi, & incommodi, secũdum Bart. & Dec. in d. l. secũdum naturam. de reg. iur.

n Tutor. Et ita apud alium est hæreditas & apud alium tutela, scilicet agnatum, vel cognatum, vt hic, & ff. de leg. tut. l. 1 § 1. Itē minor 25. ann. manumittens succedet in hęreditate, vt patronus: nō tamen erit tutor vt inf de fid. tut in fi & C. de leg. tu l vlt §. fi †

† adde text. optimum. In Authen. si cut C. de leg. tut.

Adde, ꝙ hæc declaratio posita in tex. non erat necessaria nisi gratia iuuenum, ex eo quia, quando l. præsupponit regulam, præsuppōnit omni alio respectu habilitaté, ideò qui alio respectu est inhabilis, & ideò nō admittitur, non corrumpit regulam, c. 1. de æta. & qual. SYL.

De legitima parentum tutela.

Continuatio. ¶Supra visum est de legitima patronorum tutela: verum quia est & alia, quæ legitima appellatur, vt parentum: ideo de ea subdit. Porc.

Diuisio. EXemplo. ¶ Diuiditur in tres partes. Primò, ꝙ tutela, quæ defertur emancipatori est similis illi, quæ defertur patrono. Secundò, ꝙ etiã est legitima. Tertiò exemplificat. Secunda ibi, Quæ & ipsa. Tertia ibi, nam siquis.

De legitima parentum tutela.

¶ Emancipans impuberem, exemplo patroni, est legitimus tutor. h. d. ex l. 3. §. fin. ff. de leg. tut.

EXemplo patronorum recepta a est & alia tutela, quæ & ipsa legitima vocatur. Nam si quis filium, aut filiã, nepotem, aut neptem ex filio, & deinceps, impuberes emancipauerit, legitimus eorum tutor erit. b

SYL. ¶ CASVS nõ figuratur, attamen potes dicere rationem dubitandi facere, ꝙ emancipans filium videtur velle eum liberare à sua potestate, sup. quib. mo ius pat. po. sol. at tutela est potestas, ideò & ab ea videtur liberare. Sed deciditur contrarium exemplo patroni: quia hodie semper emancipans videtur contracta fiducia emancipare: ideò ni mirum, si ex quo defertur successio, defertur & tutela, per regulam ti. prox. Not. patrẽ emancipantem esse legitimum tutorem. Itẽ, ꝙ æquiparatur patrono. Item, ꝙ ista non est ex verbis, nec ex mente, sed per interpretationem, secundum Angel. tamen dic, quod exemplo patronorum, vult dicere. Id est vt tutela patroni. Vnde sicut illa est ex ratione l. 12. tab. propter delatam successionem, ita & eodem modo ista est ex eadem causa, & ex eadem ratione introducta: & ideò eodem modo dicitur ex mente vna, sicut alia. Item, quòd statutum in vno ęquiparatorum habet locum in alio.]

a ¶ *Recepta*. s. per interpretationem iuriscõsultorum, vt superior, cũ desinebat esse agnatus, † nisi contracta fiducia emanciparet: ꝙ hodie semper præsumitur, vt i. f. de leg agna. succes. §. fin vñ hodie est semper legitimus.

† §. vlt. supra de leg. agn. tut.

SYL. b ¶ *Tutor erit*. s. qui emancipauit, si ipse est maior 25. an. vt infr. ti. 1. in fi. & facit ad hoc sup. quib. mo. ius pa. po. sol. §. p̄terea, vers. & præterea si impubes: & inf. tit. 1. primorũ.

Continuatio. ¶ De fiduciaria tutela. ¶ Imperator continuat seipsum in princip. ex quo dictum est de legitima parentum tutela, veniebat declaranda fiduciaria, quæ ab ea pẽdet. *Fiduciariæ autem tu. appellatio vnde fluxerit, vide Ann. nostras hic & sup. tit. 3. vbi præter alios id declarauimus, quod etiam retulimus in §. præterea. sup. quib. mo. ius pa. po. sol. & §. fi. inf. de leg. agn. suc. & inf hoc tit.

Diuisio. EST & alia. ¶ Diuiditur in quinque partes. Primò ponit dictum. Secundò illud exemplificat. Tertiò ponit diuersum in filio patroni. Quartò diuersitatis rationem assignat. Quintò ponit aliud dictum. Secunda ibi, nam si. Tertia ibi. Atqui. Quarta ibi: Quoniam, Quinta ibi, Ita tamen.

De fiduciaria tutela.

¶ Liberi emancipantis, eo mortuo fiduciarij tutores sunt impuberis emancipati, quamuis liberi patroni sint legitimi, hoc dicit ex l. 1. §. fin. cum l. sed. ff. de legi tutor.

EST & alia tutela c quæ fiduciaria appellatur. d Nam si parens filium, vel filiam, nepotem, vel neptem,

SYL. * ¶ CASVS. Facilè figuratur, videbatur enim quod liberi emancipantis essent † legitimi tutores, sicut liberi patroni, cum exemplo patronorum esse introducta tutela parentum emancipantium: cuius contrarium dicitur, & assignatur ratio decidendi in text. Not. summarium.

† aliàs præter.

c ¶ *Est & alia tutela*. id est alio nomine vocata.

d ¶ *Fiduciaria appellatur*. de qua dicetur infra vers. quo defuncto.

* ¶ Adde, quòd Alciat. lib. 2. Parer. cap. vlt. huius fiduciariæ tutelæ originem tradit, his verbis: Sed & fiduciarius pater in iure dicitur is, cui filium naturalis pater imaginaria venditione emancipat: vt ille eum manumittat, quod supra ex Caij Institutionibus retulimus. Vnde cum iste non vetus patronus, & manumissor esset, vt qui imaginario contractu emancipationis causa emisset, talis emancipati, si impubes esset, non legitimus tutor, sed fiduciarius dicebatur, idemque post eius mortem in suis filijs, vt emancipati fratris, vel filij fiduciariam tutelam gerant. Verum cum deinde hæc solennitas fiduciarij patris exoleuerit, simplexque emancipandi modus placuerit, seruauit tamen fiduciaria tutela nomen, quoties frater vel pater impuberis à patre vel auo emancipati, post eius mortem tutelam suscipit. Hæc ille. At nonnulli alij ex eo appellati tutelam hanc fiduciariam existimant quia lex maximè confidat de fratribus. Nam post parentes nullius est certior synceriorque fides, quàm fratris: vt meritò parentis loco succedat, qua de re præclarè Plutar. in libello, peri philadelphias.

a ¶ *Im-*

vel deinceps, impuberes [a] manumiserit, [b] legitimam nanciscitur eorum tutelam. Quo [c] defuncto, si liberi [d] eius virilis sexus existant fiduciarij † tutores filiorum suorum, [e] vel fratris, vel sororis, [f] † vel cæterorum efficiuntur.

† aliàs tutores, vel fratris, vel sororis efficiuntur.

† aliàs &.

SYL.

¶ Atqui [g] patrono legitimo tutore mortuo, liberi quoque eius legitimi sunt tutores: quoniam filius quidem defuncti, si non esset à viuo patre emancipatus, post obitum eius sui iuris efficeretur, nec in fratrum potestatem recideret, [h] ideoque

a ¶ *Impuberes*. Nam si puberes, non erit eorum curator legitimus, vt ff. de excus. tut. l. amicissimos. §. Lucius. Arg cōtra in Auth. vt ij. qui ob. per §. 1. coll. 6. Ioan.

SYL.

¶ Adde, quòd hæc glo. communiter approbatur, cum nō detur curator legitimus, nisi furioso, mente capto, & prodigo.]

b ¶ *Manumiserit*. idest emancipauerit, vt ff. quando actio. de pec. est an. l. 1. §. 1. & facit supra titu. 1. & ff. de leg. tut. l. tutela. §. fin. & l. seq.

¶ Adde, quòd si attendimus ius antiquum, bene dicitur manumitti, quia verè manumittebatur, vt dixi sup. in tit. quibus mo. ius pat. pot. sol.]

c ¶ *Quo* scilicet patrefamilias, qui erat tutor filiorum & nepotum.

d ¶ *Si liberi*. Qui remanserunt in potestate patris. Idem puto, & si filij fuerunt emancipati. si autem tam impuberes, quàm puberes, remanserunt in potestate, ipso iure recidunt in potestatem sui patris, illi, qui filij sūt, sed fratres recidunt in tutelam fiduciariam semper, vt supra quibus modis ius patriæ po. sol. §. 1. & supra de tut. §. permissum.

¶ Adde, quòd hæc glo. secundum Ias. pessimè loquitur. quia immo frater fratris impuberis in potestate retenti est legitimus tutor ex mente, & verbis, l. 12 tab l. tutor. in princ. ff. ad Velle. * Sed potest dici, quod fortè Accur. voluit dicere, quod cum text. vtatur verbo, liberi, intelligi debet non solum in filijs, sed etiam in nepotibus ex filio emancipato retentis in potestate, vt sint fiduciarij tutores, si maiores sint, vel alterius filij, vel alterius nepotis, & deinceps impuberum emancipatorum: & quod subditur in ver. sed fratres. Intelligitur similiter, si frater emancipatus sit impubes, maior verò remansit in potestate, * * quam Accur. sententiam plenius in commen. nostro exposuimus.

e ¶ *Filiorū suorum*. scilicet nepotū defuncti.

* ¶ Rectè exponit Accur. sic & verba illa sequentia (vel fratris, vel sororis) sunt planè intelligenda: quando frater, vel soror à communi patre fuit emancipatus, & quod subijcitur (vel cæterorum) quando puta auus nepotem ex filio præmortuo emancipauit, quo defuncto filius emancipantis, qui patruus est emancipato, fit eius tutor fiduciarius. Et hic videtur verus sensus huius loci, quem vnà cum ratione in eo allegata diffusius explicaui hic in Annot.

f ¶ *Sororis*. Sed certè frater videtur esse legitimus, vt C. de except. l. aduersus. quæ est contra. sed certè qui fiduciarius est, legitimus est per interpretationem, licet aliud nomen habeat, scilicet fiduciarius: & illum respectum habuit ibi, vt legitimū fiduciariū appellaret.

¶ Adde, quod hæc glos. communiter reprehenditur per hunc text. in ver. sequen. cōtrarium enim loquitur in fratre non emancipato. * ꝓ plena autem resolutione, quando frater sit fiduciarius tutor, & quando legitimus: item an iste tex. locum habeat vbi frater maior esset etiam ipse emancipatus: & quid dicendum, cum impubes remansit in potestate, maior verò fuit emancipatus, vide hic meum Comment.]

g ¶ *Atqui*. prò certè. aliàs, at quin, † & tunc dic, at, pro sed, & quin pro certè: & est oppositio quare filij patronorum sunt legitimi, vt supra de leg. patro. tut. 1. respons. & isti filij non sic. Ad quod respon. Quoniam filius quidem &c. Sed hæc ratio non tenet, nisi inter fratres, qui non dicuntur recidere in potestatem fratrum suorum, sed filij, idest nepotes erant recasuri in potestatem, ergo in tutelam legitimam. Sed respondeo: non reciderunt filij iure hęreditario in potestatem, sed iure paternitatis, & filiationis. At seruus, si non esset manumissus iure hæreditario erat futurus seruus apud filios domini: & nisi essent hæredes, non essent domini: sed filius, etsi non sit hæres patris, tamen filium suum in potestate habet, vt sup. qui. mo. ius pat. pot. sol. §. 1. Erat & alia ratio iure veteri: quia emācipatione tollebatur ius agnationis minima capitis dimi. etiā inter patre & filiū. (nisi esset emācipatus cōtracta fiducia) nedū inter fratres. vt C. de leg. tut. l. 4 & sup. de leg. agn. tute. §. fi. sed hodie correctum, vt d. l. C. & inf. de leg. agn. suc § fi. Vnde dicunt quidam, vt Azo. hodie fiduciariam esse legitimam ex verbis & sententia. l. 12 tab. ex quo hæc secunda ratio cessat: sed potest dici contrarium, quia remanet prima.

† similis expositio in l. & elegāter. ff. de dolo.

* ¶ Dic, ꝙ vetus intellectus est is, quem annotaui supra ad gl. filiorum, nec obstat ratio in text. allegata, quia cum non sit generalis potuit esse impulsiua. Bart. in l. 2. §. fin. ff. de don. & Dec. in c. cum cessante. col. 1. extra de appel. quæ autem sit ratio finalis huius dispositionis, vide hic nostras Annot.]

h ¶ *Recideret*, dicunt quidam, ꝙ si non esset

emancipatus, non erat futurus in potestate fratris, sicut erat patris: & ideò emancipatus nõ ita erit apud fratrem, sicut erat apud patrem, idest in simili tutela. Io.

a ¶ *Nec in tutelam.* scilicet legitimam, sed fiduciariã, Accursius.

nec in tutelam: [a] libertus autẽ, si seruus mansisset, vtique eodem iure [b] apud liberos domini post mortem eius futurus esset.

¶ Tutor, & curator esse nõ potest minor 25. annis. h. d. ex l. fi. C. de legi. tut.

¶ Ita tamen hi ad tutelam vocantur, si perfectæ [c] sint ætatis: quod nostra constitutio [d] in omnibus tutelis, & curationibus, obseruari generaliter præcepit. [e]

* * Adde, quod contrarium est verius, quia frater, patre defuncto, est alterius fratris impuberis, qui à patre non fuit emãcipatus, nõ fiduciari⁹, sed legitimus tutor. l. tutor ff. ad velleia. l. 1. §. si apud. ff. de legi. tut. & sup. de legit. agn. tu. in prin.

b ¶ *Eodem iure.* Seruus enim si non manumittatur erit in potestate filij patroni iure hereditario: sed filius in potestate patris, iure patriæ potestatis. Accurs.

SYL. * ¶ Ita. ¶ CASVS clarus est: dubium poterat facere generalitas legum vocantium ad tutelam personas in eis expressas absque distinctione ætatis, l. non distinguemus, ff. de arbit. ratio autem decidendi ponitur in l. final. Cod. de legit. tut. vnde hic §. sumptus est. & in § item maior. inf. de excus. tut. Nota summa. ]

* * Item, quod hæc verba. ita tamen, restringunt & declarant præcedentia, de quo est etiam tex. no. in l. Lucius. §. quæ ff. ad treb. ]

Ætas pfecta q̃ est. c ¶ *Perfecta.* Idest viginti quinque annorum. Nam quoties fit mentio de ætate perfecta, vel de maiore annis, de vigintiquinque annis intelligitur, vt Cod. de ijs, qui veniam ætatis impetra. l. fin. & ff. de leg. 3. l. cum filio. §. fin.

SYL. ¶ Adde tu, quod ista est vera in se, tamen verius dicetur, ætatis appellatione, maximè perfectæ, venire tempus secundum subiectam materiam: nam in matrimonijs, & beneficijs, ætatis perfectæ appellatione venit pubertas in vno, & in alio diuersimodè capitur, vt per Abb. in ca. cum in cunctis de elect. Alex. in l. quod Seruius. ff. de condi. ob. cau. ]

d ¶ *Constitutio.* vt C. de leg. tut. l. fin.

e ¶ *Præcepit*, scilicet vt sit perfectæ ætatis. & est ratio, vt infra de excus. tut. §. item maior. Accur.

¶ [illegible] ¶ Supra visum est de testamentaria tutela, & de legitima, sed quia cessante testamẽtaria, & legitima opus est prouidere de datiua, ideò subdit de Atiliano tuto. Christ.

* ¶ De Atiliano tutore. idest de eo tut. qui dabatur ex l. Attilia, quæ à P. Attilio, & Cl. Martio tribunis plebis rogata fuit. ] Cõtinuatio.

¶ De Atiliano tutore & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur.

¶ Deficiente testamentario, & legitimo tutore, olim datiuus dabatur ex lege Attilia per prætorem cum Tribunis in ciuitate, in prouincijs per præsides ex lege Iulia & Titia, hoc dicit. Aret.

SI cui nullus omninò tutor fuerat, [f] ei dabatur † quidem in vrbe Romana à Prætore † vrbano, & maiore [g]

Diuisio. SI cui nullus.

¶ Totus iste titulus diuiditur in quatuor partes. Primò ponit ius antiquũ circa dationẽ tutoris. Secundò ponit ius nouum. Tertiò ius nouissimum. Quartò ponit nouum casum, videlicet, quod naturali æquitati cõuenit impuberes esse sub tutoribus, & q̃ finita tutela tenetur ad rationem reddẽdam. Secunda ibi, Sed hoc iure. Tertia ibi. Nos autem. Quarta ibi, Impuberes.

* * † l. si quis sub. ff. de testa. tut.

† aliàs in vrbe quidẽ à Prætore &c.

Item prima subdiuiditur in alias quatuor partes. Primò, ex quibus legibus tutor dabatur deficiente omni tutore testamentario, & legitimo: & [illegible] à quibus dabatur.

* † Qua ex cã creatus sicque appellat⁹ fuerit, vide. l. 2. §. cumq. Consules, ff. de orig. iur.

Secundò, quando testamentario dato sub conditione, vel in diem, vel pure, tutor detur. Tertiò, quid si testamentarius tutor sit captus ab hostibus. Quartò, quomodo istæ leges ab vsu recesserunt, & causam propter quam. Secunda ibi, Sed & si, Tertia ibi, Ab hostibus. Quarta ibi, Sed ex his. Angel.

¶ Si cui nullus. ¶ CASVS non figuratur, quia recitatur ius correctum, & procedit tradendo regulam. Not. ergo, quod non habenti tutorem testamentarium, vel legitimum dabantur tutores datiui ex l. Attilia & alijs in tex. expressis. Item, quod licet referre l. correctam ad ponendum correctionem, & vt melius intelligatur. ]

f ¶ *Tutor fuerat.* scilicet ex testamento: nam quamdiu testamentarius superest, † non est locus alij. Item nec legitima: nam nec datiua tunc locum habet, vt C. qui dari tut. po. l. si tutoris.

g ¶ *Et maiore*, idest à duobus. Erant enim tres, vt arg. C. de offi. præto. l. 2. & ff. de orig. iur. l. 2. §. ijsdem.

* ¶ Adde, q̃ fuerunt diuersi numeri. anno enim 16. à regibus exactis, quo primũ creati

sunt,

funt Virginio & Verufio Coff. creati duo tantum fuerunt, C. Licinius. & P. Albinus, q poftea fibi tres collegas affumpferunt, vt quinq. numero effent finguli ex fingulis claffibus. Deinde anno circiter 30. rogâte L. Treonio, ftatutũ eft, vt decem crearentur: q ex Liuio lib. 2. ab vrbe condit. deprehendi poteft. Horum igitur maior pars exigebatur in dandis tutoribus, quæ varia fuit: fecũdum diuerfitaté numeri Tribunorum.

¶ quorum appellatione cõtinébatur oés regentes prouincias. l. 1. ff. d off. præf.

* Non igitur duo ex tribus, vt Accur. ait, Sed vel tres ex quinque, vel fex ex decem, fi modo præsétes effent, requirebantur.

parte Tribunorum plebis, tutor ex lege Attilia: in prouincijs vero à Præfidibus † prouinciarum ex lege Iulia, & Titia.

¶ Quoties fpes eft teftamentarij tutoris, & pendet, datiuus habet locum: qui tutor eft, quoufque teftamentarij impedimentum ceffet. hoc dicit ex l. fiquis fub conditione, ff. de tefta.tu. Aret.

SYL. ¶ Sed & fi in teftamento tutor fub conditione, aut ex die certo[a] datus fuerat; quamdiu conditio, aut dies pendebat, ex eifdem legibus † tutor dari poterat. [b] Item fi purè datus fuerat: quamdiu ex teftamento nemo[c] hæres exiftebat, [d] tamdiu ex eifdem legibus tutor petendus erat: qui definebat [e] effe tutor, fi conditio [f] exifteret, aut dies veniret, aut hæres exifteret.

¶ Sed & fi. ¶ CASVS.

Quærebatur, an pendente conditione, vel die teftamenti (quia ita dari poteft. §. ad certum, fupra qui tefta. tu. da. pof.) vel fubfiftente aliquo impedimento, daretur datiuus, & videbatur dicendum, quod potius deueniendum effet ad legitimum, tum quia in effectu daretur a iudice ad tempus, quod non licet. l. actus. ff. de reg. iu. & declaratum fuit in d. §. ad certum. * tum quia datiuo locus non eft nifi, deficiente teftamentario, & legitimo, fupra hoc tit. in princip. cuius contrarium deciditur, quod locus eft datiuo, non legitimo: ratio affertur in l. fi quis fub conditione ff de tefta. tut. quia quamdiu teftamentaria tutela fperatur, legitima ceffat, ratio autem rationis eft, quia cum tutela legitima detur fecundum ordinem hæreditatis l. 1. ff. de leg. tut. ficut quoufque fubeft fpes teftamentariæ fucceffionis ceffat legitima. l. Quamdiu ff. de acquir. hæred. Ita & in tutela, & ideò lex voluit deueniri ad datiuum. Non obftat. l. actus, quia hic non ineft vlla dies, aut conditio, nec exprefsè, nec tacitè, fed fimpliciter datur tutor, ita quod in méte, aut difpofitione iudicis non eft aliqua confideratio conditionis, vel diei arg. l. fi hæreditas. in princ. ff. de teft. tu. Non obftat q non deueniatur ad datiuum exiftente legitimo, quia hic cefsat legitimus, cum fubfit fpes teftamentarij d. l. fi quis fub conditione.] No. tutorem dari pofse ad tempus. item quod teftamentaria tutela non confirmatur nifi adita hæreditate. Item quòd datus propter alterius impedimentum, durat eo durante, & non vltra.]

a ¶ *Ex die certo.* vt à pafchate in antea fis tutor. †

† fimilis gl. fup. qui. teft. tut. §. ad certũ. verfi. ex certo.

b ¶ *Dari poterat.* Et hodie datur, vt ff. de tefta. tu. l. fi quis fub conditione.

† allàs tutor ali[9] interim dari poterat.

c ¶ *Nemo.* Nã fi vnus de pluribus hæredib. adierit, (i.) valet tutela, vt de teft. tut. l. fi nemo. idem in libertate teftamento relicta, vt ff. de ma te- fta. l. teftamento manumiffus. §. teftamento.

ADDITIO.

(i) Etiã fi fuerit inftitutus in re certa, alijs vniuerfaliter inftitutis non adeuntibus, vt ibi nót. Bar. per l. 1. §. fi ex fundo. ff. de hær. infti. Angel.

d ¶ *Exiftebat*, fed quid fi nullus fuit inftitutus cum pupillo, fed tantum pupillus eft hæres? Poteft dici, † quod auctoritate iudicis adeat, vt C. de iu. deli. l. fi infami. & ex tunc valebit tutela, & incipit tutor adminiftrare.

† Similis gl. in d. l. fi nemo.

¶ Adde, quod communis practica eft, quod tali cafu detur Attilianus ad adeundum per fe, fi inftitutus fit infans, aliàs pupillus adit cum eius auctoritate, & ftatim definit effe tutor, ita omnes hic, de quo vide hic Commen. meum, vbi hunc articulum attigi latiffimè.

e ¶ *Definebat.* i. ille, qui fic erat datus in fubfidium, definebat, cum teftamẽtarius venit, vt fubijcit.

f ¶ *Conditio.* Hic tutor tacitè vfque ad diem, vel conditionem exiftentem datur, exprefsè non poteft, vt ff. de reg. iu. l. actus.

SYL. ¶ Adde hoc magis procedere. quia conditio eft intrinfeca *ex natura rei proueniens.] vt declarat hic Chrifto & Dec. in d. l. actus. vbi affignat rationem, quare hæc conditio, quæ tacitè ineat, fi exprimatur, vitiet, propter vitium formæ fecundum docto. in l. 3. ff. de leg. 1. * Sed melius eft refpondere, vt dixi in pofitione cafus, quod ab initio nõ eft in animaduerfione aliqua tacita conditio, vel dies, quamuis poftea exiftente conditione. aut die adueniente, refoluatur illa datio tutoris, refoluitur enim eo modo, quo refoluitur in cafu fequentis. §.

SYL. ¶ Ab hoftibus. ¶ CASVS Quærebatur, an tutore capto ab hoftibus daretur datiuus * an,

*an verò vocarentur legitimi : & videbatur, quod tutela pertineret ad agnatos, quemadmodum si testamentarius decessisset l. si quis sub conditione. vers. quod si tutor. ff. de test. tut. (in plurimis enim casibus captiuus pro mortuo habetur) vel saltem omnia in suspenso relinquenda esse. §. si ab hostibus. supra quibus modis ius patriæ po. solu. cuius contrarium respondetur, quia cũ speretur reditu rus testamentarius propter ius postliminij tutela ad legitimum tutorem peruenire non potest. d. l. si quis sub cõditione. Nec obstat, quod ꝑ alia ratione dubitandi adduci posset quod deportato tuto re testamentario succedit legitimus, quamuis spes sit illũ posse redire, vt dicitur in eadẽ l. quia (vt declarat Bartol. ibi) spes alia fundatur in iure speciali, hæc verò postliminij in iure communi] No. summarium, & quod cessante impedimento cessat dispositio facta ex causa dicti impedimenti. Item, quòd fictio postliminij habet locum etiam in tutela.]

** ꝙ Rõ est, qa fingit eũ in ciuitate sẽper fuisse, §. si ab hostib⁹. supra, qui. mod. ius pat. po se. sol.

a ¶ *Petebatur.* nec erat locus legitimæ, vt ff. de leg. tu. l. 1. §. si apud.

* ¶ Quid iuris sit econuerso, scilicet capto pupillo, docetur infra quibus modis tut. fin. §. 1.]

b ¶ *Qui desinebat.* s. iste talis, qui erat datus in subsidium.

c ¶ *Iure postliminij.* quo iure etiam omnia alia recuperat, vt su. quib. mo. ius pa. po. sol. §. si ab hostibus, nec de administratis: interim tenetur hic reuersus, vt arg. ff. si quis cau. l. 4. § illud sciendum.

SYL. ¶ Adde text. qui hoc probat, in c. 1. de offic. vica. li. 6. * ratio autem est, quia cum eius culpa factum non sit, quo minus administrare posset, nec hunc tutorem ipse substituerit,

¶ Tutore ab hostibus capto datur datiuus, quamdiu reuertatur. hoc dicit ex l. 1. §. si apud. ff de leg. tuto.

¶ Ab hostibus quoque tutore capto, ex his legibus tutor petebatur: [a] qui desinebat [b] esse tutor, si is, qui captus erat in ciuitatem reuersus fuerat; nam reuersus recipiebat tutelam iure postliminij. [c] †

¶ In lege Attilia, & in l. Titia non cauebatur de satisdatione, & compulsione tutoris: ideò ex his desierunt tutores dari. hoc dicit Aretin.

¶ Sed ex his [d] legibus [e] tutores pupillis desierunt dari, postea quam primo [f] Consules pupillis vtriusque sexus tutores ex inquisitione [g] dare cœperunt, deinde Prætores ex constitutionibus. Nam supradictis [h] legibus, neque de cautione à tutoribus exigenda rem saluam pupillis fore, [i] neque de compellendis [k] tutoribus ad tutelæ administrationem, quicquam cauebatur.

¶ Romæ Præfectus vrbis, & Prætor, tutores hodie dant: in prouincijs Præsides, si maiores quingentis solidis pupillorum facultates sint: si minores, Defensores ciuitatem cum Episcopo vel alij magistratus h. d.

sed Iudex, non debet teneri de gestis, aut neglectis ab eo.

¶ Sed ex his. ¶ CASVS non figuratur, quia recitatur ius antiquum. Not. l. tolli per non vsum. Item quod datiuus datur ex inquisitione. Item, ꝙ tenetur cauere rem pupilli saluam fore Item ꝙ potest cogi administrare. Item no. ꝙ lex noua supplet veterem.] SYL.

d ¶ *Sed ex his.* Nunc recitat secundum ius: nam quatuor sunt iura, quæ hoc tit. notari possunt.

e ¶ *Legibus.* scilicet Attilia & Iulia, & Titia, vt sup. eod. tit. in princ.]

f ¶ *Postea quã primo.* aliàs, quam primũ.

* ¶ Hoc à Claudio statutum fuisse, constat ex Tranquillo: Tutelarem autem Prætorem (vt ait Capitolinus) instituit M. Antoninus Philosophus. SYL.

g ¶ *Ex inquisitione,* scilicet inquirendo facultates eorũ, an sint pares oneri iniuncto, vt inf. de excu. tut. §. sed & propter. Item bona conuersatio requiritur, vt & aliàs in patre arrogatore. vt ff de adopt. l. nec ei. §. eorũ. & sup. de adop §. cum autem. Tutores dans qd ĩquirere debet.

Adde tex. in materia, in l. scire. §. fin. ff. de tut. & cu da. ab ijs. & glo. su. de tu. § vlt. ver. sine inquisitione. SYL.

h ¶ *Nam supradictis.* Bene dico, quod desierunt per has leges tutores dari, postea quã Consules dederũt ex inquisitione, & bonum fuit propter duas rationes, quas ponit. Nam pro quia.

i ¶ *Fore.* Hanc cautionem præstant tutores, & curatores, vt ff. rẽ pup. sal. fo. l. non quasi. §. 1. & l. & si ad species.

K ¶ *De compellendis.* s. captis pignoribus, vt inf. de satisd. tut. §. pen.

¶ Sed hoc iure. ¶ CASVS non figuratur, quia ponitur relatio & correctio iuris antiqui, & assignatur ratio correctionis, * vt scilicet SYL.

licet facilius esset prouisum pupillis, non expectato iussu Præsidum. Correxit autem Iustin. eo solo casu ius antiquum, vbi pupilli substantia non excedit quingentos solidos, & disposuit vt tunc possint Defensores ciuitatum absque iussu Præsidis, vna cum episcopo, vel alij magistratus et iuridicus Alexandriæ, in sua iurisdictione, tutores dare. Vnde & Romæ relictum est intactum ius antiquum Præfectò, & Prætori, quantæcumque fuerint pupilli facultates, & in prouincijs ipsi Præsides dabunt, si ampliores sint quingentis solidis.]

† aliàs vrbi.

¶Sed hoc iure vtimur, a vt Romæ quidem Præfectus b † vrbis, vel Prætor secundum suam iurisdictionem; c in prouincijs autem Præsides ex inquisitione tutores † creent, d vel magistratus iussu Præsidum, e si non sint magnæ pupilli facultates.

† aliàs crearent.

Not. quod datio tutoris potest fieri à Prætore & Præsidibus. Item, quod consuetudo facit l. & l. vim habet. Item, quod dantur à magistratibus. Item quod Episcopus vnà cum iudice sæculari dat tutorem pupillis. Item, quod satisdatio pupilli rem saluam fore, capitur à magistratibus eorum periculo, si non sit idonea.]

* a ¶*Sed hoc iure vtimur* Hoc est tertium ius, quod erat tempore Iustiniani, & hodie est quartum additum, quod est, infra proximo. §.]

b ¶*Præfectus*. Ad Præfectum cognitiones criminales, ad Prætorem ciuilia negotia veniebant, vt patet. ff. de offic. præ. vrb. per totum tit. & ff. de offi. præt. per totum tit. sed tutelam dabat vterque, vt hic.

SYL. * ¶Adde, quod Præfectus vrbis ab initio fuit creatus, non solum ad coercenda crimina, sed vt curaret quæcumque ad mores & quietem ciuitatis spectarent, vndè non mirum si de causis etiam ciuilibus ius dicere poterat, vt latè ostẽdi hoc loco in Commẽ.] & dum doct. hic volunt quod Præfectus haberet cognitionem ciuiliũ, per §. cura carnis. & §. quies. l. 1. ff. de offi. præfe. vr. non vr verum, quia in tuenda quiete ciuitatis, & in custodiendis carnibus versatur * non simpliciter cognitio ciuilis, sed etiam criminalis.]

c ¶*Iurisdictionem*. Præfecti vrbis est iurisdictio vsque ad centum milliaria, sed Prætoris Romæ tantum, vt ff. de off. præ. vrb. l. 1. §. cũ vrbem. & in summa Azo. de off. præto. Dabunt ergo eum, & ei qui est de sua iurisdictione, vt statim in præside notabis.

* ¶Adde, quod iurisdictio præfecti vrbis nõ semper fuit eadem, sed varia pro temporum vicissitudine, quod longè latèque ostendit Alexand. de Alex. lib. 6. die genia. c. 20.

d ¶*Creent*. scilicet eum, qui est de sua iurisdictione, dabit, vt ff. de tut. da. ab ijs. l. ius dandi. Si verò ibi non inueniantur idonei, etiam in alio loco quæret, & Præsidi nunciabit, vt ff. eo. l. diuus. Item ei, qui sit de sua iurisdictione, vel ratione originis, vel ratione possessionis, vel ratione domicilij, vt ff. eo. l. 1. §. vlt. & l. diuus. Si autem in altero horum trium locorum non inuenitur, sed in quarto loco, reducendus est ad alterum locum de his tribus, vt ibi tutelam accipiat, vt C. vbi pe. tut. vel curat. l. 1.

** Adde, quòd iudex originis pupilli, & sic ille, qui habet iurisdictionem in personam potest dare tutorem, qui administrabit omnia bona, etiam quæ non sunt in eius territorio secũdum Azo. cuius opi. veriorem esse ait Bar. in d. l. 1. C. vbi pe. tut. eandemque dicit communem ibi Alex. fatetur tamen Bart. & alij, quod etiam iudex bonorum poterit dare tutorem de bonis, quæ sunt in territorio suo, & alius dabit quo ad alia bona, in suo territorio existentia, quia dari videtur vniuersitati bonorum.]

e ¶*Iussu Præsidum*. Ergo delegatur. Sed contra ff. de tu. & cur. dat. l. nec mandante. Sed ibi mandatum est, quod non importat necessitatẽ hic iussus, q importat, vt ff. quod ius. l. 1. §. 1. & ff. mand. l. 1. Vel ibi erant magnæ facultates pupilli, hic paruæ. Sed certè & si sint paruæ, adhuc videtur idem, nã datio tutelæ est mixti imperij, vt ff de tu. l. muto, §. tutoris datio. vbi dicitur. quod tutoris datio illi soli competit, cui nominatim hoc dedit vel lex, vel senatusconsultum, vel princeps: ergo non potest delegari, vt ff de officio eius, cui mand. est iurisd. l. 1. primo respon. Sed dic, quod non potest delegari nõ habenti iurisdictionem, sed habenti sic, vt ff. eod. l. ius dandi. vt hic dicitur.

¶Adde, quod ius dandi tutores non competit iure magistratus, sed ijs tantum, quibus specialiter à l. vel principe id tributum est. d. §. tutoris. & ideo delegari non potest. d. l. nec mandante, obstante regula. l. 1. ff. de off. eius. in princ. nec me mouet iste lex. & similes quia, vt dixi in Comment. hi magistratus non ideo dabant tutores, quod id Præsides illis permitterent, sed quia * concessum erat à iure, quod tunc inualuerat, (siue originem duceret ab aliqua Principis constitutione, siue ab vsu,) vt Præside iubente ius dandi tutores haberent. SYL.

¶Sed quæ sunt magnæ facultates? Respon. quinquaginta aurei, vt C, de defen. ciui. l. 1. Vel decem libræ auri, vt in Auth. de appe. §. 2. col. 4. vel 300. aureorum, vt in Auth. de defen. ciuita. §. & iudicare colla. 3. Vel verius vsque ad quingentos solidos sunt paruæ: si vltra sunt magnæ, vt proximo. §.

facultates quæ dicantur magnæ.

Adde, quod hæc disputatio hodie sublata est per text. nostrum, aliàs enim magnæ, vel SYL.

paruæ

paruæ facultates dicuntur ex arbitrio iudicis inspecta personarum, locorum, & rerum qualitate, secundum Bar. in l. si constante. in 1. q ff sol. matr.

a ¶ *Nos autem*. *Per constitutionem*. Quam non habemus.

¶ Nos autem per constitutionem [a] nostram huiusmodi difficultates hominum resecantes, nec expectata iussione [b] Præsidum, disposuimus, si facultates pupilli, vel adulti vsque ad quingentos solidos [c] valeant, † Defensores ciuitatum vnà [d] cum eiusdem ciuitatis religiosissimo Antistite, vel alias [e] publicas personas, id est magistratus, † vel Iuridicum Alexandrinæ [f] ciuitatis, tutores, vel curatores creare: legitima cautela secundum eiusdem constitutionis † normam præstanda: videlicet eorum [g] periculo, qui eam [h] accipiunt.

Mandatū & iussus differunt.

b ¶ *Iussione*. id est delegatione, siue præceptio. Nam in hoc differt à mandato, quia mandatum ex voluntate est, sed iussus necessitatis, vt ff. quod iussu, l. 1. §. 1. & ff. mād. l. 1.

SYL.

† aliàs veluti.

¶ Dic secundum Deci. in rub. C. de mād. princip. quod data paritate terminorū nō differūt: quod latè in Comment. declaraui.

† quale esset eorum munus, vide Anno. Aldo. hic & patet in tit. de defen ciu. C.

† i. formulam & tenorem.

c ¶ *Solidos*. i. aureos, vt infr. de pœ. te. liti §. fin † quorum septuaginta & duo faciunt libram auri, vt C. de suscep. & arch. l. quoties. lib. 10.

* ¶ Solidus vnde dictus, quantum valeret, quod conficerent libram auri, explicat diligenter Budæ. lib. 5. de asse. & in l. quia vulgo. ff de edil. edict. quibus adde, quæ annotauimus. inf de pœn. re. lit § vlt.

† Ex quo infertur, quod statutum loquens de moneta simpliciter, dēt intelligi secundū p̄sumptionem alterius statuti. Sed interet contrahentes talis locutio intelligitur secundum communē cursum regionis.

SYL.

d ¶ *Vna* id est simul.

e ¶ *Vel alias*. hoc quando extra ciuitatem, vt in municipio, tam magistratus municipalis dabit.

* ¶ Tex. est intelligendus simpliciter, quod non solum defensores ciuitatum, sed etiam alij magistratus municipales, & iudex Alexandrinus, habet ius dandi tutores.

SYL.

f ¶ *Alexandrina*. hoc quando tutor datur in ciuitate Alexand.

* ¶ De iuridico Alexand. vide hic nostras Annota. vtitur verbo iuridicus, pro iudice, etiam Scæuola in l. Thais. §. Lucia ff. de fideicomm lib. ** sed iuridicus Alexandriæ erat specialis quidam iudex Alexandriæ, & fortè inferior. nam erat ibi & præfectus Augustalis, qui præerat toti Ægypto, institutus ab Augusto deuictis Antonio, & Cleopatra. De iuridici Alex. officio extant tituli speciales in ff. & C.]

g ¶ *Eorum*. Scilicet tabellionum, & aliorum non verò ipsorum maiorum iudicium, qui habent potestatem dandi tantum, vt infr. de satis. tut. & cur. §. pe. & fi. qui sunt contra.

h ¶ *Eam*. f. satisdationem.

Rem pupilli saluam fore.

¶ Tutela ratione naturali introducta est: qua finita redditur ratio administrationis. hoc dicit.

¶ Impuberes [i] autem in tutela esse naturali iuri [k] conueniens est: vt is, qui perfectæ ætatis non † sit, alterius tutela regatur. Cum ergo pupillorum, pupillarumque tutores negotia † gerunt: [l] post pubertatem [m] tutelæ iudicio [n] rationem reddunt.

¶ Impuberes. ¶ CASVS nō figuratur, cum ponat qualiter ratione naturali introducta est tutela, & regula, q̄ tutor rationem reddere teneatur. * Cum enim palā esset, quāta daretur occasio tutoribus nocendi bonis pupillorum voluit l. illos teneri ad reddendū rationem de gestis pariter, & neglectis. Notādum est, quòd tutela ratione naturali introducta est. Item quod ius naturale capitur pro illa ratione & dictamine rationis, quod à natura insitum est hominibus. Item, quòd tutor tenetur reddere rationem administrationis. Item, quod non potest conueniri actione tutelæ nisi ea finita.]

† aliàs est

† aliàs gerant.

i ¶ *Impuberes*. Hic §. est generalis ad omnes præcedentes tit. de tutelis.

k ¶ *Iuri*. i. æquitate.

l ¶ *Gerunt*. aliàs egerunt. i. gesserunt.

m ¶ *Post pubertatem*. sed & ante, si finita tutela fuerit prius, vt ff. de tu. & ra. di. l. nisi finita † alias. i. nisi esset finita tutela, non nascitur actio tutelæ, sed aliæ actiones nasç sūt sed non exercentur, vt ff. de tu. & ra. di. l. si tutor § fi. & l sed non dantur.

† vide simi glo. in §. si infra tit. 1.

¶ Adde, q̄ ratio diuersitatis est, quia cum actio tutelæ sit generalis, non potest pluries nasci quod secus est in speciali actione neg. gest. secundum Bal in l. 1 pen. col. C. vt actio. ab hære. & contra hære.

SYL.

Actio tutelę, & actio de rationibus distrahēdis differunt.

n ¶ *Tutela iudicio*. i. actione tutelæ, quæ datur in simplum, & propter dolum, & culpam latam, & leuem. Est & alia actio, qua tutor tenetur scilicet. De rationibus distrahendis: sic enim nominatur, vt ff. de contrar. action. tutel. lege secunda, & datur in duplum, & propter dolum † tantum. & in duplo continetur rei persecutio. Prima

† Imò & cum sine dolo quicquā abstulit, glo. 1. in l. actione. ff. eo.

¶ De auctoritate tutorum.

¶ Vbi præiudicium pupilli vertitur, tutoris auctoritas est necessaria. h.d. ex l. obligari. ff. eo. & l. pupillis, ff. de acq. re. do.

AVctoritas autem tutoris in quibusdam causis necessaria pupillis est, in quibusdam non est necessaria. Vt ecce, si quid dari sibi stipulentur, non est necessaria a tutoris auctoritas: quod si alijs promittant b

ma datur contra tutorem & contra hæredes posterior contra tutorem tantum, vt ff. de tut. & ra. di. l. 1. §. pen. & l. 2. item vna intentata altera denegatur, licet plus sit in ea: & econtra: secus in actione tutelæ, & furti, quæ secum cōpetit, vt ff. de tu. & ra. di. l. 1. §. in tutela.

Adde pulchram rationem assignatam per glo. in l. tres tutores. §. 1 in verbo. hac actione ff. de admin. tut. * Item adde, quod agere actione de rationibus distrahendis, est accusare fraudem tutoris, qui rem ex bonis pupilli abstulit, nec in rationes retulit. d. l. 2. ff. de ratio distrah. vnde & actio. De rationibus distrahendis ita appellatur, quia per eam rationes per tutorem datæ tanquam minus rectè, vtpote in quas non retulerit quæ ipse abstulit. Veniunt distrahendæ & dilaniandæ.]

SYL. * ¶ Adde, quod actio tutelæ, quæ datur pupillo, vt tutor reddat rationem administrationis, est actio directa. Est autem & alia actio tutelæ contraria, quæ pariter finita tutela competit tutori contra pupillum, si vel impenderit aliquid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obligatus. §. tutores, infra de oblig. quæ ex quasi contra. nas.]

¶ De auctoritate tutorum.

Cōtinuatio. ¶ Dictum est supra qualiter tutores, creantur: hic quando creati sunt, qualiter se regere debeant, & auctoritatem præstare.

SYL. * ¶ Auctoritatis verbum qualiter hoc titu. accipiatur, satis apertè declarat Iurisscon. in l. 3. ff. eo. * accipitur enim pro approbatione eius, quod agitur.

Diuisio. AVctoritas. ¶ Totus iste titu. diuiditur in tres partes principales. Primò ponit in quibus casibus necessaria est auctoritas tutoris: & in quibus non. Secundò, quando ista auctoritas debeat impartiri. Tertiò remouet quoddam dubium. Secunda ibi, Tutor autem. Tertia ibi, Si inter tutorem. item prima pars vsque ad §. neque tamē. subdiuiditur in quatuor. Primò ponit dictum bimembre. Secundò exemplificat quodlibet ex dictis membris. Tertiò rationem annectit. Quartò infert, & illationem clarificat per exempla. Secunda ibi, Vt ecce. Tertia ibi, Namque. Quarta ibi, Vnde in ijs. Aret.

¶ Auctoritas. ¶ CASVS ita figurari potest. Quæsitum est, an in singulis actibus expediendis à pupillo tutoris auctoritas esset necessaria; & dubium faciebat, quia cum in §. fin. supra tit. proxi. dictum sit, quòd ratione naturali tutela inuenta est, vt qui se per ætatem regere non potest, ab alio regatur. videbatur in quolibet casu necessaria auctoritas, * quia huiusmodi ætas neque scire, neque discernere aliquid pōt pupillus. ff. de acquiren. hæred. Quo non obstante respōdetur meliorem conditionem etiam sine tutore fieri posse, quia in hoc nullum animi iudicium requiritur, tutoris verò auctoritas non nisi in ijs, quæ animi iudicio fiunt, necessaria est. l. pupillus ff. de re iud. Quod verò subiungitur de contractibus, ex quibus mutuæ obligationes oriuntur, in eo dubium faciebat, quod vulgò proditum est, contractus claudicare non debere. l. 1. ff. de rescin. vend. cuius contrarium deciditur speciali fauore pupillorum.] Not. quod auctoritas tutoris in certis casibus non est necessaria, vbi scilicet alij se obligant pupillo. Item, quod licet nō possint per se pupilli facere conditionem suam deteriorem, possunt per se eam facere meliorem. Item quod vbi nascitur mutua obligatio est necessaria auctoritas, vt pupillus obligetur, non autem vt obligetur qui secum contrahit, quia eo casu cessat ratio, quare introducta est auctoritas tutoris, ne ætatis imbecillitate decipiantur.

a ¶ *Non est necessaria*, vt Cod. de contrahenda, & committenda stipulatione. lege neque, & lege prima, Codice de auctorita. præstan.

* ¶ Adde, quòd iste text. intelligitur de maiore infante: nam infans nec ad suum quidem commodum quicquam facere potest, l. 1. in princip. & l. mulier, ff. de verborum obligatio. diffusè Tiraquel. in tract de retra. §. primo, glo. duo decima, numero vigesimo & vigesimoquinto.

b ¶ *Promittant*, quia tunc est verisimile, quod male agant, & facit ad hoc inst. qui. ali. li. vel non. § nunc admonendi. & §. at ex contrario. & inf. de mut. stip § pupillus. & ff. de acqui. rer. dom. pupillus. & ff. de pact. l. contra iuris. † Idem de muliere super dote pasciscente, vt digestis de pac. dot. lege de die. †

* ¶ Adde hoc esse verum, si paciscatur mulier cōstante matrimonio, aliàs secus, vt notar. gl. pen. in l. cum dos ff de pac. dot. & Bat. in l. & hæredi. §. filiafam. ff. de pac. Item limita, nisi iusta aliqua causa subsit. l. licet. ff. de pac. dot. vt ecce, si ad commodū fratris, vel

† Intellige, qđ valet auctoritas in cōtractibus, ex quibus pōt vtilitatem reportare, alias non, quia etiam cū auctoritate tutoris donare nō pōt, C. de administ. tut. l. non omnis tecundum Ias. & Fe. * *

† Adde l. Attilicin?, eod. tit.

vel ob merita aliquid faciat in præiudicium dotis, secundum Dec. con 536.]

¶ Idem in alimentario transigente. vt ff. de transact. l. cum ij. §. quid ergo. Item facit, C. de contrah. & com. stip. l. neque.

¶ Adde, quod hic, & in d. §. si quis à pupillo, toleratur claudicatio fauore pupilli, & in § hoc autem fauore filiorum. Idem est in ecclesia & in principe, vt eorum fauore contractus claudicet c. 1. & ibi Felyn. & Archid. extra de prob. SYL. c. 1. iuncta gl. fi. extra de eo qui duxit in

** Quod dicitur de alimentario, ita intelligendum est, vt transigendo possit cõditionem suam meliorem facere, etiam sine auctoritate Prætoris, deteriorem verò nequaquã, ne interueniente quidem Prætore. Operatur itaq. Prętoris auctoritas, duobus casibus, vnus est, cũ sumus dubij, vtrum melior, vel deterior fiat conditio. alter, si neque melior neque deterior fiat. ĩ his enim duobus casibus valet ipsa transactio auctore Prætore, quæ aliàs non valeret sed præsumeretur damnosa. ita declarat glo. t in d. l. cum ij. §. si prætor. quam ibi sequuntur Doctor. declarando etiam, quod ita demũ possit facere conditionem suam melioré, si non mutetur forma alimentorum.]

pupilli, necessaria est [a] tutoris auctoritas. Namque placuit, meliorem quidem suam conditionem licere eis facere, etiam sine tutoris auctoritate, deteriorem verò non aliter, quam cum tutoris auctoritate. Vnde in ijs causis, ex quibus obligationes mutuæ nascuntur, vt in emptionibus, venditionibus, [b] locationibus, conductionibus, mandatis, depositis, [c] si tutoris auctoritas non interueniat, ipsi quidem, qui cum his contrahunt, obligantur: at inuicem pupilli non obligantur. [d]

¶ Pupilli sine tutore neque hæreditatẽ, neq; bonorum possess. neque fideicommissum licet lucrosum accipit. h. d. ex l. obligari. §. pupill. ff. eod.

¶ Neque tamen hæreditatem [e] adire, neque bonorum [f] posses-

Præterea in odium dolosi. l. Trãsactione finita, C. de transac. regulariter autem contractus non debet claudicare l. 1. ff. de rescin. vend.]

** ¶ Neque tamen. SYL.

¶ CASVS. Quærebatur, an pupillus hæreditatem adire, bonorum possess. petere. ac fideicommissũ capere posset sine tutoris interuentu, & videbatur dicendum quod sic, saltem quando apparerent lucrosa, cum sup. proditum fuerit, posse ex se conditionem suam meliorem reddere, cuius contrarium respõdetur, ne quòd damnum ex ea resentiat pupillus. Quãuis enim prima facie videantur lucrosa, ex aliquo tamen temporis tractu posset grande æs alienum emergere, aut litibus etiam vexari in exigendis nominibus, quod non parum esset incommodum. l. minoribus. ff. de minori.] No. summarium. Item, quod cum auctoritate tutoris pupillus adit, & etiam de iure prætorio. Item, quod hæres institutus non potest restituere hæreditatem pupillo etiam lucrosam sine auctoritate tutoris. Item, quod ex aditione hæres quasi contrahendo obligatur.]

a ¶ *Necessaria est*. In duobus tamen casibus obligatur pupillus sine tutoris auctoritate. ff. de actio. & obligatio. l. furiosus. vbi. s. ex re actio venit.

** Adde cautelam, quod volens tutor cõtrahere cum tutore faciat illum obligari tutorio nomine & suo, vt docet Cin. in l. post ff. quando ex fac. tut. quẽ refert Cepol cau. 142.

b ¶ *Venditionibus*. Si autem pupillus petat rem ex venditione, repellitur exceptione doli mali, nisi pretium dare velit, vt ff. de rescin. vend. l. si id quod §. vlt in fi.

c ¶ *Depositis*. Pupillus tamen doli capax tenetur depositi, si quid doli commisit. vel locupletior factus sit, vt ff. depositi. l. 1. §. an in pupillum.

d ¶ *Non obligantur*. Et sic nota, quod contractus claudicat quandoque vt hic, † & ff. de act. empt. l. Iulian. § si quis à pupillo, Arg. contra. ff. de arbit. l. litigatores. §. pen. & fi. & in Authen. de non elig. secundo nu. §. hoc aũt rñso. t. Item hoc verum, nisi locupletior fit pupillus, aliàs excipitur, si agat. & contra eũ poterit agi, vt ff. de admi. tut. l. si minoris. & C pro emp. l. fin. & ff. eo. l. 5. §. 1. & de rescin. vendit. l. si id quod §. fin.

De hoc qñ cõtractus claudicat. est bona gl. in c. de illis. ext. si despõ. impub. quã vide, & in

e ¶ *Hæreditatem*. quæ ex testamento, vel ab intestato defertur, scilicet iure ciuili, vt ff. de pet. hær. l. 1 2. & 3. Et hæreditas est successio in vniuersum ius, quod habuit defunctus tempore mortis suæ deducto ære alieno, vt ff. de verb. sign. l nihil. Hereditas quid sit.

** ¶ Rationem vide in glo. in ver. lucrosa, & sup. in significatione casus. Cui adde, quod dicit Bar. in l obligari. secunda oppo. ff. eod. ideò non posse pupillum adire hæreditatem sua sponte, quamuis constaret esse lucrosam quia hic acquirendi modus fit per actum obligandi, quod lex non permittit fieri, nisi tutore auctore l. more de acqui hære.

f ¶ *Bonorum possessionem*. ex testamento. vt, Secundum tabulas, vel ab intestato, vt vnde liberi, & similes, quæ sunt omnes de iure Bonorum possessio.

præ-

prætorio, vt infra de bonor. posses. §. quos autem. Et est bon. possess. ius persequendi retinendique patrimonij, quod cuiusque fuerit, cum is moritur, vt ff. de bono. pos. l. 3. §. bonorum, hoc tamen in bonorum possessione fallit in casu, cum pupillus nõ habet tutorem, tũc enim prætor aucto. tut. potest supplere, vt C. qui admi. ad bon. poss. l. bonorũ, idem in hæreditate, vt C. de iur. delib. l. si infanti. in fine.

* aliàs nec vllũ damnũ héar, & ita legendum ex Theophilo, & vetustis exemplaribus: ait Anto. Aug. lib. 3. Emẽd. c. 7

sionem petere, neque hæreditatem ex fideicommisso [a] suscipere aliter possunt, nisi tutoris [b] auctoritate, quamuis illis lucrosa sit, [c] † ne vllum [d] damnum habeant. [e]

¶ Tutor præsens debet auctoritatem interponere, aliàs non valet. h. d. ex l. obligari. §. tutor. ff. eo.

¶ Tutor autem statim

SYL. ¶ Adde idem, si tutor sit absens in partibus valdè remotis. d. l. si infanti. à contratio sensu, & declarat Bart. in l. si curatorem. 2. col. C. de in inte. rest. mi.

a ¶ *Ex fideicom.* vt per senatusconsul. Trebellianum, vt inf. de fideicom. hæred. §. sed quia. (.1.) Idem dico, & si bona velit recipere causa seruandarum libertatum, cum & ibi possit timere damnum, quia est successio in vniuersum ius, vt infra per quas personas nobis acqui. §. fin.

ADDITIO. (.1.) Si tamen sit infans potest soli tutori fieri restitutio. l. restituta. §. fi. ff. ad Treb. & solus tutor adire. l. si infanti. C. de iure delib. alias secus. l. potuit. C. eodem. Item potest solus bonorum possessio. agnoscere, quia in facto consistit, secundum Angel. & Iason.

b ¶ *Tutoris*, idest administratoris, cui administratio sit concessa in testamento, alioquin non valet, nam & si ab eo, qui tutelam non gerit, sciens alium gerere emam, dominus non efficiar, vt ff. eod. l. 4. Item nunquid curatoris pupilli sufficit auctoritas ad adeũdam hæreditatem, vel bonorum possessionem delatam pupillo? Respond. non, vt ff. de appellat. l. cum in vna. §. tutor. vsque in fi. legis.

¶ Dic, quòd ratio est, quia tales curatores pupillis dati non possunt auctorari, vbi iuris solennitas requiritur, & sic vbi obligaretur pupillus. l. curatorem. ff. eo.

SYL. c ¶ *Lucrosa sit*, idest appareat lucrosa: ne occasione lucrosæ adeat damnosam, quia adeundo oneratur legatis, & fideicommis. & alijs oneribus, & ita obligatur. sed non potest obligari sine tutoris auctoritate, vt sup. eod. in princ. Sed si obijciatur, Cessante causa &c. hoc rarò accidit, quod hæreditas nõ sit onerosa, sed frequenter contrarium, & ad ea, quæ frequentius accidunt iura adaptantur, vt ff. de leg. & senatusc. l. nam ad ea.

SYL. ¶ Adde, quod alibi glo. in l. si quis mihi bona. §. si seruus. ff. de acqui. hæred. declarat hunc text. & seipsam hic, & in hæreditate lucrosa: secus in opulenta, quæ nulla habet incommoda, quæ licet reputetur sing. tamen communiter reprehenditur per tex. in l. pupillus. ff. de acquir. hæred. Siue enim sit hæreditas opulenta, siue lucrosa, militat illa ratio, quod pupillus non intelligit causam suæ aditionis.

d ¶ *Ne vllum.* est & alia ratio etiam si sit lucrosa, quia litibus & sumptibus vexaretur, vt ff. de min. l. minoribus 25. annis.

* Adde aliam rationem, quia adiens hæreditatem debet scire causam suæ aditionis, l. is potest. ff. de acquir. hæred. quod à pupillo cognosci non potest. l. pupillus. ff. de acquirenda hæredit. Est & alia ratio, quia sine tutore alteri obligari non potest, hæreditatis autem aditio obligat nos creditoribus hæreditarijs. §. hæres. infr. de oblig. quæ ex quasi con. nascun.

¶ Et ex eisdem etiam rationibus, nec in iudicijs ciuilibus, vel criminalibus † potest esse sine tutoris aucto. vt C. si adver. rem. iud. l. cum & minores. C. de aucto. præst. i. clarũ.

† Contra tiũ tenet Ias. q. a pos test torquẽ ri sine tutoris auctorit. quã supplet iudicis psẽtia. vt no. Bal. i §. iñ sacr. in tit. de pace iur. fir.

* * † Nisi in quatuor casibus, vt in possessio. ne momẽtanea, vt C. si per vim, vel alio modo. l. 1. & C. qui leg. perso. l. momentaneæ.

* * Declara, dummodo non sit proximus, infantiæ, vt dicit ibi Castr. col. 2. Item in violato thoro minor sine curatore accusat, vt ff. de adul. l. si maritus. 2. §. lex. sed hoc in adul. Item, si veniam ætatis impetret, vt C. de ijs, qui ve. æta. imp. l. 1. & 2.

* * Adde, quòd hic casus nihil attinet ad pupillos, quia venia ætatis non petitur, nisi per maiorem 20. ann. d. l. 2. item neque attinet ad iudicia. Item interdicto, De libero homine exhibendo, vt ff. de lib. ho. exhi. l. quod & lex. §. sed & si mulier.

* * Melius facit text. in l. acta. §. fin. & l. contra. ff. de re iud.

* ¶ Adde, quòd valet nihilominus sententia lata in iudicio ciuili in fauorem pupilli, licet in eo interuenerit absque auctoritate tutoris. l. non eo minus, & ibi not. Doctores. C. de procur.

e ¶ *Damnum habeant*, quia fortè subest æs alienum latens.

SYL. & l. j. C. q legi. pers. hab.

* ¶ Tutor. ¶ CASVS. Quæsitum est, an auctoritas tutoris quocunque tempore interposita validaret actũ pupilli, & videbatur q. sic, quia idẽ operari solet ratihabitio ex post facto, quod consensus ab initio. l. quo enim, ff rem. ra. hab. Item, quia videmus, quod iussus parentis potest præire aditionem filij. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acq. hæred. ex quibus videbatur sufficere, quod tutor accommodaret cõsensum suum ante, vel post ipsum actum. Tamen cõtrarium deciditur, quod requiritur, quod sit præsens, & in ipso negotio auctoritatem præstet. Ratio est, quia tunc actus fundatur in commixtione

batum

in ipso negotio præsens debet auctor [a] fieri, si hoc pupillo prodesse existimauerit: [b] post tempus [c] verò, vel per epistolam, [d] aut per nuncium interposita auctoritas nihil agit.

harum duarum voluntatum simul, & maximè in voluntate pupilli integrata à consensu & auctoritate tutoris, quod non fieret, quando præcederet, vel sequeretur, quia tunc solum fundaretur in persona pupilli, quæ tamẽ nõ esset integra: vnde cum talis auctoritas exigatur ad habilitãdam personã pupilli per modum cuiusdã solennitatis. l. curatorem. ff. eod. debet formaliter in ipso actu interponi ne à forma recedatur. Non obstat quod dicebatur de ratihabitione, quia verum est, quoties actus posset fundari in persona, quæ illum gessit, quod est hic. d. l. curatorem. Quod verò dicitur de iussu, illud est, quia iussus exigitur ob vinculum patriæ potestatis, cum enim filiusfamil. sit, sua sponte ad actum explicandum accedere non posset, & ideò, vt actum gerere possit, præcedere debet iussus paternus. Nota summarium.

a ¶ *Auctor*. idest probare & laudare quod fit per pupillum, vt ff. eod. l. etiam.

b ¶ *Existimauerit*. non enim compellitur. Primò, quia est iniquum, secundò, quia tenetur pupillo damnum resarcire tutor, vt ff. eo. l. si tutor. Accur.

c ¶ *Post tempus*. scilicet non modicum, aliàs valet auctoritas, vt ff. de acquirenda hæreditate, l. si quis mihi. §. iussum. quæ est contra & est ratio, quia videntur inesse, quæ in continenti fiunt, vt ff. si certum petatur. l. lecta.

SYL. ¶ Et ita communiter tenetur, dummodò vno contextu fiat, vt not. docto. in dicto §. iussum.

* Nam auctoritas debet statim in ipso negotio interponi. idest, vel modicum ante, vel in continenti post, non interueniente medio actu contrario. l. continuus. de verbor. oblig. Aliud autem est in cõsensu, qui potest etiam postea interueniente, vt tradit Bart. in l. obligari. §. tutor. ff. eo.

d ¶ *Per epistolam*. No. cautè, & redde singula singulis. Nam dixerat duo, scilicet, statim, ad quod refertur, Post tempus &c. Item in ipso negotio præsens, ad quòd refertur hoc, Per epistolam, quæ inter absentes mittitur, vt infra de oblig. ex consen. §. fin. Idem & si alio modo inutiliter auctorizetur, vt ff. eo. l. 1. §. fi. & l. seq.

* ¶ Ratio est, quia paria sunt, auctoritatem non interponere, & interponere, sed nulliter, vel illegitimè l. quoties. ff. qui satisd. cog. vbi latè las.

SYL. * ¶ Si inter tutorem, ¶ CASVS. in correctione iuris antiqui non est, vt figuretur nisi literaliter. Olim, cum inter pupillum, tutoremque lis erat futura, cum satis absurdum videretur tutorem illum posse in causa propria auctorari, ob vehemẽtem suspicionem deceptionis pupilli, alius tutor à Prætore cõstituebatur, qui in ea re auctoritatem pupillo præstaret. Sed quia visum est postea legibus aduersari, vt tutorem habenti tutor adiungeretur. l. licet. C. in quib' caus. tut. hab. tuto. da. poss. placuit, vt non amplius tutor, sed curator in eius locum detur, qui eo iudicio peracto curator esse desinit. ] Not. quod potest esse lis inter tutorem, & pupillum. Item quod nemo in causa propria auctoratur. Item, quod habenti tutorem tutor non datur, sed curator. Item, quod curator datus ad certam causam ea finita desinit esse curator.

¶ Tutor non potest auctorare pupillo cum eo litiganti, sed dandus est curator, cuius officium finitur finita lite. Are.1.

¶ Si inter tutorem pupillumque iudicium [e] agendum sit:

e ¶ *Iudicium*, scilicet, rei vendicationis, vel alterius personalis, vel realis actionis præter actionem tutelæ, quæ contra tutorẽ erit danda: quæ durante officio non datur, † vt ff. de tut. & ra. dis. l. nisi finita. §. fi. & l. si cum tutore adhuc, & idem in vtili generali negotiorum gestorum, † quæ datur contra curatorem adultis, vt ff. de administratio. tutor. l. cum curatore. & C. de admi. tuto. & cura. l. 2. & l. rationes.

Iudiciũ verũ inter tutorẽ, & pupillũ possit esse.

† ** idem ait gl. sup. tit. 1. §. fin. *

SYL.

* ¶ Dic, quod. le. secunda. loquitur quando vnus curatorum vellet agere cum alio: nam id prohibetur, l. actus. ff. de administratione tutor. l. autẽ. Cum curatore, loquitur in adulto, qui etiam manente administratione, potest ex quacũque causa cum curatore agere, dicta l. si cum tutore. in fin. præterquam vbi curæ administratæ ratio pateretur, dicta l. rationes. ] Sed certè, nec aliæ videntur interim posse intendi, vt ff. de tut. & rat. distrahen. l. sed non dantur. Sed illud intelligo, vt ipsemet exerceat, non dantur: sed per curatorem sic, vt hic dicitur.

† vtilis nego. ge. datur, vbi qs necessitate, vel necessitatis suspicione gessit. l. 3. §. hac. ff. eo.

SYL. * ¶ Hæc glos. communiter reprobatur per Doct. ibi, vt dixi in Comment. * quia. l. sed non dantur. loquitur in illis actionibus, quæ occasione tutelæ proueniunt, qualis est actio furti, & damni, quas pupillus, nec ipse, nec per alium durante tutela exercere potest, tex. autem noster loquitur in actionibus extra causam tutelæ. ] Item nũquid hæc correcta sunt hodie per Authen. vt ij, qui ob. se perhi ha. res mi. §. 1. coll. vi. cum nullus creditor, vel debitor possit esse tutor, vel curator? Respond. sic, nisi in tutore testamentario, in quo poterit adhuc hodie hic §. loqui,

qui, cum fides talis tutoris ab ipso testatore fi comprobata, vt infra de satisd.tut. vel cur.§.1. & C.de episcopali audien. de creationibus. Vel idem in eo † quod in alijs, vt in prædict. Authen. diximus, sed magis credo cōtrarium, [illegible] dixi in d. Authent. ut ij qui obl. se perhi.hab.res mi, §.1.

† Et ista est cōis opi. si testator [illegible] rit, non si ignorauerit, secundū Ange.

SYL.

quia ipse tutor in rē[a] suam auctor[b] esse non potest, non Prætorius tutor (vt olim[c]) constituitur, sed curator[d] in locum eius datur:[e] quo curatore interueniente iudicium peragitur, & eo[f] peracto curator esse desinit.

¶ Quibus modis tutela finitur.

¶ Tutela finitur pubertate pupilli, quæ in masculo est finita completo 14. anno, in femina 12. Arct.

PVpil-

¶ Adde, quod ista opin. est tenenda, ut dicit hic Christop. cuius opin. mihi placet, & secundū eā alias consului.]

** Adde, quòd hodie quoque mater, & auia, licet sint debitrices, aut creditrices, non prohibentur a tutela, Authent. ad hæc. C.quan.mul.tut.offi. fun. pos. Item not. quòd si durante tutela superueniat ipsum debitum, aut creditum, ueluti si tutor hæres fiat creditoris pupilli, non desinit esse tutor, sed ei adiungitur curator. §.sed & si quis, in d. Authen.ut ij qui obli.& est glo. in ver.creditor.in d.auth.minoris. C.qui da.tu. uel cu.] Item & circa reales actiones hunc. §.hodie facimus loqui, cum in eis non sit obligatio, unde Authen.(alias actio) cessat, ut inf.de act.§.1.

SYL. ¶ Adde, quod hæc gl. communiter reprobatur, quia idem timor est in actione reali, qui est in personali.

a ¶ In rem suam, & pupilli, quę sua dicitur, cum bene administrat, ut ff.de fur. l.interdum.2. §.qui tutelam.

SYL. * ¶ In rem suam dixit, i. ad utilitatē & commodum proprium.l.2. ff.de nego.gest. quæ perquam elegans locutio est.]

b ¶ Auctor esse non potest. Facit ad hoc.ff. de verb. sig.l.quod dicimus. & C. ne quis in sua causa.l.vnica.† & C.de testi.l.omnibus. & ff.eo.l.5.1.respon. Arg. contra C. de fideicom.l fi.ibi, cū ipse sibi iudex & testis &c. Sol. ibi impropriè dicitur iudex testis. Ratio autem textus præsentis est, quia sequeretur, vt in eodē negotio esset quis actor, & reus, quod est incōueniens, vt patet per iura primo inducta.

† Pōt tñ in consequentiā et ad ꝓpriā rē auctorari & sibi soluere ac tradere rē debitam et immobilem sine iudice, vt l.fistulas, ff.de cont. emptio.

c ¶ Vt olim, nam olim in tali casu dabatur tutor prætorius; quod hodie non est, vt hic dicitur.

* ¶ Prætorius appellabatur, quia à Prætore dabatur, vt scribit hic loco Theophilus.]

d ¶ Sed curator. C. de in lit.dan.tu.l.1.

* ¶ Declara hoc procedere, nisi adsint alij tutores, quia tunc altero tutore auctore agi potest.l.si plures.ff.de testa.tut.

e ¶ Datur etiam inuito, vt ff. de tut.l.3.§. idem Cassius.

f ¶ Et eo, scilicet iudicio.



SYL. Cōtinuatio.

¶ Quia dictum est, qualiter, & a quibus tutores dentur, & de eorum auctoritate, restat uidere qualiter hæc potestas soluatur, ut fecit, sup. quibus mod.ius pa.po.sol.& sic secundum Aretin. dictum erit de principio, progressu, & fine tutelarum.]

Tutela multis modis finitur.

Notandū est, quod modi, q. tutelam finiri faciunt, sunt octo, & ad istos oēs alij modi possunt reduci. Et sunt hi. Suspicio, quando tutor remouetur tanquam suspectus. Crimen, quando propter crimen deportatur, vel in seruitutem redigitur. Mors naturalis pupilli, vel tutoris. Conditio adimpleta. Status, id est capitis diminutio. vbi status mutatur, vt quando capitur ab hostibus, vel arrogatur. Aetas scilicet pubertas. Tempus adueniens scilicet, si ad certum tempus datus sit tutor, & sit finitum tempus. Causa, quando propter aliquam causam tutor excusatur. Vnde ver.

Versus.

Suspicio, crimen, mors, conditio, status, ætas, Tempus, causa, solent tutelæ ponere metas.

Diuisio.

PVpilli. ¶ Totus iste titulus diuiditur in septem partes. Nā primo ponitur, qualiter pubertate tutela finitur, & quæ sit pubertas, Secundo qualiter arrogatione, vel deportatione, vel seruitute pupilli, vel temporis finitione. Tertio, qualiter morte pupilli, vel tutoris. Quarto, capitis diminutione tutoris. Quinto, etiam minima capitis diminutione pupilli. Sexto, propter aduentum temporis, vel conditionis. Septimo, propter remotionem factam de tutore. Secunda ibi, Item finitur. Tertia ibi, Simili modo. Quarta ibi, Sed & capitis. Quinta ibi, Sed pupilli. Sexta ibi, Præterea. Septima ibi, Desinunt.

Item prima subdiuiditur in tres. Nā primo ponit, qualiter tutela finiatur pubertate. Secundo, qualiter pubertas accipiatur de iure antiquo. Tertio qualiter de iure nouo. Secunda ibi, Pubertatem. Tertia ibi, Nostra autem.

SYL. ¶ Pupilli. CASVS non figuratur in l.corrigente, & rationem suæ correctionis assignante, & ponente regulam, cuius ratio est, quia, cum tutela introducta fuerit ad tuendū eū, qui per ætatē se tueri nequit, sequitur vt finiatur adueniente ea ætate, quæ iudiciū animi videtur afferre. l. adigere. §.quāuis. ff.de iur.patron. Ab ea autem ætate crediderunt veteres iudicium incipere, in quia

videbāt naturam virilitatis signa in corpore prę se ferre, tali cum ipso corpore animū etiā pubescere, & (vt ita dicam) maturescere.] No. tutelam finiri pubertate. Item quod olim pubertas iudicabat ex aspectu, & habitudine corporis in masculis. Item, quòd pubertatem in masculis hodie dispositum est esse in 14. anno, in femina in 12. Item, quòd cum Imperator præsumat, & super præsumpto disponat, quòd ista est præsūptio iuris, & de iure quo ad tutelas, & testamenta & similia: secus quo ad matrimonia. Item requiri maiorem castitatem in feminis, quā in masculis. Itē, q̄ hodie pubertas non debet probari per aspectum. Item ibi, bene possitā not. q̄d quando recitatur aliqua opinio, vt confirmetur, debet approbari, & laudari.

late Felin. in cap. pastoralis. §. quia vero. de offic. deleg. in fi. in gl. in ver. tenetur. vbi ponit regulam cum octo limitationibus, ea vero, quæ quidā in additionibus hic posuerunt, non pertinēt ad cognitionem iuuenū, quia resolutio totius materię ponitur vbi sup.]

li [a] pupillæque, cum puberes esse cœperint. a tutela liberantur.

¶ Pubertatem autem veteres quidem non solum ex annis, sed etiam ex habitu [b] corporis, in masculis æstimari volebant. Nostra autem maiestas, dignum esse castitate nostrorum temporum existimans, bene putauit, quod in feminis † etiam antiquis impudicum esse visum est, id est, inspectionem habitudinis corporis, hoc [c] etiam in masculos extendere. Et ideo nostra sancta constitutione [d] promulgata, pubertatem in masculis post 14. annū completum illico initium accipere disposuimus: antiquitatis normam in feminis bene positam, suo ordine relinquentes, vt post duodecim annos completos viripotentes esse credantur. [e]

† aliàs nō est etiam.

¶ Arrogatione, deportatione, seruitute, vel aduentu conditionis, sub qua data erat, tutela finitur. h. d. ex l. si arrogati. ff. de tute.

¶ Item finitur tutela, si arrogati sint adhuc [f] impuberes, vel † deportati. Item si in seruitutē pupillus redigatur, [g]

c ¶ Hoc etiā. scilicet, quod sit iudicādum per aspectum impudicum.

d ¶ Constitutione, vt Cod. quando tut. vel curat. esse desi. l. finali.

e ¶ Credātur. Facit ad hoc supra de nup. 1. respon.

¶ Itē finitur. CASVS nō figuratur i positione regulæ, & illius declaratione.

SYL.

* Primi casus ratio est, quia cum transeat in potestatem patris arrogātis, non potest esse in tutela, quę in ijs personis solū habet locum, quæ in potestate non sunt. sup. de tut. in princip. item quia minimam patitur capitis diminutionem. §. minima. supra de cap. dimi. quæ & ipsa tollit tutelam. §. sed & capitis. infra eodem. Ratio secundi & tertij casus est, quia deportatione amittitur ciuitas. §. minor. sup. de ca. di. seruitute vero etiam libertas: quo fit vt merito pereat tutela, quæ iuris ciuilis est, & in personis liberis solum cadit. sup. de tut. in princip. Vltimi casus ratio pendet à verisimili mente testatoris, qui cum dederit tutorem vsque ad certam conditionem, puta donec venerit nauis ex Asia, videtur voluisse, vt existēte illa conditione tutela finiatur. ** sicuti idem videmus in dato ad certum tempus in testamento. §. præterea inf. eo.] Nota summa.

Pupilli.

a ¶ Pupilli. No. quod pupilli sunt, qui de potestate patris impuberes exierūt, vel morte vel emancipatione, vt ff. de verb. sign. l. pupillus. 1. respon. licet improprie dicatur aliquando pupillus, qui est in potestate, vt ff. de ver. oblig. l. fi. §. si pupillus. Accur.

** Adde, q̄ tutor, cui⁹ tutela finitur pubertate pupilli, tenetur petere ei curatorem, aliter tenetur iudicio tutelæ. l. ita autem. §. pen. ff. de administ. tut. quod nota.].

b ¶ Ex habitu. i. inspectione, vtrum haberet barbam vnam, vel alteram, vt infra innuit, & facit. ff. de mino. l. minor 25. annis, ibi, adito præside ex aspectu &c. Et not. pro opi. Marti. qui secundum conscientiam dicebat iudicem debere iudicare, & facit ff. de fer. l. 2. in fi. & ff. fin. reg. l. si irruptione. §. fi.

Iudicare an iudex debeat secundū cōscientiam. SYL.

¶ Adde hoc esse verum regulariter, quod tenetur iudicare secūdum acta, & probata * l. illicitas, §. veritas. vbi Barto. ff. de offic. præs. non secundum suam opinio. sed si haberet aliquod notum nō per opinionem, sed certitudinarie, tunc debet iudicare secundum conscientiam, & hæc est veritas, de qua vi.

† pro intelligētia. vide §. maxima, cum glo. in ver. libertis. sup. de c. dimi. vnde simul pōt exēplum huius lo.

f ¶ Adhuc impuberes, id est I pupillari ętate adhuc existentes, vt hic, & ff. de adop. nec ei. §. eorum, & hoc cum consensu omnium tutorum, vt C. de auctor. præstan. l. fi.

g ¶ Redigatur. Ex ingratitudine. † si sit doli capax: non autem ex vēditione, quia non nisi sit maior 20. annis, potest per venditionē fieri seruus, vt supra de iure perso. §. pe.

Con-

Contra est C. de inoffic. testamen. l. si quis. §. finali. Sed ibi de eo dicit, qui doli capax non est.

SYL. ¶ Adde, quod hæc glo. communiter approbatur per docto. post Bart. in l. 2. in princip. 4. colum. ff. de vulg. & pupil.]

†Hoc [illegible] tingere pt cum proximi sunt pubertati quia tunc sunt doli capaces, & obligatur ex delicto l. pupillũ. ff. de regu. iu. vbi De ci. l. excipiuntur. ff de sen. cõs. Sylla.

†Quid dicendũ, tutore capto, vide sup. de atti. tu. §. ab hostibus.

* ¶ Adde, quod licet finiatur tutela captiuitate pupilli, eius tamen bonis curator plerumque cõstituitur, ne medio tempore pereant. l. ab hostibus. §. primo, ff. ex quibus caus. maio. & l. muto. §. vltimo de tute.

a ¶ Certam. i. specificatam, vt quando Titius erit Consul.

b ¶ Testamento. Not. quod dixit testamento: nam à lege, vel iudice non sic, vt ff. de regul. iuris, l. actus.

vel si ab hostibus † captus fuerit.

¶ Sed & si vsque ad certam [a] conditionem datus sit tutor testamento, [b] quæ euenit, vt desinat esse tutor existente conditione.

¶ Morte naturali pupilli, vel tutoris, tutela finitur. hoc dicit ex l. nisi. in princ. ff. de tut. & ra. distr.

¶ Simili modo finitur tutela morte [c] vel pupillorum, vel tutorum.

¶ Capitis diminutione tutoris maxima, vel media, vel etiam minima pupilli, omnis tutela finitur: minima autem tutoris, solũ legitima finitur. Arctum.

¶ Sed & capitis diminutione tutoris, per quam libertas, [d] vel ciuitas [e] eius amittitur, omnis [f] tutela perit. Minima autem capitis diminutione tutoris, veluti si [g] se in adoptionem dederit,

ficiente fundamento legitimæ tutelæ: ceteræ autem non pereunt, quia tam filiusfamil. quam paterfam. tutores dari possunt. supra qui testam. tut. da. pos. in princ. cum in publicis muneribus patriæ potestatis ratio non habeatur. l. filiusfam. ff. de ijs, qui sunt sui, vel alien. iu. Cur autem quauis capitis diminutione pupilli tutela extinguatur, assignaui rationes sup. in §. 1. No. summarium.]

d ¶ Libertas. & tunc maxima, vt supr. de capi. d. §. maxima.

e ¶ Ciuitas. Et tunc media, vt sup. de capi. diminutio. §. minor.

f ¶ Omnis tutela. Etiam testamentaria, vel datiua, cũ ea, quæ sunt iuris naturalis tollantur, vt sup. de cap. dimin. §. quod autem.

¶ Simili modo. CASVS non figuratur.
* Ratio decidendi est, quia cum mors omnia soluat. §. deinceps. in Authent. de nup. soluit etiam tutelam, quæ ad alium hæreditario iure trãsire non potest. l. Tutela. ff de tute. Adde, quòd tutela est ius quoddam relatione tutoris & pupilli cõstans, & ideo sublato vno correlatiuorum, alterum quoque cessare necesse est. Notabilia patent.

c ¶ Morte. naturali, nam de ciuili iam dixit supra proxime, scilicet vbi dixit, de deportato, & seruo facta per ingratitudinem, quia mors omnia soluit, nedum tutelam, vt in Authen. de nup. §. deinceps. coll. 4.

Mors oĩa soluit.

** Ex hoc loco colligitur, quod appellatione mortis in dubio intelligitur de naturali.

SYL. * ¶ Sed &. CASVS non est figurandus, sed potius exquirenda ratio regularum, quę hoc tex. traduntur. Finitur itaque tutela per seruitutem tutoris, quia tutela munus est publicũ, seruus vero muneribus publicis fungi non potest, l. cum prętor. ff. de iudi. Item per amissionem ciuitatis, quia cũ tutela iure ciuili fuerit introducta, nõ potest geri ab eo, qui iura ciuilia perdiderit. Ratio autẽ, quare minima capitis diminutione tutoris tollatur tutela legitima est, quia cum is, qui vt agnatus tutelam sumpserat, desinat esse agnatus per assumptionẽ alterius familiæ, non potest amplius esse tutor, tanquam de-

¶ Adde, quod hanc gl. reprehendit hic Angel. Sed tu dic, quod intellexit de effectu iuris naturalis, non de existentia, vt declaratũ est in §. quod autem supra de capi. dimi.] SYL.

* Vetas autẽ rationes decisionis tex. nostri videas sup. in formatione casus.

g ¶ Si se in adoptionem. Sed emancipatione filij legitima tutela non finitur, quia filiusfamilias legitimus tutor esse non potest: cum scilicet pater eum præcedat, vt sup. de capitis diminutio. §. si.

¶ Adde, quod hæc glo. reprobatur, quia existente impedimento perpetuo in patre, tunc succedit in iure tutelę, l. 3. §. pen. ff. de leg. tut. l. non solum. §. si quis. ff. de excu. tuto. eam tamen defendo in Commen.] Nisi in casu, vt cum manumittit seruum maternum delatum sibi, vt supra de leg. pat. tu. §. 1. † & tunc defertur, cum iuris erit, vt. ff. fami. erci. si maritus. SYL.

† aliàs sed forte & tunc.

¶ Hanc glo. reprobat hic Ioan. Fab. sed eam defendit Christoph. SYL.

** Et ego in Comment. siquidem exceptio glo. intelligitur, cum filiusfamil. manumittitur consensu patris, quod quidẽ fieri potest, nec obstat tex. in §. filijs autem, l. vlt. C. de bon. quæ lib. qui in contrarium allegantur, quia loquitur, cum citra voluntatem patris alienat.]

a ¶ Sed legitima. Sed quare hæc legitima tantum perit? Respon. quia agnatio perit mi nima capitis diminutione, vt supra de legi tima.agn.tut.§.fina. & legitima inter agnatos tantum consistit, vt sup. de leg.agn.tut. 1.respon.

SYL. a Dic secundum Ang. hoc nō esse verum hodie, quo tempore tutela defertur ita cognatis, sicut agnatis: remanet enim cognatus.

b Ceteræ. scilicet testamentaria & datiua: secundum Mar. Vel Azo.

c Licet minima sit. Vt quia detur in arrogationem vt supra eodē, §.1.

SYL. * Præterea. CASVS clarus est. Ratio dubitandi poterat esse, quia cum tēpus nō sit modus inducendæ, aut tollendæ obligationis. l.obligationum fere.§.placet. ff.de ac.& obli.non videbatur, quod obligatio, quæ inter tutorem, & pupillum nascitur, §.tutores. infra de obli.quæ ex qua. con. nat. ad tempus cōstitui posset, aut tempore dissolui, cuius contrarium deciditur duplici ratione, prima, quia limitata causa limitatum debet parere effectum, ideoque cum tutela restringitur ad certum tempus, non debet vltertius progredi. l.in agris. ff.de acquir.rer.domin. Altera ratio est, quia ad tempus permissa, ab eo tempore censentur prohibita. l.si ita.ff.de vulgar. & pupil. Nec obstat ratio dubitandi, quia illud est, quod ad tempus constituatur obligatio, aliud qd ad tempus constituatur causa, ex qua oritur obligatio, vt puta tutela ad tempus, quæ licet finiatur tempore manet tamē obligatio inde contracta. ]

d Ad certum. Idem si ad incertum tempus, scilicet ad conditionem, vt sup. eo. §. sed & si. quæ conditio ad esse, & ad non esse se habere potest, vt infra de verbor.oblig.§. conditiones.

** Adde idem esse, si datus esset ad incertū tempus, posito etiam quod esset certum, vtputa vsque quo Titius moriatur, nam eo moriente finiretur tutela. ]

Desinunt. ¶ CASVS si gurabitur suis locis in titulis sequent. * Qui enim remotus iam est ob suspicionem, consequens est, vt deponat tutelam, quia ad hoc remouetur, & qui se excusat, cum se excuset, vt non sit tutor, ideo liberatur ab onere tutelæ. ] Not. duos alios modos finiēdi tutelam. Item quod tutela est onus.

legitima a tantum tutela perit: cetera b non pereunt. Sed pupilli & pupillæ capitis diminutio, licet c minima sit, omnes tutelas tollit.

¶ Temporalis tutela tempore deficiente finitur.

¶ Præterea qui ad certum d tempus testamento dantur tutores, finito eo deponunt tutelam.

¶ Qui remouentur a tutela propter suspicionem, vel qui se excusant, tutores esse desinunt. Aretin.

¶ Desinunt † etiam tutores esse, qui vel remouentur a tutela ob id, quod suspecti visi sunt: vel qui ex iusta causa sese excusant, e & onus administrandæ tutelæ deponunt, secundum ea, quæ inferius f proponemus.

¶ De Curatoribus.

¶ Curatores dantur adultis vsque ad vigesimum quintum annum completum, & ab

e Excusant, scilicet in perpetuum, vt quamuis, quod dic vt ff. de mi no.l. verum.§. ex facto. nam si ad tempus, non desinunt esse tutores, † vt inf. de excu. tut. & cu. §. itē qui reipublicæ.

f Inferius. vt inf. de susp. tut per totum, & inf. de excusa. tuto. & cur. per totum. Et nota, quod eisdem modis finitur cura, si quos habeant pupilli † curatores, & eodem tempore, vt C. quando tuto. vel cur. esse de.l.j. Adultorum vero curatores tunc finiuntur, cum virilem vigorem compleuerit minor, scilicet 25. annos, † vt ff. de min.l.1.in fin. & infra tit.1. primo respon. nisi ad certam causam, vel speciem fuerint dati, nam tunc finito negotio finitur officium vt supra tit.1.§.finali. Item curatores aliorum, vt infra tit.1.§.furiosi, & §. sed & mente captis. tunc definunt, quādo sanam mentem prædictæ personæ receperunt, vt ff. de cur.furiosi.l.1.§.1. & §.fin.

ADDITIO. Nota, quod eisdem modis quibus finitur tutela, finitur etiam auctoritas officij adiuncti tutori, quod est in multis casibus, vt infra tit.1.§.interdum, in verbo idoneus, & in l. potuit, & in l.propter.C.in quibus cau. tuto. hab. Nam finito officio principalis, etiam finitur illud coadiutoris adiuncti.l.1.C. quando tut. vel cur. esse desi. & ideo coadiutor datus debili, vel suspecto episcopo, de quo in cap. venerabili extra de offic. delega. definet morte prælati esse, per dicta l.1. Ioan.Fab.

De curatoribus.

Finita tutela pupilli indigent curatoribus, ideo de ipsis subdit. Io.Fab.

† aliâs ât.

† sed interim datur curator.

Cura qñ finitur.

† qđ multis casibus accidit, vt inf.tit.1.§. interdū.

† nisi maiores 20. an. veniā ætatis a Principe impetrassent.l.2.C. de iis qui ven. æta. Ipe. & glo. 1. inf.tit. sequen.

Cōtinuatio.

Ma-

Diuiſio.

MAſculi. ¶ Totus iſte titulus diuiditur in tres partes principales, Primo ponit de curatoribus datis puberibus. Secūdo, de datis illis, qui laborāt aliquo morbo, vel vitio. Tertio de curatoribus datis pupillis, Secunda ibi, Furioſi. Tertia ibi interdum, Itē prima pars diuiditur in tres partes. Primo, qualiter puberibus dātur curatores. Secundo, a quibus dantur. Tertio, an inuitus quis cogatur curatorem accipere. Secunda ibi, Dantur. Tertia ibi, Item inuiti Are.

iſ iſ magiſtratibus, a quibus tutores: non autem teſtamento dantur, ſed dati confirmantur: inuiti autem non dantur, niſi ad litem.

MAſculi quidem puberes, & feminę viripotentes, vſque ad viceſimū quintum annum [a] completum curatores accipiunt: quia, licet puberes ſint, adhuc tamen eius ætatis ſint, vt ſua negotia tueri non poſſint.

¶ Dantur autem curatores ſub eiſdem magiſtratibus, [b] à quibus & tutores.

¶ Maſculi quidem. ¶ CASVS Quæſitum fuit, dato curatore, quando cura finiretur in maſculo & femina & videbatur adhibēdam diſtinctionē, ſicut in tutela, vt citius femina maior efficeretur, ſicut videmus in impetratione veniæ ætatis. l. 2. C. de ijs, qui æta. ve. imp. Tamen contrarium reſpondetur, quod imò pariter ī vtroque finitur cura 25. ann. * Ratio differentiæ eſt, quia cum tutela detur, principaliter perſonę, in femina vero citius pubertatis ſigna natura oſtendat, quam in mare, lex quoque, vt naturæ æmula, feminā prius fieri aptam ad ſe tuendam credidit, q̄ marem, ideoque non eodē tempore in mare finitur tutela quo in femina, ſed tunc cū natura oſtendit cōceptum eſſe robur virile, at in cura aliud viſū eſt, quia datur rebus, & femina eſt imbecilliori ingenio in illis adminiſtrandis, tum ob naturæ, vim, quæ fortior eſt in viro, tum ratione experientiæ quæ in femina non inuenitur niſi perraro. Nec obſtat quod dr̄ de venia ætatis, quia nō aliter conceditur feminis, niſi prius commendatæ fuerint & morū honeſtate, & mētis ſolertia, quo caſu cū prçuenerint generalem ſexus infirmitatem, nō mirum ſi parui refert quo tempore concedatur. Deinde quçſitum eſt, à quibus magiſtratibus dētur curatores, & reſpondetur, ꝙ ab eiſdem, à quibus & tutores, in cauſa autem eſt ſimilitudo muneris tutelæ, & curæ. Sed tunc dubitabatur, an teſtamento daretur curator, & videbatur dicendum, ꝙ ſic, eadem ratione, quia cum parificetur tutelę cura in multis, in hoc etiam videbatur parificāda ſup. qui. teſt. tu. da. poſ. in princ. cuius contrarium deciditur quia curator datur principaliter rebus. l. In copulandis C. de nup. de quibus non poteſt pater directe diſponere poteſt pubertatē filij. l. 2. ff. de vulg. & pup. ideoque non poteſt etiam teſtamento cauere, per quem velit. d. bona adminiſtrari. Subditur tamen, quòd ſi fuerit datus, confirmandus eſt a iudice, ratio eſt, quia lex de patris electione plurimū confidit. l. de creationibus. C. de epiſc. aud. ob quam æquiparationem tutelæ & curæ, cum quæreretur, an inuito curator daretur, videbatur dicendū ꝙ ſic, quia & pupilli tutorem. inuiti accipiunt. l. nec nō. ff. de tut. & cura. da. ab ijs. Sed contrariū reſpōdetur, qa cum aliquem habere intellectum adoleſcētes iura prçſupponāt, quibus omniū bonorū diſpōnem conceſſerunt, merito noluerunt illis niſi petentibus curatores dari. Exiſtimarunt. n. leges eo ingenio pollere id çtatis iuuenes, vt ſi rebus ſuis ſe minime ſupereſſe poſſe cognoſcant, curatorem petant. Excipitur tamen caſus litis, quod eo inductum eſt, ne iudicium eludatur. l. acta. ff. de re iud. Quare autē detur curator ad certū cauſam, tutor vero non aſſignatur ratio in d. §. ad certum. ſupr. qui. teſt. tu. da poſ.] No. ꝙ viripotens, & pubes, pro eodem ſupponūt. Item ꝙ eodem tempore finitur cura maſculorū, & feminarū. Item no. rationem introducendæ curę. Item ꝙ curator non datur teſtamento, ſed datus confirmatur. Item ꝙ adultus cogitur accipere curatorem ad litem, quia non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio. Item quod quamuis tutor non detur ad certam cauſam, datur tamen curator.

a ¶ Viceſimum quintum annum, niſi impetrent à principe veniam çtatis: maſculi in 20. annis, feminæ in 18. vt C. de ijs qui ve. æta. impe. l. 1. & 2.

* ¶ Adde, quod M. Antonin⁹ philoſophus, primus ſtatuit, vt omnib⁹ adultis curatores darentur, cum ante non niſi ex L. Lectoria vel propter laſciuiam, vel propter dementiā darētur, quod Iulius Capitolinus memoriæ prodidit. Item quod dicitur de venia ætatis impetrata vt tunc repræſententur maiores, declara non procedere in alienatione, & hypotheca rerum immobilium, quas facere non poſſunt, ſine decreto. d. l. 2. in fine, & l. 3. eodem tit.

b ¶ Magiſtratibus. id eſt à Prætore, Præſide, Procōſule, Præfecto Aegypti, vt ff. de tu. & curato. da. ab ijs. l. 1. Item à Præfecto vrbis, & à Defenſore ciuitatis, vel iudice Alexandrię, vt ſup. de atil. tu. §. pen. alias fi. & in Authen. de defen. ciui. §. nulla col. 3. & ff. de of. præ. vr. l. 1. §. item ſolent. — Tutores a quibus iudicibus dantur.

cui,ff.de verb.oblig. communis opin. est,quod interdicta prius administratione detur illi curator,non vt prodigo, sed vt minori, & ita obseruatur in practica.

SYL. a ¶ Dandi.s.ab ijs. quos modo in superiori §.diximus.

Adde,quod per perpetuũ mor bũ quiuis mor bus intelligitur, cuius nulla sub est spes sanitatis,l.si cũ dotem.§.si maritus.ff.sol.matri. & l.pen. de vaca.mu.

esse non possunt, curatores dandi [a] sunt.

¶ Tutore idoneo non existente, vel ad tempus excusato datur pupillo curator. hoc dicit.

¶ Interdum autem & pupilli curatores accipiunt ; vt puta, si legitimus tutor non sit idoneus: [b] quoniam habenti tutorem tutor dari [c] non potest.

* ¶ Interdum. CASVS. Cum supr. visum sit tutores dari pupillis vsque ad puber tatem puberibus vero curatorem vsque ad 25.ann.non videbatur dari posse pupillo curatorem,cuius contrarium deciditur in casibus hic expressis ob rationem in text allegatam.Sciendum tamen,hunc magis administratorem rerum,quam curatorem esse.l.solet.ff.de tute. Not. quod tutore idoneo non existente datur curator pupillo . Item,quod habenti tutorem tutor nõ datur. Item quod tutori testamentario minus sufficienti adiũgitur curator. Item,quod vacante tutela per excusationem ad tempus similiter datur curator pupillo.

b ¶ Nõ fit idoneus. vel ratione paupertatis vel quia non est industriosus, vt decet, fidelis tamen est & diligens: aliàs repelleretur prorsus,vt inf.de susp.tut.§.pe.& ff. & C. de suspe.tut.l.pietatis. Et bene dico curatores, & non tutores,quoniam &c

c ¶ Dari non potest. Fallit hæc regula in casibus sex,vt si detur tutor loco tutoris furi di,vel muti,vel furiosi,vt ff.de tut.l.pe.†

* ¶ Adde, hoc intelligendum esse, quando furditas mutitas,furor, superuenerunt post susceptam tutelam , alioqui non ualeret datio eiusmodi tutorum.l.1.§.vlt. ff.de tute.& §.furiosus sup.qui test tu.da.pos. Item & si habet tutorem ratione rerum vnius prouinciæ , poterit habere aliũ ratione rerũ , quas habet in alia prouincia,vt ff. de excus.tuto. l.propter litem. (alias l.licet.) §. fin. & C. in quibus cau.tuto.ha.da.tut. non pos. l.finali. Item & mater , antequam nubat,tutrix existens alium petit tutorem dari. vt in Auth. de nupt.§.si autem tutelam .: Sed ratio est, quia abire nunc speratur , vt C.communia, de leg.l fi.§.2.

† Qd ẽ uerũ in ppetuo furioso, secus i hñte dilucida interualla, ut l. nõ solũ.§. si et l.post ff.de excu. tu. secũdũ Ang.hic.

* ¶ Adde , quod hæc non est exceptio , nec in aliquo vitiat regulam. de qua in textu nostro nam mater tutrix simul atque adhuc dicit mentem suam ei aperuit de contrahendis secũdis nuptiis, ideoque prouidendũ pupillo de alio tutore,illico definit esse tutrix, secundũ receptiorẽ opi.quam firmat Bar.in l.si quis sua conditione.col.pen.ff de test.tu. quo fit , vt cum iudex dat postea tutorem,

illum non det habenti , quia iam finita erat tutela matris : & sic non datur , quia mater abire speretur , sed quia iam abijt, & quidẽ vt suspecta,vt declarat Barto.in d.l.fiquis. ] Item,& quando ad tempus est relegatus, vel excusatus, vel remotus: nam interim tutor datur, vt C. in quib. cau.tuto. ha.l.pen.

* ¶ Imo.d.l.penul. vt rectius sensit ibi gl. lo quitur in relegatis,excusatis, & remotis in perpetuum:nam aliàs daretur curator.l.Tutor petitus §.si.cum l.seq. ff.de exc.tu. quod latius comprobaui in Commen. ] Item si quis tutor sit apud hostes,non vt seruus,sed vt legatus,vel transfuga,alius datur,vt ff de tut.l.si quis tutor. SYL.

* ¶ De intellectu huius. l. vide nostros Cõmen.] Item si reipublicæ causa absit, potest alius dari,vt ff.de tute. l.quæsitum. & ff. de suspe.tu.l.3.§ si quis abfuturus. SYL.

* ¶ Sed verius esse putarim hoc casu dandũ curatorem.§. Item qui reipub. infra de excu.tu.non obstantibus ll.in contrarium adductis,vt clarius demõstraui in Commen. cum sæpe tutor pro curatore accipiatur , & econtrario,a propria enim verborum vi recedere est necesse, cum ex alijs ll.constat aliam interpretationem fieri oportere. ] Sed secundum Pla.in his omnibus casibus tutor pro curatore accipitur,& hæc regula nõ fallit. Sed cum litera in omnibus supradictis legibus de tutore faciat mentionem, ab ea non discedamus,vt ff.de leg.3.non aliter. & ff.de exerci.l.1. §.si is,ibi,in re igitur. Sed quæ est ratio, cum vbique dari possit curator habenti curatorem vel tutorem , sed tutor non potest dari habenti tutorem ? Respondeo,quòd tutor,qui prius dabatur , habebat plenam potestatem.infra ti.2. §.datus. & supra detur.§.1.ita quod alium secum in eadem plenitudine admittere nõ potest : sed non sic in curatore,qui rebus datur, vt C. de nup.l.in copulandis. Vnde tutor auctorizatur hæreditati adeundæ : quod in curatore pupilli non est,vt ff.de appel.l.cum in vna. §.tutor.

Tutor quare dari nequit hñti tutorem.

¶ Hanc eandem rationem approbat glo.in l.non omnium. ff. de legi. Sed nonne tota die inuenimus vnum pupillum plures habere tutores, vt C.de diui.tut.l.2. Respon. illud est,quando simul dantur,nam quędam fiunt simul bene,quæ non valent si fiunt separatim.vt duorum reorum obligatio , ut infra de duo.reis stipul.§.1.

SYL. Tutores poterit plures pupill' habere.

ADDITIO. Contra finem huius glo. facit l.2.C de test.tut.ubi simul non dantur,& tamẽ uterque administrat: sed dic,quod ibi simul dicuntur dari habito respectu ad tempus

pus mortis, quo vterque tutor confirmatur. Sed de hac materia plenius videas hic per Angel.

a ¶ Item si testamento. Posuit exemplum de legitimo, nunc de datiuo & testamentario minus idoneo.

¶ Item [a] si testamento datus tutor, vel a Prætore, aut Præside, idoneus [b] non sit ad administrationem, nec tamen fraudulenter negotia administret, solet ei curator adiungi.

¶ Item loco tutorum, qui non in perpetuum, sed ad [c] tempus a tutela excusantur, solent curatores [d] dari.

¶ Se[illegible] pu[illegible] sit in-[illegible] & tutor [illegible] vel

b ¶ Idoneus. .i. sufficiens.

c ¶ Ad tempus. Excusatur enim aliquis quandoque in perpetuum, quandoque ad tempus, vt patet per multa exẽpla. infra de excu. tuto. §.1. & quasi per totum tit.

d ¶ Curatores vel etiam tutores, vt sup. proximo. §. dixi scilicet prout iudici videbitur, vt C. i qui bus cau. tu. ha. l.1. & 2. Sed qd si tutor pupillo non sit, an dari possit curator? Respon. sic, vt in argumento a contrario sensu sumitur. ff. de tut. & cur. da. ab ijs. l. curator. quod est validũ, ff. de offi. eius cui mand est iurisd. l.1. §. huius rei. Accur. nisi sit contrarium legi. l. nemo. C. de iurisd. omn. iudic. vel rationi naturali, vt Cod. de episc. & cleric. l. conuenticula.

Arg. a contrario sensu est validũ, nisi in duobus casibus. Additio. SYL.

* ¶ Adde, quod illa lex non probat a cõtrario sensu, quia sensus contrarius illius. l. est, quod si absit tutor, dari possit curator, non autem, (vt glo. ait) si nullus datus sit tutor, cum argumentum a contrario sensu sumatur iuxta limites verborum directorum, secundum Dec. in d. l.1. colum. 20. est tamen de hoc casus secundum Di. in l. curatorem. ff. de aut. tut. quid autem possit hic curator, declarat Bar. in d. l. curator.

SYL. ¶ Dic tria consideranda, primo vsus, & hic est de iure naturali primæuo cõmunis omnibus animantibus, secundo potestas acquirendi dominium per occupationem, & hęc est de iure gent. & solis hominibus conuenit, tertio iurisdictio & protectio, & hæc est populi Romani. solutio tamen gl. hic communiter tenetur.]

c ¶ Villis ab alio positis, & habet duas significationes dicitur enim casa, vel insula quædam, in qua non habitatur, sed vel retia ponuntur, vel propter aquam illuc confugitur, vel fructus reponuntur, vt hic, & ff. de vsuf. arboribus, in princ. Si vero habitaretur, esset prædium vrbanum, vt inf. de serui. præ. §. prædiorum. Item dicitur villa congregatio hominum.

SYL. * ¶ Villas accipe hic & in d. l. arboribus quæcũque ędificia in littore facta vel ad habitandum, vel ad pisces, aut fructus reponẽdos, vel alia quauis causa, in §. vero, Prędiorum villa accipitur pro rure.

d ¶ Monumentis. Quid sit monumentum, habetur. ff. de relig. l. 2. §. monumentum.

* ¶ Latius hoc declaratur in l. monumentum. eo. tit. dicitur que à mouendo, sed munimentum à muniendo, nam munimentum est quod alicuius loci muniendi causa factum est. l. funeris. eo. tit.]

e ¶ Aedificijs, scilicet alijs.

** Hinc igitur not. q; licet ædificare in mari, & littore, & ædificium fieri ædificantis, quod intellige, nisi vsus publicus impediretur. l. in littore. ff. ne quid in loc. publ. aut ædificãdo aliquis damnum sentiret. l. 2. §. aduersus. eo. tit.

f ¶ Non sunt iuris gentium, id est communia de iure gentium, sicut est mare, immo eorũ, qui ibi ædificauerunt, † vt ff. eod. l. in tantum.

† Dũmõ iuste ædificauerit, s. cum decreto prætoris alias per quemlibet iure publico p̃hiberi p̃t. secundũ Ang. hic. SYL.

g ¶ Sicut est mare. hic continua quod est infr. statim. §. est autem &c. ¶ Flumina.

CASVS non figuratur, quia ponitur mera declaratio terminorũ quę scilicet publica sint. Ideo autem voluntll. hæc remanere publica, quia nullum controuertendi locum habere videbatur illorũ communis vsus.] No. flumina & portus esse publica. Item, q; piscãdi ius in eis omnibus commune est. Item, quid sit littus.]

h ¶ Flumina autem omnia. Scilicet perpetua, vt Padus, & Rhenus: quædam enim sunt priuata, vt fossata in agris posita, quæ crescunt, & decrescunt, quæ quandoque currunt, quandoque non, vt ff. de flumi. & ne quid in flumi. l. 1. §. 2. & ff. eo. nemo. in fin. Idem iuris est in fossatis existentibus inter fundum & viam, nam & ea sunt illorum quorum est fundus, cui sunt contigua. Bart. in tractat. Tiber. ver. agro. nu. 6.

i ¶ Omnibus. Nec qui fuit primo longo tẽpore piscatus, alium superuenientẽ repellere potest, vt ff. de vsucap. l. fi. nisi forte spacio triginta annorum, vt ff. de diuer. & temp. præscrip. l. si quisquam. Vel secũdum Ioã. intellige hanc. l. si quisquam. quando erat in possessione piscandi.

¶ Adde, quod si volumus acquiri ius ex pręscriptione, & non acquiritur: aut consuetudine, & acquiritur: ita communiter resoluunt docto. de quo latissime vide Ioa. Fră. Balbũ in tract. præscripi. in 6. quæst. 4 par. 5. par. princip. col. 215. nisi sit præscriptio tãti temporis, cuius initij memoria in contrarium non existat. SYL.

* Verior tamen est intellectus ad l. fi. quem ibi tradit Paul. de Cast. quod qui solus pluribus annis piscatus fuerat, tempore prohibitionis iã desierat esse in quasi possessione piscandi: hunc enim intellectum innuere videtur illa disiunctiua (vel) quæ secundum Bal. in l. filiæ. C. de coll. diuersitatẽ inducit eisdem retentis terminis.]

ADDITIO. Et dicitur constitui in possessione piscandi, quando iste, qui primo piscatus est, prohibuerat alios volentes acce-

dere piscatum, & isti prohibiti acquieuerant prohibitioni, nec contrauenerant. Et hæc faciunt ad q. vtrum ille, qui tenuerit molendinum per triginta annos in aliquo flumine, possit alios prohibere, ne ibi molendum habeant, Christoph.

primum a plano vergere incipit vsque ad aquam, l. pen. ff. de flu. & ne quid in flum.
f ¶ Iure gentium, i. de iure gentium; vel. i. omnibus gentibus publice patet.
g ¶ Earum s. riparum.

commune a est in portu, fluminibusque † Est b autem littus maris, † quatenus hybernus c fluctus maximus excurrit. d

¶ Vsus riparum publicus est: proprietas vero illorum est, quorum prædiis adhærent. h. d. ex l. riparum. ff. eo. Aret.

¶ Riparum e quoque vsus † publicus est iure gentium, f sicut † ipsius fluminis. Itaque naues ad eas † appellere, funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in iis reponere, cuilibet liberum est, sicut per ipsum flumen nauigare. Sed proprietas earum g illorum h est, quorum prædiis † adhærent: i qua de causa arbores quoque in eisdem k natæ eorundem l sunt.

¶ Vsus littorum est publicus de iure gentium, sed proprietas eorum nullius est, sicut ipsius maris. Aret.

** ¶ Diffinit in l. port. ff. de verb. sign.

† l. pu. alias secus. l. iniuriarum. in fi. ff. de iniu.

a ¶ Commune. id est in cōmuni omnib. patet, non autē est commune, immo publicum secundū Ioan.
b ¶ Est autem littus. vt ff. de verbo. signific. l. littus.
c ¶ Hybernus. id est hyemalis quando vento vnde trahuntur: quasi dicat quandocunque mare aliquo tempore plus extenditur in hyeme, vel æstate, tantum est littus eius.
d ¶ Excurrit. hic continua quod est infra eod §. litorum.

† aliàs publicus est & iuris gentium.

** † facit l. fluminū, ff. de dam. infect. in princ.

S Y L.

† aliàs applicare.

* ¶ Riparum. Certum non expedit figurare, dubium tamen poterat facere, quod exēplo littorum, quæ (vt dicitur in §. seq.) eiusdem iuris sunt quo ad vsum & proprietatē, cuius est mare, ripæ quoque naturā fluminum etiam quo ad proprietatem sequi debent. Quo non obstāte dicitur, quod vsus quidem riparum publicus est, sicut & fluminis, eo quod alias vsus fluminis inutilis esset, nisi liceret ad ripam accedere. aliquo enim concesso intelliguntur concessa esse omnia, sine quibus illo vti non possentus. l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. sed proprietas earum illorum est, quorum prædijs adhærēt: cuius rei rationem reddit Bal. in l. riparum, ff. eod. quia & si ruant vel aliter vtientur, ex eorundem prædijs reficiēdæ sunt. l. si locus. in fin. ff. quemad. ser. amit. * nam cuius est onus, eiusdem & commodum esse debet. cap. qui sentit. de reg. iur. libro sexto.] Nota summarium.
e ¶ Riparum. i. fluminis.
* ¶ Discrimen ripæ, & littoris expressit etiam Ouid. lib. 6. Metamor. cum loquēs de fluminibus influentibus in mare, ait, Campoque recepta, liberioris aquæ pro ripis littora pulsant. Ripam autem diffinit Vlpian. lib. 1. de flumi. & nequid in flumi. esse id, quod flumen continet, naturalem rigorem cursus sui tenens.]
** Adde, quod cōfinia ripæ sunt à loco, quo

h ¶ Illorum scilicet hominum quorum, &c.
* ¶ Rationem reddit Aldo. in figuratione casus.
i ¶ Adhærent. Sed quid si via publica est in medio inter flumē, & agrum? Respond. idem quod hic. vt ff. de acquir. rer. dom. l. Martius.
** Idē de fossis existentibus inter viam publicam, & agrum, secundum Veron. de serui. rusti. præ. c. de ripa. Item declara hunc tex. vt licet riparum proprietas sit illorum, quorū prædijs adhærent, tamen non possunt disponere de ripis, sicut alij domini de re sua, quia vsus est publicus, & ideo deteriorare non possunt arg. l. pen. & fi. ff. de vsu & hab.
K ¶ In eisdem. s. ripis.
l ¶ Eorundem. Sed quid si piscator vult ligare, dominus vult incidere? Videtur dominus præferendus, vt sup. de ijs qui sunt sui vel alien. iur. in fi. ibi, nec cuiquam &c. & C. de iudæ. nemo externus. & ff. solu matri. etiā, §. licet. sed contra credo, vt ff. de vsu & ha. l. fin. & de vsufr. si cuius. §. item Nerua. alias est in l. æquissimum.
¶ Et hæc verior ratione publicæ vtilitatis, si simul veniunt: secus si vnus post alium, gl. in l. nemo, ff. eo. & declarat hic Christ. S Y L.
¶ Litorum. Quærebatur de littoribus, & eorum vsu, cuius iuris sint, & videbantur communia, vt sup. dictum erat in §. 1. Tamen contrariū dicitur, quod immo eorū vsus publicus est: & hoc est ex eo, quia ibi non loquitur de vsu, sed de ipsa re, & de ipso mari, & littoribus, illa enim sunt communia, vsus vero eorum est publicus, prout declarant Bald. & Christoph. hic. Not. quod vsus littorū publicus est, sicut maris. S Y L.
Item, quod licet ædificare, siccare retia, & huiusmodi. Item, quod proprietas litorum in nullius bonis est. Item, quod illud, quod est omnium, potest dici esse nullius.

† aliàs hærent.

a ¶ Lit-

¶ Littorum [a] quoque vsus publicus [b] est & † iuris gentium [c], sicut & ipsius maris: [d] & ob id cuilibet liberum est casam ibi † ponere, in quam se recipiat, sicut retia [e] siccare, & ex mari deducere. Proprietas † autem eorum [f] potest intelligi nullius [g] esse, sed eiusdem iuris esse, cuius & mare, & quæ subiacet mari, terra, vel arena.

¶ Quæ sunt communia ciuitatum, dicuntur vniuersitatis. vt d ex l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. eo.

¶ Vniuersitatis [h] sunt non singulorum, † quæ in ciuitatibus [i] sunt theatra, [k] stadia, [l] & his similia, [m] & si qua alia [n] sunt communia ciuitatum.

¶ Hæc quæ sunt diuini iuris, in nullius bonis sunt. [illegible]

† aliàs iure gētium.

† aliàs imponere.

† i. dñium sic infr. §. interdum hoc. eo. ti.

a ¶ Littorum. s. maris, vt sequitur.
b ¶ Publicus sup. eo. §. & quidē. ibi, & per hoc &c. contra. So. dicit Pla. omnia communia esse publica, & econtra scilicet ratione quorundam vsuum, vt ecce tam mare, quā flumina, & littora, & ripæ, in vsu animantium sunt, & in bibendo, & in abluendo, & commorando, & similib. quæ exigit natura: sed ius piscandi, quod in his est, solū competit hominibus, & tertia siccandi, & quædam similia, portus tamen dicit esse publicos, non cōmunes. Sed Ioan. dicit nulla communia esse publica, vel econtra. ea .n. demum sunt cōmunia, quæ cum sūt in vsu omnium animantium, occupantibus conceduntur, vt lapilli, & gemmæ in littore maris, vt inf. eo. §. item lapilli, & ff. eod. item lapilli. Sed publica non solum non conceduntur occupāti, immo interdicta proponuntur, ne quid in eis fiat, vt ff. ne quid in loco publi. & de flum. & alijs tit. Præterea quomodo potest esse, quod ait Pla. cum in diuisione supra posita velut duæ species oppositæ ponantur, communia, & publica, vt sup. eod. in princ. & quod dicit hic publicus, id est communis, vel publicus quo ad vsum † communis vero quo ad proprietatem.

† Et tunc vera est opinio Pl. vt cōia dicantur publica, sed non econtra, nisi respectu quorūdā vsuum. SYL.

¶ Et hæc opin. tenenda est, & sic opin. cuiuslibet in casu suo vera est, vt declarat hic Christoph.
c ¶ Iuris gentium. i. de iure gentium.
d ¶ Maris. scilicet est.
e ¶ Sicut retia. Hysteron proteron, i. ordo conuersus, vt ff. eo. riparum.
f ¶ Eorum. scilicet littorum.
g ¶ Nullius, i. hominis singularis omniū autem sunt, & sic differt ab illo. §. nullius. infra statim posito.

¶ Vniuersitatis. CASVS non figuratur in positione declarationis, seu descriptionis, si tamē vis formare, dic quod ista videbantur publica, nō vniuersitatis. l. inter publica. ff. de verb. sig. quasi populica. i. illius populi, sed contrarium dicitur, quod immo sunt vniuersitatis, quia publicū in hac materia non capitur pro eo, quod est vnius populi, sed vniuersorum populorum, vt declarat gl. i. inf. eod §. No. summa. Item no. quæ dicantur vniuersitatis.
h ¶ Vniuersitatis. Quæ etiam publica quandoque dicuntur, id est vnius populi, vt C. de sacrosan. eccl. l. fi. in princip. Sed aliter accipitur supra eo. §. flumina, nā loquitur ibi de illo, quod est publicum omnium populorum.
i ¶ In ciuitatibus. Et ciuitatum sunt.

† aliàs voluti quæ.

K ¶ Theatra. A theorando, id est inspiciendo, vt in arena Veronensi.

Theatrū.

¶ Dic, quod est dictum a theoma, hoc est, video: latine dici potest spectaculum. SYL.

l ¶ Stadia. stadium est octaua pars milliarij, quod Hercules currebat vno anhelitu, vt legitur in historijs.

Stadium.

* ¶ Hic accipitur pro loco, in quo homines vel equi, ludorum causa currunt, quem Latini curriculum vocant. sic Cice. in Tuscul. in stadio Censores exclamant. SYL.
m ¶ Similia. Quæ sunt ad delectationem populi, vt latæ viæ, & picturæ in palatio.
n ¶ Et si qua alia. scilicet necessitatis causa facta, vt curia communis, palatium, nauigium, & sunt supradicta vniuersitatis dominio & vsu. Sed Pla. dixit vsu tantum esse vniuersitatis, alia sunt quæ dominio & fructu sunt vniuersitatis, non vsu, vt fundi ciuitatis, & serui, vt ff. de in ius voc. sed si hac. §. qui manumittitur, & ff. de verborū significa. l. inter publica, & de contrahen. empt. sed Celsus §. i.
ADDITIO. Dicite ex mente doct. quod hæc omnia dicuntur vniuersitatis & quo ad dominium, & quo ad vsum communem, vt hic, & l. sicut. §. i. ff. quod cuiusque vniuer. Est tamen differentia inter res vniuersitatis, quia quædam vniuersitatis appellantur, & quo ad dominium & quo ad vsum cōmunem, vt sunt theatra, & stadia. Quædam vero sunt vniuersitatis quo ad dominium, & quo ad vsum particularia, vt sunt prata vniuersitatis, ex quibus commodum percipitur in particulari: & ita dicunt doctor. Christoph.
¶ Nullius. ¶ Ista pars vsque ad §. singulorū diui-

diuiditur in quatuor partes. Primo ponit, quæ sunt in nullius bonis. Secundo ponit exemplum de rebus sacris. Tertio de religiosis. Quarto de sanctis rebus. Secunda ibi, Sacræ. Tertia ibi, Religiosum. Quarta ibi, Sanctæ.

Et quamlibet partem summabo per se. Aret.

Nullius [a] autem sunt res sacræ, & religiosæ, & sanctæ, quod enim diuini iuris est, id nullius in bonis est.

Res sacræ sunt, quæ rite per Pontifices Deo dedicatæ sunt, seu ad diuinum ministerium deputatæ: quæ non possunt nisi pro captiuis redimendis alienari, hoc dicit ex leg. in tantum, §. sacræ, ff. eodem.

Sacræ res sunt, quæ rite per Pontifices [b] Deo consecratæ sunt: veluti ædes sacræ, [c] & † dona, [d] quæ rite ad ministerium Dei dedicata sunt: quæ etiam [e] per nostram constitutionem [f] alienari, & obligari prohibuimus, excepta [g] causa redemptionis captiuorum. Si quis autem auctoritate sua quasi sacrum sibi constituerit, sacrum non est, sed profanum. [h]

Locus autem, in quo ædes sacræ sunt ædificatæ, etiam diruto ædificio, sacer adhuc manet, [i] vt & Papinia. scripsit. †

Religiosus locus fit ex mortui illatione: fieri autem non potest nolente domino, vel habente ius communis proprietatis, vel vsusfructus: sufficit autem semel consensisse. hoc dicit ex leg. in tantum. §. religiosum. ff. eodem.

a Nullius. Scilicet hominis, vel hominum, nec possunt esse, sed sunt in bonis Dei censura siue dispositione, & sic non obstat quod possent dici de communibus, & publicis reb. vniuersitatum, quæ videntur nullius esse, quia esse possunt, & sunt hominum licet non hominis singularis. Item contra infra eodem, §. fere, & So. vt ibi.

SYL. Sacræ res. Casum nõ expedit figurare, quia sumus in declaratione terminorum, & litera clara est. Not. quod sit sacrum. Item quod sacra etiam imperialibus decretis prohibentur alienari, excepta causa redemptionis captiuorum. Item, quod nemo sibi sacrum propria auctoritate constituit. Item, quod locus, vbi est ecclesia, ea diruta, remanet sacer.

† alias donaria.

b Sacræ. Pontifices, scilicet Papas, & episcopos. Sed nunquid Imperator dedicare potest? Videtur, quod sic, vt ff eo. l. sacra. §. 1. vbi dedicat. id est potestate dedicandi dat. nã olim Imperatores erant sacerdotes, vt in canonibus dicitur: † Vel dic dedicat, alij (puta episcopo) permittendo sine requisitione, vel concedit, scilicet requisitus.

† cap. Cleros. §. Põt. 11. dist.

SYL. Vera solutio est, quod loquitur secundum tempora antiqua, quando potestas religionis non erat restricta ad Pontifices, vt hodie.

c Aedes sacræ. Hic locus dicitur sacer, vt hic. & sanctus, vt C. de sacrosan. eccles. l. sancimus, item religiosus, vt in auth. vt religiosæ domus.

d Et dona. (alias donaria) id est thuribula & cruces, & calices. Accur.

e Quæ etiam. scilicet donaria, non autem referat ad ædes sacras, nã illæ nullo modo possunt alienari, vt in authe. de alie. & emphy. §. & quoniam cognouimus. coll. 9.

f Constitutionem, vt C. de sacrosanct. eccles. l. sancimus.

SYL. Dic tamen, quod illa constitutio nihil valet, quia cõmuniter cõcludunt docto. in c. ecclesia San. Mariæ. de const. quod etiam illæ. ll. quæ in beneficiũ. ecclesiarum sũt factæ ab Imperatore, ex defectu potestatis non valent.

g Excepta. Nam hominum animæ quibuslibet rebus præponendæ sunt, vt C. de sacros. eccles. sãcimus, in fin. Itẽ propter debitum, si quod habet ecclesia, vt in authen. de alie. & emph. §. hoc autem super ipsis. coll. 9. Item propter alimenta pauperum vt 12. q. 2. c. aurum habet ecclesia.

Sacræ res aliqñ alienari pñt.

SYL. Vide tex. in auth. hoc ius porrectum. C. de sacros. eccle. & ibi doct.

Adde, quod traditur hic, licere pro redemptione captiuorum alienare donaria ad ministerium Dei deputata, extendi per docto. etiam ad carcere inclusos propter delicta, quod attestatur Crot. in repeti. l. si cõstante. col. 18. ff. solu. matrimo.

h Profanum. i. non sacrum.

i Sacer adhuc manet. definit tamẽ esse sacer, si ab hostibus capiatur, vt infra de inuti. stipula. § primo, & ff. de reli. cum loca. Item locus esse religiosus definit, quando ea remouentur, quæ talem eum reddebant, vt ff. eodem, sacra, §. illud. & de reli. l. antepenul. in fin.

Locus desinit esse sacer dupliciter.

Religiosum. CASVS figuratio nõ esset neces-

* in l. ęde. de con. emptio.

neceſſaria in declaratione termini: * ſi tamen vis ponere, dic quòd primi reſpõſi poterat eſſe dubitandi ratio, quòd in §. præce. vidimus res ſacras priuatorum auctoritate conſtitui non poſſe: at diuerſum ſtatuitur in religioſis, propterea, ꝙ tunc minus afficitur locus, quam cũ efficitur ſacer, idque ex reg. l. in re mandata. C. mand.] & dum dicitur, quòd inuito ſocio nõ poteſt inferri in communẽ locum, vel alienum, quamuis ſepulchro cõmuni quis inuito ſocio vti poſſit: ratio dubitandi erat fauor religionis, & quòd ſatis erat ſolui pretium loci. Videmus enim aliàs fauore religionis quẽ ita aſtringi. l. ſi. §. 1. C. de com. ſer. manu. & ibi Bald. ſed contrarium dicitur, quia non debet vni per aliũ iniqua cõd. inferri. l. nõ debet. ff. de reg. iur. nec aſtringi quis ad vendendum, l. nec emere. C. de iure delib. & ſine facto noſtro noſtra à nobis non abdicantur. l. id quod noſtrum. ff. de regu. iur. * res enim religioſa (vt dictum eſt) nullius in bonis eſt. In commune autem ſepulchrum idcirco etiam inuito ſocio licet inferre, quia cum iam locus ſit religioſus, non debeo prohiberi vti re communi ad vſum deſtinatum, veluti re mea. vltimi autem reſponſi illa eſt ratio, quia volenti non fit iniuria neque dolus. l. nemo videtur. de reg. iu.] No. quæ dicuntur in ſummario.

d ¶ Inferre nõ licet. Extraneos. nam ipſe ſocius recte ibi ſepeliri poteſt, etiam ſine conſenſu ceterorum: maxime cũ nõ eſt alius locus, in quo ſepellatur, vt ff. de relig. & ſum pt. fun. l. ſi plures.]

¶ Religioſum locum vnuſquiſque [a] ſua voluntate facit, dum mortuum [b] infert in locum ſuum. In communem autem locum purum [c] inuito ſocio inferre [d] non licet. In communе vero ſepulchrum etiam inuitis [e] † ceteris licet inferre. Item ſi alienus vſusfructus [f] eſt, proprietarium [g] placet, (niſi conſentiente [h] vſufructuario) locum religioſum non facere. In alienum locum conſentiente domino licet inferre: & licet poſtea ratum non habuerit, quam illatus eſt mortuus, tamen locus religioſus fit.

† Concor. c. cũ oẽs. i gl. 1. poſt medium, ibi, niſi rẽ concedant extra de cõſtit.

e ¶ Inuitis, Hoc fauore religionis iã factæ, aliàs contra, vt ſup. pr. §. & ff. cõm. diui. l. Sabinus. ADDITIO. Hoc non videtur verum: & gl. melius ſoluit in d. l. Sab. Vnde dic latius, ꝙ aut ſocius vult vti, facere, ſeu reficere in re communi ad eum vſum ad quẽ parata eſt, & poteſt alio prohibente, aut ad vſum, ad quem res parata non eſt, & tunc ſubdiſtingue: quia aut intereſt prohibentis non vti, & eſt melior conditio prohibentis: aut non intereſt: & tunc melior eſt conditio facientis: Ioan. Fab. poſt Dy. in reg. in re communi de reg. iur. lib. 6.

a ¶ Vnuſquiſque. Aliud in ſacro, vt ſupra eodem §. ſacræ.

¶ Numquid autem ſecundum canones hoc dicatur religioſum? dic quod non, vt dicit Dec. in c. quanto. col. pe. de iud. vbi alios refert.

† Non ſi fundũ totum, ſed locũ cadaueris ſolũ efficit religioſũ. Angel.

b ¶ Mortuum. ſcilicet totum † vel ſaltem caput cuius imagine cognoſcimur, vt ff. de relig. cum in diuerſis. Quid ſi partialiter caput eſt in diuerſis locis? Reſpond. illum eſſe religioſum vbi eſt maior pars, vt argu. ff. de ſtatu ho. l. quæritur & inf. de vul. ſub. §. & ſi ex diſparibus. Si autem æqualiter, neuter: ſecundum Ioan.

ADDITIO. Et nota q̃d ſi pars anterior appareat, illa tanquam nobilior inſpicitur, ar. l. quod conclaue. ff. de dam. infec. Angel. * ſed verior eſt ratio, quia inde cognoſcitur cuiuſque imago d. l. cum in diuerſis. Syl.

Locus purus qs eſt.

c ¶ Locum purum. i. qui neque ſacer, neque ſanctus, neque religioſus eſt. ff. de religio. & ſump. fun. l. 2. §. purus autem,

f ¶ Vſusfructus. ſcilicet loci puri, argu. ff. de vſu. & hab. l. fin.

g ¶ Proprietarium. Niſi conſentiat fructuarius: vel niſi teſtatorem, qui vſumfructũ legauit, vel ſepelire hæres, vt ff. de relig. l. 2. §. ſi vſumfructum.

h ¶ Conſentiente. Quid ſi primo conſenſit, poſt pęnituit ante illationem? Reſp. ſufficit ſemel voluiſſe, vt ff. de aqua plu. arcen. l. in diem & inf. proximo reſpon.

* ¶ Adde, in tex. ibi. Ratum non habuerit, expungendam eſſe negationem: idque ex pandectis Florentinis, & Theophilo hic manifeſte probat Ant. Auguſt. lib 1. Emenda. cap. 2. ſenſus autem erit, locum religioſum fieri quamuis non concedente domino illatus ſit mortuus, ſi modo poſtea id ratum habuerit: nam in maleficijs quoque ratihabitio mandato comparatur. l. hoc iure. de reg. iur.

¶ Sanctæ. CASVS Quærebatur quid ſanctum diceretur & reſpondet imperator, ꝙ portæ & mœnia ciuitatis; cuius cõtrarium videbatur, quia non videbantur ea eſſe in bonis nullius, ſed publica, ſicut viæ, theatrum, & ſimilia, ſeu magis vniuerſitatis, contrarium tamen dicitur ex ratione aſſignata in tex. * nõ quidem abnegando quin ſint vniuerſitatis vel publica: ſed quia addita eſt his alia qualitas, quòd ſanctione quadam firmata ſunt, idcirco ſancta dicũtur, exemplo earum partium legum, quæ ſanctiones appellantur.] No. quæ dicantur res ſanctæ, & quare. Item, quòd valet argumentum

mentum ab alluſione vocabuli. Item, quod pœna capitalis eſt in tranſcendente muros ciuitatis Romanæ. Item quæ proprie dicantur ſāctiones: quam quidem deriuationem approbat etiam Macrob. lib. 3. Saturna. c. 3. quod autem & vnde dicatur ſanctum, docet Bud. in titu. ſi. eo in ſuis annot.* vt autem reſte percipiatur quid ſit ſanctio, ſciendum eſt, olim moris fuiſſe, cum aliqua l. rogabatur, & in ſcriptis redigebatur, vt poſteaquam appoſuiſſent omnia legis capita, in extrema parte adderent quoddam aliud caput, quod ſanctionem vocabāt, in quo pœna aduerſus illos ſtatuebatur, q contra capita ſupraſcripta feciſſent.

† quo ad hūc §. vide Bud. in Annot. ad Pande. in l. 1. in pri. de iuſt. & iur. vbi agit de verbo ſāctū.

nihil enim facit l. non dubium. ad verum intellectum huius loci.

e ¶ Sanctiones, in ſtricta ſignificatione. Qſique ponitur largius pro qualibet imperiali lege, vt C. de no. Co. fa. §. quibus. ibi, colligentes vero &c. Quandoq; largiſſime ꝑ collectione totius iuris ciuilis, vt in procem. ff. in princ.

¶ Res [illegible] quaſi pœna legali firmatæ. Item leges [illegible] nales proprie vocantur ſanctiones. hoc dicit ex l. ſancti. [illegible] & l. ſacra ff. eod. Ang.

¶ Sanctæ † quoque res veluti muri, [a] & portæ ciuitatis, quodammodo diuini iuris ſunt & ideo nullius in bonis ſunt. Ideo autem muros ſanctos [b] dicimus, quia pœna capitis conſtituta eſt in eos, qui aliquid in muros deliquerint. [c] ideo & legum eas partes, quibus pœnas conſtituimus [d] aduerſus eos, qui contra leges fecerint, ſanctiones [e] vocamus.

¶ Res [illegible] Ang.

¶ Singulorum autem hominum multis modis res fiunt. Quarundam enim rerum dominium nanciſcimur iure naturali, quod (ſicut diximus [f]) appellatur ius gentium, qua-

¶ Singulorū. Iſta eſt ſecunda pars principalis huius tituli, quæ diuiditur in quinque partes prīcipales. Primo, qualiter acquirūtur nobis res, quæ in nullius bonis ſunt. Secundo qualiter acquiruntur ea, quæ ſunt alterius, ex facto nīo, ex permiſtione, vel fabricatione. Tertio, quando vſufructuari9, vel bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos, & quid contineatur appellatione fructuum. Quarto ponit vnum caſum exceptum à prima parte: videlicet quòd ea, quæ ſunt in nullius bonis, non tamen in totum efficiuntur occupantis. Quinto quando per traditionem vel non in perſonam certam, vel incertam dominium transferatur. Secunda ibi, in §. Cum ex aliena materia. Tertia ibi, Siquis autem. Quarta ibi, in §. Theſauros. Quinta ibi, in §. Per traditionē. Angel. Diuiſio.

a ¶ Muri. ſcilicet ciuitatis Romanæ.

SYL. ¶ Et tunc eſt pœna capitis. l. ſi ff. eodem. & ibi nota.

*¶ Adde, quòd vetus lex Romuli fuit his verbis. Mœnia ſacroſancta ſunto: quam videtur Cice. ſignificaſſe lib. 2. de natu. Deo. cum ait, muros à Pontificibus habitos eſſe ſanctos, quos violare nefas eſſet. Sane licet Iuſtinianus dicat & portas ſāctas eſſe, olim tamen ſanctas non fuiſſe, ſicut muros, liquet ex Plut. in Problema. qui plures huius differentiæ cauſas recenſet.

¶ Quid de ciuitate alia, vel caſtro? Reſpon. nec ibi quicquam facere licet ſine auctoritate Præſidis, vt ff. eod. ſacra. §. muros. † Vel forte vniuerſitati licet, non priuato, vt C. de ope. pub. l. omnes.

† Adde l. ſanctū. §. vlt. eo. tit.

¶ In tali caſu punitur extra ordinem arbitrio iudicis. l. 1. in fin. ff. ne quid in lo. ſacro.

e ¶ Sanctos, id eſt firmos à ſancio ſancis nō calce, vel lapidibus, ſed lege firmatos. vt ſequitur.

Lucanus. c ¶ Deliquerint, ſcilicet tranſcendendo, vel rumpendo ſicut fecit Remus frater Romuli, vt hic. & ff. eod. l. fin. vnde Lucanus. Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.

d ¶ Conſtituimus, vt C. de le. & con. l. non dubium Accur.

SYL. *¶ Declarat, vt docui in figuratione caſus;

¶ [illegible] nō figuratur in diuiſione. No. quòd appellatione multorum, veniūt duo, ſecundum communem intellectum. Item quòd ius gentium appellatur ius naturale. Item quòd ius gentium eſt antiquius iure ciuili. Item, quòd à vetuſtiori, inchoandum eſt. Item, quod ius gent. productum eſt cum ipſo genere humano à natura. Item, qn̄ iura ciuilia locum & principium habuere. item, ibi ll. ſcribi cœperunt: ꝙ ad ſubſtantiam l. non requiritur ſcriptura, ſed tamen hic tex. probat contrarium. quia etiam magiſtratus creari cœperunt, qui ante non erant: ergo ll. ſcribi, quæ ante non erant, non dico ſcriptura, ſed ipſæ ll. & ita intelligit Deci. in rub. de conſti. in 3. col. Tamen hic tex. poteſt optime probare vtrumque intellectum. ] SYL.

f ¶ Diximus. Sed vbi? Reſpon. ſupra de iu-

re

rundam vero iure ciuili. [a] Commodius est itaque a vetustiore [b] iure incipere. Palam est autẽ vetustius esse ius naturale, quod cum ipso genere humano rerũ natura [c] prodidit. [d] Ciuilia autem iura tũc esse cœperunt, cum & ciuitates condi, & magistratus creari, & leges scribi cœperunt.

¶ Feræ, volucres, & pisces capientibus etiam in alieno conceduntur: quæ durant tamdiu, quousque custodiam eius non effugerint: & dominus potest prohibere, nec venandi aut aucupandi gratia fundum eius ingrediatur, si præuiderit h. d.

¶ Feræ [e] igitur bestiæ, & volucres, & pisces, & omnia animalia, quæ mari, cælo, [f] & terra nascuntur, simul atque [g] ab aliquo capta fuerint, iure gentium statim illius esse incipiunt. Quod † enim ante nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur.

re natura. §. 1. ibi, quod vero naturalis. Vel supra de iure natu. §. sed naturalia. Vel melius, sup. eo. §. & quidem.

* ¶ Vltima opin. verior est: nam nec in §. quod vero. nec in §. sed naturalia. ius naturale appellatur ius gentium, sicut in §. & quidem.]

SYL. a ¶ Iure ciuili. Vt vsucapione, atrogatione, successione, deportatione, monachatione, de quibus incipiet dicere, infra de vsucap.

*Adde gl. i ver. nostræ l. 1. ff. de acqu. rer. dom. & Bart. in l. in rem. in prin. ff. de rei vendit. Et quibus modis probetur dominium, docet ample Ias. infr. de act. §. 1. col. 13.

b ¶ Vetustiore, sic ff. de iur. immu. l. super.

c ¶ Rerum natura, i. Deus.

d ¶ Prodidit, id est statim cum procreauit Deus gentes, statim fuit ius gentium.

SYL. * ¶ Adde, quòd prodidit hoc loco exponẽdum est prodidit, & in esse emisit. sicut inf. si quad. pau. fe. di. prodita actio dicitur, i. data, & concessa, non autem inuenta: & simili modo accipitur in §. hunc autem. inf. de act.

SYL. ¶ Feræ. [illegible] Quærebatur exemplum eorum, quæ iure gentium nostra efficiebantur: & responsum est quod aucupium, piscatio, & venatio, acquirebant nobis iure gent. feras, aues, & pisces, & assignatur ratio, quia cum natura ipsa mundi decori, & vtilitati hominum, ea omnia creauerit, nec huic aut illo loco ascripserit, voluit ea omnibus cõmunia esse, & ita quòd nullius sint, possint tamen omnium effici, & ideo occupanti concedantur. Sed tunc fuit dubitatum, an si capta sint in fundo alieno, sua sint: & dubitandi ratio erat, quia tunc, cum erant in illo fundo, videbatur quasi accedere fundo, & esse quædam pars, & accessorium ipsius: vnde videbatur iniquum, quòd ex fundo alieno quid commodi domino inuito caperetur. cuius contrarium dicitur ea rõne quia nulli particulari loco sũt ascripta hæc animalia, adeo quod, quãuis in alieno fundo capta fuerint, non per hoc erant minus in bonis nullius ante capturam. Sed & fuit adiectum, an dominus posset venatorem aut aucupem prohibere, ne fundum suum ingrediatur: & videbatur quod non, gratia exercendi aucupij, & persequendi feram, quam persequi quocunque iure gent. licebat: tamen contrarium dicitur de iure ciuili, si præuideat, est enim iniuriæ species contra voluntatẽ domini ingredi ipsius fundũ: l. iniuriarum, §. fina. ff. de iniu.

Diuisio. * Deinde fuit quæsitum, an perfecte per occupationẽ hæ res acquirantur, ita vt sine facto nostro illas non amittamus: & videbatur, quod sic per d. l. id quod. ff. de reg. iur. attamẽ deciditur nostras esse desinere, si rursus se in naturalẽ libertatem receperint: hoc autem statutũ est, vt auferatur occasio rixandi: quia captis postea eisdem ab alijs, facile in contentionẽ veniret, vtrum illius essent, qui prius ceperat illas, an nullius, vt nunquam ab aliquo captæ.] Not. elicianntur clare per te ipsum.

† Intellige. si id venire pōt in bonum cõmerciũ: regula enĩ supponit cetera habilia. c. 1. de ætat. & qualit.

e ¶ Feræ. Quia a vetustiori incipiendum est, igitur &c.

* ¶ Adde, feras bestias accipiendas esse ex præsenti magis feritate, quam ex animalis genere. nam quid si leo sit, sed mansuetus, vel alia de natu mãsueta? vtique feræ bestiæ non sunt. l. 1. §. bestias ff. de postul.

f ¶ Cœlo. id est aere.

g ¶ Simul atque. id est statim, postquã &c. Sed nunquid res sacræ concedantur occupanti, vt supra eo. §. nullus? Respond. Res dicitur esse in nullius bonis sex vel septẽ modis: Natura, vt hic. Facto, vt infra eo. §. pen. Item tempore, vt ff. de acquir. rer. do. l. nunquam. §. thesaurus & in his tribus locũ habet hæc regula: nisi quòd in thesauro de æquitate dimidium domino soli restituitur, vt infra eo. §. thesauros. Item cẽsura, vt sup. eod. §. nullius. Item casu, vt in hæreditate iacente, quæ vicem domini repræsentat, vt infra de stipul. ser. in princ. Item culpa hominis, vt si eijciam seruum ægrotantem, vt C. de lat. lib. toll. l. 1. §. sed scimus. & etiam hic. Item iuris naturalis constitutione, vt liber homo, vt ff. de ver. obl. inter stipul. §. sacrã.

Res dr̃ esse in nullius bonis septem modis.

a 4 Nec

Nec [a] interest feras bestias, & volucres, vtrum in suo fundo quis capiat, an in alieno. Plane qui alienum fundũ ingreditur venandi, [b] aut aucupandi gratia, potest a domino, si † is præuiderit, prohiberi, † ne ingrediatur. [c] Quicquid autem eorum ceperis, eousque tuum esse intelligitur, donec tua custodia coercetur. Cum vero tuam euaserit custodiam, & in libertatem [d] naturalem sese receperit, tuum esse desinit, & rursus occupantis fit. Naturalem, autem libertatem recipere intelligitur, cum vel oculos tuos effugerit, vel ita sit in conspectu tuo, vt difficilis [e] sit eius persecutio. [f]

¶ Sola vulneratio feræ non facit eam suam, nisi capiatur. hoc dicit. ex l. naturalē.§ illud, ff. de acquir. re. dom.

¶ Illud [g] quæsitum est, an si fera bestia ita vulnerata sit, vt capi [h] possit, statim tua esse intelligitur. Et quibusdam placuit statim esse tuam. & eousque tuam videri, donec eã persequaris: quòd si desieris persequi, desinere esse tuam, & rursus fieri occupantis. Alij vero putauerunt, non aliter tuam esse, quam si eam ceperis. Sed posteriorem [i] sentẽtiam nos confirmamus, quod multa accidere [k] soleãt, vt eam non capias. [l]

a ¶ Nec interest, quo ad acquirendum dominium.

b ¶ Venandi. Aliud si causa requirendi fugitiuum meum, vt C. de ser. fug. l. 2.

* ¶ Melius facit, l. 1. §. hoc autem, ff. de seru. fugi.] quod in odium seruorum inductũ est: secus in alijs rebus. nisi sint indicia: quia non perquiruntur in fundis, aut domibus alienis vt hic per doc. ¶ Vel glandis colligẽdæ causa, vt ff. de glã. le. l. 1. vel vt recipiam pecuniam, quam ibi abscondi, vt ff. ad exhi. thesaurus, vel si vindemiam, quam emi, tollere me venditor prohibeat, vt ff. de ac. em. qui pendentem.

¶ Adde idem, si via erat diruta. l. si locus. §. fin. ff. quemad. ser. amit.]

Adde complures alias fallentias, quas tradit Cępo. tit. de ser. rusti. præd. c. 1. nu. 24.

c ¶ Ingrediatur. Quid si post prohibitionem quid ceperit? Respond. non facit suum, † vt C. de rei vend. si fundum & l. certum. & facit, inf. eo. §. apium. vers. plane.

¶ Hæc glos. communiter damnatur: tenetur tamen actione iniuriarum. l. iniuriarum §. fin. ff. de iniur.

** Ratio autem est, quia solus ingressus est prohibitus, non etiam captura. Floria. tamẽ in l. diuus. ff. de ser. rusti. præd. vt referet Cæpol. in tractat. de serui. cap. de aucup tradit hanc gl. defendi posse, si fundi fructus consistat in venatione, vel aucupio, vt tunc capium prohibente domino fundi, non efficiatur capiẽtis, per l. venationem ff. de vsuc. & l. vsufructuatium. ff. de vsufru.

d ¶ In libertatem. id est laxitatem, vt statim sequitur, vt ff. de acquir. re. dom. naturalem. & l. Pomponius.

e ¶ Difficilis. id est impossibilis; sic ff. pro soc. l. de illo, & econtra. ff. de ijs qui deie. vel effude. l. 2.

¶ Male exponit glos. quia arbitrarium est cognosceur an ita effugerit, vt libertatem receperit, vt est de mente glo. in seq. §. in verbo capi.]

f ¶ Persecutio. Sic. ff. de acqu. posses. l. 3. §. Nerua.

¶ Illud. CASVS non figurabit, quia in lex disputatur, & assignatur ratio dubitandi & decidendi. No. modum consulendi, vt primo adducãtur rationes partis contrariæ, postea suæ, tertio ponatur opinio. Item no. inspici quid euenire potest. Itẽ, q̃ vulnus etiã tale, vel fera ita affecta sit q̃ capi possit, non facit eã vulnerãtis, sed exigit captura.

g ¶ Illud. Sic ff. de acqui. re. do. naturalem §. illud.

h ¶ Capi possit. Considerata natura hominis, & animalis, non diuina possibilitate: sed nec omnino facilitatem considero.

i ¶ Sed posteriorem. S c. ff. eo. in laqueum.

* ¶ Adde, quòd priorem sententiam, quæ fuit, Trebatij amplexa est consuetudo, & ita seruatur, vt etiam attestatur Accur. in §. sequen. super ver. examẽ. & in d. l. naturalem. in ver. verius.]

k ¶ Accidere. licet enim probetur vnum, id est eam vulneratam, non tamen sequitur, vt capi possit, vt C. de probat. l. neque natales.

l ¶ Non capias. Nota quod inspicitur, quod euenire potest, sic ff. loc si quis domũ. §. idẽ quæri: si sumptus. & ff. ad treb. l. Luc. §. pen. & ad l. falc. l. in quantitate. §. magna. & ff ex qui. cau. ma. sed & si per prætorem. §. si ferię. & ff. de ser. rust. præ. qui sella, § 2. & de dam. infec. qui bona. §. inter argu. tamen contra. ff. de pecul. l. eo tempore. 1, respon.

† aliàs id.

* † vide pulcherrimum tex. in l. diuus. ff. de ser. rust. prædio.

SYL.

† contrariũ tenet gl. in l. diuus. de ser. rusti. præd. & in §. apium. inf. eod.

SYL.

SYL.

¶ Dic,

SYL. ¶ Dic, ꝙ ideo ibi non inſpicitur, quia ſecundũ naturam nõ erat poſſibile, cũ nihil eſſet in peculio, ſecundum Ang. hic, vel non erat ciuilis aut honeſtus, ſecundum Chriſto. hic. ** Adde. quòd & fera beſtia exempta ex alieno laqueo, in quem inciderit, fit occupantis l. in laqueum. ff. eod. tit. quod tamẽ declara verum eſſe, niſi adſit ſtatutum, vel conſuetudo loci in contrarium. Circa vero, id quod inſpiciatur qđ euenire poteſt intellige id maxime procedere, cum eſt ex diſpoſitione legis aut ſtatuti. d. §. ſi feriæ, quod multi alijs comprobant auctoritatibus Tiraquel de retrac. lignag. in §. 1. gloſ 18. nu 41. & 42.]

¶ Apium. CASVS Dubitabatur, an ſi apes in arbore mea conſederint, mea intelliganiur factæ ac ſi cepetim: & videbatur quod ſic, quia ex quo ſe in arbore mea incluſerunt, & ibi fauos fecerunt, videbatur effectæ pars & fruct⁹ arboris meæ cuius contrarium reſpondetur, quia earum natura fera eſt, & nõ magis fiunt meæ, quã aues, quæ nidum poſuerunt in arbore: qua ratione omnia ſubſequentia deciduntur.

* Hoc tamen intelligendum de apibus, quas natura abſque hominum cura produxit: nã quæ hominum ſtudio paſcuntur, incluſæq. ſeruantur, tanquã occupatæ illorum eſſe intelliguntur, donec reuolare non deſinunt. No. quod in apibus quãtum naturã fera eſt, neceſſaria eſt occupatio ad translationẽ dominij. Item quod eouſque dominiũ retinetur, quouſque non eſt difficilis perſecutio.]

a ¶ Apium. Concordat. ff. de acq. re. domin. l. naturalem. §. apium.

b ¶ Fera. id eſt non manſueta.

*¶ Adde, ꝙ Pli. natura. hiſ. li 11. c. 5. ſcribit apes eẽ mediæ naturæ, i. nec mãſuetæ, nec feræ.

Alueus duo ſignificat. c ¶ Alueo. Vas eſt vbi apes manẽt. Q̃ñq. pro loco, vbi flumẽ currit, ponitur, vt inf. e. §. inſula.

¶ Apes occupanti conceduntur, & earum fauti: poteſt tamen dominus fundi prohibere ingredientem: & quod ex alueo tuo examẽ euolauerit, eouſque tuum eſt, quouſque perſequeris hoc dicit ex l naturalem. §. apum. ff. de acquir rer. dom.

¶ Apium [a] quoque fera [b] natura eſt. Itaque apes, quæ in arbore tua cõſederint, antequam à te alueo [c] includantur, non magis tuæ intelliguntur eſſe, quam volucres, quæ in arbore tua nidum fecerint: ideoque, ſi alius eas incluſerit, [d] is earum dominus [e] erit. Fauos quoque, ſi quos effecerint, eximere quilibet poteſt. Plane integra [f] re, ſi præuideris [g] ingredientem fundũ tuũ, poteris eum iure prohibere, ne ingrediatur.

¶ Examen [h] quoque quod ex alueo tuo euolauerit, eouſque intelligitur eſſe tuum, donec in cõſpectu tuo eſt, nec difficilis pſecutio eius eſt, alioquin occupantis fit.

¶ Pauonum, columbarum, & ceruorum fera natura eſt: & animum reuertẽdi habere deſijſſe creduntur, quando reuerti deſueuere. h. d. ex l. naturalem. §. pauonum. ff. de acquir. rer. dom.

d ¶ Incluſerit quod Bul. facere noluit, in his ſimilibus dicens: Magis timeo ſcandalũ, quam futurum iudiciũ, vt no. ff. de acqu. re. dom. in l. in laqueum. Scãdalum timẽdum eſt.

¶ Et hæc communiter tenetur. vt atteſtatur hic Chriſto.] SYL.

e ¶ Dominus erit. Nec furti tenetur. vt ff. de fur. ſi apes.

f ¶ Integra re. id eſt antequã iret, vel priuſquã eximãtur. ** Adde, quòd põt prohiberi propria auctoritate. l. quemadmodũ. circa prin. ff. ad l. aquil. & no. gl. in l. 3. in verſ. plane. de acqu. re. do. põt etiã cum eo agi actione iniuriarum, ſi me inuito ingrediatur. l. iniuriatũ. §. ſi quis me. ff. de iniur.

g ¶ Præuideris, quid ſi fuerit ingreſſus, an poterit retinere eum, vt det quod accepit: cum homo qlibet poſſit prohibere, ne quis intret fundum ſuũ: Reſp. cum dñs factus ſit per occupationem non video quare deſinat eſſe dñs, argumen. huius §. qui tantum præuidenti conſulit.

h ¶ Examẽ. i. vniuerſitas apiũ, alias ꝓ approbatione ponitur. alias ꝓ iudicio, vt C. de aduo. diuer. iudicio. l. nemini. Et forte ſeruatur aliud de conſuetudine in hoc §. & in ſuperioribus duobus. Examen tripliciter accipitur.

¶ Dic, ꝙ hic accipitur ꝓ fœtu apiũ, & noua illa ſobole, quẽ cũ grandiuſcula eſt, parentes alueo emittũt, vt nouas ſedes ſibi cõparet: nõ aũt accipitur ꝓ collectione apiũ aluearib. incluſa, quæ mellificat, & iã nr̃a eſt. Et dum dicit gloſ. quod forte aliud ſeruatur de conſuetudine, adde quod non, eſt credendũ Doctori teſtanti aliquid eſſe de conſuetudine, ſecundum Alexan. in l. poſt dotem. colum. penult. ff. ſoluto matrim. SYL.

¶ Pauonum. CASVS, non aliter figurandus, quia tex ex ſe planus eſt, & Imper. ipſe ponit rationem dubitãdi, & reſpõdet. Not. ſummarium. Item, quod actus ſequens demonſtrat, qualis fuerit intentio præcedens]

a ¶ Pauo,

a Pauo. Fera, id est non prorsus domestica, vel mansueta.
b Nec ad rem pertinet, id est non obstat iis, quæ diximus.
** Not. ex hoc text. & glo. quod data instantia corruit argumentum.
c Quarum scilicet apum.
d Quorum. Scilicet ceruorũ in genere.
e Ipsorum: scilicet, & singulorum in specie.
f Talis regula. Hic nota tria genera animaliũ. Mansueta, vt sunt gallinę, in quibus habet locũ hæc regula, vt vbicũque sint, domini esse intelligantur. vt infra ꝑ xi. §. Item fera prorsus, & in his habet locum alia regula, quia occupanti conceduntur, supra eo. §. feræ, & §. illud. & §. apum. & §. examen. Item fera naturaliter, sed accidentaliter mansueta: † & in his obtinet hæc præsens regula. & facit ad hoc. ff. eo. l. naturalem. per totam, vsque ad §. final.
g Desierint. exteriora indicant animi secreta interiora: facit ff. de ædil. edic. l. si tamen. §. 2.
No. quod actus sequẽs demonstrat qualis fuerit intentio præcedens: ita not. ex hoc tex. Deci. in l. petens num. 11 C. de pact.]

† aliàs nõ est tunc.

Pauonum quoq; & columbarũ fera [a] natura est: nec ad rem [b] pertinet, quòd ex consuetudine euolare, & reuolare solent: nam & apes idem faciunt, quarum [c] constat feram esse naturam. Ceruos quoque quidam ita mansuetos habent, vt in syluam ire, & redire soleant, quorum [d] & ipsorum [e] feram esse naturam, nemo negat.

In ijs autem animalibus, quæ ex consuetudine abire, & redire solent, talis [f] regula comprobata est, vt eo vsque tua esse intelligantur, donec animum reuertendi habeant. Nam si reuertendi animũ habere desierint, [g] etiam tua esse desinũt, & fiunt occupantium. Reuertendi autem animum videntur desinere habere † tunc, cum reuertendi consuetudinem deseruerint.

Gallinæ, & anseres, quamuis conspectum exierint, non desinunt esse nostræ & qui animo lucrandi eas retinet, furtum facit. hoc dicit ex l. natu[illegible]ralem. §. fin. ff. de acqu[illegible]re. dom[illegible]

Gallinarum [h] † autem, & anserum nõ est fera natura: † idque ex eo possumus intelligere, quod aliæ sunt gallinæ, quas feras [i] vocamus: item alij sunt anseres, quos feros appellamus. Ideoque si anseres [k] tui, aut gallinæ [l] tuæ aliquo † modo turbati [m] turbatæve euolauerint, licet cõspectum tuum effugerint, quocunque tamen loco sint, tui, tuæve esse intelliguntur: & qui [n] lucrandi animo ea animalia detinet, furtũ cõmittere intelligitur. †

tratium tamen deciditur, eo quòd natura earum non est fera, & ideo non minus suæ, sunt, cum euolant, quam quando stant: & in eis furtum fit. Not. gallinarum & anserum duplicem esse speciem. Item ꝙ gallinarum dominium nõ amittimus eo si exeant conspectum, ratio est, quia nunquam fuerunt liberæ, & ideo non reuertuntur ad libertatẽ. item, quod furtum nõ cõmittitur sine animo: & potest fieri etiam in vna gallina.]
h Gallinarum. Scilicet omniũ, vt statim innuit. vel dic singularũ in specie.
i Feras. vt phasianos.
* Varro lib. de re rust. 3. ca. 9. & Colum. lib. 8. cap. 2. tradũt tria genera gallinarum.]
K Anseres, scilicet: dome.
l Gallinæ. scilicet domesticæ.
m Turbati, vt per vulpem, vel miluium.
n Qui lucrandi animo. Scilicet vt habeat pennas vel oua: alias enim non cõmittitur furtum, nisi lucrãdi animus interueniat, vt ff. vt fur. lege prima. §. finali. Sed nunquid dolus fit in vno ouo? Respon. sic, sed de dolo non agitur in re minori duob. aureis, vt ff. de dol. si oleũ. §. fi. & l. seq.
Sed quare non agitur de dolo cum quo agitur furti, vt hic? Respon. furtum fit plerũque, & ideo frequentius puniendum, secundum Ioan. vt ff. de pœn. l. aut facta. §. fi.
De hac ratione & eius veritate dixi latius in l vt vim. ff. de iust. & iu.* at Ioan Fab ait quòd actione de dolo agitur ad rescindendum actum consensu partium firmatum, quod difficilius est tollere. & tõ nõ datur ꝑ modico,

† aliàs quoque.
† aliàs id quod.
† aliàs casu.
† Facit in prœmi. decre. in gl. vl. vbi dicitur, ꝙ pro vna gallina furtũ cõmittitur post medium gl. & gl. fi. in fi. in c. cũ te. extra de re iud.

ADDITIO Et hoc comprehenditur, si viso domino vel familiaribus non redeũt, vt solebant, nisi per aliquos dies hinc inde, non tamen si in syluis aberrassent, secundum Angelum.

SYL. Gallinarum. CASVS. Apum, ceruorũ, pauonum, & columbarũ exemplum dubitationem faciebat in casu nostro cuius cõ-

SYL.

modico.l.scio. ff. de in integr. restitut. l. res bona. ff. de contrahend. empt. quam rationem approbat Angelus pro cuius confirmatione * & illud addi potest, quod furtum habet nescio quid casus fortuiti, qui vix humana ratione præuidetur. gl. in l. cum duobus. §. damna. ff. pro soc. dolus autem à contrahentib9 facilius præcaueri potest.]

¶ Et not. ex hoc. §. quòd quælibet actio etiam pro vno nũmo datur, vt ff. de dam. infec. si proprietarius, i fi. 1. respon. & ff. de cõiun. cum eman. li. l. 1. §. illud. sed fallit in casibus: vt ecce, si commodo tibi seruum, & tu eum alis, non repetis a me expensas modicas, vt ff. commo. in rebus. §. possunt, & ff. de impen. in reb. dot. fa. l. omnino. Et excepta actione doli, vt dictum est. Item excipe quod est. ff. de damn. infe. ex damni. in princ.

SYL. ¶ Item, quod est in l. scio. ff. de in integrum restitut. quia ibi remedium est extraordinarium: regulariter enim pro quacunque minima re datur quælibet actio competens de iure communi. * Sed de isto articulo vtrum, & quando minimi ratio habeatur, vide Deci. in capit. de appellationibus, in 2. not. de appellat. & Alciat. lib. 1. de verb. sign.

SYL. * ¶ Item ea quæ ex hostibus. CASVS. In regula huius §. dubium faciebat, quod cum nihil tam contrarium sit iuri, quàm violentia, non videbatur esse legitimus modus dominium acquirendi.

Item cum ius naturale sit immutabile, non videbatur posse hominem liberum ab eo statu deijci, in quo illum natura creasset. Contrarium deciditur ea ratione, quia & bella ratione naturali suscepta sunt ad propulsandam iniuriam, resque nobis ablatas recuperandas. Quod vero statutum est de liberis hominibus, vt fiant serui hostium capientium, summam habet æquitatem, cum naturæ magis conueniat vos seruari, quàm interfici. §. serui. supra de iur. perso.] Nota quòd capta in bello, etiam si liberi homines sint, nostra fiunt. Item quod captus recuperat libertatem, statim quando ad suos redit, & euadit custodiam: quæ not. quia ambo requiruntur, cum copulatiue hic ponantur.

¶ Capta in bello iure gent. nostra fiunt, etsi liberi homines sint: & eatenus durant, donec a nobis aufugiunt hoc d. ex l. naturalẽ. §. fin. & l. adeo ff. de acq. re. do.

¶ Item ea, quę ex hostibus[a] capimus, iure gẽtium statim nostra fiunt: adeo quidem, vt & liberi homines in seruitutem nostrã deducantur: qui tamen, si euaserint[b] † nostram potestatem, & ad suos reuersi fuerint, pristinum statum recipiũt.[c]

† alias nostra potestate,

¶ Inuenta in littore maris, & nata ex animalibus nostris, nobis quæruntur. h. d. ex l. itẽ lapilli. & l. item quę. ff. de acqui. re. dom.

¶ Item lapilli,[d] & gemmæ, & cetera, quæ in littore maris inueniuntur,[e] iure naturali,[f]

a ¶ Quæ ex hostibus. Vt quib9 populus Romanus bellum indixit, vel ipsi populo Romano, vt ff. de capt. & postli. reuer. hostes, & ff. de verb. sig. l. hostes, & l. quos nos hostes.

* ¶ Amplia hunc text. vt locũ habeat etiã in locis sacris, & religiosis. l. cum loca, ff. de relig. Quod vero subijcitur de liberis hominibus, vt capti fiant hostiũ serui, hodie nõ seruatur si bella inter Christianos sunt, vt admonet Bart. in d. l. hostes, in fi. ff. de capt. sed lytron, id est redẽptionis pretium cogũtur soluere: quod tradit Sal. in l. ab hostibus. 2. C. eod.]

b ¶ Si euaserint. animo & corpore, vt ff. de cap. l. nihil. in princ.

c ¶ Recipiunt. iure postliminij, vt supra quibus modis ius pat. pot. sol. §. si ab hostibus.

* * Adde, idem esse in alijs rebus in continenti recuperatis ex hostibus, argu. l. tertia, §. cum igitur, & l. qui possessionem, ff. de vi. & vi armat. sunt enim prioribus dominis eas agnoscentibus restituendæ, argu. l. Pomponius. de acquir. rer. dom. Idem si ex interuallo, dummodo res immobilis sit. l. si captiuus. §. 1. ff. de cap. vel etiam mobilis, in qua tamen ius postliminij fit, vt seruus. l. ab hostibus. 2. C. de cap. & res in vsum belli, quæ sine dedecore amitti potuerunt. l. 2. ff. de capt. in continenti autem intelligitur res recepta, antequam intra præsidia hostium ducatur. l. postliminij. ff. de cap. arg. l. siquis in seruitute. ff. de furt.]

¶ Item lapilli. CASVS. non figuratur in tam noto & claro exemplo: cuius ratio est, quia ea, quæ in littore maris sunt. in nullius bonis sunt, sicut & ipsum littus. §. littorum. supra eod. in secundo vero casu, ideo nostra efficiuntur, quia rei nostrę fructus sunt. §. in pecudum, infra eod. Not. summarium.] SYL.

d ¶ Item lapilli. Scilicet pretiosi. Et quæ sit inter eos lapillos, & gemmas, & margaritas differentia, dic vt ff. de au. & ar. le. l. & si non sunt. §. fin.

e ¶ Inueniuntur, quæ tamen non sunt alicuius. aliàs contra, vt infra eo. §. fi.

* * Adde aliud esse, si in agro alieno, secundum Bald. in l. 1. ff. eo. col. 1.

f ¶ Iure naturali, Id est gentium, vt sup. eo. §. singulorum.

a ¶ In-

statim inuētoris a fiūt.

¶ Item b ea, quæ ex animalibus c dominio tuo d subiectis nata sunt, eodem e iure tibi acquiruntur.

¶ Per alluuionem fluminis, id est per incrementum latens, res nobis acquiruntur: non autem per vim ipsius terram euellentis, nisi radices arbores emiserint. hoc dicit ex l. adeo. §. 1. ff. de acq. re. do. Areun.

¶ Præterea quod per alluuionem agro tuo flumen adiecit f iure gentium tibi acquiritur. Est autem alluuio incrementum g latens. Per alluuionem autem id videtur adijci, quod ita paulatim adijcitur, vt intelligi h non possit, quantum quoque tēporis momento adijciatur. Quod si vis fluminis de tuo prędio aliquā partē detraxerit, & vicini prædio † appli-

a ¶ Inuentoris, ita demum si occupet siue apprehendat, † non aliàs, secundum Azo. nam in superiori. §. & in alijs præcedētibus de ijs, quæ per occupationem quæruntur, tractatur. vnde quod idem prosequatur hic vicinitas scripturæ innuit, vt ff. de testa. l. hæredes. §. sed & si notam, & ff. de legat. 1. si seruus plurium. § fin. & aduerbium similitudinis, scilicet item, quod est in prin. § apertè dat intelligere aliud esse in thesauro, cuius tractat⁹ est valde ab hoc separatus, vt infra eo. §. thesauros & ideo primū videnti & inuenienti, non capienti quæritur.

SYL. * ¶ Opinio Azon. verissima est, & probatur apertissime l. 1. in prin. ff. de acq. posses.

b ¶ Item ea. Nūc mutat stylum & materiā, & dicit de ijs, quæ acquiruntur per accessionem discretam, & in sequenti §. præterea. dicit de decessione concreta.

c ¶ Ex animalibus fœ. generis: siue rationabilibus, vt ex ancillis, vt supra de iu perso. §. serui, & C. de rei vendi. l. patrum. siue irrationabilibus, vt ff. de rei vend. l. si frumentum (aliàs incip. idem Pompon.) §. idem scribit.

d ¶ Dominio tuo. Vel quasi, vt si bona fide possides animal irrationale, vt ff. de acq. re. domi. l. bonæ fidei. § fi. non ita in rationali, vt inf. eo. §. in pecudum. & est ratio, vt ibi.

* ¶ Intellige hunc text. de dominio, quod cum proprietate coniunctum habet vsumfructum, nam alioquin ad vsufructuarium pertineret §. in pecudum infra eod. & quod dicitur hic, nata sunt, declara, etiam si apud alium concepta sunt. l. vlt. ff. de acq. re. dom.

e ¶ Eodem iure, scilicet gentium.

SYL. ¶ Præterea. [illegible] non figuratur aliter cum optime declaret seipsum text. * si quis tamen velit figurationem, sumi potest ratio dubitandi ex regula. l. id quod. ff. de reg. iur. ratio autem decidendi in alluuione fuit incertitudo, quæ cuiusque esset terra & quāta, quod non est vbi vi fluminis pars fundi alicuius applicatur fundo vicini. vltimi autē dicti eadē est ratio, quæ & vsucapionis, nēpe negligentia patientis terram suam cum fundo vicino coalescere. Not. quod alluuio est acquisitio iuris gen. & quid ea sit. Item, quod impetus fluminis non potest alteri applicare fundum meum. Item, quod emissio radicum facit quęri, quod non esset aliàs quæsitum.

f ¶ Adiecit. ponendo iuxta tuū prædium. * ¶ Adde, quod generaliter qualecunque ius habes in fundo, illud habebis, & in ea parte, quę per alluuionem accessit. Vnde alluuionis vsusfruct⁹ ad fructuariū pertinet. l. itē. §. huic. ff de vsufr. sic pign⁹ alluuione crescit. l. si fund⁹, de pignor. itidem & fundus seruiens. l. hoc iure. §. 2. de aqua quotid. eadē ratione redempto fundo ex pacto, transibit in redimentem etiam incrementum alluuionis, Pau. de Castr. cōs. 388. videtur. li. 1. & legatum, cuius dies nondum cessit, dicitur interim alluuione augeri. l. quod in rerum. de leg. 1. Idem in multis alijs iuris articulis apparet, quos hic referre operæpretium non est.]

g ¶ Incrementum, id est augmentum.

** Materiā alluuionis plene tractauit Bart. in tract. Tyberiadis, ad quem vnusquisq. recurrere potest, vbi inciderit aliqua dubietas in hac materia.]

h ¶ Intelligi non possit, licet tota die ibi figas intuitum: & hoc propter imbecillitatē naturalis visus, qui tam subtilia perpendere non potest, vt in cucurbita patet, quæ cito crescit, quæ tamen percipi non potest, quantum crescit quoquo momento temporis. Sed in quoddam genere agrorum cessat ius alluuionis, vt in agris militibus assignatis à Principe, qui limitati dicūtur, vt ff. eo. l. in agris. quæ sit ratio diuersitatis, dic vt ea. l. in fi.

SYL. ¶ Ex quo enim agros limitatos certo numero iugerum princeps concessit militibus, ex hoc videtur alluuionem prohibuisse, quia is numerus augeretur. l. testam. C. de testa. * Qui autem dicantur agri limitati, & cur ita vocentur, & de intellectu. d. l. in agris. vide Alc. lib. 1. Prætermis. & lib. 1. Parer. ca. 38. * & de huiusmodi prædijs: quæ quandoque à principibus assignabantur veteranis in præmia, habet text. in l. Lucius. ff. de euict.

a ¶ Appli-

† Hoc verū in vacātib⁹, vt hic. & l. si Barsatorū. C. de fideius. Quod no. pro statuto loquēte de eo qui inuenerit bannitū. Itē nō vacātibus si possidētis anim⁹ nō cōcurrat, aliàs solo acquiruntur aspectu.

† aliàs appulerit, aliàs attulerit.

cuerit,[a] palam est eam tuam permanere. Plane si longiore [b] tempore fundo vicini tui hæserit, arboresque, quas secum traxit, in eum fundum radices egerint, ex eo tempore † videntur vicini fundo acquisitæ [c] esse.

¶ Insula nata in mari efficitur occupantis: secus si in flumine, sed est eorum, qui habent prædia vicina, pro modo latitudinis fundi, si est in medio: alias illius, cuius prædio est vicinior. Si vero ex diuisione fluminis vnius fundus includatur, remanet antiqui domini. hoc dicit ex l. adeo. §. insula. ff. de acquir. rer. dom.

¶ Insula,[d] quæ in mari nata est, († quod [e] raro accidit) occupantis fit: nullius enim esse

SYL.

a ¶ Applicuerit. Aliàs appulerit. i. appofuerit, vt subijcit, puta crustam terræ forte vineatæ, & arboratæ.

** Quid vero, si in fundum alicuius delata sint vi fluminis ligna, vegetes, vel aliæ res, velitque dominus agri efferri, quia forte damnum dent agro, quid agere debeat, docet Vero. de seru. rust. pred. cap. 27.

b ¶ Longiore. id est longo scilicet tanto, vt faciãt radices, vt sequitur: vel etiam ipsa terra apposita vnitionem alteri terræ fecerit: cui apponitur, vt ff. de dã. infe. l. hoc amplius. §. ita demum. † Sed quomodo scitur, quando hæc vnitio vel immistio erit facta? Respond. per rusticos, qui talia sciunt, vt in Authent. de non alien. aut permu. §. quod autem dictum est. coll 2.

** Ex hac glos. collige standum esse peritis in arte, facit. l. 1. ff. de vent. inspi. & l. semel. C. de re milit. lib. 12.

c ¶ Acquisitæ. Vtilis tamen rei vendicatio priori domino datur, secundum M. vt ff. de rei ven. si frumentũ. (alias est l. idem Pomponius.) §. de arbore: Sed nos contra. sed in factum ad æstimationẽ damni, vt ff. de rei vend. l. in rem 1 §. itẽ. Sed rei ven. nõ dat', vt ff. de dam. infect. hoc amplius. §. Alphenus.

¶ Dic, quod aut facto fluminis applicuit, & cessant omnes actiones: aut facto hominis, & procedit disputatio præsens.

¶ Insula. CASVS sic figurari potest. Quærebatur cui' esset insula in mari nata, & videbatur effici illorum principum, qui dominium vicinioris terræ haberent, vel saltem quod efficeretur communis, sicut & mare est; contrarium respondetur, quod immo, * quia nullius est, efficitur occupantis, §. feræ. sup. eo. quod autẽ nullius sit: ex eo probatur. quod nihil aliud est insula quã terra in mari apparẽs, quæ a natura sublata est è profundo maris ad superficiẽ. Sicut igitur cum mari subiacebat, nullius in bonis erat. §. littorum. in fin. sup. eodẽ. ita & postquam emersit, eodem iure debet cẽseri, & per hoc concedenda occupãti.] Iterum videbatur, ꝙ nata in flumine publici iuris fieret, sicut & flumen. Contrariũ deciditur, ꝙ efficitur eorũ, qui habent vicina prędia, ea fortasse ratione, quod præsumatur nata ex terra ipsorum vicinorum: vel in quoddam præmiũ oneris, quod illis incumbit, ripæ muniendæ, & reficiendæ. Nec obstat, quod alueus fluminis publicus sit, sicut & flumen ideoque insulam etiam, quæ dũ subsidebat, alueì loco erat iuris publici esse deberet, quia verum est alueum fluminis publicum esse, donec flumen super illo labitur, non etiam vbi ad aliam partem fluere cœperit, vt dicitur in §. sequen.] Ideo autem disponitur in tertio casu dominium cõseruari, quia non mutatur forma agri. Nota, quòd insula nata in mari in nullius est bonis. Item, ꝙ ideo conceditur occupanti. Item, ꝙ ad raro contingentia iura etiam aptantur. Item, quòd insula nata in flumine efficitur vicinorũ pro modo latitudinis: cetera dic vt habetur in summario.

d ¶ Insula. Dicitur locus vndique circundatus aqua, vt hic, & ff. eod. l. adeo. §. insula, & l. insula. ( i ) aliàs quandoque pro domo in mari posita, quæ in salo, id est, salso posita est secundum Isidorum. Item quandoque pro qualibet domo, vt ff. de eo, quod certo loco da. l. 3. §. siquis insulam. — Insula tria significat.

¶ Dic, quod quando capitur pro domo, pro ea accipitur, quæ vndique via circundantur, ad similitudinẽ insulę circũdatæ ab aqua.] Item nota diligenter ista 7. responsa vsque ad §. alia sane, &c. — SYL.

ADDITIO ( i ) Dic, ꝙ Insularum alia est naturalis, vt Corsica & Sardinia, alia casualis, vel accidentalis, quæ in flumine sępe nascitur, ĩ mari perraro. Naturales insulæ sũt principis, nõ in dominio patrimoniali, sed in dominio iurisdictionali, vt l. insulę ff. de iudi. l. illicitas. §. qui vniuersas, ff. de officio præsidis, sed de hac materia plenius videas hic per Ang. & Bar. in tractat. de ĩsula. & Veron de serui. rusti. præd. c. 33.

e ¶ Quod raro accidit. Sed opponam: ad ea, quæ frequentius accidunt, potius iura adaptãtur, vt ff. de leg. & senatuscon. l. nam ad ea. Respõdeo, quod illud verbum potius solutionem inducit: nam bene infertur potius. ergo ad alia.

¶ Itẽ hoc dictũ fuit, ne ex decisione ponẽda

in fluuiatili insula argueref ad ortā in mari.
a ¶ Creditur, scilicet antea.
b ¶ In flumine. id est in medio fluminis.
** Adde, tribus modis in flumine insulam fieri, quos eleganter docet Iuriscon. in l. ergo, §. tribus. de acquir. rer. domin ]

titudinis cuiusque: quod nō alia ratione dispositū fuisse arbitror, nisi quia ad illos etiam spectat onus ripæ muniendæ: nouus autem alueus ideo publicus fit, quia fluuij censitorum vice funguntur, & ex priuato in publicum adducūt. l. ergo. §. flumina. ff. de acquir. re. do. circa casum inundationis ratio assignatur in text. Nota. clara sunt, & eliciuntur de facili ex summario.

creditur. ^a At insula in flumine ^b nata, (quod frequenter accidit) si quidem mediam partem ^c fluminis tenet, communis est eorum qui ab vtraque parte fluminis prope ripam prædia possident, † scilicet pro modo latitudinis ^d cuiusque fundi, quæ latitudo prope ripam sit. Quod si alteri parti proximior sit eorum est tantum, qui ab ea parte prope ripam prædia possident. Quod si aliqua parte ^e diuisum sit flumen, deinde infra ^f vnitum, ^g agrum alicuius in formam insulæ redegerit, eiusdem permanet is ager, cuius & fuerat.

¶ Alueus nouus efficitur publicus, sicut ipsū flumen est: vetus autē dominis fundorū propinquorum cōceditur. Idem de nouo alueo, si flumen in antiquū redeat. Item inundatio fluminis nō mutat dominium fundi. h. d. ex l. adeo. §. quod si toto. ff. de acq. re. dom.

¶ Quod si naturali † alueo in vniuersū derelicto, † ad aliā partē fluere cœperit, prior quidē alueus ^h eorum est, qui prope ripā eius prædia possident, pro modo. s. latitudinis cuiusque agri, quæ latitudo prope ripam sit: nouus autem alueus eius iuris esse incipit, cuius & ipsum flumen est, id est publicus. Quod si post aliquod tempus ad priorem alueum reuersum fuerit flumen, rursus nouus † alueus eorum esse incipit, ^i qui prope ripam eius prædia possident.

c ¶ Mediam partem. Scilicet. quod poterit sciri accepta chorda & puncto posito in medio inter vtrūque agrū. & tunc si punctum est ex vna parte tātū, alij cedat: aliàs secundū quod punctum extenditur, vt colligitur. ff. de acquir. rer. do. l. inter eos, & l. seq. Ex his paret, quod pro diuiso possident insulam & habent dominium circūdantes flumē, vt ff. eo. pro regione.
d ¶ Latitudinis, existentis ab vna parte, cū plures sint ex vna parte, & vnius fundus alicuius latior est, quam fundus alterius, & in hoc tantum frontem agri considero, vt ff. eod. insula. in princip.

† .s. iure dñi nā ad fructuarium non pertinet, l. rē, §. huic. ff. de vsuf.

e ¶ Parte. scilicet superiori.
f ¶ Infra. scilicet inferiori parte.
g ¶ Vnitum. Scilicet flumen, id est coadunatum, & hic sit punctum. † Vel dic vnitum agrum, &c. & tunc puncta ibi infra.

† Hæc verior.
SYL.

¶ Quod si naturali. ¶ CASVS positio facilis est.* Videbatur enim alueum à fluuio destitutum debere publicum manere, sicut erat antea: vel in bonis nullius, quasi pro derelicto habitum à flumine, & consequenter occupanti concedendum, aut reuerti velut iure quodam postliminij ad priores dominos, quibus à fluuio fuerat ablatus quib. nō obstantibus statuitur eorū fieri, qui prope ripam prædia possident pro modo la-

h ¶ Alueus. a quo nunc vltimo recessit flumen.
** Alue⁹ prior appellatur in comparatione sequentis, arg. l. 1. § priorum, ff. de aqua quo tid. & æsti. nouus aūt alueus dicitur ad differentiam veteris, vnde & si per multos annos steterit, appellatur nou⁹, donec alius nouus superuenerit, argum. l. ex vsu. cum seq. ff de vi. tri. & ope. leg. aliquando demonstrationis gratia appellatur nouus, qui non est modo, sed iam fuit, vt infra, qd̄ si post aliquod. arg. l. insula, in fin. ff. de acquir. rer. dom. ]

** † .i. antiquo, ad aliam noui.
† aliàs alia defluere cœperit.

** † .i. q paulo ante erat nou⁹.

i ¶ Incipit. quantum ad strictam rationem. nam de æquitate vix obtinet, id est non obtinet, vt ff. eod. l. adeo. §. insula. in fin. Et not. hic. quod flumina vicem iudicum tenent: & dant, & auferunt dominia, vt hic, & ff. eo. ergo. §. alluuio. Accur.
** Collige ex hoc text. ibi, nouus autem alueus eius iuris &c. vnū speciale nota dignū, nempe quod licet regulariter quicquid solo super imponitur, cedat solo. §. cū in suo, inf. eodem. tamen secus est in aqua, quæ est sup. solum, quia solum ei cedit, & est speciale in mari, flumine, & quibusdam aquis in quibus habet locum ius alluuionis. secundum

dum Bar. in tract. de alluuio col. vj.]

a Speciem. id est faciem fundi. Sed contra ff. de flu. & ne quid in flu. pu. l. 1. §. si fossa. in fi. §. Solu. ibi totum occupauit. hic partem. Vel hic eodem impetu recessit, quo venit ibi non, sed diu coopertum tenuit.

* Dic. quòd imò. § si fossa. cõcordat cum text. nostro, vt etiam Angel. hic animaduertit.]

b Manere. Fuit ergo dominus etiam tunc temporis, quando aqua inundabat. Sed contra. ff quib. mo. vsusfr. ami. l. si ager. so. ibi improprie dicit amitti, scilicet quantum ad commodũ fruendi. Vel hic inundauit propter impetum aquarum, ibi vt faceret alueũ, vt probatur prædicto titu. l. quid tamen. § agri. Et hæc vera sunt quantũ ad proprietatem: sed possessio indubitanter tempore inundationis amitteretur, vt ff. de acquir pos. l. 3. §. Labeo, & l. qui vniuersas. §. 2. & l. Pomponius. r. respon. tamen aqua recedente etiam possessio restituenda est, vt ff. de iti. actuque priua. l. 1. §. sed & si quis.

* Si spectatur tempus inundationis, verũ est tunc dominium amissum intelligi. d. l. si ager. ibi, amittitur vsusfru. nisi simus in casibus, quibus nec possessio per inundationem amittitur, quos refert Ias. in l. 3. §. Labeo. ff. de acq. pos. sin tempus recessus aquæ, vt hic, & tunc verum est, intelligi dominium durasse, quia l. restituit omnia in pristinũ statum, & per subductionem temporis inundationis dominij constitutionem inducit. d. l. si ager, ibi, quemadmodum. diuersum est autem in possessione, quia solo animo amittitur. l. cum vnus. §. si ff. de bo. aut. iud. pos. dominium vero non. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquir. pos. ]

¶ Alia sane causa est, si cuius totus ager inundatus fuerit, neq; enim inundatio fundi speciem [a] commutat: & ob id, si recesserit aqua, palam est eum fundum eius manere, [b] cuius & fuit.

¶ Speciem nouam ex aliena materia faciẽs, eius dominus efficitur, nisi possit ad pristinam reduci. h. d. ex l. adeo. §. cum quis. ff. de acqu. rer. dom.

¶ Cum ex aliena materia species aliqua facta [c] sit ab [d] aliquo, quæri solet, quis corũ

Cum ex aliena. Diuiditur in quinque partes. Primo ponit thema. Secundo quæstionem. Tertio per exempla thema declarat. Quarto ponit responsionem. Quinto per exempla responsionem declarat. Secunda ibi, Quæri solet. Tertia ibi, Vt ecce. Quarta ibi, Et post multam. Quinta ibi, Vt ecce vas.

SYL. ¶ CASVS figuratio plana est: ponit enim in tex. rationes autem dubitandi plures allegabantur. quia illius nouæ speciei confectæ nunquam ille fuerat dominus, cuius erant ea, ex quibus erant confectæ. Contra videbatur, quia quãuis species fuisset in nullius bonis, tamẽ materia erat in alterius dominio: vt autem tolleretur hæc ambiguitas, media via electa est, s. q; aut reducibilis est species ad priorẽ, & remaneat domini. quia est ac si species non sit alterata, & materia in dominio alterius fuerit: aut non est reducibilis, & cedat specificãti: quia illa species non fuit in alicuius bonis. Nota, q; specificans quærit dominium rei specificatæ non reducibilis ad priorẽ formã: intellige si bona fide specificauit, ignorans alienam. Item not. iura concordanda, & mediam viam eligendam.]

c Aliqua facta. Facta autẽ intelligitur etiã cœpta, licet non perfecta, vt ff. de aur. & arg. lega. l. & si non sunt. §. quid ergo. † Ratio huius est, quia quæ in opere sunt, inesse videntur. ff. si cer. pe. l. lecta. & c. officij. extra de elect.

† aliàs deest, quod sequitur. SYL.

* Licet hæc glos. communiter improbetur, tamen verissima videtur, dummodo declaretur secundum distinctionem tex. nã si opere incœptæ res ad priorem materiam reduci non possunt, vt in calceis vuis videmus, cur dominium acquisitum non vere quis dixerit? est vtique noua quædam species constituta, tametsi illa non sit, ad quam opera facientis principaliter tendebat.

* Speciem hic & sequẽtibus paragraphis accipit Impe. pro re, quæ ex rudi conficitur materia, & noua quasi facie assumpta simul & nouum accipit nomen, deposito ipsius rudis materiæ nomine. ** materia autẽ est vnde quid conficitur, vt in scypho metallũ, in contractu consensus: at forma est, quæ certæ illi speciei nomen dat.]

d Ab aliquo. Scilicet bona fide, vt ff. ad exhiben. de eo. §. si quis, & suo nomine, vt ff. de acq. rer. do. adeo. §. cum quis in princ. & l quicquid. §. Vbi. Item & tertium, scilicet, quod nõ possit redire ad priorem materiã, secũdum Ioan. vt in fi huius §. Quid si duo specificauerunt, vnus bona fide, alius mala fide? Respon. communis est domini, & specificantis bona fide: non autem mala fide, † vt ff. qui. ad l. proclama. non licet. si duo. Azo. Eodem modo quæro, & soluo ea, quæ sequuntur. Quid si ex diuersorum materijs speciem fecit, & in vna habuit bonã fidem, & in alia malam fidem? Item, quid si in materia vnius partim bonam, partim malam fidem habuerit? Item, quid & si partim suo specificantis nomine, partim nomine domini.

† Immo nomine proprio, & bona fide secũdũ Christop.

* Intellige secundum Doct. hic, dum sit equalitas in pretio, & in portionibus iuxta l.

quicquid.§.vlt. ff.de acq.rer. dom. & dummodo in ea parte, in qua suo nomine agit, bonam fidem habeat, alias secus.
a ¶Naturali ratione.Id est iure gentium.
b ¶Fecerit. id est detexerit quo ad spicas, vt ff.eod. l. adeo. §.cum quis. in fin. sic sup. de liberti.§.1.

exempli pro pueris, secundum Pla.† quædã enim gratia docendi dicuntur, quæ aliàs non dicerentur, vt ff. de actio. & obl. l.obligationum substantia.§.fin.Vel dic secundo secundum Azo. illam per istam corrigi.

† qui re[illegible] prehe[illegible] supra princ. in gl. [illegible] habe[illegible].

naturali [a] ratione dominus sit: verum is qui fecerit, [b] an potius ille, qui materiæ dominus fuerit. Vt ecce, si quis ex alienis vuis, aut oliuis, aut spicis, vinũ, aut oleum, aut frumentum fecerit: aut ex alieno auro, vel argento, vel ære, vas aliquod fecerit: vel ex alieno vino, & melle mulsum [c] miscuerit: vel ex medicamentis alienis emplastrum, aut collyrium [d] composuerit: vel ex aliena lana vestimentum fecerit: vel ex alienis tabulis nauem, vel armarium, vel subsellia fabricauerit. Et post multam Sabinianorum [e] & Proculianorum ambiguitatem, placuit [f] media [g] sententia existimantium, si ea species ad priorem & rudem materiam reduci possit, eum videri dominum esse, qui materiæ dominus fuerit: si non possit reduci, eum potius intelligi dominum, qui fecerit. [h] Vt ecce, vas conflatum potest ad rudem materiam æris, vel argenti, vel auri reduci: vinum autem, vel oleum, aut frumẽtum, ad vuas, vel oliuas, vel spicas [i] reuerti non potest: ac ne mulsum quidem ad vinum, & mel resolui potest.

¶ [illegible]

¶Quod si partim ex sua materia, partim ex

SYL.

c ¶Mulsum. id est nectar, siue stalladiam.
* ¶De mulso vide Pallad li. 11. & Plin. lib. 22.c.24 ]
d ¶Collyriũ. id est vnguentũ ad oculos.
e ¶Sabinianorum.i. Sabini, & suorum fautorum, qui dixerũt speciem cedere domino materiæ. Sed Proculus cum suis sequacibus contra, scilicet vt specificanti tantũ cedat, vt ff. eo. l. adeo. §.cum quis.
** Hic ille est Massurius Sabinus, qui publice primus respondit. l.2. prope fin. de orig. iu. a quo Sabiniani appellati, qui ei i schola successere. Sic Proculiani a Proculo, qui & ipse magnæ fuit auctoritatis, & plurimũ potuit, vt refertur ibidem in d.l.2.
f ¶ Placuit.scilicet nobis.
g ¶Media sententia, quæ nec vni in totum, nec alteri concordat, vel discordat: sed distinguit, vt sequitur. Et nota medium seruandum: sic supra quibus ex cau. ma. non licet. §. penult. Argu.contra.ff.de neg.gest.l. Nesennius, in fin.
ADDITIO. Dic, ꝙ media via est eligẽda, qñ nõ põt magis i⁹ ad vnã partẽ adaptari, q̃ ad aliã. vt hic: aliàs diceret̃ diuisio rusticana, vt d.l Nesennius, in fi. cum gl. Aret.
h ¶Fecerit. Si & alia duo interuenerunt, quæ in princ.huius.§.diximus.
i ¶Vel spicas.Et ita apparet, ꝙ frumentum cedit specificanti.Sed contra, ff. eodem.l.adeo.§. cum quis, in fi. §. Sol.hæc posuit gratia

Medium est seruandum.

* ¶ Melius est supplere istũ tex. ex versi. videntur tamen. posito in d. §. cum quis, qui in curiam Triboniani huc relatus nõ est. Ridiculum enim est dicere. quòd propter iuuenes male exemplificet, vel quòd iste text. sit correctotius, §.cum quis, cum Iustinia. vbicunque ius antiquũ corrigit, id apertissimis verbis soleat indicare.]Item ad hæc omnia exempla, in quibus dicitur speciem specificanti cedere, est cõtraria regula, quæ dicit. Quod ex re mea est, vel nascitur, meum est, vt ff. ad exhiben. de eo. §.si quis.in fin. ff.de rei vendi. solum. §.meũ. Solu. illa regula locum habet in quinque casibus, scilicet. vbi dominus specificauit. Item, vbi alius eius mandato. Item, vbi sine mandato, sed ratum habet.† Item, vbi alius mala fide, & suo nomine. Item, vbi bona fide, sed res potest ad priorem materiam reduci, quorum nullum hic est. Item, si hæc vera sunt, quod specificanti cedant, contra est regula, quæ dicit, Neminem cũ alterius iactura fieri locupletiorem, vt ff.de condict. indeb.nam hoc natura? Respond. licet fiat sua species quo ad dominium, tamen actione in factum tenetur ad æstimationem, vt ff.de rei vend.l.in rem.t. §.item quæcũque, & ff de donat. inter vir. & vxor. l.si mulier. §.1.& l.seq.
¶ Quod si partim. [illegible] positio pendet ex superiori, ideoq. minus dubitabile deciditur, vt innuit Imperator ibi, dubitandum

Meũ est, quod ex meo nascitur.

† Intelligas gl. qñ noĩe dñi specificauit, alias si non fuisset specificata noĩe dñi, non posset habere tãtũ, cum sit factũ in sui fauorẽ vt l. si pupilli.§.si ego ff. de neg. gest.

non

aliena, [a] speciem aliquam fecerit quis; veluti ex suo vino & alieno melle mulsum miscuerit, aut ex suis & alienis medicamentis emplastrum aut collyrium, aut ex sua lana & aliena [b] vestimentū fecerit, dubitandū nō est, hoc casu eum esse dominum, [c] qui fecerit: cum non solū operam suam dederit, sed & partem eiusdē materiæ præstiterit.

¶ Aliena purpura intexta vesti accessio cedit vestimento, is autem qui dominus fuit, habet actionem contra f. rem. Ang.

¶ Si tamen alienā purpuram [d] vestimento suo quis intexuerit, licet pretiosior [e] sit purpura, tñ accessionis † vice cedit vestimento: & qui dñs fuit purpuræ aduersus eū, qui surripuit, [f] hēt furti actionem, & cōdictionē, [g] siue [h] ipse sit, qui vestimentum fecit, siue alius. Nam extinctæ [i] res, licet vendicari non possunt, condici tamē à furibus, & quibusdā † alijs possessoribus [k] possunt.

† alias iuste.

† alias quibusque. & ita legisse vr Theophil⁹ qui vertit catapaniō nomion intellige tū de malę fidei possessoribus.

non est, cuius decisionis ratio eadem est, & maior, quia duo vincula arctius ligant, auth. itaque. C. com. de success. Intellige tex. tamen in terminis in quibus loquitur, scilicet quando non posset reduci ad priorem materiam, vt declarat. glo. fin. Not. summarium. Item, quod duo vincula potentius ligant. Item argumentū de minori ad maius affirmatiue.]

a ¶ Ex aliena .s. materia.

b ¶ Ex aliena scilicet lana.

c ¶ Dominū. Sed si possit reduci ad priorem materiā, fit communis habita ratione materiarū, vt non cedat specificanti, vt ff. eod. l. quicquid. § si. in fine. Idem forte erit, & quando mala fide fecit, licet reduci non possit, vt ff. ad exhib. l. de eo. § si quis.

SYL. ¶ Imo amittit dominium suæ materiæ. §. ex diuerso, inf. eod.

SYL. ¶ Si tamen. CASVS Si purpura vestimento intexta sit, dubitabatur, an vesti accederet, vel econuerso: ratio autem, q̀ vestimentum ipsi cederet, videbatur, quod pretiosior ipsa veste videbatur ad se trahere min⁹ dignum. l. præcipimus. in fin. C. de appel. contrarium tamen decidit imperator, ex eo, q̀a cū purpura vesti accedat, debet à principali trahi, non econuerso. & ita patet ibi accessionis vice. * Sed quia iniquum est, vt alterius facto res nostræ efficiantur alienæ. l. id quod. ff. de reg. iur. ideo domino purpuræ datur furti actio. item & condictio in eū, qui illam surripuit.] Not. summarium. hē quòd accessoriū, & si pretiosius & dignius eo cui accedit, sequitur principale. Item q̀ sicut per confusionem dominium rerum alienarum nobis quæritur, ita per accessionem. Item, quod quamuis dominiū sit trāslatum in furem, omnino datur saltem condictio furtiua. Item, quòd rei suæ potest cōmitti furtum.

d ¶ Purpurā. vt manicam vel gyronem: si autem ipsa fila, puta in tela, tunc alia ratione est dominus factus purpuræ, scilicet iure specificationis, vt supra proxim. § & præcedenti. Hic autē §. aliquid vult adncere supra dictis, s. de acquisitione iure accessionis: ne ergo nihil operetur, adiungit hoc, quod nūc dixi, vt ff. de leg. 1. si quando, in princ.

e ¶ Pretiosior. No. pretiosius accedere viliori, sic. ff. de contrahen. empt. si in emptione. Sed contra. ff de ædil. edic. l. iustissime. Sed ibi speciale in homine. Sed contra, infra de fideiuss. §. fideiussores. Sol. vt ibi. item loquitur hic. §. quando dicta purpura gratia ornādi, vestimento fuit apposita: sin autem ecōtra, vt vestimentū seruiret purpuræ, vt forte eā seruaret, tunc cedit vestimentum purpuræ, vt in duabus legibus contrarijs, vt ff. de vsuc. l. rerū mistura. §. quid ergo & ff. de aur. & arg. leg. l. & si non sunt §. perueniamus. Si autem neutrum causa alterius apponatur, tunc neutrum alteri cedit, & vtrumque possidetur, vt ff. de vsucap. l. rerum mistura. §. quid ergo. ADDITIO. Dic secundum doct. quod neutrum possidetur communiter, sed quodlibet de per se sic, vt not. in d.cto §. quid ergo Angel.

f ¶ Surripuit. si surripuit: alias istis actionibus famosis non tenetur.

SYL. * ¶ Dic quod condictio furtiua non infamat, sicut actio furti. l. cessat. ff. de act. & obl. & de ratione diuersitatis vide Ias. in l. certi in princ. col. 8. ff. si cert. per.

g ¶ Et condictionem. s. furtiuam, vel sine causa, vt ff. de condi. sine causa. per totum.

h ¶ Siue ipse. s. fur: nam forte erat sartor.

i ¶ Extinctæ, quantum ad dominium, quod perdidit dominus eius: & ideo quantum ad eum extinctum est: quia quādiu est intexta purpura, extincta est: nec potest vendicari. sed agi potest ad exhibendum, vt exhibeatur, & post vendicetur, vt ff. ad exhiben. l. gemma & ff. de rei ven. l. in rem actio.

k ¶ Possessoribus. veluti à prædonibus: & malæ fidei possessoribus, vt iste fuit vt hic

& inf. de act. §. sic itaque, & ff. vsufru. quemadmod. ca. l. fin. in fi.

¶ Si duorum. Diuiditur principaliter in duas partes. Primò, quando voluntate dominorum: secundo, quando casu sunt confusæ. Secunda. ibi, Quod si fortuito. Item prima subdiuiditur. Primo quando eiusdem generis materiæ confunduntur. Secundo quando diuersi generis. Secūda ibi, Sed & si diuersæ. Aret.

legat. l. pediculis, §. Neratius.

* ¶ Electrum teste Plin. lib. 33. c. 4. vocatur aurum, in quo quinta portio est argenti.]

e ¶ Idem iuris vt sit commune, vt subijcit.

f ¶ Placuit. s. vt sit commune, nisi separari possit.. veluti si ex ære meo & plumbo, vel argēto tuo species facta sit, q. bus casibus separari pōt, & quilibet vendicat suum, vt ff. de rei vend. l. si frumentum §. sed si plumbū & ff. de acq. re. do. l. lac⁹. §. fin.

¶ Commistio voluntaria, vel fortuita, facit rem esse communem. hoc dicit ex l. adeo §. voluntas. ff. de acquir. rer. dom.

¶ Si duorū [a] materiæ ex voluntate dominorum [b] confusæ [c] sint, totum id corpus, quod ex cōfusione fit, vtriusque cōe est: veluti si q vina sua confuderint, aut massas argenti, vel auri conflauerint.

¶ Sed & si diuersæ materiæ sint, † & ob id ꝓpria species facta sit forte ex vino & melle mulsum: aut ex auro & argento electrum, [d] idem iuris [e] est, nā & hoc casu cōem esse speciem non dubitatur.

¶ Quod si † fortuito, & non voluntate dominorum confusæ fuerint, † vel eiusdē generis materię, vel diuersę, idē iuris esse placuit.[f]

¶ Species duorum a voluntatibus mistæ, coes fiunt. secus si casu. h. d. ex l. idem Pompon. in prin. ff. de rei vend.

¶ Quod si [g] frumentū Titij frumento tuo mistū fuerit: si quidem ex volūtate vestra, cōe est quia singula corpora, i. singula grana, quæ cuiusque propria fuerunt, ex cōsensu vestro cōicata sunt.[h] Quod si casu id mistum fuerit, vel Titius id miscuerit sine tua voluntate, non videtur cōe esse: quia singula corpora in sua substantia durant.[i]

SYL. ¶ CASVS clarus est, & nullam prorsus habet dubitationē, cum enim incōueniat, quem priuari dominio suo eo inuito, si quid ex volūtate vel casu confundatur, debet fieri cōmune: & hæc est regula. in qua ratio dubitandi non exigitur, cum loquatur ī casu, in quo separatio est impossibilis, vt dr̄ in gl. Not. ex commistione voluntaria vel casuali quæri & communicari dominia rerum. Item no. differentiam inter confusionem & commistionem. Item, quod casus fortuitus & volūtas dn̄i in hoc equiparant̄.

† alias & ex his.

† alias fortuito.

† aliàs vel diuersæ materiæ, vel quæ eiusdem generis sunt, idem &c.

SYL. ¶ Quod si frumētū. Casus facilis est. si q. dem formatur in text. * ratio autem dubitandi i primo dicto non est q̄renda, q̄nquidem dominorum consensu facta est communicatio, cū etiam in cōfusis sup. prox. §. Imperator dixerit non esse dubitādū. Sed quoties mixtio fortuito fit tunc dubiū facere poterat. §. præcedens, vbi idē statuitur, siue ex consensu, siue casu, materiæ confundantur.] Quāuis enim non fiat realis commistio, fit tamen talis in granis frumēti, vt impossibilis sit separatio: magis enim facile separatur aurum ab arg. quam frumentum à frumēto: dicitur tamen contrarium.

* Ratio decidendi assignatur in tex. ibi, quia singula &c. & confirmatur per simile. Hinc infert Iustin. q cū frumentū non fiat cōe, cōpetit in rē actio pro quantitate cōmunicata, sed iudicis erit æstimare. quatenus excedat, vel minor sit æstimatio bonitatis vnius, vel alterius frumenti. Not. collige per te.]

a ¶ Si duorū. Acquiritur dn̄ium non solū specificatione, vt sup. eo. §. cum ex aliena. & §. quod si & accessione, vt sup. eo. §. si in, sed etiā cōfusione, vt hic. Item immistione, vt infra proxi. § quod si frumentum.

b ¶ Dominorum. bene dicit dominorum voluntate. Nam si vnus dominus fecit inde speciem. i. mulsum. vel vas ex argento meo & suo: sua est iure specificationis, non communis, vt sup. eo. §. quod si partim. & de rei vend. l. si frumentum. §. 1.

ADDITIO. Hoc intellige bona fide, & suo nomine, vt vidistis. in §. cum ex aliena. sup. eo. per gl. vt hic, Ang.

c ¶ Confusæ, id est simul fusæ.

Electrum quid est. d ¶ Electrum genus est vasis, vel species metalli: & ad hoc est, ff. de aur. & argen.

g ¶ Quod si frumentum. † Diximus quando confunduntur ita, vt separari non possint nūc videndū est qn̄ singula corpora in sua substantia durant, quo casu dr̄ immisceri.

h ¶ Communicata sunt, & ideo locum habet Communi diuidundo actio, vt ff. de rei vend. l. si frumentum. 2. respon.

i ¶ In sua substantia durant, Sed numquid

idem

Continuatio.

† Istā glo. non credo esse Accur. quia nō reperitur in antiquis originalibus nec de ea doct. aliquam faciunt mentionem.

¶ Sed nec magis istis casibus commune fit frumentum, quam grex intelligitur esse communis, si pecora Titij tuis pecoribus mista [a] fuerint. Sed si ab alterutro vestrum totum id frumentum [b] retineatur, in rem quidem actio pro modo [c] frumenti cuiusque competit: [d] arbitrio autem iudicis continetur, vt ipse æstimet, quale cuiusque frumentum fuerit.

¶ Materia ædificij cedit solo: duplum tamē soluitur per ædificantem, nec vendicatur nisi diruto ædificio. h. d. ex l. adeo. §. cum in suo. ff. de acq. re. dom.

idem, si nostra voluntate fuissent immista? Videtur quod sic. nostra enim contēplatio vel voluntas non potest mutare substantiā granorū, quin semper discreta sint a se inuicem, quod videtur esse contra. §. præcedentem. Sed resp. non est mirū: alias enim simile reperimus: nonne tempus continuum est sui natura, cum tempus sit mēsura mot⁹ primi mobilis, qui motus est vniformis, & cōtinuus, vt dicit Arist. in 7. Physi. & tamē partes in ipsa cōtēplatione distinguimus & assignamus, dicentes quoddam præsens, quoddam præteritum. quoddam futurum? sic in granis frumenti dicimus, q; licet eorū corpora sint discreta in suis terminis, cōia tamen ea possumus facere, ita q; aliqua non sit particula in tuo grano, quam tu non cōmunices mihi: nulla in mea, quam ego tibi non communicem: quod non esset deficiente nostra voluntate: sicut nec in tempore distincto generarentur hæ diuersitates, nostra significationes vel respectu deficiente.

Tempus id est.

† alias de est sed.

Tēporis diuisio.

a ¶ Mista. quod fit per errorem, quo casu dominium non transit, vt ff. eodem. l. si procurator 2. vel vt melius pascantur: & facit infra ad l. Aquil. in princ. vbi dicit, quod gregatim pascuntur. Sed contra. ff. de sol. si alieni. So. ibi est speciale in pecunia numerata, vt ibi dicitur, vt ff. si cer. pet. singularia.

SYL. ¶ Et hic & ibi hæc gloss. communiter approbatur.]

b ¶ Frumentum. nondum bona fide consumptum: tunc enim in factum actio daretur, vt ff. ad l. Aquil. qui occi. §. si quis alienum vinum.

c ¶ Pro modo. id est mensura.

d ¶ Competit. id est quod cuilibet tantum frumentum restituatur, quantum fuit suū, quando non apparet quod fuerit suum: & hoc propter impossibilem discretionem, vt ff. de vsufru. l. vsufructuarium. §. si in viuarijs. si autem apparet quod cuiusque fuerit, hoc iudex æstimet, vt subijcit, secundum Azo. & secundum hoc dic quale, i. quod, & sic cuilibet sua grana restimantur. Vel dic prox. respond. arbitrio &c. esse de eo de quo est istud, scilicet quando non apparet quod fuerit suum: & hoc innuit hoc verbū quale: non enim dicit quod, sed quale vt in qualitate officium versetur, & quantitate, nō autem in corpore; cum illud sit impossibile discernere: & sic probabit, qui dicit suum fuisse melius.

SYL. ¶ Tu dic clarius, quod aut a volentibus cōmiscetur, & efficitur commune: & datur actio communi diuidundo: aut præter volūtatem, & tunc si facilis est separatio, vendicari sua grana a quolibet poterunt. l. si frumento, §. sed si plumbum, ff. de rei vend. Aut est difficilis, & iudex tā circa qualitatem, quam circa quātitatem arbitrabitur, dūmodo non faciat separari grana, vt hoc lex.] Et no. triplicem esse differentiam inter hunc. § & superiorem. species enim dicuntur misceri. vt hic materia confundi, vt sup. sed Pet. contra. Item hic remanet in eadem substantia, ibi non. Item confusa fiunt communia etiā sine dominorum voluntate, vt supra prox. §. hic non.

SYL. * ¶ Cum in suo. CASVS. Quærebatur, si in solo meo ex materia aliena ædificem, vtrius ædificium esset; & cum noua species fiat partim ex re facientis, partim aliena, videbatur. quæst decisa. supra in §. quod si partim. attamen traditur noua regula, quod ædificium cedit solo. nam cum solum a Deo creatum sit, vt firmamentum quoddam, sine quo ædificia non consisterent, merito placuit, vt tamquam pars potentior ædificij ceteras ad se traheret. Sed cum iniquum esset quenquam re sua absque eius voluntate priuari, subditur, quod nihilo magis dominus materiæ desinit esse dominus illius. Nam quemadmodum possidens domum non censetur res singulas possidere. l. cum qui ædes. ff. de vsucap. ita non debet absurdum videri, si quis intelligatur dominus totius ædificij, non huius, vel illius rei, & consequenter si is, qui dominus erat materiæ, remaneat dominus eiusdem, cum non concurrat cum domino totius integralis. Ceterum quia si daretur vēdicatio, necesse esset ædificium rescindi, ex quo vrbs deformaretur, idcirco constitutum est, vt tātisper, dum ædificium constat, is suā materiam vendicare non possit, sed duplum pro ea consequi.] No. ædificium solo cedere. Itē q; nemo cogi potest eximere tignum alienū iniunctum suis ædibus. Item, quod quamuis dominus soli fiat dominus totius, tamē dominus materiæ remanet dominus. Item, quod rei vendicatio non datur domino Itē quod actio de tigno iniuncto est ex l. duo-

 decim

decim tabul.& quod licet sit ciuilis, est pœnalis. Item, quid veniat appellatione tigni.

a ¶ Cum in suo solo. Suū est, etiam si alius habeat ibi vsumfructum, vt infra de hęred. inst. §. 1. vbi proprius seruus dicitur, in quo proprietaté nudam habet testator.

* ¶ Adde, q hoc casu fructuarius agit cum proprietario: siquidem ei non licet quoquo modo rei speciē mutare: etiam in meliorem statum eam commutando. l. repeti. §. vlti. cū duabus ll. seq. ff. quib. mod. vsusfruct. amit. & l. vltim. de vsufruct. & habi.]

† Hoc limitat singul. Soc. in tract. fall. in regul. 310. limitat. 10.

¶ Cum in suo [a] solo aliquis ex aliena materia ædificauerit, [b] ipse intelligitur dominus ædificij: † quia omne, quod in solo ædificat, [c] solo cedit. Nec tamen ideo is, qui materiæ dominus fuerat, desinit [d] dominus eius esse, sed tantisper [e] neque vendicare eam potest, neque ad exhibēdum [f] de ea re agere, propter legē Duodecim tabularum, [g] qua cauetur, ne quis tignū alienum ædib. suis iunctū, eximere cogatur, sed duplū pro eo præstet, per actionem, quæ vocatur, De tigno [h] iniūcto.

b ¶ Aedificauerit. scilicet bona fide: alias non, immo tignum suum vendicaret, vt ff. de rei vend. l. in rem. §. tignum. † ar. à cōtrario sensu. Vel ex ea exceptione quæ ibi ponitur, & iurabitur in litem, vt ibi nota.

† Et quis nō possideat malę fidei exiftés p l. eū q ædes. ff. SYL. de vsuc. cō uenit̄ si qa dolo de sijt possidere. l. is q dolo. ff. de rei vendi. Et vendicabit̄ quidē non vt eximatur sed vt ī litē iuretur, secūdum Chr. hic.

* ¶ Imò & si mala fide ædificarit l. 2. Cod. de rei vend. nam nec actio de tigno iniuncto, quæ in casu huius §. ad duplum competit, aliter datur, quam si mala fide iniunctum fuerit tignum. l. de eo. ff. de do. inter virum & vxorem & l. 1. ff. de tig. iniunc.]

c ¶ Aedificatur. id est in ipsā terra configitur. Qu d ergo de domo non affixa solo. Respond. non cedit solo, vt ff. de acquit. re. dom. l. Titius. & facit ad hanc regulam. C. de ædi. pri. l. si is contra quem.

* ¶ Adde, aliud esse in ædificio sine calce constructo, (quod maceria seu maceries dicitur, vulgo paries siccus.) nam & hoc cedit solo. l. si precario. ff. cōmun. præd. vbi Bal. not. & Alex. in l. 1. §. nunc in si. de oper. nou. nunc.

Idem in satis, & plantatis, quod hic in ędificatis dicitur, vt inst. eo. §. si Titius. & §. qua ratione. Vnde versus. Quicquid plantatur, seritur, vel inædificatur: Omne solo cedit, radices si tamen egit.

SYL. ¶ Dicas hoc verum regulariter vt hic, tamē primo non procedit vbi ædificium esset illicite constructum, & veniret destruendum l. fideicommissa. §. si quis illicite. ff. de le. 3. vbi Bald. Item in clerico ædificante de pecunia ecclesiæ, glos. in cap. apostolicos. 12. q. 2. Item quando dominus soli & ædificans essent tales, inter quos cadere non posset expressa donatio. glos. in l. si vxor. ff. de donat. inter virum, & vxor.]

* ¶ Has, & alias complures limitationes vide latius apud Socin. in suo tractatu de Regul. & fallen. regula 111. in vers. Ædificium.]

¶ Sed contra hanc regulā est. ff. de re. diui. l. in tantum in princ. So. illud speciale est.

* ¶ Dic, quòd non est aliqua specialitas, immo & ibi ædificiū cedit solo: quia quando ædificatur in littore, solum, super quo ponitur ædificium, cum sit nullius, efficitur propriū occupantis, licet diruto ædificio rursus in pristinam conditionem restituatur: I qua sententia. Ang. quoque Aret. fuisse videtur. SYL.

d ¶ Desinit. scilicet ex causa ædificationis: sed & ex alia causa potest desinere, vt ff. vsucap. l. rerum mistura. §. Labeo. quę huic regulæ signantur contraria.

* Declara, q verbum (ideo) positum in hoc tex. tollit contrarium, quia in §. Labeo. qui materiæ dominus fuerat, nō desinit esse dominus eius propter ædificationem, sed ex præterita negligentia: nam licet vere non posset perfici vsucapio. quia possessor ædificij non intelligitur possidere singulas res in ædificium coniectas, ex quo tamen possideretur corpus illud, cui insunt res particulares, noluit lex interrumpi vsucapionem ob id, quod adhuc decem dies requirerentur: ad illam perficiendam, cū in tam diuturna mora aduersarius antea fuisset.] SYL.

e ¶ Tantisper. id est interim.

f ¶ Ad exhibendum. Scilicet vt eximatur, nisi mala fide fecerit, vt ff. de rei vend. l. in rem. §. tignum. & ff. de tigno iniun. l. 1. in fi. sed tunc nō eximitur, sed in litem iuratur, vt ff de solutio. l. qui res. §. fi. quia arbitrarię sunt istæ actiones vt ff. de in litem iur. l. in actionibus & inf. de actio. §. præterea. SYL.

g ¶ Duodecim tabularum. lex quædā fuit, de qua dic, vt supra de iur. natu. §. & nō ineleganter.

* ¶ L. Duodecim tab, refert Fes. Pōpeius in hæc verba: Tignum iūctum ædibus vineęve ne vendicato, nec soluito.]

* ¶ Riualius lib. 11. historiæ iu. ciui. hanc legem his verbis tradit: Tignum alienum furtiuum ædib. vel vineis suis iniunctum ne quis eximere cogitor, sed duplum pro eo per actionem de tigno iniuncto præstare compellitor.

h ¶ De tigno iniuncto: qua actione tenetur & qui iniunctum habet, licet non iniunxerit, & qui iniunxit, licet nō possideat, sed altero soluéte alter liberatur, vt ff. de iis qui deic- Actio de tigno iniuncto.

deiece. vel effu. l. si vero. §. si id quod. & de flu. l. 1. in fi. & quod vi aut clam. l. competit. §. fin. Sed quid si velit magis rem reddere & eximere, quam duplum prestare? Resp. non auditur, quia propter publicam vtilitatem hoc fuit statutum, vt inf. eo. §. qd ideo &c. & ff. de oper. noui nuncia. l. prætor. & ff. de leg. 1. l. cetera. §. si duobus. Itē numquid hæc actio competit etiam contra eum, qui bona fide iniunxit? Respōd. sic, vt hic, licet contradixerint q. dam.

(Appellatione [a] autē tigni, omnis materia [b] significatur, ex qua ędificia fiunt.) Quod ideo prouisum est, ne ædificia rescindi necesse sit. Quod si aliqua ex causa dirutum sit ædificium, poterit materiæ dominus, (si nō fuerit duplum iam consecutus [c]) tunc eā vendicare, [d] & ad exhibendum de ea re agere.

SYL. * ¶ Opi. istorū verior est. l. enim 12. tabu. loquebatur solū de tigno furtiuo. l. 1. ff. de tign. iniun. credendum tamen est legem voluisse, vt & qui bona fide iniunxisset teneretur saltem ad veram estimationem rei, non etiam ad duplum l. de eo. & ibi glo. ff. de donat. inter vir. & vxor. in l. in rem. § tignum, ff. de rei vend. facit. l. bona fides. ff. de regu. iur. Sed contra mala fide iniungentem, alia præter hæc auxilia competunt, vt rei vendic. Item, ad exhibendum. Item furti. Item furtiua condictio.

SYL. ¶ Sed dic dari, vt æstimetur, non vt vendicetur, cum l. vetet interim eximi. l. qui res. in fi. ff. de solu. & ideo quasi dolo malo desierit possidere, iurabitur in litem. l. 1. in fi. ff. de tigno iniunct. l. in actionibus. ff. de in lit. iur.

¶ Item hæc actio de tigno iniuncto, vt infra de actio. § sic itaque, & ff. de tigno iniuncto. l. 1. in fi. & l. fi.

a ¶ Appellatione. Facit ad hoc. ff. de verbo. sign. l. tigni. & ff ad exhi. l. gemma. & l. tigni. & ff. eo. adeo. §. cum in suo. Item quod in domibus dicitur, idē dic in † caupona, siue domuncula, vt subijcit, quod ideo &c. ad hoc, ff de ver. sig. vrbana prædia. Quidam tamē contra. Item idem in vinea, vt ff. de tigno iniun. l. 1.

† Aliàs caupona.

b ¶ Materia. vt cæmenta, & lapides.

* * Valla. lib. 6. c. 52. reprobat Accur. hic, inquiens à iuriscōsultis exponi materiam pro ligno ad ædificia vtili. & quidem materia ita diffinit ab Vlpia. dum eā distinguit à ligno, vt materia sit, quæ ad ędificandum fulciēdumque necessaria est. lignum, quicquid comburendi causa paratum est. l. ligni. ff de leg. 3. verum, quod ad hunc locum attinet, fallitur Valla, recteque locutus est Accur. vt patet ex l. 1. ff. de tigno iniun. nam text. non dicit simpliciter materia, sed omnis materia, sicut. l. tigni. ff de verbo. significa. omne genus materiæ, ad denotandum qualemcūque materiam nedum lignorum.

¶ Aedificans de sua materia in alieno solo scienter dominium amittit: bona vero fide ædificans, si possidet, repellit dominū agentem exceptione doli, nisi soluat impēsas. hoc dicit ex l. adeo. §. ex diuerso. ff. de acquir. rer. dom.

¶ † Ex diuerso, si quis in alieno solo ex sua materia domum ædificauerit, illius † fit

† aliàs & ex diuerso.

† alias sit.

c ¶ Consecutus. Hic est cōtra. ff. de tigno. iniun. l. fin. Sed ibi non cum effectu fuit cōsecutus duplū, quia licet egit, nō tamen percepit adhuc duplum, vt argu. ff. de ijs qui deie. vel effu. l. perceptione.

d ¶ Vendicare. Nulla temporis præscriptione obstante in rei vendicatione, vt ff. de rei vēdi. l. in rem. §. fina. quia nec prius agere potuit, vt Cod. de anna. except. l. 1. §. fin. Aliud ergo si mala fide iniunxit, quia tunc agere potuit, vnde triginta annis repellitur à rei vendicatione, vt Cod. de præscript. triginta annor. sicut.

ADDITIO Quam commoditatem non ex sua mala fide, sed ex negligentia non petentis consequitur. alias esset absurdū, secundum omnes doctores hic.

¶ Ex diuerso. CASVS. Quærebatur econtrario, si ex sua materia in alieno solo ędificatum sit, quid iuris, & videbatur idem ut s. quod scilicet cederet solo, daretur tamen actio ædificanti ad pretium materiæ, quia nō præsumitur donatio l. campanus, ff de ope. liber. Sed contrarium deciditur distinguendo. quòd scilicet si ædificetur a sciente, cum sciat se contra iuris regulas ædificare, priuatur commodo ædificij ex præsumpta donatione, sicut in soluente scienter indebitum, §. 1. inf quibus mo. re contrah. oblig. Si vero ædificetur bona fide, datur exceptio doli, * si dominus agens nolit soluere pretium materiæ, & mercedes fabrorum. videtur enim dolo facere, qui vult aliena iactura locupletari. Ratio autem quare datur potius exceptio, quam actio. est, quia actio conceditur de rigore iuris, exceptio non, sed de æquitate & facilius, leg. prima, §. præterea, ff. de superfic.

Nota, quod ædificans in solo alieno, ex sua materia videtur materiam alienare, & donare si scienter ædificat. Item, quod facilius datur exceptio, & retentio, quam actio.)

a ¶ In-

domus, cuius & solum est. Sed hoc casu, materiæ dominus proprietatem eius amittit, quia voluntate eius intelligitur a esse alienata: vtique si non ignorabat se in alieno solo ædificare, & ideo licet diruta sit domus, materiam tamen vendicare non potest b

¶ Certe illud constat, si in possessione constituto ædificatore, soli dominus petat domum suam esse, nec soluat pretium materię, & mercedes fabrorum, c posse eum per exceptionem d doli mali repelli: vtique si bonæ fidei e possessor fuerit, qui ædificauit. Nam scienti alienum solum esse, potest obijci culpa, quod ædificarit f temere in eo solo, quod intelligebat alienum esse.

¶ Planta statim ac radices egit, cedit solo. hoc dicit ex l. adeo, §. si. ff. de acq rer dom.

¶ Si Titius alienam plantam in solo suo posuerit, ipsius erit. Et ex diuerso, si Ti-

a ¶ Intelligitur. sic C. de ædi. pri. l. si is contra quem.

b ¶ Non potest. Quæ alienata est, non potest vēdicari. Sed contra C. de rei ven. l. 2. in fi. Sed ibi ex aliena materia, & in alieno ędificauit, hic de sua in alieno. Quare dic: aut de mea materia & in meo ædifico, & tūc planū est, aut de aliena in meo, vt supra proxi. §. aut de meo in alieno vt hic, aut de aliena in alieno, vt in d. l. contraria continetur.

Aedificari pōt quadrupliciter.

SYL. * ¶ Dic, quod iste tex. loquitur, quādo nulla suberat causa, ex qua posset præsumi aliquid aliud agere voluisse ædificantem, quam donare, nam si alia cōiectura capi posset, præterquam donationis, tunc verū est, quod ædificans siue bonæ fidei sit, siue malæ diruto ædificio sit dominus suæ materiæ d. l. 2.]

c ¶ Fabrorum. i. magistrorum de lignamine, vel murorum, sic. ff. eod. quod cer. loco. l. 2. (aliàs 3.) §. item Iulianus.

d ¶ Per exceptionem. quę locum habet, vbicunque æquum sit exceptionem locum habere, siue alia competat siue non, vt ff. de excep. do. l. 2. §. & generaliter. & argum. infra eod §. literæ.

e ¶ Bonæ fidei. Scilicet ab initio, & ex post facto, cum ędificauit. nam si ante, quam ędificet, sit bonæ fidei & cum ædificat malæ fidei sit, eligitur quædam media via, ita vt neque malæ fidei puniatur, neque vt bonæ fidei expensas conseruet, quia permittitur abrasio, vt ff. de rei vendi. l. Iulianus. si in aliena, quæ est huic contraria. & facit ad hoc. ff. de mi. l. intra. §. vendentibus.

Impēsę in alienis negotijs factæ qualiter recuperantur.

f ¶ Ædificauerit. Cum de nouo ædificat. Et vt hæc plene sciantur, dic. Cum impendi in rem alienam, aut suo, aut meo nomine. Primo casu loquitur ille tit. de nego. gest. & ff. & C. eo. Si meo, tunc aut fructuum gratia. & tunc ex fructibus deducitur, aliàs nullus fructus intelligitur. vt ff. solu. mat. l. fructus. & ff. fam. erc. fundus qui. † Aut causa rei seruandæ, & tunc aut de nouo faciendo, aut nō. Primo casu, si bona fide, habeo exceptionem, non actionem, secundum Ioan. vt sup. proxi. §. & ff. de condi. indeb. si in area. & ff. de excep. do. Paulus. sed M. etiam actionem dabat, & est pro eo, ff. de pet. hære. l. hęreditas. §. 1. & ff. si pars hær. pe. l. fin. & C. de rei vendi. l. 2. & l. domum. Sed ibi ipso gestu negotium fuit hæreditarium. quod necesse habuit facere, vnde actionē dabat. Sed Ioā. contra. vt dictum est, & facit etiam pro eo. ff de rei vēdi. sumptus. & ff. de actio. empt. idemque & ff. de per. hæred l. plane. Si vero mala fide, tūc nec excipiendo, nec agendo confero, vt hic. nam neminem mihi volui obligare. vt ff. commu. di. in hoc iudicium secūdum Io. sed M. etiam dabat negotiorum gestorum actionem, vt ff. de nego. gest. si pupilli. §. sed & siquis. Sed ibi nomine alieno gerebat. Item & pro eo. C de rei vend. l. 2. Sed ibi loquitur, quando ex aliena materia. & in alieno impendi, vt ibi plene notatur. Si vero in reficiendo, aut bona fide, & tunc necessarias & vtiles per doli exceptionem, voluptarias per abrasionem seruamus, nisi dominus vellet tantum dare, quantum posset habere his ablatis, & corrasis. vt ff. de rei ven. l. in fundo Si vero mala fide, necessarias per officium iudicis, cum tamen possideo, vtiles per abrasionem cōseruo, voluptarias nullo modo, vt C. de rei vendic. domū. hinc est, quòd dicit Bal. hic, quod expensas repetam quandoque per a. i. per actionem, vt ff. de nego. gest. l. si pupilli. §. sed & si quis. Itē per e. id est. per exceptionem, vt hic. Item & per o. id est, per officium iudicis, vt per l. C. de rei vend. l. domum, vt modo diximus. Et hæc in rei vend. locum habent. In petitione vero hæreditatis bonæ fidei possessor seruat omnes. At malæ fidei possessor necessarias & vtiles per officium iudicis, aliàs per exceptionem doli re existente meliori in qua factæ sunt, voluptarias vero abradit, vt ff. de pet hære plane.

¶ Est tamē dñia scdm

Ang. qa p peti. hær. malę fidei possessor nō deducit expēsa, fruct' non extent, sed bonę fidei sic.

Impensæ necessariæ vtiles, voluptariæ.

Expensæ repet. per a. e. & o.

¶ Adde, quod quia gl. non declarat perfecte,

&

tius suam plantam in Mæuij solo posuerit. Mæuij planta erit; si modo vtroque casu radices egerit. Ante enim, quam radices egerit, eius permanet cuius fuerat. Adeo autem ex eo tempore, quo radices egerit planta, proprietas eius commutatur, [a] vt si vicini arbor ita terram Titij presserit, vt in eius fundum radices [b] egerit, Titij effici arborem dicamus. [c] Ratio [d] enim non permittit, vt alterius arbor esse intelligatur, quam cuius in fundum radices egerit. Et ideo prope confinium arbor posita, si etiam in vicini fundum radices [e] egerit, communis fit.

¶ Sata, sicut plantæ, & ædificatum, cedunt solo, & ijsdē regulis procedunt. hoc dicit ex l. qua ratione, ff. de acqu. rer. dom.

¶ Qua ratione autem plantæ, quæ terræ coalescunt, solo [f] cedunt: eadem ratione frumenta quoque, † quæ sata sunt solo cedere intelliguntur. Ceterum sicut is, qui in alieno solo ædificauit, si ab eo dominus petat ædificium, defendi potest per exceptionem doli mali, secundum ea, quæ diximus: [g] ita eiusdem exceptionis auxilio tutus esse potest is, qui alie-

& materia excedit vires additionis. videnda sunt quæ ponit Bart. in l. in fundo. ff. de rei vendic.
** Adde Negusant. in tracta. de pignor. in 3. membro 5. par. num. 9. vbi hanc communē materiam in 12. conclus. digessit. & quidē diligentissime ita vt nihil desiderari possit.]

SYL. ¶ Si Titius. CASVS facile figuratur, videbatur enim in hac q. concludendū plantam eius durare, cuius erat, & posse potius agi pro interesse soli a domino eius, quia non mutabatur forma ipsius, quemadmodū in materia, ex qua ædificium conficiebatur, cum nostra sine facto & voluntate nostra, vt diximus, a nobis non abdicentur, cōtrarium tamen deciditur, quia cum arbor ex ij radicibus ipsis viuificetur, merito videtur potius attendendum, quo ad dominium ipsius, solum, ex quo durat, quā dominium primum ipsius arboris quod sine illo solo esset corruptum & parum dubitabile. No. summa.]

a ¶ Commutatur. sed videtur non commutari, cum primo domino rei vendicatio detur vtilis, vt ff. de rei vendic. si frumentum (alias incip. idem Pomp.) §. de arbore. quæ est contra Solu. licet ibi dicat, Varus, & Nerua dabant, non tamen sequitur, nos damus: † vel damus de æstimatione, sed non de plā ta, vt diximus, sup. eo. § præterea. versi. plane si longiore tempore.

† Facit l. hoc. §. Alphen. ff. de dam. infe.

ADDITIO. Et hæc vltima communiter approbatur per l. in rem. §. item quæcunque ff. de rei vendic. Christ.

b ¶ Radices. omnes, vt differat a sequenti.

c ¶ Dicamus. Immo videtur eius, in cuius fundo originem, duxit, vt ff. at. fur. cæ. si plures. §. si. Solu, hæc corrigit illam. Vel dic, ibi potesat viuere arbor ex fundo primo, hic non. Vel efficitur Titij, pro parte, scilicet vt hic in totum, vt ibi.

* Dic, q. iste tex. loquitur, quando arbor posita in confinio egit radices tam in meum, quā vicini fundum. §. vero si. quando arbor alicuius egit in agro eius radices postea illas etiam in vicini fundū porrexit, quo casu credibile est, principale alimentum ab ipsa origine elici, non autem a fundo vicini in quem extremas duntaxat radicum partes coniecit.] SYL.

** Adde secundum Cepol. de ser. vrb. præ. c. 81. nu. 10. quod §. fin. l. si plures. intelligitur. quando arbor alitur a solo vicini, non tamē occupat, vt q a tangit per longitudinem & latitudinem, & quando potest viuere ex radicibus. quę sunt in solo, vnde ducit originē, alias secus, vt hic.]

† cōcor. l. qui scit, §. in alieno. ff. de vsuc.

d ¶ Ratio. Facit. ff. eo. t. de acquir. rer. dom. l. adeo. in fi. & l. seq. & l. qua ratione.

e ¶ Radices pro parte.

** Adde, q. si arbor vicini porrexit radices in fundum meum, nō licebit mihi propria auctoritate eas recidere, sed agere oportet negatoria, ei non esse ius, sicuti tignum aut protectum immissum habere, d. l. si plures. §. vlt. ff. arb. fur. cæs. Cæpol. vbi sup. nu. 2. & 9.

¶ Qua ratione. CASVS figuratur, vt in §. præcedenti, quia omnia dependent ab eadem ratione dubitandi & decidendi. Nota summ. item, quod faciens aliquid in alieno fundo, si quod facit, ab eo petatur, recuperat expensas ope exceptionis. SYL.

f ¶ Solo cedunt. vt sup. proxi. §.

** Coalescere terræ est vnitatem cum terra facere. l. hoc. §. Alphenus. ver. ita demum. de dam. infec.

g Diximus, sup. eo. §. certe. Sed quid si aliquis

dum sua impensa bona fide conseuit. a

¶ Scriptura cedit char[illegible] [illegible] bo-næ fidei possessore ex-ceptione doli . hoc di-cit ex l [illegible] ratione. §. literæ, ff. de acquir. rer. [illegible]

¶ Literæ † quoque, licet aureæ sint, perinde chartis, b membranisve c cedunt, ac solo d cedere solent ea, quæ inędificantur, aut † seruntur: ideoque si in chartis, membranisve tuis carmen, e vel historiam, f vel orationem g Titius scripserit: huius corporis h non Titius, i sed tu dominus esse videris. Sed si à Titio petas k tuos libros, tuasue membranas, nec impensas scripturæ soluere paratus sis, poterit se Titius defendere per exceptionem doli mali: vtique si earum chartarum membranarumve possessionem bona l fide nactus est.

¶ Tabula cedit picturæ: repellitur tamen pictor doli exceptio-ne, nisi [illegible] tabulæ pretium, sicut [illegible] [illegible] tabulæ, [illegible] [illegible] [illegible]

¶ Si quis in aliena tabula pinxerit, m quidam putant tabulam n picturæ cedere: alijs videtur, picturam (qualiscumque sit) tabulæ cedere, sed nobis videtur melius esse, tabu-

quis ex semine meo in alieno fundo seminauit, contra quem agam? Respondeo, contra seminantem non, quia non possidet, nec dolo fecit, quo minus possideret, ita nec contra possidentem, quia eius facto nihil actum est. Sed tamen dic eum teneri instar tigni iniuncti, qui tenetur etiam si positum ab alio habeat. vel teneat, vt diximus, sup. eo. §. cum in suo. p l. ff. de ijs qui deie. vel effu. si vero. §. si id q positum. † Et eadem questio fit in plantis, & eodem modo soluitur, cũ sit ratio similis, vt ff. manda. Lucius in fi. 1. respon.

† intellige totá hanc glo. qñ & serens & satum habens sunt in bona fide.

† Limita secũdum Ioã. Andr. in Specul. in rub. de instr. edi. colu. 3. in addi.

SYL.

a ¶ Conseuit. id est plãtauit vel seminauit.

¶ Literę quoque. CASVS figuratio accõmodetur secũdum superiores casus. eadẽ enim constant ratione. Nota summarium.

b ¶ Chartis. vt de bombyce, vt sũt hæ, quæ de Pisis veniunt.

Mẽbrana vnde dr.

c ¶ Membranis. quæ de mẽbris animaliũ cripiuntur.

* ¶ De membranis vide Pli. li. 13. c. 11. & 12.

d ¶ Solo. vt supra eo. §. cum in suo.

e ¶ Carmen. metrice.

f ¶ Historiam, noui & veteris testamenti. idem dicã in fabula, vel chronica. vel quolibet libro prosaico.

g ¶ Orationem ad Deum, vel ad populum, vel ad principem.

h ¶ Corporis. id est libri.

i ¶ Non Titius. scilicet scriptor bonæ fidei.

K ¶ Petas. directa in rem.

¶ Bona fide. Si autem mala, laborem donasse videtur, vt sup. eo. §. certe. Sed numquid actionem scriptor habet reddito lib. † Respon. sic, si bonam fidem habuit, actionem

† Si añt sit scriptor.

dico scilicet in factum, vt ff. de rei vendicat. l. in rem. §. item quæcunque si malam fidẽ habuit, non habet actionem, quia nec exceptionẽ habet, vt hic. Sed cum hodie pretiosior sit scriptura, quam charta, nũquid mutatur hoc? Respondent, quidam, vt Azo. quòd sic: nos, quòd non † ar. Cod. de testamen. sãcimus. & C. de appell. præcipimus, in fin.

¶ Hæc opi. vera est, vt late declarat præp. Senen. in 3. casu. in 1. q. col. 2. & 3.]

ad mercedẽ, & sibi de suo labore non satisfiat, põt retinere quintẽ nos, vt no. glo. in l. si non forte. §. si centũ. & ibi Bar. & Bal. de cõdict. inde. Ang.

† Et bene secũdum Ange. hic per istum tex.

SYL.

* ¶ Si quis. CASVS. Quæsitum est, vtrum tabula cedat picturæ, an e conuerso, & cum sup. visum fuerit, rẽ alij rei cedere, sine qua esse nõ potest, videbatur dicendum, simili modo picturam cedere tabulæ. l. in rẽ, §. sed & id. ff. de rei vendic. contrarium nihilominus deciditur, & ratio assignatur in text. reliqua autem, quæ in text. disponuntur, pendent ex rationibus allegatis in præcedentibus paragraphis, quas repetere nimis superfluum esset.

Nota valere argument. ab absurdo remouendo.]

m ¶ Pinxerit. siue bona fide, siue mala fide, secundum Plac. nos contra, quia bona fide, vt inf. eo. §. ibi, vtique &c.

n ¶ Tabulam. Quid si in marmore? Respõ. contra seruari forte, arg. tamen contra, infra de testam. §. pen.

* ¶ Dic, secundum Ange. idem & si in tabula marmorea pingatur, dum tamen non sit affixa parieti, nam tunc pictura cederet marmori ex mente pingentis, velut causa ornatus adium posita. l. & si non sunt. §. pertinemamus, ff. de aur, & arg. leg.

SYL.

a ¶ Ce.

lam picturæ cedere. a Ridiculum est enim, picturam Apellis, b vel Parrahasij in accessionem vilissimę tabulæ cedere. Vnde si á domino tabulæ, imaginem possidente, is qui pinxit, eam c petat, nec soluat pretium tabulæ, poterit per exceptionem doli mali summoueri. At si is, qui pinxit, eam possideat, consequens est, vt vtilis d actio domino tabulæ aduersus eum detur: quo casu, si non soluat impensam picturæ, poterit per exceptionem doli mali repelli, vtique si bonę fidei possessor fuerit ille, qui picturā imposuit. e illud enim palam est, quod siue is, qui pinxit, surripuit f tabulas, siue alius, g cō petit domino tabularum h furti actio.

a ¶Cedere. ff. de rei vendic. l. in rem. §. sed & id quod in charta. cōtra. Solutio: hęc corrigit illam, vel distingue an pretiosior sit illa scriptura, quam tabula. secūdum Placen. qui ait locum habere quod hic dicitur, si pictus est homo, non vrsus: bono colore, non attamento.

SYL. * ¶Prior solutio verior est, non quidem, vt Imperator corrigat, sed q̄ ex varijs veterum altercationibus sententiam Caij comprobarit, vt tabula cedat picturæ, d. l. qua ratione. §. literæ. ff. eo.]

ADDITIO. Quod glo. dicit de homine vel vrso. non bene loquitur, quia non est requirendum quid depictum, dummodo honestum, vtrumque enim habet exornare materiam, sed bene est inquirēdum, qualis sit color. Christ.

b ¶Apellis vel Parrahasij. propria nomina pictorum.

SYL. * ¶De quorum præstāte artificio vide Pli. lib. 35. cap. 10.]

c Eam petat. scilicet directa rei vendicatione, vt ff. de acquirend. rerum domin. l. qua ratione. §. sed non vt literæ, secundum Azo.

Vendicat aliqñ non dñs á domino.

d ¶Vtilis actio. In rem, non directa, quia desijt dominus esse & sic est mirabile, quod non dominus á domino vendicat. sic contingit alias in publiciana in quibusdā casibus, vt nō infra de ac. §. aliæ alias. §. nanque si cui.

Possidētis conditio qñque deterior quā petentis.

e Imposuit. Hoc mirabile contingit hic, quod cōditio possidentis est deterior, quam petentis, alias cōtra, vt inf. de interd. §. commodum sic & alias ff. de noxa. si quis a multis. & ff. si ex noxa. cau. aga. l. 1. in fi. & l. 2. ff. de petit. hær. cum idem. Sed ad hoc resp. q̄ in causa noxali esse poterit, quod secūdo agens non probabit. Item in petitione hæreditatis si bona iura habuit in vincendo, hęc eadem habuit in defendendo, & sic non est eorum conditio deterior. item cum hic habeat actionem pictor, si nō possideat multo magis exceptionem debet habere soluto pretio, vt ff. de superfi. l. 1. §. quod autem, & ff. de reg. iu. l. cui damus Sed numquid domino quondam tabulæ idem cōceditur, si possideat, si pretiū picturæ soluat. Resp. Ro. q̄ sic, cum sibi actio detur. Ego cōtra, vt sit differentia inter dominum & pictorem. Item quis præfertur, si ambo cōtra extraneū possidentem agant? Respon. is, qui directam habet actionem. i. pictor. secundum Io. Sed nūquid si tabula fuerit abrasa remanet pictoris? Respond. sic vt ff. de rei vendi. l. in rem. §. item quæcunque. vers. & quod semel. Sed quare aliud in picturis, quam in scripturis? Respond. quia pictura pretiosior est, quam scriptura, secū dum Io.

Pictura pretiosior scriptura.

* ¶Aliam rationem tradit Bar. in l. qua ratione. §. literæ, ff. de acqui. rer. do. nēpe, quia non occupauit tota charta, & ideo ei cedant literæ, tāquam minor pars.

f ¶Surripuit. Antequam pingere.

g ¶Alius. post picturam.

SYL. * ¶Accurs. male subaudit, quia etiam ante picturam si surrepta sit, competit domino tabulæ furti actio. potuit enim etiam res furtiua bona fide venire in potestatem pictoris.

h ¶Tabularum. Etiam, subaudi. nam & pictori contra extraneum furem datur, secūdum Azo. Vel melius. (vt mihi videtur) hic loquitur quādo fuit surrepta ante, quam esset picta: sed etiam contra dominum tabulę sibi surripientem posset dari pictori furti actio, facto furto tabula iam picta, vt inf. de obl. quæ ex delic. nascun. §. aliquando.

SYL. * ¶Si quis a non domino. [illegible] Quærebatur, an possessor, quamuis bonæ fidei, faceret fructus suos si reuera alius sit domin⁹, & videbatur quod non, quia fructus ex ipsa re illius esse videntur, cuius est res, contrariū deciditur in ijs fructibus, in quibus labor & īdustria possessoris versatur. Aequitati enim naturali consonum est, quod quisque fecit sua impensa, labore, & cura, vt fructus perci piat, credens rē ad se pertinere iustis de caussis, lucretur eos pro sua cura & labore, l. bona fides tantum. ff de reg. iur. secus est autem in malę fidei possessore, quia operas suas creditur donasse, qui eas exposuit scienter in re, quam sciuit alienam. Nota bonæ fidei possessorem facere fructus suos. Item, quod malæ fidei possessor restituit rem cum fructibus.

a ¶Bo-

a ¶ Bona fide quæ in initio exigitur. i. vt credat sibi dantem habere ius distrahendi, vt ff. de vsur. qui scit. § fina. † Nec obstat, quod est. ff. de acqu. rer. dom. l. bonæ fidei, §. in contrarium. quia ibi opponendo loquitur, non ponendo.

† Dic hoc verum in alijs contractibus præter quàm in emptionibus, quia in illis requiritur, quod duobus temporib. habeat bonam fidem, videlicet tempore contractus, & tempore traditionis. l. 2. ff. pro emptor. & quid sit rô differentiæ, ibi, notat Ang.

* ¶ Adde, quod bonę fidei emptor non solũ dicitur is, qui credidit venditorem esse dominum, verũ etiam si eum putauit ius vẽdendi habere, puta procuratorem aut tutorem esse. l. bonæ fidei. ff. de verb. signi. & l. quia quolibet. de contrahen. empt.

b ¶ Iusta. Cũ multæ sint causæ, siue tituli acquirendi, vt in ff. colligitur in varijs titulis sub titu. de vsuc. vsque ad tit. de re iudic. idem tamen & si titulum non habeat, vt arg. ff. si. regun. l 4. §. sed ante.

¶ Bonæ fidei possessor facit fructus suos, nec eos consumptos cogitur restituere: secus si fuerit malæ fidei. Aretin.

¶ Si quis à non domino, quem dominum esse crediderit, bona [a] fide fundum emerit, vel ex donatione, aliave qualibet iusta [b] causa æque bona fide acceperit, naturali [c] ratione placuit fructus [d] quos percepit, eius esse pro cultura, [e] & cura. [f] Et ideo, si postea dominus superuenerit, & fundum vendicet, de fructibus ab eo consumptis agere non potest. [g] Ei vero, qui alienum fundum sciens possederit, non [h] idem concessum est: itaque cum fundo etiam fructus, licet consumpti sint, cogitur [i] restituere.

¶ Fructuarius non facit fructus suos, nisi à solo separati vel per se, vel per alium eius nomine. Et ideo non collectos non transmit

teneatur possessor? Respon. non tenetur possessor rei vendicatione, quia non possidet, nec dolo desijt possidere, sed cõdictione sine causa tenetur in quantum locupletior est, argum. ff. si cert. pet. l. si & me.

SYL. ** Adde, quòd fructus naturales sunt poma, ficus, & similia, industriales, qui industria hominis quæruntur, vt segetes, vinum & consimilia. glo. l. & ex diuerso. ff. de rei vend. & in capit. grauis. de resti. spol. Et in materia fructuum, de qua in hoc text. & in gloss. vide pulcherrimam glo. inf. de offi. iu. §. 1. ver. cum fru.]

ADDITIO.

Sed si non sit effectus locupletior non tenetur, nisi esset malę fidei. An.

SYL. ¶ Ratio autẽ est, quia in accessorijs præscribendis satis est titulus pro suo. Bald. in l. 1. col. 2. C. de vsuc. & fru. lega.]

c ¶ Naturali ratione, id est iure gentium, de quo loquitur hic titulus, cui naturalis insita ratio est.

* ¶ Adde, quod non solum fecit suos fructus iam perceptos, sed etiam illos, qui tantum à solo separati sũt, nec interest, siue ipse bonæ fidei possessor eos percepit, siue alius. l. bonæ fidei ff. de acqui. rer. dom. & l. qui scit. §. præterea ff. de vsur. & not. gl. 1. & 2. in §. seq. inf. eod.

d ¶ Fructus. scilicet industriales, aliud in naturalibus, vt ff. de vsur. l. fructus. Nõ obstat. ff. de acqui. rer. dom. l. bonæ fidei. in princ. quod enim ibi dicit, omnes, exponitur siue facto possessoris, siue alterius percepti, industriales tamẽ. vt ff. de vsu. qui scit §. prętetea.

SYL. ¶ Regula enim est, quod quilibet possessor etiam cum titulo tenetur restituere fructus naturales etiã consumptos, & ratio est, quia in eis agitur de mero lucro, cum acquirantur sine impensa & industria hominis, & ideo cessante ratione curæ, & solicitudinis, non cadit etiam disputatio an error iuris sufficiat. communis est hæc resolutio doct. in l. & ex diuerso. ff. de rei ven. ]

¶ Sed naturalibus fructibus consumptis an

e ¶ Pro cultura. vt segetes.

f ¶ Et cura. vt lac, & pilus, & lana.

* ¶ Adde, quòd iudex ipse æstimabit qui fructus sint naturales, & qui industriales. Bart. in l. & ex diuerso, ff. de rei ven. ]

g ¶ Non potest. nec ad pretium, vt infra de offi. iud. §. si vero. & ff. fi. regũ. l. 4. §. sed ante si tamen extant, nõ rei ven. quia percipiẽtis sunt, sed officio iudicis tenetur reddere, vt C. de rei ven. certum. §. bonæ fidei.

¶ Et ita communiter tenetur, vt late Cur. in consil. 71. per totum.]

h ¶ Non idem. vt faciat fructus suos.

i ¶ Cogitur restituere Distingue tamen. quia si habet titulum malæ fidei possessor, de cõsumptis conditione sine causa: de extantibus, rei vendicatione tenetur: de percipiendis, propter titulũ excusatur: vt C. de rei vẽ. si fundum. nisi in quatuor casibus. Primo, quando emit ab eo, quem scit vendere in fraudem creditorum, vt ff. quæ in frau. cre. l. ait prætor. §. per hanc. Secundo. quando emit ab eo, qui metu cõpulsus est, vt ff. quod met. cau. sed & partus.

Fructus percipiendi, sunt quatuor casibus restituendi à malæ fidei possessore etiã titulũ habente.

SYL. * ¶ Adde, quòd in primo casu ratio est, quia titulus habetur pro nõ titulo. d. §. per hanc. vbi Albe.] in secundo vero hoc introductũ est in odium inferentis vim vel metum. ]

¶ Tertio, quando emit contra interdicta legũ sciens, C. de agri. & cen. quemadmodũ. libr. 11.

¶ Adde,

SYL. ¶ Adde, quod hoc operatur contumacia ementis rem a l. prohibitam.
¶ Idē in quarto, s. quando emit a fisco non solenniter vendente, vt C. de fid. instrum. & iu. hastæ fisc. l. 1. lib. 10. (i) Isti quatuor casus etiam not. ff. quod met. cau. l. sed & partus, & l. si fundum C. de rei vend. Si non habet titulum, de consumptis, condictione sine causa, de exactib. rei vendicatione, vt C. de cōdi. ex lege l. penul. & C. de rei vendic. si fundum. de percipiendis. officio iudicis. ff. de rei uendi. si nauis. § fi.

tit ad hæredes suos. Et idem in colono. Acc.

¶ Is vero, ad quem vsusfructus fundi pertinet, nō aliter fructuum dominus efficitur, quā si ipse [a] eos perceperit. Et ideo licet maturis fructibus, nondum tamē perceptis [b] decesserit, ad hæredes eius non pertinent, sed domino proprietatis fructuarius facit suos naturales fructus, bonæ fi. possess. non, vt ff. de vsufru. l. vsufructu leg. & de vsur. l. fructus.

* ¶ Perceptis fructus æque in fructuario, atque in bonæ fidei possessore dicuntur, simulatque a solo separati sunt, etiam si adhuc excussi, aut repositi non fuerint, sed fructuarius ita demum eos suos facit, si suo nomine a solo separati fuerint, bonæ fidei autem possessor, a quocunque a solo separentur, vt est text. in d. l. si vsufructuarius, & declarat ibi Bar. & Tiraq. de retract. conuen. acquiruntur. Eadem fere & de colono [d] dicuntur.

Fructuarius & bonæ fidei possessor diuersimode faciunt fructus suos.

¶ In fructu pecorum sunt fœtus, lac, & lana, fœtus vero ancillæ in fructu non est: & fructuarius tenetur in locum demortuorum supplere gregem, agrum, vel vineas hoc dicit ex l. in pecudum, ff. de vsuris.

ADDITIO.

(i) Hoc enim procedit, quia ille emit circūscripta solennitate iuris secundum Christo. *idem tamen, & si ematur ab alio, non adhibitis solennitatibus requisitis.]

* ¶ Adde, quod licet malæ fidei possessor restituat fructus etiam cōsumptos, hoc tamē intelligendum est deductis impensis factis, præsertim in cultura, & collectione. l. fruct⁹ qui dotis. ff. fam. ercisc. & l. si a domino * §. ulti. ff. de peti. hær.

SYL. ¶ Is uero. CASVS Quærebatur, an fructuarius, uel colonus facerent fructus suos, & uidebatur eadē ratione; quod sic, pro labore & cura, cum teneant bona fide, & ideo pendentes transmitti ad hæredes, cum in eis sit illi ius quæsitum. Contrarium tamen dicitur ea ratione, quia cum habeant ius utēdi & fruendi durante tantum uita, §. finitur. infra de usufru. statim eo mortuo, fructus illi, qui pendent, censentur pars ipsius rei. l. fructus. ij ff de rei uend. & spectant ad dominum, quia ius percipiendi eos morte est extinctum. No. summa.]

a ¶ Ipse. alio enim percipiente non fiunt sui, sed fiunt bonæ fidei possessoris, etiam si eos alius percipiat, ut ff de usur. qui scit, §. præterea.

¶ Adde, quod ibi glo. limitat, nisi alius nomine usufructuarij percepisset ]Vel aliter si ipse percepit, nō etiam hæres eius. nec enim ad hæredem transmittit.

b ¶ Perceptis. ut si in horreo repositi sunt, facit suos fructuarius, sed bonæ fide possess. statim ut a solo separati sunt, ut digestis quibus modis ususfruct. ami. si usufructuarius.

SYL. ¶ Idem si nō sint repositi, dum tamen sint excussi & percepti actualiter. d. l. si usufructuarius messem.] Et est alia differētia, quia

§. 5. gl. 4. num 1.

c ¶ Domino. Sed per quam actionem resp. per rei uend. cum dominus sit, uel conditione ex hac lege.

d ¶ De colono. Qui rūmis colit, nam omnes fructus facit suos, ut usufructuarius, sed differunt, quia colonus talis facit fructus suos, ut a solo decerpti sunt, ut ff. de fur. l. si apes. §. fin secus in usufructuario, ut hic dicitur. Vel dicas de partiarijs, ut ff. loca. & conduct. cum in plures. §. messem, secundum Azon.

Colonus & usufructuarius differunt.

* ¶ Adde, quod etiam usufructuarius fit dominus fructuum, simul atque percepti sunt, ut dixi supra ad glos. in uer. perceptis. dummodo percipiantur ab eo, uel alio eius nomine: & §. messem, potest intelligi generaliter tam in colono tūmis colente, quam in partiario: quare uerius est, uerbum (fere) eam ob causam additum esse, quę postremo loco ab Accur. refertur: qui autem sit partiarius colonus, exposui in §. item seruiana. infra de actio. ] Item dicit, ferè, propter aliud: quia colonus transmittit ad hæredem, ut infra de loc. §. fin. sed fructuarius non, ut hic.

SYL. ¶ In pecudum. CASVS facile figurari potest. in primis enim ponitur regula, ex qua u'debatur inferri ad casum ancillæ, in qua contrarium deciditur ex ratione posita in tex. In tertio uero casu dubitabatur, an teneretur summittere in locum demortuorum, & uidebatur quod non, quia cū dominium esset penes alium, nō debatur illi petire. l. incendiū, C. si certū petat. unde onus supplēdi ad dominum uidebatur spectare, cuius contrariū dicitur ea ratione, quia debet uti fructuarius bona fide, salua rerum substātia, infra de usufruct. in princ. quod non est, nisi supple-

supplerentur, vt dixi, & quia sicut bonus paterfa. vti debet, vt dicitur in tex. No. q̄ fœtus animalis irrationalis est in fructu. Item, q̄ omnes fructus sunt producti gratia hominum, & q̄ homo non est in fructu. Item, q̄ fructuari⁹ supplere tenetur gregem, agrū, & vineas.] ergo. §. sed quod dicitur, in fin.

SOLUTIO Hæc glos. communiter approbatur, vt non solum ex fœtu aliarū suppleat capita: sed etiam opus habeat aliunde quærere, & supplere. Christ.

¶ In pecudum † fructu etiam fœtus [a] est: sicuti lac, pilus, [b] & lana. Itaque agni, hœdi, & vituli, & equuli, & suculi [c] statim naturali [d] iure dominij fructuarij sunt. Partus vero ancillæ in fructu non est: † itaque ad dominum proprietatis pertinet. [e] Absurdum [f] enim videbatur, hominem in fructu [g] esse: † cum omnes fructus rerum natura [h] gratia † hominis comparauerit.

¶ Sed si gregis [i] vsumfructum quis habeat, in locum demortuorum capitum, ex fœtu [k] fructuarius summittere [l] debet, vt & Iuliano visum est, & in vinearum demortuarum, vel arborum locum alias debet substituere † recte enim colere, & quasi bonus paterfamilias vti debet.

¶ Thesauri in loco proprio, sacro, vel religioso, causa inuenti, cedunt inuentori: in alieno, diuiduntur inter dominum, & inuentorem. hoc dicit.

† Similis text. inf. de vsu & habi. § sed & si pecorum.

a ¶ Fœtus, q.d. ita fœtus sicut &c.

b ¶ Pilus. Bouis, vel etiam caprarum, ad borram sellarum.

c ¶ Et suculi i. parui sues.

† hęc fuit Bruti sñia quā obtinuit aduers⁹ P. Scæuolā, & M. Manilū. Cic. in l. d̄ Fin. Vlpi. l. Verius. de usu fruct.

d ¶ Naturali iure. i. gētium. de quo loquitur sup. eod. §. singulorum.

† Idē Cic. lib. 1. off. ubi tractat de iur. & copiosius in l. 1. d̄ legi. & li. 2. de Natu. Deo

e ¶ Pertinet, quātum ad plenā proprietatem, nisi etiam & in partu sit vsusfructus legatus, vt ff. de vsufru. vetus.

* ¶ Adde, q̄d & ad bonæ fidei possessoré pertinet partus ancillæ saltem vtiliter, vt not. gloss in l. in pecudum. ff. de vsur. quia pro domino habetur, & ideo ci competit actio Publiciana ad persequendum ipsum partum. l. si ego. §. partus. de publi. nam vsucapit, §. sed tamen ver. Item si is. inf. de vsuc.

† aliàs hominum.

f ¶ Absurdum, sic ff. de vsur. l. in pecudum.

g ¶ In fructu, scilicet vt ipse sit fructus, sed tamen in eo relinquitur vsusfructus.

Li. 1. Metamor.

h ¶ Rerum natura. id est Deus, sic supra de iure natura in prin. vnde dicitur apud Ouidium: Pronaque cum spectent animalia cetera terram: Os homini sublime dedit, cœlumque videre iussit, & erectos ad sidera tollere vultus, sic ff. de ædi. edic. l. iustissime, & ff. de fur. qui vas. §. ex furtiuis. & ff. de pe. hę. l. ancillarum.

* ¶ Huc pertinent, quæ scripta sunt Genes. cap. 1. quæ omnino legātur, ut admirabilia Dei Opt. Max. beneficia erga hominem agnoscas.]

Grex q̄d cōprehendit.

i ¶ Gregis grex est numerus decem ouium, uel quinque porcorum simul & congregatim consistentium, ut ff. de abig. l. oues, & facit. ff. de usuc. l. rerum mistura. §. tertium.

K ¶ Ex fœtu. Aliunde enim non summittit secundum quosdam, uel forte summittet etiam aliunde, argumen. ff. de usufruct. quid ergo. §. sed quod dicitur, in fin.

l ¶ Summittere. Quæ summissio nō fit, si in singulis capitib. fit vsusfructus, vt ff. e. quid ergo. §. sed quod dicitur, in fi.

* ¶ Ratio, quare fructuarius in vinearū, vel arborū d̄mortuarum locū aliàs dēat substituere, illa est quia ad eum pertinent. vnde aliud in deiectis vi véto-rum, quę pertinēt ad proprietarium. l. agri. & l. arbores, & ibi glos. ff. de vsufru.

† Facit i. f de usufr in prin.

¶ Thesauros. CASUS Reuocabitur in dubium, thesaurus cui cōcedendus esset, & cuius fieret. In primis enim uidebatur, quod cum in bonis nullius esset, cederet totus occupanti. §. nullius. sup. eod Ex aduerso uero uidebatur, quod ne pars quidem illi deberetur, sed in totum acquireretur hæredibus illius, qui eam pecuniam deposuisset, cum non ideo condita esset, ut pro derelicto haberetur, sed quo tutius custodiretur: Adrianus tamen naturalem æquitatem intuens, quia non extat, qui sibi fieri præiudicium dicere possit, cum thesaurus sit pecunia a dominis ob uetustatem ignotis cōdita. l. 1. C. de thesau. lib 10. statuit, ut inuentus in suo, inuentoris totus esse debeat, in alieno uero, ut diuidatur æquis portionibus inter inuentorem & dominum loci.] Nota thesaurum inuentum in loco proprio proprium effici: in alieno. siue ille locus sit publicus, siue religiosus, siue sacer, cedit pro dimidia inuentori, pro dimidia domino.]

SYL.

* ¶ Adde, quid de thesauro ab emptore inuento in re uendita, durante tempore pręstito ad reuenditionem, & antequam res redimatur, utrum pertineat ad ipsum emptorem, an ad uenditorem redemptione facta. an ad utrumque, uide text. in l. diuortio. §. si fundum, & ibi gl. Bar. Bal. & alios. ff. solut. matrim. & latius remissiue apud Andr. Tiraq.

Tiraq.in tracta.de retract.conuentionali, in fi.num.97.

(Thesaur⁹ quid est.)

a ¶ Thesauros. Est autem thesaurus pecunia ab ignotis dominis vetustioris tempore abscondita, vt C.de thesau. l.1. lib.10. in princ. vel depositio pecuniæ, cuius memoria non extat, vt ff.de acqui. rer. do.l.numquam. §.thesaurus. quandoque impropriè dicitur, vt ff.de acquiren. pos. l.peregre. in princi. & ff. ad exhib.l.thesaurus.

¶ Thesauros, [a] quos quis in loco [b] suo [c] inuenerit, Diuus Adrianus † naturalem æquitatem secutus, ei concessit, qui eos inuenerit. Idemque statuit, si quis in sacro, aut religioso [d] loco fortuito [e] casu inuenerit. At si quis in alieno loco, non data [f] ad hoc opera, sed fortuitu inuenerit, dimidium domino [g] soli concessit, & dimidium inuentori. Et conuenienter, si quis in Cæsaris [h] loco inuenerit, dimidium inuentoris, & dimidium esse Cæsaris statuit. Cui conueniens est, vt si quis in fiscali loco, [i] vel publico, [k] vel ciuitatis [l] inuenerit, dimidium ipsius esse debeat, & dimidium fisci, [m] vel ciuitatis.

¶ Ex traditione dominium quæritur quorumcunque bonorum, etiam stipediariorum, & huiusmodi. hoc dicit.

(†Vide Æliū Sparc. in Adriano.)

* ¶ An in dispositione huius §. sufficiat sola inuentio sine apprehensione, est gl.supra eo.tit. §.itē lapilli. in vers. inuentoris, quæ sic. Sed Bartol. contra, in l.1. ff.de acquiren. possess. in prin. cuius sententia recepta est.]

** Adde, quod hic §.non habet locum in pecunia perdita, si ab aliquo reperiatur, nam illius permanet, cuius fuerat.l.a tutore.ff. de rei vend. sed quid si non inuenitur, cui⁹ sit, licet fuerit diligenter perquisitum, nūquid possum retinere? & Bal. in l.1.col.1.ff.eod. tenet, quod debeat cōsignari episcopo loci, qui eam det pauperibus, arg. auth. omnes peregrini. C.eo.de success.]

b ¶ Loco.alias solo.

c ¶ Suo.iure directo, vel vtili, vt si feudatarius, vel emphyteuticarius, vel similes, licet Pla.aliud dixerit in his.

(SYL.)

¶ Opin.glo. approbatur in casu posito, & infertur, quod si dominus directus in fundo emphyteuticario inueniat, pro dimidia spectabit ad emphyteutam, quod si extraneus inueniat, dimidia erit extranei, alia emphyteutæ. Quid si mercenarius, dum laborat in alieno, vel creditor in pignore inuenit thesaurum? Respon. dimidiū eius est, in cuius fundo inueniunt, & dimidium sibi acquirunt, vt ff.de acq.rer.dom.l.si is qui.§. quod si creditor.

(SYL.)

* ¶ In mercenario contrarium tenent Ang. & Io.Fab & recte.

* ¶ Adde, quod & fructuarius non acquirit sibi thesaurum inuentum in fundo, in quo habet vsumfructum, nisi pro dimidia, perinde ac si in alieno loco illū inuenisset. siquidem thesaurus in fructu nō est, l.fructus.§. si fundum.ff.solut.matr.]

d ¶ Religioso.ff de iure fisci. l.3 §.pen.contra. Solu.hic corrigit secūdum Bulg.vel hic secundum naturalem rationem, vt patet in litera, ibi secundum ciuilem rationem, quæ præualet sic in vsucapione cōtingit, secundū Ioan.

¶ Hæc vltima tenetur secundū Christoph. hic. Hodie autem dimidia erit inuentoris, alia prælati.]

(Casus fortuitus.)

e ¶ Fortuito casu. Casus est inopinatæ rei euentus, ex diuersis causis proueniens, ob aliud, & aliud incœptis.

f ¶ Non data ad hoc opera. aliàs totū redditur domino. in suo loco tamē potest operam dare, non tamen magica arte, aliàs esset fisci, vt C.de thesau. l.vnica, lib.10.Accurs.

g ¶ Domino. Sed per quam actionem? Respon.per rei vendicationem, cum dominus sit, vel condi.ex hac l.

ADDITIO. Pecunia tamen recondita in muro domus venditæ non cedit emptori, sed remanet reconditoris. Angel. An autem sufficiat solus oculorum aspectus, vel etiam requiratur apprehensio, & quis præferatur, vide Christ.hic.

h ¶ In Cæsaris loco. id est, patrimoniali.

i ¶ Fiscali loco. non tamen publice deputato.

k ¶ Vel publico.i.publice deputato,

l ¶ Ciuitatis. quæ loco priuatorum sunt, vt ff.de verb sign.eum qui vectigal.

m ¶ Fisci. sed si fisci partem suppresserit, cum altero tantum reddit, vt digest.de iur. fisc.l.3.§.fin.

(SYL.)

¶ Per traditionem. CASVS in tam generali regula nō est ponendus, cuius ratio assignatur in tex.ibi, nihil enim. No.traditione dominium quæri,* quod intellige secundum rationem, si tradens dominus sit, & velit dominium transferre. Item quod nihil conuenientius est, quam quod voluntas dñi impleatur circa alienationē rei suæ. Item, quod naturali rationi conuenit, quod quilibet rerum suarum sit moderator, & arbiter. Item, quod stipēdiaria & tributaria prædia per traditionē

¶ Per traditionem [a] quoque iure naturali [b] res nobis acquiruntur. [c] Nihil [d] † enim tam conueniens est naturali æquitati, quam voluntatem [e] domini volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi. & ideo cuiuscunque [f] generis sit corporalis [g] res, tradi potest, & a domino [h] tradita alienatur. [i] Itaque stipendiaria [k] quoque & tributaria [l] prædia eodem modo alienantur. [m] Vocantur autem stipendiaria, & tributaria prædia, quæ in prouincijs [n] sunt: inter [o] quæ necnon & Italica prædia ex nostra cõstitutione [p] nulla est differentia: [q] sed si quidem [r] ex causa donationis, aut dotis, aut qualibet alia ex causa tradantur, [s] sine dubio transferuntur.

¶ Dominium rei venditæ non transit in emptorem, etiam si res tradatur, nisi pretium sit solutum, vel aliter satisfactum, aut habita sit fides de pretio, hoc dicit, ex l. qua ratione. §. hæ quoque, ff. de acquiren. rer. domi. Aret.

alienantur. Item, quid sint stipendiaria, & tributaria prædia. ]

a ¶ Per traditionem quoque. Nõ solum inuentione, vt supra. §. proximo.

b ¶ Iure naturali. id est gentium, vt infra. §. proximo.

c ¶ Acquiruntur. causa præcedente, uera uel putatiua, † ut indebitum, alias non, ut ff. eo. l. nũquam. & infra hoc. §. ibi, sed si quidem. &c.

* ¶ Quod dicitur de causa putatiua, declara procedere, si traditio sit uera, non etiam ficta, ut per cõstitutum, Cyn. & alij in l. qui rem. C. loca ]

d ¶ Nihil. immo Deo seruire, sed hyperbolice loquitur. sic. ff. de pact. l. 1. in princ. & ff. de act. empt. l. ex empto. in princ. & C. de transact. non minorem.

e ¶ Voluntatem. dum tamen legitimam, nam cui bonis interdictum est, non alienat, vt ff. de cur. fur. l. 1. in princ.

* ¶ Adde, quod verbum voluntas, excludit errorem, & ideo si rem meam, existimans esse tuam, tibi tradiderim, dominium in te non transferam. l. si procurator. ij. ff. de acq. rer. dom. & l. 3. §. subtilius. ff. de condi. eau. da. Item declara regulam huius tex. non habere locum, vbi lex prohibet alienationem. l. vlt. C. de reb. alie. non alie. ]

f ¶ Cuiuscumque. i. siue mobilis, siue soli.

g ¶ Corporalis. incorporales enim tradi nõ possunt, vt ff. de acqui. rer. dom. seruus. §. incorporales.

h ¶ A domino. hoc quãdoque fallit, & eius contrarium inuenitur verum, vt inf. qui. ali. licet vel non. Sed hoc est regulare, vt hic, & ff. eod. traditio.

i ¶ Alienatur. i. dominiũ transfertur. Accu.

** Alienatio enim est omnis actus, per quẽ dominium transfertur. l. 1. C. de fun. dot. Illud quoque est maxime notandum quod licet dominium non transferatur nisi re tradita, tamẽ secuta ipsa traditione dominium intelligitur translatum statim tempore contractus, Alber. in l. si filius fam. §. cũ fundũ, de verb. oblig. & Salyc. post Cy. in l. contra, C. de inof. test. ]

k ¶ Stipendiaria. s. quæ militibus pro stipẽdijs dantur, vt ff. de rei vend. item si verberatum. §. 2. & de euictio. l. Lucius, & de acqu. rer. domin. In agris.

* ¶ Stipendiaria, seu tributaria prædia (idem enim sunt) uocabantur illa, pro q. bus a prouincialibus tributum po. Rom. pendebatur.

l ¶ Tributaria. q̃ tributa Romæ reddunt.

m ¶ Alienantur. per traditionem.

ADDITIO.

Quæ quot modis fieri intelligantur, uide Ang. Et an per uerbum, tradidi, positum in instrumẽto probetur, uide Bartol. & Christ. hic.

n ¶ In prouincijs, quasi dicat talia prædia non sunt in Italia.

* ¶ Recte interpretatur Accur. Nam stipendiariæ, seu tributariæ omnes prouinciæ po. Rom. erant, Italia nõ erat, etsi aliquæ vrbes ius Italicum haberẽt, vel cõfœderatæ essent, l. vlt. C. sine censu, & l. 1. ff. de censi. ]

o ¶ Inter quæ. s. prouincialia.

p ¶ Constitutione, vt Cod. de vsucap. trans. l. vnica.

q ¶ Nulla est differentia. s. quantum ad dominij translationem, vt C. de usucap. transfor. l. unica. sed quantum ad tributa est differentia. C. de epi. & cle. de his.

** Adde pulcherrimam glo. in l. ult. C. sine censu, uel reli. ]

r ¶ Sed si quidem. uere nulla est differentia, sed si &c.

s ¶ Tradantur. scilicet stipendiaria prædia, & tributaria.

t ¶ Transferuntur. scilicet prouincialia prędia, sicut italica, & est uerum in omnib⁹, nisi scriptura necessaria sit. secundum lo. ut C. de suffr. l. unica. §. quod si prædia. Item sunt uera, si accipiens inducatur in uacuam possessionem, secũdum quosdam, ut C. de proba. cum res. lo. contra, ut ff. de fun. do. si fundum, & de acquir. rer. domin. homo liber, §. quic-

† De iure canonico transfert bñficiũ p sñiam pa SYL. pç, ẽt sine traditione, ut in c. proposui. cũ gl. sup uer. uacare. ext. de cõce. p̃b.

† In qua, & tradens & accipiens cõueniãt pura qa ambo eã sciant, uel credãt subesse.

Prędia stipẽdiaria.

SYL.

Prędia tributaria.

§. quicquid. sufficit enim induci in possessionem, licet non vacuam. Quod autem in d.l.de probat. dicitur, demonstratiue, quod sic euenerit, non causatiue dicitur.
¶ Et hæc communiter approbatur secundũ Christ.hic.

SYL.
¶ Facit ad hũc §. gl. 2. in c.fin. ext.de pi.

† .i. fideiussore .l. 5. §.satis acceptio.ff. de verbor. oblig.
† alias quidem.

¶ Venditæ. CASVS. Quia dictum erat, quòd ex iusta causa facta traditio transferebat dominium: fuit dubitatum, an hoc haberet locũ in emptione, & venditione cuius cõtractus frequentissimus est in dominij translatione.l.1. ff. de contrah.empt.

¶ Venditæ † vero [a] res [b] & traditæ, non aliter emptori acquiruntur, quam si is venditori pretium soluerit, vel alio modo ei satisfecerit: veluti † expromissore, aut pignore [c] dato, [d] quod † quanquam . cauetur lege [e] duodecim tabularum, tamen recte dicitur, & iure gentium, id est, iure naturali [f] id effici. Sed si is, qui vendidit, [g] fidem emptoris [h] secutus fuerit, dicendum est statim rẽ emptoris [i] fieri. Nihil [k] autem interest, vtrũ ipse dominus tradat alicui rem suam, an

& videbatur, quod sic, causa enim venditionis erat iusta, & cõtractus erat talis, qui solo consensu contrahitur, ideo videbatur ex sola volũtate, iuncta traditione, dominium transferri, cuius contrarium dicitur, * quod quanquam sit perfecta vẽditio, simul atque de pretio conuentum est, licet nondum numerato, infra de empti.in princ. tamen dominium non transfertur, nisi vel pretium sit solutum, vel alio modo satisfactum, vel de eo habita fides. lex enim voluit tantisper quasi pignus rem uenditam apud venditorem manere l. Iulianus, §. offerri. ff. de actio. empt. licet alias suæ rei pignus non constituatur. In vers. nihil autem. casus est in facili, ratio decidendi sumitur ex reg. qui per alium facit, &c. ] No. in contractu emptionis pretium necessarium, vel quod de eo fides habeatur, vt dñium ex traditione trãsferatur. itẽ, ꝙ idem operatur procurator vel negotiorum gestor in transferendo dominio, quod operatur ipse dominus. itẽ, ꝙ qui per alium facit, per se facere videtur. ]
a ¶ Vero . pro sed.
b ¶ Res . quæ loco pignoris a venditore teneri possunt, vt ff. de actio. empt. Iulianus, §. offerri.

SYL.
¶ Intellige improprie, quia dominium & pignus non concurrunt . l. neque pignus ff. de reg. iur. est enim dominium reuocabile, & quasi pignus, & sic dominium, & pignus fere improprie.
** Adde post traditionem, non posse dici hypothecatam pro pretio, nisi ita ab initio venditor pepigisset, secundum Bal. in l. vlt. C. commo. & in l. eum cui. Cod. de actio. & oblig. ]
c ¶ Pignore . Quod sic intelligo, si placeat vẽditori aliud, quam pretium accipere, alias non vt ff. si cert. pet. l. 2. §. 1.
d ¶ Dato . poterit ergo vendicare venditor, scilicet si nõ fuit de pretio satisfactum, vt ff. de tribu. l. procuratoris. §. sed & si dedi mercem. nisi emptor tunc pretium offerat, vt ff. man. diligẽter. §. 1. i fi. & ff. de prec. l. ea quæ.
* ¶ Adde, ꝙ ne pretio quidẽ soluto trãsfertur dñium rei venditæ, & traditæ si venditor nõ fuerit dñs. vt sup. §. pce. aliàs enim solũ trãsfertur in bonæ fidei emptorẽ ius causa vsucapiendi. l. de pretio ff. de publi.
e ¶ Lege 12. tabu. quæ est ius ciuile, vt ff. de iust. & iur. l. ius ciuile. §. hoc igitur, non solum gentium.

SYL.
¶ Hæc verba ostenduntr, ꝙ gl. mereretur declarari & suppleri, vt per Christ. hic, qui debuit aduertisse dum dixit, quod non solum iure gent. sed etiam iure ciuili, receptione. s. & approbatione dominium transfertur.
* ¶ Verba l. 12. tab. hoc modo cõcepta fuisse Riuallius scribit. Venditæ res, & traditæ, post pretium solutum, aut si alio modo satisfactum existat, emptori acquiruntur.
f ¶ Iure naturali. sic dictum est, ꝙ naturali ratione inductum fuit, vt sup. de iure natu. §. quod vero, & §. sed naturalia.
g ¶ Vendidit. & tradidit.
h ¶ Fidem emptoris. Quid si dedit diem ad soluendum? Respon. non facta solutione vendicat, secundum Io. † vt C. de pact. inter empt. & vend. l. commissoriæ, potest tamen contradici, quia aliud est simpliciter diem solutioni statuere, aliud pactum legis commissoriæ ponere. Item, quid si simpliciter tradat? Respon. videtur sequi fidem, nisi cõtra probetur, vt quia forte dicebat emptor præsentem habere pecuniam. vt argu. ff. de pig. act. l. 2. Et arg. contra. ff. de trib. procuratoris. §. sed & si dedi.
¶ Hæc glo. communiter approbatur, vt dicit hic Christoph.

† In cõtrariũ est veritas, quia tũc videt hrẽ fidem de pretio, & trãsfert dominiũ, etsi protestat⁹ esset se nõ concedere vltra decem dies secũ. An.

i ¶ Emptoris fieri. Nisi in casibus, vt ff. de in. fi. l. si procurator. §. fi. & ff. de re iudi. à Diuo Pio. §. sed si emptor.
** Sed quid si ita vendatur, vt non transeat dominium in emptorem, nisi prius soluto pretio, vtrum teneat hoc pactum? & est hic arg. ꝙ sic, sed in contrarium videtur tex. in l. pen. §. vlt. ff. de contrah. emp. de qua q. vide Bal. in rub. C. eo. tit. & latius Tiraq. de retrac. lign. §. 1. gl. 2. nu. 34. cum seq. & receptius est, valere eo modo conceptum, sed si concipiatur simpliciter, ne transeat dominium rei emptæ, secus est, vt in d. §. fin.
k ¶ Nihil, Quod enim quis per aliũ facit,

M 2 ipse

ipse facere videtur. vt ff. de vi & vi. arma. l. 1. §. deiecisse, & inf. de iniur §. non solum, & ff. de iniur. l. item apud §. fecisse.

a ¶ Permissa sit. Vel ab ipso domino, vel ab alio domini voluntate.

voluntate eius alius, cui eius rei possessio permissa [a] sit. Qua ratione si cui libera [b] vniuersorum negotiorum administratio permissa fuerit a domino, isque ex his negotijs rem vendiderit, & tradiderit, faciet eam accipientis.

b ¶ Libera. Secus in generali procuratore, q nō habet liberam, vt ff. de procu. l. procurator cui. & l. procurator totorū. sed Mat. distinxit inter procuratorē totorum bonorum. vt ibi, & vniuersorum, vt hic.

¶ Prima opin. verior est secūdū Christoph. hic.

SYL. ADDITIO. Dic plene per Bar. i l. procurator cui libera, ff. de procu. & quando, & quomodo dicatur libera concessio, vide ibi Bart. & Ang.

¶ Venditione, vel alio titulo habili, transfertur dominium in eum, penes quem res erat sine traditione. hoc dicit ex l. qua ratione §. interdum, ff. de acqu. rer. dom.

¶ Interdum etiam sine traditione, nuda [c] voluntas domini sufficit ad rem transferendam,

SYL. ¶ Limita hūc. §. non procedere, vbi lex inhibet alienationem, licet concurrāt omnia requisita in hoc §. glo. ver. si vult. in c. eos. 1. quæst. 1.

¶ Interdum. CASVS. Quærebatur, si tibi commodauerā, vel in depositum rē meam dederam, quam postea tibi vendam, an sine noua traditione dominium quæreretur? & videbatur quod non, quia traditionibus, nō nudis pactis, dominia transferri solent. l. traditionibus. C. de pact. Contrariū deciditur, quia reuera traditio fuit facta. & licet facta fuit ex causa inhabili ad dominium trāsferendum, tamen cum postea successerit titulus & causa habilis, ex quo cōcurrit voluntas mea intendentis rem in alium transferre, coniungitur traditio præcedens cum tit. seq. & medium ipsius non nocet. l. sed & si. §. solemus. ff. de hær. insti. No. quod traditio ex causa inhabili cōualidatur ex causa habili subsequenti. Item, quod titulus dotis est habilis ad dominium transferendum. ]

Dñiū sine traditione aliquando transfert.

c ¶ Nuda. Scilicet à traditione, sic, C. de pac. l. traditionibus. Item in alijs casibus dominium sine traditione datur, qui possunt his legibus notari, vt ff. de acquir. possess. l. 1. §. si

insserim, & §. idemq; respon. & l. quod meo §. si venditorem.

¶ Ratio, quia eo casu iussus est loco traditionis. ] Et l. quarundam. SYL.

¶ Ratio, quia persona custodis sustinet vicē personæ meæ. Item C. de acquir. poss. minus, & C. de dona. l. 1. SYL.

veluti si rem, quam tibi aliquis commodauerit, aut locauerit, aut apud te deposuerit, postea aut vendiderit tibi, aut donauerit, aut dotis nomine dederit, quamuis enim ex ea causa tibi eā non tradiderit, eo tamē ipso quod patitur tuam esse, [d] statim tibi acquiritur proprietas, † perinde ac si eo † nomine tradita tibi fuisset.

† .i. dñiū sicut & supra eo. tit. §. litrorū. & inf. sæpe.

† .i. causa.

¶ Traditio clauium transfert dominiū mercium repositarum sub clauibus. hoc dicit ex l. qua ratione. § item si quis, ff. de acquirend. rerum domin.

¶ Quia illa traditio instrumentorū subrogat vice traditionis rei. Et l. quisquis. SYL.

¶ Ratio, quia constituendo me vsufructuarium, in necessariam antecedentiam dicor transferre dominium, quod aliter esse non potest. ] Item si volens tibi tradere dominium, nomine tuo me constituam possidere, vel conducam a te. vt ff. de acquir. possess. quod meo & de rei vend. quædam mulier. SYL.

* ¶ Ibi non agitur, quod dominium sine traditione trāsferatur, sed quod traditio facta censeatur. Limita tamen hunc text. vltra gl. non procedere in transactione Iaso. in l. postquam liti. in princip. C. de transact. nec quando ex illo titulo oritur obligatio naturalis, non etiam actio. Soci. in l. 1. col. 2. ff. de condit. indeb. nec in contractu conditionali, Aretin. in l. certi condictio. §. deposui. ff. si cert. petat. nec vbi venditor ignorat rem esse apud emptorem, secundum Ias. in d. §. deposui. col. 2. Item declara, sufficere titulum habilem ad transferendum dominium sine noua traditione, cum res ab initio existebat apud te ex voluntate mea, non si citra voluntatem meam, Bart. in d. §. deposui. SYL.

d ¶ Tuam esse. Si res est præsens, vt ff. de rei vend. eius, & l. hæc si. Vel hic in vera venditione. ibi in ficta, vt ff. pro empt. l. 2.

* ¶ Declara secundum glos. & Docto. in d. l. hæc si rem intelligi præsentem, si est penes possessorem, licet non sit coram partibus, cū cōtrahitur ad transferendum dominium. ] Item hoc est verum, si pretium sit solutum, vel satisfactum, vt sup. eo. §. venditæ. SYL.

¶ Item

¶ Item si quis [a] merces in horreo depositas [b] vendiderit, simul atque [c] claues horrei † tradiderit emptori, transfert [d] proprietatem mercium ad emptorem.

¶ **Missilia & habita pro derelicto fiunt occupantis. hoc dicit ex l.qua ratione. §.hoc autem. ff.de acquiren.rerum dom.**

¶ Hoc amplius, [e] interdum & in incertam [f] personam collata voluntas domini transfert rei proprietatem. Vt ecce, Prætores & Consules, † cum missilia [g] iactant in vulgus, ignorant † quid eorum quisque sit excepturus, & tamen quia volunt, quod quisque exceperit, eius esse, statim eum dominium efficiunt. Qua ratione verius esse videtur, si rem pro derelicto a domino habitam occupauerit quis, statim eum dominum effici. Pro derelicto autem habetur, quod dominus ea mente abiecerit, vt id in numero rerum suarum esse nolit: [h] ideoque statim dominus eius esse desinit. [i]

SYL. ¶ Item si quis. CASVS. Quærebatur an ex traditione clauium puta domus, mercium ibi inclusarum traditio recte facta intelligeretur, & videbatur quod non, quia cum claues non sint quid conhærens mercibus, non videbatur ex eis inferri posse ad traditionem realem ipsarum mercium. Cuius contrarium deciditur hic, & in l.clauibus.ff de contrah.empt. quia ex traditione clauium traditur instrumentum immediatum, per quod ingredimur ad possidendum. Nota, quod ex traditione clauiũ censetur tradita possessio eorum, quæ clauduntur sub clauibus.

† alias est sui.

a ¶ Item si quis. † Hic est casus, vbi sine possessione tradita acquiritur dominium, & alios habes notatos. ff. de rei vendi l.si ager.

† Ista glo. nõ est Accur. sed ẽ additio.

b ¶ Depositas. id est repositas.

c ¶ Simul atque. id est statim postquam, vt sup.eo.§.feræ, & inf.de empt.& ven.in prin.

d ¶ Transfert proprietatem, & possessioné. Et quod dixi de proprietate verum est, si dominus est tradés alias causam præstat vsucapiendi, si hæc fiant coram horreo. & hoc propter præsentem visionem rei, vt ff de cõtrah.empt. clauibus. & de acquir.possess.l.1. §. si iusserim.

SYL. ¶ Limita per c.contingit de dol.& contu. si non potest. venire in conspectum rei iusta ex causa.] Et sunt hæc in ar. vt si vendam equum, quem tradam per frenum, vel capistrum, vt dominium transeat. Accur.

SYL. * ¶ Hoc amplius. CASVS. Quærebatur, an ex traditione in incertam personam facta dominium transferatur, & videbatur dicendum, quod non, cũ in dominio trãsferendo concurrere oporteat animum ab vtraque parte contrahentium. l.in omnibus rebus.ff.de actio.& oblig cuius contrarium deciditur, quia cum dominus omnino velit dominium in quemcũque accipientem cõferre, nihil magis conuenit æquitati naturali, quam vt eius voluntas rata habeatur. Quod vero subditur de re pro derelicto habita, manifestam habet rationem, nam cum dominus eam abiecerit eo animo, vt nolit esse in numero rerum suarũ, & per hoc effecta sit in bonis nullius, consequens est, vt occupanti concedatur. Not. donationem collatam in personam incertam valere quamuis legatum non valeat. Itẽ, quod inueniẽdo, vel accipiẽdo rem habitã pro derelicto, statim efficitur dominus. Item, qñ dicatur haberi res pro derelicto.]

* alias q. † alias g.

e ¶ Hoc amplius.s. est hic quam supra in alio casu, quia supra semper in personã certam, hic in incertam.

f ¶ In incertã, arg. cõtra.infr. de leg.§.tutor.

g ¶ Missilia. Sic dicta, quia in populũ mittuntur siue proijciuntur, vt illuc currente multitudine possint Prætores, vel Consules pertransire, vt in coronatione domini Papæ vidit, vt ff. pro derelic.l. si id quod.§. id quod. & in Auth. de consul. coll.4.§.hæc itaque. ibi, argentum &c.

Missilia vnde dicã.

* ¶ Antiquitus principes Romanos spargere solitos esse missilia nõ solum pecuniarum, sed etiam aliarũ rerum, obseruari licet ex Sueto. in Nerone.]

h ¶ Nolit. vere, vel legis interpretatione, vt in Authent. de nupt.§.& multo potius, collat. Quarta, & Cod. de infan. expo.lege finali, Cod. de lat.lib.toll.lege prima, §.sed scimus.

i ¶ Definit. si abiecit, vel habere desijt rẽ immobilem, alioquin possessionem perdere potest, non dominium, vt ff. de acquirẽ. poss.l si quis.§.differentia. & ff.pro derelicto l.1.& 2.

* ¶ Adde, diuersum esse in missilibus: quorum dominiũ manet prioris domini, donec ab aliquo excepta sint. neque enim regulariter quisquam dominium rei suæ ante amittit, quam alteri. cui velit, acquisitum sit, vt no.Bar.in l si ego.ff.de negot.gest. per l.nec vtilem.ff.ex quib.cau.maio.]

*¶ Pro declaratione istius glo. & materiæ vide Alex. in d.§. differentia. in prin. gl. 1. qui optime declarat.

ADDITIO. Aut stat in possessione, & habet animū habendi pro derelicto, & non perdit dominium, vt l. si quis vi. §. differentia, ff. de acquir. poss. Aut exiuit de possessione: & tunc etiā perdit dominium. & habetur pro derelicto, & ita tenet gl. secundū vnam opin. in d.§. differentia. quam ibi seq. Bar. & doctor. Ang.

¶ allas est maris. SYL.

¶ Alia sane causa.

CASVS aliter non figuratur, quia clara est decisio.

* Cum enim dictum sit res pro derelicto habitas fieri occupantium, videbatur idem iuris esse debere in proiectis in mare nauis leuandæ causa, cum proijciens verisimiliter credat esse perituras. Cuius contrarium respondetur, & ratio assignatur in tex. ibi, quia palam est, non enim habentur pro derelicto hæc, ideo non conceduntur occupantibus. No. quod factū gratia periculi euitandi, vel necessitatis euitandæ mortis, non dicitur factum animo amittendi rem, quamuis appareat primo aspectu contrarium. Item, quod siue quid sciente, vel ignorante domino ceciderit de naui, vel de curru, aut ipsi domino, si quis animo lucrandi accipit, committit furtum.

a ¶ Alia sane causa. Alias alia causa scilicet proijciendi, & ideo aliud ius statuitur. l. qua ratione. § fin. ff. de acq. rer. dom.

* ¶ Adde, quod hodie extat noua constitutio Imp. Friderici, i authen. nauigia. C. de fur. quæ tuetur res naufragio eiectas, dominisque integras conseruari iubet.

b ¶ Fluctibus. id est vndis.

c ¶ Furtum. ff. de fur. l. falsus. §. si iactū. contra. Solut. distingue animum proijcientis, quod patet, vt si librum apertum proijciam, secundum Ioann. vt ex hac l. & illa colligitur, & arg. ff. de dam. infe. l. si finita, §. si quis metu.

¶ Proiecta in mari tempore tempestatis, vel cadentia de curru alicuius, non fiunt occupantis. h. d. ex l. qua ratione, §. fin. ff. de acqu. rer. dom. Aret.

¶ Alia [a] sane causa est earum rerum, quæ in tempestate † leuandæ nauis causa eijciuntur. Hæ enim dominorū permanent, quia palam est, eas non eo animo eijci, quod quis eas habere nolit, sed quo magis cum ipsa naui maris periculum effugiat. Qua de causa, si quis eas fluctibus [b] expulsas, vel etiam in ipso mari nactus, lucrandi animo abstulerit, furtum [c] committit.

¶ Nec longe [d] videntur discedere ab his, quæ de rhæda [e] currente non intelligentibus [f] dominis cadunt.

¶ De rebus corporalibus, & incorporalibus.

¶ Corporalia tangi possunt de sui natura, incorporalia vero non, licet in eis contineantur corporalia, siue sint seruitutes reales, siue personales. hoc dicit ex l. 1. §. quædam. ff. de re. di. Aret.

Quædam

*¶ Dicas secundum Alciat. in l. interdum, §. quod ex naufragio, ff. de acquir. poss. quod res naufragio amissæ vel eiectæ remanent domini, in dubioque non videntur pro derelictis habitæ, ad euitandā tamen criminis suspicioné, ne furti actione quis conueniatur, plerumque credendum est existimasse reū talem rem pro derelicta habitam fuisse. d.§. si iactum.

Item quid distat hoc furtū ab illo ti. ff. de incen. rui. nau. Respon. hoc locum habet, quando non in ipso naufragio, aliquid quis furatur, ibi in ipso naufragio, vt ff. de incen. ru. nau. l. 1. in fin. & l. 2. & 3. & ff. pro dereli. li. 1. 2. & 3.

d ¶ Nec longe. Nam in aliquo distant, quia hoc sciente, illud ignorāte domino fit, vt ff. de acquir. possessio. l. interdum.

e ¶ De rhæda. Id est de curru ducto ab equis.

f ¶ Non intelligentibus. Id est non videntibus.

*¶ Adde idem iuris esse, & si hi scientes, cū nimis onerati essent, in viam rem aliquam abiecerint, mox reuersuri, vt eandem auferrent. d. l. qui leuand. ad l. Rho. de iac.

¶ De rebus corporalibus, & incorporalibus.

¶ Continua hunc titulum, vt per glo. 1. infra eodem. SYL.

Quædam. Totus iste titulus diuiditur in quinque partes. Primo ponit vnam diuisionem rerum. Secundo diffinit res corporales, & per exempla demonstrat. Tertio diffinit res incorporales, & per exempla demonstrat. Quarto respondet cuidam tacitæ quæstioni. Quinto prædicta extendit. Secunda ibi. Corporales sunt. Tertia ibi, Incorporales. Quarta ibi, Nec ad rem. Quinta ibi, Eodem numero.

Cōtinuatio. pulcherrimum de hac diuisione M. T. lib. Topic. vbi Doc. li. 3. Diuisio.

¶ CASVS non figuratur aliter in declaratione duorum terminorum nouissimorū: presertim cum in membro incorporalium respon- SYL.

respōdeat Imper. tacitæ obiectioni, ibi, Nec ad rem pertinet, sed loco casus non mireris, vt facit Ioann. Fab. infra de actio. in quarta colum. quod hic non ponantur actiones, quia satis fuit Iustinia. ponere aliqua exempla, non enumerare singula, non per hoc quod alia iura non enumerata nō sint incorporalia, quia exempla non restringunt regulam. l. nam quod li quide ff. de pe. le. No. quę sint corporalia, & quæ incorporalia.

Rerum di uisiones quot sunt.

praeterea [a] res corporales [b] sunt, quædam incorporales. [c] Corporales eæ sunt, quæ sui natura [d] tāgi possunt, veluti fundus, homo, vestis, aurum, argentum: & denique aliæ res innumerabiles. [e] Incorporales autem sunt, quæ tangi non possunt: qualia sunt ea, quæ in iure [f] consistunt: sicut hæreditas, [g] vsusfructus, [h] vsus, & obligatiōes [i] quoquo [k] modo contractæ. Nec ad rem [l] pertinet, quod in hæreditate res corporales continentur: nam & fructus, qui ex fundo [m] percipiuntur, corporales sunt: & id quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerumque [n] corporale est: veluti fundus, homo, pecunia. † nam [o] ipsum ius [p] hæreditatis, & ipsum ius vendi, fruendi, [q] & ipsum ius obligationis, [r] incorporale est. Eodem numero [s] sunt iura [t] prædiorū vrbanorum, & rusticorum, quæ etiam seruitutes vocantur. [u]

a¶ Præterea, id est preter p̄dictā diuisionem, sup. ti. 1. in princ. est & alia, quia quædam communes, quædam publicæ, quædam vniuersitatis, quædam nullius, quædā singulorum. Item quædam corporales, & quædam incorpotales vt hic subiicit.

** Adde, quod Impe. inf. tit. de acqui. per arrog. in princip. constituit nomina debitorum tertiam speciem inter res corporales & incorporales.

b¶ Corporales. Sic ff. de rerum diui. l. 1. §. quædam.

c¶ Quædam incorporales. Quid de hac diuisione nos iurisconsulti egemus? Respon. quia multa in corporalibus locum habent, quæ non seruantur in incorporalibus. Incorporalia enim non traduntur, nec vsucapiuntur regulariter, † vt ff. de acquir. rer. do. l. seruus. §. incorporales. & de vsucap. l. vsucapionem.

†f. per se sed cū reb9 corporalib. sic, dūmodo concurrat sciētia aduersarij: licet in alijs p̄scriptionib. nō requirat', vt

SYL.

¶ Ex quo enim non traduntur, quia tangi non possunt, possideri etiam nō possunt; & cum non possideantur, non vsucapiuntur per se, scilicet sed cum corporalibus aliquādo sic. l. si aliena. §. hoc iure. ff. de vsuca.

¶ Non vendicantur, vt ff. de rei ven. l. vendicatio, ac non transferuntur penitus, vt ff. pro soc. l. 1. 2. & 3. non possidentur, vt ff. de acq. pos. l. 3. in princ.

SYL. l. fi. C. d p̄script. lō. tē. secūdū Ang. hic.

*¶ Adde, quod & incorporalia vendicātur, quando veniunt accessorie ad corporalia d. §. hoc iure.

d¶ Sui natura. Nam secus, si propter difficultatem, vt res in profundo maris, vel cælo affixa.

¶ Rei enim natura, non facti accidentia consideratur. l. si quis posthumos, ff. de libe. & posthum. SYL.

e¶ Innumerabiles. id est nō habiles ad numerādum. Io.

¶ Hanc eandē expositionē habes. supra. in tit. de iu. natu. gen. & ciui. in §. ius autem gētium. SYL.

f¶ Quæ in iure consistunt. id est sub hoc prędicabili, ius continentur: in quarum diffinitionib9 ponitur hæc dictio, ius, in prædicato. qualia sunt oia iura scilicet incorporalia, vt ff. d re. diui. l. 1. §. quædam.

† alias tñ.

g¶ Hæreditas. vt ff. de verbo. signifi. l. nihil.

h¶ Vsusfructus. infra de vsufructu. in princ.

i¶ Obligationes. infra de obligatio. in principio.

k¶ Quoquo modo, id est siue ex contractu, vel quasi, vel maleficio, vel quasi, vt infra de oblig. §. fin.

l¶ Nec ad rem. Respōdet tacitæ obiectioni. q. d. quomodo hæreditas est incorporalis, cum in ea sint res corporales.

m¶ Ex fundo, in quo vsumfructū hēmus.

n¶ Plerumque, propter seruitutes, quæ per actionem vel obligationem debētur, vt infra de actio. § 2. & propter actionum cessionem, vt ff. mand l. si procuratorem. §. fin. & ff. de rei vendic. l. si hominem. aliàs, Iulianus. §. vsque adeo.

o¶ Nam. pro sed.

SYL. Fum9 aer corporalia sunt.

¶. Potest etiam hic stare pro quia, tamē hāc expositionem sequitur Dec. in l. si donatione. col. 1. C. de colla.

p¶ Ipsum ius hæreditatis i. ipsa hæreditas, & sic intransitiue hæc tria leguntur.

q¶ Fruendi. s. vsusfructus.

r¶ Ipsum ius obligationis. Id est obligatio ipsa.

s¶ Eodem numero. i. incorporalia.

t¶ Iura. i. seruitutes.

*¶ Recte exponit, sunt enim & alia iura prædiorum. l. quod aliud. ff. de ver. sign.

u¶ Vocantur. De quibus infra tit. proximo

mo dicitur statim. De quibusdam quęritur, licet ad nos non pertineat, vt de aere, fumo, & de flatu animalis. Respon. secundum Philosophos, hæc esse corporalia. Item quid de angelis bonis, & malis, & anima hominis? Respon. hęc incorporalia esse.

Continuatio. ¶ De seruitutibus prædiorum.

¶ Dictum est supra de rebus incorporalib⁹ in genere, sequitur videre in specie, & ideo a seruitutibus initium facit, quæ sunt incorporales, vt sup. tit. 1. in fin. Ang.

¶ De seruitutibus prædiorum.

¶ Itinere homo tantum, actu & via homo etiam cum iumento, & vel cum vehiculo vtitur. Aquæductu vtimur aquam per alienum ducendo. hoc dicit ex l. prima,

* ¶ Seruitus prædiorum, vt diffinit Bart. in l. 1. ff. de serui. est quoddam ius prędio inhærens, quod eius vtilitatem respicit, vicini diminuit.

* * Adde, quod appellantur seruitutes prædiorum, quoniam sine prædijs constitui non possunt. §. ideo. inf. eo. ]

Rvsticorum. Iste titulus diuiditur in quinque partes. Primo ponit de seruitutibus rusticorum prædiorum. Secundo, de seruitutibus vrbanorum prædiorum. Tertio redit ad seruitutes rusticorũ. Quarto ponit quare appellantur seruitutes prædiorũ. Quinto ponit qualiter dictæ seruitutes cõstituantur. Secunda ibi in §. Prædiorum. Tertia ibi in §. Inter rusticorũ. Quarta ibi, Ideo autem. Quinta ibi in §. Si quis velit. Are.

SYL. ¶ Rusticorum. [illegible] non figuratur in definitione terminorum. Not. quatuor species seruitutum rusticarum. Item, q; iter est tantum ius eundi hominis, actus etiam iumenti, vel vehiculi, via, iter, & actum continet: aquæductus vero est ius aquæ ducẽdæ. quæ autem sit differentia inter actum & viam, cum ex declaratione tex. idem videantur importare, dic vt in gl. in ver. continet.

a ¶ Rusticorum sic & ff. eo. l. 1.

* ¶ Adde, quod seruitus denominatur vrbana, vel rustica, a prædio vrbano, vel rustico, cui debetur, vt docet Accur. in l. 1. in glo. vlt. ff. de ser. vrb. præd. vnde licet via sit seruitus rustica, tamẽ si debeatur domui, & sic prædio vrbano, cẽsebitur seruitus vrbana, glo. in l. pater. in vers. plenum. de ser. leg.

b ¶ Iura. i. seruitutes. Et nota hic tria genera seruitutum, quædam a persona personę debentur, de quibus dicit sup. de iure perso.

SYL. ¶ Et ista regulariter nõ est seruitus formalis, sed causalis, nisi operæ serui legarentur alteri, vt tradit Ias. in §. æque. colum. 1. insta de actio. ]

† Quæ postq. sut ¶ Quædam ab vna re alteri rei. de quibus dicitur in hoc tit. † quędã a re personæ, vt vsusfructus, & vsus, & habitatio, vt inf. d. t. & 2. Potest & quartum dici, vt a persona rei debeatur, vt ff. de cond. & demon. Titio. §. Titio 2. & de alimen. & cib. leg. l. seruos.

* ¶ Dic, quod ibi nulla est seruitus, sed in

ff. de serui. rust. præd.

Rvsticorum [a] prædiorũ iura [b] sunt hæc, iter, actus, via, aquęductus. Iter est ius [c] eundi ambulandi [d] hominis: non etiam iumentum [e] agendi, vel vehiculum. Actus

uitatio ad on⁹ sub certo commodo, siquidẽ & liberi hominis operæ legari possunt, nec tamen ob id libertas infringi tur. l. tertia. ff. de vsufruc. lega. Potest & de alijs concessionibus quęri de quibus per Iaso. in d. §. æque columna 1. in fine.

constituitur trãseũt cũ re ipsa ad quęcũque SYL. vadat, secus si esset promissa ita. Et ĩ ipsarũ constitutione dẽt iã constituẽs fundi seruientis, q is cui constituit fundi dominãtis ĩ-solidũ habere domi niũ. Ang. SYL.

c ¶ Ius eundi. Solus, vt per hoc discrepet a sequenti.

¶ Approbant hanc differentiã Paul. & Angel in l. 1. ff. eo. * quæ tamen non est vera, quia qui iter habet, eo & eques commeare potest, & lectica gestari, quæ olim a pluribus seruis lecticarijs ferebatur. l. inter. & l. qui sella ff. de seru. rust. præ. sed ire est commodi & vtilitatis causa, ambulare autem etiam voluptatis. ]

d ¶ Ambulandi. s. cum alio.

* ¶ Declara, vt dictum est in proxima annotatione. ]

** Adde, quod iter ab eundo dictum est, & ideo ius est eundi hominis. Actus ab agendo, vnde ius est iumentum agendi, via a vehendo, & ideo continet in se ius etiam vehiculum ducendi, tametsi & qui habet actũ, in consequentiam iumentorum etiam vehiculum adducere possit. ]

e ¶ Iumentum, scilicet separatum a se, vel armenta separata a se, sed super equo ire potest, vt ff. de serui. rust præ. qui sella. in prin. & l. inter.

¶ Nõ autem mittere ante vel post se, vel ire super curru aut rheda onerata. si principaliter intendat ducere, quod superimpositum est, non ipse aduehi. gl. in d. l. qui sella, & declarat Vero. in c. de seru. itine. ] SYL.

** Veteres a iungendo iumenta dixerunt, quod currui iungerentur, ea erant equi, & muli, boues vero armenta potius appellantur ab arando. l. boues. de verbor. signific. & ideo traditum est, eos iumentorum appellatione non contineri. l. legatis. §. vltim. de legat. 3. & l. ædiles, §. iumentorum. de æd. edi.

¶ Quandoque iter non est seruitus, vt si vsufructuario detur a domino alterius prędij, vt ff. si seruitus vend. l. 2. §. 2.

* ¶ Quia seruitus seruitutis esse non potest. l. 1. ff. de vsufruc. legat. Tertio gresse dicitur qualibet via per quam itur. SYL.

** Vt

** Vt est tex. cum glos. fin. in l. quantum. de verb sign.
a ¶ Iumentum. Vel subtus, vel ante se: & idem si in vehiculo.
** Idē de armentis, l. inter. de ser. rust. præd.

ff. de verb sign. quia vrbanū prædiū nō locus facit, sed materia.] Not. q̄ seruitutes vrbanæ dicuntur etiam illę, quæ ruri sunt, dūmodo ædificijs cohæreant. Item quę sint seruitutes vrbanorum prædiorum.]

† aliàs nō sunt ista verba eūdi, ambulandi hominis.

b ¶ Actū non habet. Per consequentiam.
c ¶ Iter habet. quo ad commodum, non quoad seruitutem, sunt enim duæ seruitutes diuersæ, vt ff. si ser. vend. loci. § 1. & ff. de adi. leg. l. 1.
d ¶ Eoque. s. itinere contento sub actu.
e ¶ Eundi hæc verba expone, vt sup. eo. §. 1.
f ¶ Continet. Sed quę est differentia secundum hoc inter actum & viā? Respō. qui habet viam, potest trahere trabem, & lapides, & recte ferre hastam: (i) quæ non permittuntur habenti actum, vt ff. de seruit. rustic. præd. l. qui sella. § 1. Itē certa viæ latitudo est 8. pedū in directū, in angulis 16. nisi maiorem vel minorem placuerit facere constituentibus, quod non est in actu, vt ff. de serui. rustic. præd. l. viæ. & l. certo. §. latitudo. & l. via constitui.

† aliàs ambulādi hominis.

Act⁹ & via differunt.

est ius † eundi ambulandi hominis, agendi iumentum, [a] vel vehiculum. Itaque qui habet iter, actum [b] non habet, qui habet actum, & iter habet, [c] eoque [d] vti potest etiam sine iumento. Via est ius eundi, [e] & agendi, & † ambulandi, nam & iter & actū via in se continet. [f] Aquæductus est ius aquę ducendæ [g] per fundum alienum.

¶ Seruitutes, quę ædificijs debentur, inter in villa constitutæ, dicuntur seruitutes vrbanorum prædiorum. h d. ex l. 1. ff. de seru. rusti. prædi. & l. vrbana prædia. ff. de verbor. si gnifi.

¶ Prædiorum vrbanorum seruitutes sunt eæ, quæ ædificijs inhærent: ideo vrbanorum prædiorum dictæ, quoniam ædificia omnia vrbana prædia appellamus, & si in villa [h] ædificata sint. Item vrbanorum prædiorum seruitutes sunt hæ, vt vicinus [i] onera vicini sustineat: vt in parietem eius liceat vicino tignum immittere: vt stillicidium [k] vel flumen recipiat, quas in ędes suas, vel in areā, vel in cloacam, † vel non [l] recipiat: & ne altius quis

h ¶ In villa, non enim locus, sed materia facit vrbanū prædiū: q̄ dic, vt ff. de verb. sign. l. vrbana prædia.
* Intellige de ædificijs habitandi hominis causa factis. cū enim pro pecorum cōmoditate, aut fructuum, causa structa sūt, naturam rusticorū sequuntur, vt declarat Alciat. in d. l. vrbana per l. eod. iure §. stabula. ff. in quibus cau. pign.]
i ¶ Vicinus. s. domus vicini.
* ¶ Adde, q̄ distant inter se hæ seruitutes oneris ferēdi, & tigni immittendi: quia qui tenetur sustinere onera ædium vicini, non pōt cōpelli ad reficiendū parietē seruienē: alter vero tenetur tīn pati, vt tigna immittantur. l. eum debere. de ser. vrba. prę. iuncta l. si cut. in prin. vbi gloss. ff. si ser. vendi.]

† aliàs nō sunt hæc verba vel non recipiat.

SYL. ¶ Hæc gl communiter approbatur, vt per Veron. in titul. de serui. actus. col. 2. & in tit. de serui. viæ, in prin.]
** Quanta autem debeat esse actus latitudo, vide eundem Vero. in d ti. de ser. actus. vers. tertio videamus, & quanta itineris, in tit. de seru. itin. num. 10.
ADDITIO (i) Dummodo ciuiliter gerat, & non deuastat fructus. Ang. & Iaco.
g ¶ Aquæducendæ. Siue inuentæ, siue inueniendæ, vt si. eo l. Labeo.
** Intellige, vt sit seruitus, aqua inuenta, nō ante, vt dicit ibi gl. & in l. fi. si ser. ven. & sequuntur doct.]
SYL. ¶ Prædiorum. CASVS non figuratur in declaratione terminorum, nisi inter aliter.
* Solum. n. videbatur subsistēdū, cur dicerētur seruitutes vrbanæ, quando ædificia ruri essent: sed rō assignatur in l. vrbana prædia,

K ¶ Stillicidium. Quod stillat, & interdum directo cadit, interdum non, propter vētum forte: sed flumen directo cadit, & maxime per dochiam. i. cānale, vt ff. de ser. vrb. pręd. seruitutes. §. stillicidium. Accur.
SYL. * ¶ Adde, quòd stillicidium dicitur proiectum tegulatū, vnde aqua decidit guttatim, quasi stillatim cadium: flumen vero, quādo nō guttatim, sed filo quodam perpetuo defluit: quod accidit vel ob collectionem aquarum in tegulis factā, vel quia ex humili loco cadens ventorum vi frangi dispergique nequit. Dic autē, q̄ duplex est seruitus stillicidij. s. auertendi, vel non auertēdi super domum tuam. vna est seruitus proprie, altera proprie libertas. l. 1. & ibi no. ff. eo. & dicitur hic, recipiat, vel non recipiat.]
l ¶ Non recipiat. hoc scilicet non recipere est ius, nō seruitutis, immo potius libertatis: & hanc negatiuam referas ad omnia exēpla proxi-

proxime dicta. Vel dic, sicut recipere talia est seruitus; ita ecõtra, si definit recipere, est mihi quondam recipienti seruitus & onus: & sicut in præscribenda seruitute indigebã aliquo facto, sic econtra in præscribẽda sua

aliás offi-ciant.

libertate indiget facto. s. vt foramina obturet, vel similia faciat, quæ non sunt necessaria in præscriptione libertatis contra rusticam seruitutem: & ideo tantũ affirmatiua lex dicit de eis. s. ius eũdi agendi &c. vt ff. de ser. vr. pd. lib. 5. & su. eo. circa princ.

SYL.

¶ Ratio assignat, quia seruitus vrbana longe nobilior est rustica ideo difficile perditur: Præscribitur autem talis libertas in vtraque seruitute ex 10. ann. inter præsentes, viginti inter absentes. l. pen. C. de seru. & aqua. de quo late Vero. de ser. vr. c. 24.]

a¶ Tollat. vel nõ tollat, q̃ põt prodesse mihi ad lumina refulgenda: vnde dicitur in lib. Machabæorum. Refulsit Sol in clypeos aureos, & resplenduerunt montes ab eis, vt ff. eo. si arborẽ, §. interdum. Vel dic, q̃ tollat, vt sit seruitus. vt modo in alijs diximus. Dic, q̃ duæ sunt seruitutes, altius tollendi, & altius nõ tollendi. Nã põt multis modis nr̃a, interesse, vt vicin⁹ tollat altius ædes suas, veluti ne noceat vẽt⁹, vel ne videamur ab alijs, vel si sis mercator, ne merces ab emptorib⁹ tã bñ inspiciant; vel vt habeat lumẽ ex reuerberatione magis q̃ p directũ, vt in exẽplo gl. quã latius declarat Cæpo. de ser. vr. præ. c. 26.

1. Macha. 6. c.

SYL.

*¶ Inter rusticorum. CASVS Videbat, q̃ seruitutes hic enumeratę essent potius iura quædã personalia, q̃ hominibus debeantur, q̃ seruitutes: nam põt quis habere ius hauriendi aquã ex fonte, eoque vtẽdi, iuxta. §. fi. in l. Mela. ff. de ali. & cib. leg. item & pecoris ad aquã appellendi vel pascendi, & tamẽ hic non potest considerari vllum prædium dominans, sed tantũ cõmodũ dñi pecoris, vel gregis, aut armenti: attamen cõtrariũ decid r̃: quia quatenus sunt seruitutes, p̃suppo nunt non ius aliquod personale, sed meram seruitutem, quæ nullo modo deberi põt, nisi quis vicinũ prædiũ habeat l. ergo. in princ. ff de serui. rusti. præ. ex quo tollũtur ea, quę in contrariũ adducebantur. Not. summa.]

b¶ Aquæ haustum. s. ius hauriendi aquam necessariam agro meo, vel laborantibus in eodem, ex fonte vicini.

ADDITIO Dic quatenus est necessarium pro vtilitate fundi mei, vt l. ergo. §. Neratius. ff. de serui. rust. præd.

tollat [a] ædes suas, ne luminibus vicini † officiat.

¶ Inter rusticas seruitutes numerantur hic descriptæ. sumitur ex l. 1. in fin. ff. de ser. rust. præd.

¶ Inter rusticorũ prædiorum seruitutes quidam cõputari recte putant aquæ haustum, [b] pecoris [c] ad aquam appulsum, ius pascendi, calcis coquendę, [d] arenæ fodiendæ.

¶ Seruitutes prædiorũ ideo dicuntur, quia vtrinque prædia requiruntur. hoc d. ex l. 1. in princ. ff. commu. præd.

¶ Ideo autem hę seruitutes prædiorum appellantur, quoniam sine prædijs cõstitui nõ possunt. Nemo enim seruitutem potest acquirere vrbani vel rustici prædij, nisi qui habet prædium: † nec [e] quisquam debere, nisi qui prædium habet.

† aliás nõ sunt hæc verba: nec quisq̃ dñs nisi qui p̃diũ hẽt.

SYL.

** Adde, quòd cui conceditur aquæ haustus, ei iter quoque ad hauriendũ concessum intelligitur. l. 3. §. qui habet. ff. de ser. rust. præd.]

c¶ Pecoris, s. constitui ad stercorandum agrum meum & sic bibent, vel pascentur in tuo vicino agro: & sic sũt reales seruitutes. Sed contra ff. de ali. & ci. le. l. Mela. § fi. Rñ. ibi personales dicitur, quia cũ persona durant, & arg. ff. de ser. rust. præd. l. pecoris, vel si non habeo prædium, cui supradicta expediant, non erit seruitus, sed magis aliud ius, s. pactionis, vel conuentionis, vt ff. de ser. vt pomum.

** Hæc gl. cõiter approbatur, vt per Veron. de ser. rust. prę. c. 7. & 8. pecoris autem appellatione continentur oẽs quadrupedes, quæ gregatim pascuntur. l. legatis. §. pecoribus. de leg. 3. Et not. multum interesse, vtrum sit seruitus realis, vel personalis obligatio tãtum, nam ex hoc sequũtur multæ vtilitates, quas annotauit Cępol. de ser. vr. præ. c. 2. ver. item prædicta sunt magni effectus.]

d¶ Calcis coquendæ. necessariæ ad domũculam in agro meo conficiendam propter fructus percipiendos. Idem dicas de arena fodienda.

*¶ Ideo. CASVS non esset figurandus in ratione denominationis: tamen pro ratione dubitandi illud potest adduci, q̃ & qui prędium non habet, viam potest permittere l. hæredes, §. an ea. ff. famil. erc. quo nõ obstãte deciditur, q̃ ideo dicuntur seruitutes prædiorum, quia sine prædijs constitui nõ possunt, & ad §. an ea. respondet glo. 1. No. summarium. Item, q̃ interdum nomen imponitur secundum materiã, ex qua res constat.]

e¶ Nec quisquam. s. vt seruitus sit, obligatio tamen esse potest, vt ff. de euict. fundum. §. 1. & ff. fam. erc. hæredes, §. an ea. vers. contra si promissor viæ &c.

ADDITIO. Et not. q̃ debent esse domini in solidum, aliás fundo communi non põt per vnum ex socijs libertas acquiri, nec seruitus

bitus imponi, quãuis sibi preiudicet. alijs postea ẽt singulatitet cõsentientibus, põt tñ pscribere, seu petere declarari ipsã deberi. Itẽ pluribus socijs pmissã vnus ex eis in aliorũ præiudiciũ remittere põt: secundũ Ang. hic.

¶ Per omnem contractum, & etiam per vltimam volũtatem, potest seruitus constitui. h. d. ex l. potest. rt. communia præd. Arct.

¶ Si quis velit vicino aliquod ius [a] constituere, pactionibus [b] atque stipulationibus id efficere debet.

¶ Potest etiam testamento quis hæredem suum damnare, ne altius tollat ædes [c] suas,

* ¶ Adde, q nec fructuarius acquirere aut imponere potest prædio seruitutem. l. sed & siquid. §. ult. ff. de usufruct.
** & ibidem dicitur quid in proprietario, sic nec maritus imponere potest seruitutem prædio dotali. l. Iulianus. de fund. dot. secus in emphyteuta. l. 3. ubi gloss. de serui.]

SYL. ¶ Si quis. CASVS in tã generali regula non ponitur: quia ea, quæ in cõmercio sunt hominum, possunt tam ex contractu, quam testamento, acquiri. & concedi, vt toto tit. ff. de acqu. ret. do. Ratio decidendi sumitur ex §. per traditionem. supra. de re. diu & l. 1. C. de sacrosf. eccles. ] Not. q tam pactis, quam stipulationibus, & vltimis voluntatibus seruitutes constitui possunt.]

a ¶ ius. i. aliquam seruitutẽ de superioribus,
b ¶ Pactionibus. i. pactionalibus stipulationibus, similis expositio est ff. de acq. pos. l. si rem. in fi. † Vel pactionibus. i. contractibus alijs, vt venditione, & donatione & qd subijcit, stipulationibus, id est obligationibus verborum tantum. †Hæc uerior.

Aedificare licet usq; ad cęlum. ¶ Aedes suas. Quibus seruitutibus non impositis cuilibet vsque ad cęlũ liberũ est ædificare. vt ff. quod vi aut clam. l. fi. §. penul. & de serui. l. fin.

d ¶ Ducere. His deficientibus, cuilibet res sua libera est: & poterit aliũ prohibere volentem ingredi in suum agrum, vt sup. de rerum diuisio. §. fere. & §. plane.

SYL. ¶ Nec obstat. c. oẽs. 1. dist. quia loquitur qñ iter est noxiũ, alias secus: põt tñ ingrediens prohiberi exceptis quibusdã casib. no. sup ti. 2. dd §. & ita intelligit tex. in l. p agrũ. C. de serui. & aqua. & gl. ibi. dũ oppo. de. d. c. oẽs. communiter reprobatur, ut per Christ. hic.]

Cõtinuatio. ¶ De vsufructu. Visum est de seruitutibus realibus, sequitur uidere de personalibus. ideo sequitur de vsufructu, qui est seruitus personalis, ut l. 1. ff. de seruitutibus, quia plures sunt species seruituris, ut notat gloss. sup. ut. 2. in princ, Ang. Aret.

Diuisio. Vsusfructus. ¶ Totus iste tit. diuidit in quatuor partes. Primo ponit diffinitionẽ vsusfructus. Secũdo, qualiter vsusfructus cõstituat. Tertio, super q bus rebus cõstitui debeat. Quarto, qũo finiatur. Scda ibi, Vsusfructus. Tertia ibi cõstituitur autem. Quarta ibi, Finitur autem.

ne luminibus ædium vicini officiat: vel vt patiatur eum tignum in parietem suum immittere, † vel stillicidium habere: vel vt patiatur eum per fundum ire, agere, aquamue ex eo ducere. [d]

† alias stillicidiũ ve aduersus eũ hẽte.

¶ De vsufructu.

¶ Qualitas non est sine subiecto. h. d. ex l. 1. & 2. ff. eod. Aret.

VSusfructus [c] est † ius [f] † alienis

SYL. ¶ Vsusfructus. CASVS non figuratur ĩ definitione dum uero dicitur vsumfructũ perimi fundo perempto, dicas q ratio est, qa cum talis seruitus debeatur à re psonę, extincta re non potest deberi, quia non entis nulle sunt partes, & remoto subiecto accidentia esse nõ possunt. Not. quid sit usnsfructus. Item, q ususfructus extinguitur extincta re. quæ debet usumfructum: sicut etiam extincta persona, cui debetur infra eod §. finitur.

† Hæc diffinitio vsusfructus ponitur ẽt in glo. super. utar in c. si extra de pigno.

e ¶ Vsusfructus, sic. ff. eo. l. 1. & 2.
f ¶ Est ius. s. seruitus, & per hoc patet, quòd non loquitur de ipsis fructibus fundi, qui sunt corporales: immo de iure utẽdi, ut supra de reb. cor. & incor. §. 1. sicque p hoc uerbum. s. quia expono ius, id est seruitus, remouetur uasallus. superficiarius, & qui alias utile dominium habet.

† alias alienis utẽdi fruendi rebus.

* ¶ Adde, q superficiarius dicitur, qui in alieno solo superficiem possidet, est autem superficies omne, quod supra faciem terræ est: ut in prædijs urbanis, parietes & tecta, in rusticis, arbores, herbæ, frutices, & superficiarius quidẽ in hoc distat ab emphyteuta, q ille & solum, & meliorationes suas à domino recognoscit, certamque ex hac causa pẽsionem præstat: hic plerumque nihil pẽdit, nec meliorationes a dño habere dicitur, nisi superficiem quoque contraxerit, immo finito cõtractu indistincte eas illi auferre licet. Alcia l. bonorum. de uerb sign.]

Vsusfructus formalis. ¶ Item hoc ius est etiam personale: quia cũ persona extinguitur, ut inf eo. §. finitur. Itẽ est forma quædam a proprietate separata: cum apud unũ possit esse proprietas, apud alium usus fructus, ut ff. de acq. poss. l. permisceri. Ius autem, quod dominus fundi habet in fructibus percipiendis, est cum causa, id est cũ proprietate, ut ff. de excep. rei iud. si cum testamento. §. pen. Vsusfructus causalis.

¶ Et tunc nõ est seruitus. l. uti frui. in prin.

ff. si

ff si vsusf.pet. vbi tex.assignat rationem. Est igit vsusfructus duplex. formalis, qui est separatus à proprietate. & hic est seruitus. de quo in hoc tit. tractatur: & causalis, qui coniunctus est cum proprietate, a qua dependet tanquam a sua causa. Ias. infr. de act. §. neque col. 1.

rebus [a] vtendi [b] fruendi, [c] salua [d] rerum † substantia. Est autem [e] ius [f] in corpore, quo [g] sublato & ipsum [h] tolli necesse est.

¶ [illegible]

† Debet.n. vsufructuarius recte colere, & quasi bonus pr̃ familias vti. §. sed si gregis. in si. sup. de re. di. cautio nõ est de substantia vsusfr.

a ¶ Alienis. nã sua res nemini seruitutem debet, vt ff. de ser. vrb. præ. l. in re cõi. & ff. si vsusfru. pe. l. vti frui. in princ. itẽ quod subijcit, rebus dic. s. quibuslibet, nisi vsu cõsumantur, vt inf. eo. §. constituitur & ff si cer. pet. l. 1. in fin.

b ¶ Vtendi ad differentiam creditoris, qui vti non debet pignore, vt inf. de oblig. quæ ex delic. nascun. §. furtum.

c ¶ Fruendi, ad differentiam nudi vsus, in quo tantum vti & non frui permittitur. vt inf. tit. 1. in princip.

SYL. ** Adde, quod fructuarius etiam propria auctoritate fruct⁹ capere potest l. fundi. Treb. & ibi not. ff. de vsusf. leg. quod nõ est in emptore fructuum etiam pendentium, l. qui pẽdentem. ff. de actio. emp.]

d ¶ Salua rerum substantia, id est præstita cautione vel satisdatione de saluanda substantia rei, secundum quosdam & sic dicũt cautionem esse de substantia vsusfructus. argum. pro eis. C. eo. l. 1. & ff de vsufruct. leg. l. vxori. Nos cõtra. dicimus enim, quod hæc cautio non est de substãtia vsusfructus: nã sine ea vsusfr. est plus dico, quia in casibus nullo modo præstatur. ff. vt le. vel fideicommiss. no. ca. l. 1. §. si ad fiscum. & Cod. de bonis quæ lib. l. final. §. hoc procul dubio. & ff. vsufruct. quemad. ca. l. si vsusfructus. §. illud & § plane. †

† Quod ẽ verũ respectu rerũ, q̃ vsu nõ cõsumuntur aliàs secus vt infr eo. § cõstituitur. in fine quis tac. dubitet p l. hoc senatus. § 1. ff. de vsufru. e. 1. re. quæ vsu cõsu. & pp specialia huius gio.

¶ Et hæc opin. communiter approbatur regulariter. in l. 1. C. eo.

** Adde, quòd vsusfructuarius nõ facit fructus suos, nisi præstita cautione de vtendo fruendo arbitrio boni viri: quod intelligas nisi fruatur sciente, & patiente proprietario secundum Bart. in l. hac edictali. §. his illud. C. de secund. nupt. Item not. quod licet vsufructuarius teneatur præstare idoneam cautionem de vtendo arb. bo. viri, tex. l. 1. ff. vsufruc. quemadmod. cau. hoc tñ non habet locum in eo, qui donauit retento vsufructu, quia tunc satis erit promittere cum hypotheca bonorum, vt tradit Deci. post alios in l. Diuus ff. de reg. iur.]

¶ Dic ergo salua rerum substantia .i. ne pereat rerum substãtia q.d. tamdiu durat vsusfructus, quamdiu durat substantia. & hoc statim probatur ibi est autem &c. & sic verba sunt de diffinitione, sed non cautio. SYL.

¶ Vsusfructus [i] a proprietate separationem recipit: idque pluribus modis accidit: vt ecce, si quis vsumfructum alicui legauerit: nam hæres nudam [k] habet proprietatem; legatarius vero vsumfructũ: & contra, si fundum legauerit deducto vsufructu, legatarius nudamq; habet proprietatem, hæres vero vsumfructum. Item alij

¶ Dic, q, verba sunt posita ad differentiã vsusfructus earũ rerũ, q̃ vsu cõsumũtur in quibus proprie vsusfructus nõ constituitur: * vel ad excludẽdum abusum: ita enim vti frui debemus ne lædatur proprietas. l. vsusfr. C. eod.

e ¶ Est autem. s. vsusfructus.

f ¶ Ius. id est seruitus, vel forma corpori inhærens.

g ¶ Quo. scilicet corpore perempto, † vt domo destructa, vel fundo chasmate perẽpto vel iumento mortuo in quo vsusfructus habetur † vt ff pro so. verum. §. pen.

† vel mutato. l. repet. §. rei. ff eod. tit.

h ¶ Ipsum. i. ius vtendi fruendi.

¶ Vsusfructus. [illegible] non potest nisi literaliter figurari: quia cum hoc ius vsusfructus sit in commercio hominum, est sub regula, q, põt deduci in pactionẽ, & cõtractũ, & etiam in testõ relinqui quæcunque enim nostra sunt, in alium transferri possunt, etiã aliter, q̃ apud nos sint: quia tñ proprietas remansisset inutilis, semper abscedente vsufructu, placuit non solum interempta re, (vt dictũ est sup. in princ.) quo casu nulla adhuc esset vtilitas proprietatis, finiri vsumfructũ, sed etiã alijs modis. inf. notatis. No. vsũfructum tam in vltima voluntate legari posse, quam trãsferri inter viuos. Item not. rationem, quare inductũ sit, vsumfructum certis modis finiri. SYL.

i ¶ Vsusfructus. Sed oppono: ante separationem non est vsusfructus: sed nec post separationem recipit separationem? Resp. vsusfructus. i. qui postea dicitur vsusfructus.

¶ Dic, quòd est idem vsusfructus sed aliter penes illum, quando est separatus: tũc enim habet formã subsistẽtem de se: prius tamẽ non erat nisi cau. sed re vera idem est ante separationem. & postea.

K ¶ Nudam. sic C. de mult. quç ser. prop. l. j. §. filij.

vsumfructum, alij deducto [a] eo fundum legare [b] potest. Sine testamento vero si quis velit vsumfructum alij constituere, [c] pactionibus [d] & stipulationibus id efficere debet. Ne tamen in vniuersum inutiles essent proprietates, semper abscedente [e] vsufructu, placuit certis [f] modis extingui vsumfructū, & ad proprietatem reuerti.

¶ Vsusfructus constituitur in omnibus rebus, exceptis ijs, quæ vsu cōsumuntur, in quibus quamuis realiter non constituatur, præstita cautione, ex senatusconsulto, quasi constituitur. h. d. ex l. 3. §. constituitur. ff. eod.

¶ Constituitur autem vsusfructus non tantum in fundo [g] & ædibus verum etiam in seruis, & iumentis, & cet. rebus, exceptis ijs quæ ipso vsu consumuntur. Nam hæres, neque

§. si lij. sic & C. comm. de man. l. 1.

* ¶ Adde, legatarium habere totum vsumfructum, nisi vsusfructus legatus excedat æstimationem dodrantis hæreditatis, nam & vsumfructum per legem Falcidiā minui constat: & sic pro ea portione illū suæ proprietati accedere cōsequens est. l. omnium, & l. 5 ff. eo.

a ¶ Deducto. Not. deducto. si n. vni simpliciter fundum, alij vsumfructū legauerit, ambo concurrunt in vsufructu, vt ff. de vsufru accres. l. idē Neratius. §. non solū. & de vsufr. ea. re. quæ vsu cōsu. l. si tibi.

* ¶ Idem dicēdum & si sit vsusfructuari9 omnium bonorum? Bart. in l. Sēpronio, in princ. ff. de vsufru. leg. & est communis opin. vt per Pa. de monte pico in rep. l. Tit §. Tit. 22. q. ff. de le. 2.

** Sed quid si legetur fund9 ad vsumfructū vel ad vsufructuandum; vtrum tunc videatur relictus vsusfructus, an proprietas? Dic, quod proprietas. l. libertis. in prin & ibi per Bartol. & alios. ff. de ali. & cib. leg. & per Veron. de ser. vr. c. 4. & ibidem, quid iuris si legetur fundus in gaudimentum.

b ¶ Legare potest. Item & alijs modis, vt ff. e. ti. l. Proculus. datur autem, cum inducitur in possessionē fructuarius, & proprietarius patitur eum vti frui, vt ff. eo. l. 3. in princ.

¶ Adde, quod vsufructuarius regulariter debet accipere possessionem bonorū vsufructui subiunctorū ab hærede, vel executoribus testamēti, & nō propria auctoritate ingredi possessionem, aliàs amitteret vsumfructum, vt scribit Caual. trac. de vsuf. mul. rel. num 9. post multos ab eo citatos.

c ¶ Constituere inter viuos.

d ¶ Pactionibus. expone, vt supra titu. 1. diximus in §. fin.

e ¶ Abscedente. id est separato existente. Et erit pro quæstione illa, quod liber homo non poterit locare operas suas in perpetuum, ne libertas sit inutilis: quod Ir concessit, argum. ff. de condi. & demonst. Titio §. Titio centum. de lib. hom. ex. l. 1. Sed Ioan. contra, cum possit per substitutum seruire. (1) vt C. de episcop. & cle. quisquis censibus, & l. ad similitudinem, cum hoc non

Operas suas an possit qs in perpetuum locare.

agatur, vt per se tantum operetur, vt C. de cad. tol. l. vnica, §. ne autem. & ff. de duo re. l. nemo est. Vel etiam possit interesse præstare. vt ff. de re iudi. si quis ab alio. §. fin.

¶ Et hæc glos. in principali q. communiter approbatur, vt per Christop. hic.

ADDITIO.

(1) Periculò tamen suo, etiā si fuerit approbatus à iudice prout requiritur. Item debet esse talis, qui aliàs principaliter per se esset idoneus. Item verum si non fuit electa industria personæ, & non possit per semetipsum seruire, aliàs secus. Ang.

f ¶ Certis mo. vt inf. eod. §. finitur.

¶ Constituitur.

CASVS similiter non figuratur nisi literaliter, quia cum vsusfructus constet in ijs, quæ in commercio nostro sunt, debet in singulis posse tale ius constitui, exceptis ijs, quæ vsu consumuntur: quia interempta substantia cessat vsusfructus, nec proprietas ab vsufructu separari potest, quia nullam affert vtilitatem nisi consumatur. quia tamen potest aliqua vtilitas considerari ex dilatione temporis, & commoditate ipsius, dicitur quod quamuis essentialiter non constituatur, tamen senatusconsulto vtilitatis causa introductum est, vt satisdatione præstita, quasi constituatur vsusfructus, & sic vsufructuarius vti poterit, & substantia salua remanebit proprietario, & hæc declaratio sit loco casus. Not. vsumfructum in qualibet re constitui posse: exceptis ijs, quæ vsu consumuntur. Item quod in ijs, quæ vsu consumuntur, nec naturali, nec ciuili ratione constituitur vsusfructus. Item, quod pecunia connumeratur in ijs, quæ vsu consumuntur quia assidua permutatione quasi extinguitur. Item, quod ex senatusconsulto, vtilitatis causa per cautionem quasi constituitur vsusfructus. Item no. formam cautionis.]

g ¶ In fundo, etiam sterili. vt ff. eodem. l. statuæ. §. 1.

* ¶ Intellige sterilitatem, cum plus impenditur, quam de eo acquiritur: alioquin rei omnino infructuosæ vsusfructus nullus esset. l. si infans, ff. eo.]

a ¶ Na-

naturali [a] ratione, neque ciuili [b] recipiunt vsumfructum: quo in numero sunt, vinum, oleum, frumentum, vestimenta: [c] quibus proxima est pecunia numerata: † namque ipso vsu assidua permutatione [d] quodammodo extinguitur. Sed vtilitatis causa Senatus [e] censuit, posse etiam earum rerum vsumfructum constitui: vt tamen eo nomine hæredi vtiliter caueatur.

Itaque si pecuniæ vsusfructus legatus sit, ita datur legatario, vt eius fiat, & legatarius satisdet [f] hæredi de tãta pecunia restituẽda, si morietur, aut capite minuetur. [g] Ceteræ quoque res ita traduntur legatario, vt eius fiant: sed æstimatis his satisdatur, [h] vt si moriatur, aut capite minuatur, tanta pecunia restituatur quanti hæ fuerint æstimatæ. [i] Ergo Senatus non fecit quidem

a ¶ Naturali. quia non potest esse salua substantia: quod esse debet vt sup. eo. in princ.

* ¶ Sic Cic. lib. Topic. vbi agit de loco à cõtrario. Non debet (inquit) ea mulier, cui vir bonorum suorum vsumfructum legauit, cellis vinarijs & olearijs plenis relictis, putare, id ad se pertinere: vsus enim, non abusus legatus est. ea sunt inter se contraria.]

b ¶ Ciuili. qa transit in dominium legatarij: vnde sibi seruire non potest, vt ff. si vsusfruct. pet. l. vti frui. in princ.

† Hæc uerba recitantur in gl. penul. ibi, Itẽ per. numen. in c. fi. extr. de pign.

c ¶ Vestimenta. ff. eod. sed & si quid. §. & si vestimentorũ. contra. Sol. ibi loquitur de q. busdã vestimẽtis, quæ perpetuo durabant. hic de temporalibus. Loquitur.

SYL. ¶ Vide gl. ibi, quæ melius intelligit & loquitur secundum Ioa. Fab. hic, aliter tamen intelligit hic las.]

¶ Dic q, ille tex. loquitur ĩ vestibus scenicis & funeribus, quæ cũ solum ad spectacula exhibeantur, non facile consumuntur.

d ¶ Permutatione, nam quæ hodie est mea, cras erit tua: sic extinguitur quo ad dominiũ meũ, quod definit, sic supra de re. diui. §. si tamen item, si cum alia misceatur, extinguitur, vt ff. de so. si alieni.

SYL. ¶ Aduerte quia benedixit, quodammodo, quia de se pecunia est de rebus, quæ seruando seruari possunt, vt in propositio Alex. in l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebel. & quod dicit Accur. de commistione, declara si id bona fide fiat. Bar. in d. l. si alieni.]

* ¶ Imo pecunia computatur inter ea, quæ seruando seruari nõ possunt: facit tex. in Authẽ. vt ij, qui obl. se hab. perhi. res mi. & in l. Arist. §. vlt. & l. seq ff. de iure delib. & ita communiter tenent doct. vt tradit And. Tiraq. in trac. de retrac. lignag. g l. 1. §. 1. nu. ciiij. & cv.

e ¶ Senatus. cuius nomen non habemus.

f ¶ Satisdet. Sed nonne hæc satisdatio, vel illa, qua satisdat legatarius, vel vsufructuarius se vsurum arbitrio boni viri, potest remitti à testatore? Respõ. non, vt ff. vt in pos. leg. l. si pecuniæ. & C. de vsufr. l. 1. & C. vt le. no. ca. le. pe.

** Ratio, quare cautio, quæ pro vsufructu rerum consumptibilium præstatur, nõ possit remitti a testatore, est, q a pertinet ad substantiam vsusfructus. l. 2. ff. de vsufr. ea. re. in alia vero de vtendo fruendo arbitrio boni viri, ratio est, quia habet inclusam causam, dolum malum abesse, abfuturumque esse l. 5. in prin. vsusfruc. quemad. cau. quæ doli remissio inuitaret ad delinquendũ. l. conuenire de pac. dot.]

SYL. ¶ Cõmuniter tenetur, quod quamuis testator non possit remittere, hæres tamen possit, Bart. in l. 1. C. de vsufruc.]

Fauori pprio renũciare licet.

Illa autem satisdatio, quam præstat hæres de legato soluendo, bene potest remitti vt ff. vt le. no. c. licet. & l. fin. Et est ratio qa hæc satisdatio contemplatione hæredis interponitur, illa autẽ de legato præstando, gratia testatoris, vt sua voluntas adimpleatur, vt C. vt le. no. ca. (aliàs, vt in pos. lega.) l. 2. Non est ergo mirũ, si illud, quod sua gratia introductum est, testator potest remittere: aliud autem non, vt C. de pac. si quis in conscribendo, & ff. de pact. l. pactum. & de oper. lib. l. cerdonem. & ad l. Fal. quod de bonis. §. fin.

SYL. ¶ Hæc ratio est falsa: quia ita potest testator rẽ hæredis remittere, sicut propriam. l. vnum ex familia. § si rem. ff de lega. 2. Nec etiam est uera alia ratio, quod sit de substãtia: quia supra est contrarium ostẽsum. Dic ergo, q, ratio est, quia legatarius inuitaretur ad delinquendũ, & dolus futurus remitti non potest. l. si unus, §. illud ff. de pact.]

g ¶ Morietur, aut capite minuetur. His. n. duobus modis tantum amittitur usufructus, ff. de usufruct. ea. re. quæ usu consu. l. in stipulatione, & l. quoniam.

h ¶ Satisdatur, à legatario.

i ¶ Æstimatæ. s. eo tempore, quando dantur legatario. sic ff. de usufruct. ea. re. quæ usu consu. l. si tibi uini.

* ¶ Quid si finito usufructu malit, nõ æstimationem, sed eiusdem qualitatis res restituere: uel etiam easdem res, quia forte usus non sit uino, aut oleo legato, cum eiusdem, sint bonitatis an possit? Et Alciat. lib. 7. parergon hoc ei licere scribit per l. si tibi uini,

ni, de vsufruct. ea. re. & arg. inf. quib. mo. re contra. obl. ver. quãdoque, glo. l. 2. in prin. si cert. pet. idem putat, etiam si imminuta esset bonitas, dummodo id detrimentum resarciat pecunia, vt quod de simplicibus proditum est, ad casum mistum extendatur. l. 2. de verb. obl.]

a ¶ Poterat. s. eum substãtia in his non saluetur, & dominiũ mutetur, vt supra dictum est.

b ¶ Cautioné. Improprie: nã satisdare debet, vt Cod. de verb. sig. l. sancimus, & ff. de vsuf. ea. re. quæ vsu cõ. l. Trib. in fi. quæ cautio loco proprietatis erit apud hæredem.

earum rerum vsumfructum, (nec enim poterat [a]) sed per cautionem [b] quasi vsumfructum constituit.

¶ Finitur vsusfructus cessione, consolidatione, extinctione rei, morte naturali, vel ciuili vsufructuarij, & non vsu. hoc dicit.

¶ Finitur autem vsusfructus † morte [c] vsufructuarij, & duabus capitis [d] diminutionibus, maxima, [e] & media, & non vtendo per modum [f] & tempus: quę omnia nostra statuit constitutio. [g]

¶ Item finitur vsusfructus, si domino ꝓprietatis ab vsufructuario cedatur: (nam cedendo [h] extraneo nihil agitur) vel ex contrario,

† Sic ẽt clerici cẽsent usufruct.

SYL.

rerũ bñficiorũ, ut ĩ c. si. extra d̃ pig. & c. ul ti. ĩ gl. li. d̃ pecu. cle. et eorũ morte finit' usufruct⁹, ut ĩ dictis capi.

¶ Finitur. CASVS. Quærebatur, quia dictum fuerat per extinctionem subiecti finiri vsumfructum, & alijs modis, ne proprietas esset inutilis, an essent & alij modi finiendi, & respondetur vt in tex. Ideo enim morte extinguitur, quia interijt illa persona, cui debetur, sicut interempta re, ex qua debetur, cessat & resoluitur illud ius. * Qua ratione & si vsufructuarius maxima, aut media capitis diminutione afficiatur vsusfructus finitur, cum ciuiliter motiatur, q̃ mors ciuilis naturali similis est l. verum. §. societas. ff. pro soc. finitur etiam non vtendo per decennium inter præsentes, inter absentes vero per vicennium, quia eodem modo tollitur etiam dominium, cuius pars est vsusfructus. l. vsusfructus in multis. ff. eo.] Idem si renuncietur, quia omnia, quæ in dominio nostro sunt, in alium transferri possunt. *nã vnusquisque iuri suo potest renunciare. l. pen C. de pac.] & sicut dominus potest in re sua constituere vsumfructum, ita ab vsufructuario cedi in eum potest, in alium vero extraneum cedi non potest, quia est ius personale, quod a persona euelli non potest. No. vsumfructum finiti morte, & duabus capitis diminutionibus: itẽ abutendo. Item, si vsufructuarius domino proprietatis cedat, vel si vsufructuarius acquisiuerit proprietatem. Item interitu rei.]

c ¶ Morte. s. naturali. Sed contra. ff. de noua. si vsusfructus. Solu. nõ contradicit. ibi enim ante, quã essem vsufructuarius, delegaui. vnde ex eius persona, cui delegaui, finitur: q̃a in eius persona incœpit: si autem postea delegassem, ex mea persona finiretur, vt ff. de perie. & commo. rei vend. l. necessario. §. fi.

SYL.

* ¶ Adde secundũ Bar. in d. l. si usufructus, q̃ sicut vsusfructus non potest cedi, ita nec actio ad illum consequendum, nisi accedat voluntas proprietarij: quo casu etiam non transfertur ille vsusfructus, sed alius nouus constituitur in personam illius, cui facta est cessio: & ita intelligenda est. d. l. si vsusfructus. secũdum Paul. de Castr. ibi.]

* ¶ Quid si plures fructuarij sint. & eorũ aliquis moriatur: vide l. 1. ff. de vsufr. accres. & not. glo. vlt. inf. eo. Item quid si vsusfructus patri per filiumfamil. acquisitus sit, vtrum finiatur morte patris, an filijfam. uide l. ult. C. de usufru. & habi.]

d ¶ Capitis, sup. de cap. dim. §. 1. 2. & 3.

e ¶ Maxima & media. quæ mortes ciuiles sunt, ut ff. pro so. uerum, §. societas, non autem minima capitis diminutione, ut inf. de acquir. per arro. in princ.

f ¶ Per modum & tempus, scilicet ut bonus paterfamilias. † Vel melius per modum & tempus. i. per moderatum tempus, scilicet decem annorum inter præsentes. 20. inter absentes, ut C. de usufru. l. corruptionem. Sed relictus ciuitati durat centum annis, ut ff. eod. tit. an usustructus. Actio uero competens pro usufructu non ipso iure tollitur, cum tempus non sit modus tollendæ obligationis, sed per exceptionem dicto tempore tollitur. licet in alijs modis quam tempore finiendi ipso iure etiam actio tollatur, ut ff. de actio. & obligat. l. obligationum fere. §. placet.

† Immo tũc si finitur, sed agit contra actio. l. aquiliç cautione interposita, ut l. æquissimũ. §. 1. cũ duab. seq. ff. de usuf.

SYL.

¶ Et licet alias actiones personales non tollantur nisi spacio 30. ann. tamẽ ex quo tollitur ipsum ius usustruct⁹ intra dicta tẽpora, debet tolli etiam actio, quæ ex eo prouenit.

* ¶ Adde, quod hunc locum ita uertit Theophilus, totroporito. & orismeno crono, quasi hic dictum sit, per modum conuentum, & statutum tempus. Et sane quod ad tempus attinet, potest commodissime intelligi de tempore a testarore, & contrahentibus ipsis præstituto. l. si usustructus mihi. de usufru. leg. & l. quæsitum ff. eod. & l. & pu to. famil. ercisc.]

g ¶ Constitutio, Cod. de usufruct. l. corruptionem.

h ¶ Cedẽdo. inf. tit. 1. in fine primi casus, cõtra. Sol. hic dicit de iure utẽdi, quod cedi nõ põt: immo tunc ad proprietatẽ redit, ut hic, & ff. de iure do. si usustruct⁹, ibi de ipsa fru-

ctuum

ctuum perceptione.argum.de pe.& com.rei vend l.necessario.§.fi.

** Adde hanc distinctionem siue resolutionem gl.videri communiter receptã. Quantum tamen attinet ad verum sensum huius loci, animaduertendum est, q Imper. non prohibet fructuarium cedere, vel alienare vsumfr. extraneo, sicuti plerisque visum est, immo permittit: (nam alias repugnaret l.arborib.§.vsufructuari⁹. l. non vtitur. cum seq. & l. cui vsufruc. ff. de usufruct. & inf. tit. 1. in fi. princ.) sed intellige, quòd ita cedendo nihil agitur respectu scilicet cõsolidationis, de qua hic tractatur, aut quo ad præiudiciũ proprietarij, & ad effectũ constituendi in ipso extraneo nouum usumfr qui ex eius persona durare & censeri debeat, nam nihilominus attendi debet ius & uita (ut ita dixerim) ipsius usufructus ex persona primi usufructuarij, nec ex mutatione personæ fructuarij quicquam in hoc nocetur proprietario, quin ad eum reuersurus sit usufruct.eodem modo & tempore,quo reuerteretur,si mansisset primi fructuarij: Et hanc interpretationem,quæ uerissima est,eleganter & docte declarat,& tuetur Ari. Pine. Lusit.in l.1.C.de bo.mat.

✝ l.2.§. cũ q̃s. d'hęr. uel ac. ué. & l.4.§.nõ solũ.de usufr. accr.

si vsufructuarius proprietatem rei acquisierit, [a] quę res [b] consolidatio appellatur.†

¶ Eo amplius constat, si ædes incendio consumptæ [c] fuerint, vel etiam terræmotu, vel vitio suo corruerint, extingui vsumfructũ, & ne [d] areæ quidem vsumfructum deberi.

¶ Cum autem finitus fuerit totus [e] vsusfructus,reuertitur,scilicet, ad proprietatem, & ex eo tempore nudæ proprietatis dominus incipit plenam in re habere potestatem.

¶ De vsu & habitatione.

¶ Vsus [illegible]

Isdem illis modis, quibus vsusfructus constituitur, [f] etiam nudus vsus constitui solet: [g] iisdemque illis

a ¶ Acquisierit, scilicet finitur usufructus. Accur. Flo.

b. Quæ res, id est talis acquisitio.

c ¶ Consumptæ fuerint, scilicet in totum, ut ff.eo.si cui insulæ.

d ¶ Ne areæ. sic ff. quibus mod. usufruct. amit.l.repeti.§.penul. Arg.contra. ff. de pig. actio.l domo.

*¶ Dic, q loquitur in pignore, quod cum detur, ut creditũ magis sit in tuto. erit utiq; cautũ saltem pro parte etiam in area: usufructus uero domus ideo perit, quia non durat ille usus, ad quem fuerat concessus, cum domus amplius inhabitari non possit.]

6 Y I

e ¶ Totus. Nota totus, si enim pro parte, non redit ad proprietatem, ut ff.quib.mod. usufruct.amit.l.excepta, item si sunt duo confructuarij, vno perdente alteri accrescit, vt ff de vsufru.accrescen.l.1.§.pen.

¶ [illegible] Supra tractatum est de vna seruitute personali, videlicet, de vsuf. hic sequitur de alijs. Aret. Continuatio.

Isdem illis. ¶ Tot⁹ iste tit. in tres partes diuiditur. Primo ponit de vsu. Secundo, de seruitute habitationis. Tertio facit qđdam præambulum transiens ad alias materias. Secunda ibi, Sed si cui. Tertia ibi, Hæc de seruitutibus. Diuisio.

¶ Ijsdem. [illegible] non figuratur in declaratione terminorum, nisi iuxta literam. Not.qđ vsus,& vsusfructus parificãtur i modo constituendi, & finiendi. Itẽ, quòd plus iuris est i vsufructu, quam in usu. Item, quod usuarius potest morari in fundo, dum tamen non sit molestus domino, aut cultoribus. Item, quod usuarius ius suum alteri cedere non potest.

f ¶ Constituitur, s. in testamento. & inter uiuos, ut supra tit.1.§ 1.

g ¶ Solet. Nisi quod usus pro parte constitui non potest, ut ff.eo.l.usus pars, sed aliud in usufru.ut ff.de usufr. l.usufructus ab initio. Et ratio est, quia diuiduus est, quod nõ est in alijs seruitutibus, ut ff ad l. Falc.l.1.§. si usufructus. Nec obst.si duobus usus constituitur, quod concursu partes fiunt: quia occasione.i.necessitate magis, quam ratione contingit, ut ff.de riuis.l. Labeo. Seruitutes sũt indiuiduæ pter usumfr.

*¶ Rationem, iudicio meo, reddit text. in l. usus pars.ff.eo.tit.quia frui pro parte possumus, uti pro parte non possumus, ratio autẽ quare pro parte uti non possimus, illa est, quia cum usus diffiniatur esse ius alienis rebus utendi pro necessitate utentis, nõ etiam fruendi, salua earum substantia, ut ex hoc tex.colligitur,& ait glo.in l 1.in princ. ff.eo. diffinitio autem ostendat substãtiam & essentiam rei, sequitur, q si usus diuideretur, ita q non esset pro necessitate utentis, necessario corrumperetur, cum a quocunque remouetur diffinitio, intelligatur remota etiã substantia, l.stipulationes non diuiduntur. ff.de

ff. de verborum obligatio.

a ¶ Modis. quos supra tit. 1. §. finitur. habuimus.

b ¶ Minus iuris. Sed in casibus æquales sunt fructuarius, & vsuarius, vt in vsu pecuniæ, vt ff. de vsufr. ea. re. l. hoc senatus. §. fin.

Vsuarius, & fructuarius quando sunt æquales.

SYL.

† Concor. cũ hoc §. c fi. in gl. sup verb. fruatur. ex tra de pig. vbi ponitur tenor huius §.

SYL.

† Concor. c. quæ in ecclesiarũ. in glo. sup verb. alienandi.

SYL. circa prin. extra. de constit.

¶ Ratio est, quia legato vsu harum rerũ videtur legata proprietas. l. quoniam, ff. de vsufruc. ea. rer. & ideo quod ex his prouenit, suum facit vsuarius, quod non est in alijs.]

Item in fundo, de quo tantum fœnum tollitur, quantum soli sibi sufficit, vt ff. eod. fundi.

Item in sylua remota, ex qua vterque ligna vendere poterit, vt ff. eod. Diuus.

¶ Ratio est, quia aliàs inutilis aliquando esset vsus ex distantia, & loci remotione, vt dicitur in d. §. Sabinus ibi, præter hæc bona.]

que illis modis [a] finitur, quibus & vsusfructus desinit. Minus [b] autem † iuris est in vsu, quam in vsufructu: nam is, qui fundi nudum habet vsum, nihil vlterius habere intelligitur, quam vt oleribus, pomis, floribus, fœno, [c] stramentis, [d] & lignis ad vsum quotidianum [e] vtatur: [f] in eoque fundo hactenus ei morari licet, vt neque domino fundi molestus sit, neque ijs, per quos opera rustica fiunt, impedimento: [g] nec vlli alij [h] ius, quod habet, aut locare, aut † vendere, aut gratis cõcedere potest, cum [i] is, qui vsumfructum habet, possit hæc omnia [k] facere.

¶ Habẽs vsum domus potest in ea habitare cum marito, vel vxore, & familia, & hospitem recipere, sed tale ius non potest alteri cedi. hoc d ex l. 2. §. domus. ff eod. Ang.

¶ Item is, qui ædium vsum habet, hactenus ius habere intelligitur, vt [l] ipse tantum inhabitet: nec hoc ius ad alium transferre potest: & vix exceptum esse videtur, vt hospitem ei recipere liceat; & cũ vxore, liberisque suis, item libertis, nec non personis alijs liberis, quibus non minus, quã seruis vtitur, habitãdi ius habeat: & cõuenienter, si ad mulierem

quis colet agrum? Respond. proprietarius si vult, † aliàs vsuarius, vt ff. eo. si domus vsus. & ff. de vsufr. l. hactenus.

g ¶ Impedimento, aliàs. i. si alia de causa inueni at dominium, & eius familiam potest prohibere, vt ff. eo. l. si habitatio. §. fin.

Intellige hũc tex. quando operarij operantur ad petitionem proprietarij: quia si operarentur ad petitionem vsuarij, eos quoque remouere posset, nedum eis molestus esse. Ang.

h ¶ Alij, quasi dicat nisi proprietario.

i ¶ Cum, id est quamuis.

k ¶ Hæc omnia, sup. tit. 1. §. finitur, contra. Solu. vt ibi. Itẽ ff. loca. l. locare. contra. Sol. ibi in prædialibus seruitutibus loquitur, hic in personalibus.

¶ Item is. CASVS Quærebat, an vsuarius ædiũ posset secum hẽre vxorem, familiam, & hospites: & videbatur, quòd non, quia cum tale ius in alium transferri nequeat, ut dictum est sup. prox. §. non videtur quoquo modo communicabile: quia quod vna via prohibetur, per aliã non conceditur.* Præterea cũ vsus, vt dictum est sup. sit ius alienis rebus vtendi pro vtentis necessitate, non videtur, q debeat deseruire aliorum necessitatibus, cum hoc ius ita cohæreat personæ, vt in alium transmitti non possit. l. vsus aquæ. ff. eo. Contrarium tñ deciditur, non de rigore quia militant rationes prædictæ, sed ex consuetudine, ibi, vix receptũ est, & ex bono, & æquo, propter id quod nimis duriũ videtur ab vxore & familia separari. No. q. vsuari⁹ ipse tantum vti potest. Item, q. vsuarius ædium potest ipse cum familia habitare.

l ¶ Et ipse tantum. ff. eo. l. 2. §. 2. contra. Solu. ibi ponitur solus pro solummodo, vt ff. de vulg. subst. l. qui liberis. in princ.

* ¶ Adde, quod etiam inquilinum recipere potest,

† Vt puta quia fundus plus fructuum affert, quã sit de necessitate vsuarij.

SYL.

c ¶ Fœno. id est herba.

d ¶ Stramentis. i. melega, genus est bladi.

* ¶ Stramenta vocantur calami ex tritico, ordeo, & id genus frugibus, postquam grana sunt excussa: quod autem hodie vulgus melegam appellat, veteres, vt ex Plinio constat, milium nigrum vocabant.]

* ¶ Stramentum propriè dicitur stipula, a stando, vel a stratu, quod solo substernatur pecori quiescendi gratia, auctor Var. lib. 1. de re rustic.]

e ¶ Quotidianum. Quid si hodie vsus, qui mihi sufficit, constituatur, & cras ab alio in alio fundo constituatur? Resp. locus erit electioni, vel gratificationi in toto, vel in parte: arg. inf. de le. §. si generaliter, & ff. de relig. l. fin.

f ¶ Vtatur. Numquid in vino, vel in frumento, & oleo? Respond. quidam, nullo modo. Alij contra, quorum sententia est verior, vt ff. eodem, l. plenum. §. præter. Item.

potest, dummodo & ipse quoque vsuarius inhabitet.l.4.ff.eo.]

a ¶ Cum marito. præsenti & futuro, vt ff. eodẽ l. ceterum. §.mulieri, & gñaliter omnes recipiet, quos & masculus, dũmodo honeste, vt ff.eo.l. non solum, & l.non aliter.

SYL. ¶ Et est ratio, quia testator videtur hoc prohibuisse. vt dicit gloss. in dicta l. non aliter.

ADDITIO. Et inducitur iste text. vt statuta, & sententiæ, quamuis sint stricti iuris, tamen recipiant interpretationem extensiuã, quando aliàs non possunt sortiri effectum, quod not. secundum Ang.

¶ Item is. CASVS ¶ figuratio pendet a pdictis: est.n.illatio regulæ, quòd ipse tantum uti possit vt habeat locum in iumẽto, & seruo: quod vero dicitur de pecoribus, & ouibus, habet rationẽ positam in tex. ibi quia ea in fructu sunt: fructus autem non pertinent ad vsuarium, vt dr̃ in princ. sup eo. ratio autem dubitandi ea poterat esse, qa videbatur deseruire debere omnibus familiaribus, vt in ædibus dictũ est.]

vsus ædium pertineat, cum marito [a] ei habitare liceat.

¶ Qui habet vsum serui, ipse tantum vti potest: & idem in iumento: sed si pecoris vsum habet, solum vtetur ad impinguandum agrum. hoc dicit ex l. plenum. §. si vsus, & §. sed si pecoris. ff. eo. Aretin.

¶ Item is, ad quem serui vsus pertinet, ipse tantum opera, atque ministerio eius vti [b] potest: ad alium vero nullo modo ius suũ transferre ei concessum est. Idem scilicet iuris est & in iumento. [c]

¶ Sed & si pecorum, vel ouium vsus legatus sit: neque lacte, [d] neque agnis, neque lana vtetur vsuarius, quia ea in fructu [e] sunt. Planè ad stercorandum agrum suum pecoribus vti potest.

¶ Habitatio est ius distinctum ab vsufructu, & vsu: & ideo eam habens locare potest, hoc dicit ex l cum antiquitas. C. eod. Angel.

¶ Sed si cui habitatio [f] legata, siue aliquo [g] modo cõstituta sit: neque vsus [h] videť, neq; [i]

b ¶ Vti potest. non autem locare potest: si tamen aliquid conducat faciendũ, in eo poterit vti opera vsuarij serui. Item ipse eidem seruo suas operas poterit locare. acquirit autem ex re, non ex opera vsuarij, vt ff. eodem plenum. §. fi. & l. seq.

c ¶ Et in iumento. facit ff. eod. plenum, §. sed si boum, & §. equitij.

d ¶ Neque lacte. nisi modico, vt ff. eod. plenum, §. sed si pecoris, alijs nullo modo. secundum P. Io. contra, dicit enim omnibus his ad suum vsum & suorũ posse vti, vt in fundo sup. diximus.

SYL. ¶ Et hæc communiter approbatur in d. §. sed si pecoris secundum Ang. hic.

e ¶ In fructu. sic sup. de re. diu. §. in pecudũ.

¶ Sed si cui. ¶ CASVS. Dubitabatur vtrũ seruitus habitationis idem esset, quod vsus, vel vsusfructus. Videmus enim eam conuenire vsufructui in hoc, q; & ipsa locari potest, sicuti vsusfructus, prout hic dicitur: itẽ vsui. qm̃ quidem his, qui habet habitationẽ, easdẽ personas recipere potest, quas vsuarius. l. si habitatio. ff. eo. & respondetur q; cum neque vsui, neque vsufructui, per omnia similis sit, imò quædam singularia habeat, neutri eorum competẽtia, ut quæ nec diminutione capitis amittatur, nec per nõ vsum. d. l. si habitatio. §. ad hæredem. est propria species seruitutis ab eis distincta.]

Not quòd habitatio differt ab vsu, & usufructu. Item, quod qui habet habitationem, non tantum ipse cum familia ibi habitare potest, sed etiã alteri locare potest. Item, quod l. sub congruo titulo ponenda est.]

f ¶ Habitatio. Siue dicatur habitatio, siue vsusfructus habitationis idem est, vt C. eo. cum antiquitas.

g ¶ Aliquo modo, scilicet inter viuos pactionibus, & stipulationibus: sic sup. de ser. § fi. & de vsufr. §. 1.

h ¶ Neq; vsus. quia locat, vt C. eo. cũ antiquitas, sed vsuari⁹, nõ vt sup. eo. circa prin. Acc.

* ¶ Rationem differentiæ ponit Bal. in d. l. cum antiquitas quia. s. vsus cõstitutus videtur ob necessitatem personæ cohærentis, & ideo ab ea seorsum esse nõ potest: habitatio autem est species alimenti, quæ non minus locando, quam habitando percipitur.

i ¶ Neque vsusfructus, quia hæc non finitur nisi † morte, vt ff. eo. si habitatio. circa prin. licet vsusfructus multis modis, ut supra de usufruc. §. finitur.

† Et ideo non transit ad hæredes nisi relicta esset in gaudimentũ.

** Rõ autẽ, quare habitatio nõ perit capitis diminutione, est, quia est species alimẽtorũ, l. legatis, ff. de ali. & cib. leg. in quib⁹ potius inspicitur factũ, q̃ personæ conditio. l. legatum, ff. de capi. dimi. Eadem ratione, nẽpe, quia est pars alimentorũ, nõ finitur nõ utẽdo. item quia usufructus denominatur ab actu ex usu, & ideo per non usum tollitur habitatio vero ab habitu, & potentia habitandi. Veronen. cap. 6. de ser. vrb. præd.

a ¶ De-

a ¶ Decisione, vt C. eo. cum antiquitas.
b ¶ Hæc de seruitutibus. Excusat se, quare de hæreditatibus, & obligationibus non dicit, cum videtur hic dicere debere, ut supra de re corp. § r.
c ¶ Proponemus. s. infr. de hæred. inst. vsque ad tit. 1. de obligat. & exinde usque ad tit. de act.
d ¶ Exposuimus. Hæc continuatio refertur sup. de re. diui. §. singulorum.
e ¶ Et, pro id est.

Continuatio. ¶ De vs. cap. &c. Hæc rubrica cõtinuatur per Imperatorẽ ad præcedentia, ut uisum est supra, titu. prox. in fi. Quia supra dictum est, qualiter res iure gẽtium nobis acquiruntur, nunc sequitur videre, qualiter iure ciuili nobis acquirũtur. Aret.

vsusfructus, sed quasi proprium aliquod ius: quanquam habitationẽ habentibus, propter rerum vtilitatem, secundum Marcelli sententiam, nostra decisione [a] promulgata, permisimus, non solum in ea degere, sed etiam alijs locare.

¶ Hæc [b] de seruitutibus, & vsufructu, & usu & habitatione dixisse sufficiat. de hæreditatibus autem, & obligationibus, suis locis proponemus.[c]

¶ Exposuimus [d] summatim quibus modis iuregentium res acquirũtur: modo videamus quibus modis legitimo, & [e] ciuili iure acquiruntur.

## ¶ De vsucapionibus,[f] & longi temporis præscriptionibus.

¶ Hodie res mobilis triennio cum titu. & bona fide vsucapitur: res vero immobilis. 10. annis inter præsentes, & inter absentes. 20. annis vbique locorum. hoc dicit ex l. 1. C. de vsucapio. transfor.

IVre [g] ciuili constitutum fuerat, vt qui

Vsucapio est rerum mobiliũ, præscriptio immobiliũ.

f ¶ De usucap. s. mobilium: sed præscriptio immobilium ut patet, inf. eo. in princ. & C. in qui. ca. ces. lon. temp præ. l. 2. sed in ff. eod. usucapio large sumitur per totũ tit. & maxime in l. quare. Accur.

* ¶ Adde, quod usucapio nihil aliud est, quam capio. i. acquisitio, quæ fit per usum. i. possessionem. l. neque. i. denique, ex qui. cau. maio. l. quæstio. de uerb. sig. & l. 3. ff. eo. item sciendũ est ueteres appellasse usucapionẽ etiam immobiliũ rerũ, d. l. 3. l. si fur. in fin. l. cũ. de usucap. præscriptionẽ uero accepisse pro exceptione ipsa, quæ ex usucapione descẽdit. vnde gl. 16. q. 1. in summa, diffinit præscriptionem esse exceptionẽ quæ ex temporis lapsu substantiam capit, & actioni obijcitur. Alc.]

Diuisio. IVre ciuili. ¶ Totus iste titu. diuiditur in nouem partes. Nam ponit primo, quod ad usucapionẽ requiritur bona fides, & iustus tit. & spacium temporis. Secundo, quòd licet prædicta interueniant, non tamen procedit usucapio propter naturam, uel uitium rei. Tertio, rediens ad primam regulam ponit qualiter in re aliena mobili possit tradens habere bonam fidem. 4. quòd in rebus immobilibus nõ uitio possessis mala fides auctoris non nocet successori. 5. ponit casum in quo res furtiua potest usucapi. 6. an res fisci possit usucapi. 7. qualis debeat esse res uel titu. 8. an possessio auctoris prosit successori. 9. quãto tempore res aliena alienata a fisco, uel donata ab Imperatore usucapiatur. Secunda ibi, Sed aliquando. Tertia ibi, Sed tamen. Quarta ibi, Quod autem. Quinta ibi, Aliquando. Sexta ibi, Res fisci. Septima ibi, Nouissime. Octaua ibi, Diutina. Nona ibi, Edicto. Item primam subdiuiditur. Nã primo ponit ius antiquum. Secundo illud corrigit. Secunda ibi, Et cum.

SYL. ¶ Iure ciuili. CASVS non solet in l. correctoria figurari. Attamen iuuenum gratia, ita dici posset, quod ratio dubitandi illa esset, quod sicut tempus nõ solet esse modus tollendæ obligationis, multo minus debet esse modus auferendi dominium: quia plus est dominium, quam oblig. l. qui actionem. ff. de re. iu. Contrarium tamen dicitur inductũ in usucapione & præscriptione, quia aliàs dominia rerum essent in incerto, ut dicitur hic in tex. Ratio autem temporis assignari non potest: quia hoc est inter ea, quæ sunt positiui iuris. glo. in l. 1. §. pueritiam. ff. de postu. est igitur introducta usucapio fauore publico principaliter, ne rerum dñia fini in incerto, & ut sit litiũ aliquando finis. l. 1. ff. pro suo. & rationes propter quas fuit introducta, uide late per Pet. de Anch. in reg. possessor. in 2. col. de reg. iu. lib. 6. Not. quod usucapio est introducta de iure ciuili. Item, quod in ea regulariter requiritur titulus, & bona fides. Item not. rationẽ introductionis usucapionis. Item, quod dominus de facili iure suo priuari non debet. Item, quod l. debet esse generalis. Item, quod mobilia 3 ann. immobilia 20. inter absentes 10. inter præsentes usucapiuntur.]

g ¶ Iure ciuili. id est leg. 12. tabularum, vel Romanorum per excellentiam, ut sup. de iure nat. §. sed ius.

* ¶ M. Cicero. in orat. pro Cecinna. Lex

( Inquit ) vsum & auctoritatem fundi iubet esse biennium. Idem in Topicis Auctoritas vsus fundi biennium est, si ergo & ædium.
a ¶ Qui bona fide. quod præsumitur, si à domino credat se emere, vt ff. de contrahé. emptio. l. qui a quolibet. vel quod putat védentem habere ius vendendi, ut ff. de uerborum significatio. l. bonæ fidei emptor.
¶ Adde text. in l. si existimans, & ibi Barto. ff. pro so. & Azo. in summa. in tit. Cod. de usuca. pro empt. colum. 3.] Quæ bona fides præsumitur semper, vt ff. de prob. uerius.

SYL. ¶ Et ita communiter tenetur, quando concurrit titulus l. penult. C. de euic. declarat Bart. in l. Celsus, ff. eo. vbi Balbus, colum. 30.] Exigitur auté in venditione duobus temporibus bona fides, scilicet tempore contractus, & tempore traditionis. in alijs autem côtractibus tépus traditionis sufficit: nec nocet posterior scientia: (1) secus, in petitione hereditatis, vt ff pro soi. l. pen. & pro emp. l. 2. C. de vsuca. trásfor. l. vnica, §. hoc tátum modo, & ff. de pet. hæred. sed & si. §. quod si ab initio.

Bona fides in contractibus quo tpe exigitur.

ADDI (1) Dic hoc verum de iure ciuili, vt l. 1. C. de vsuc. trásfor. secus de iure canon. quia omni tempore, donec præscriptio sit completa, requiritur bona fides, extra de prescript. c. vigilanti. c. si diligenti. c. veniens, & c. fi. & c. sanctorú, & in reg. possessor de regul. iur. lib. 6 Quid autem si in principio, & in fine habuit bonam fidem, sed medio tépore malam. Item quid si post bonam fidé, incipit dubitare vtrum res fuerit tradentis, uel non. Item, quid si post completam præscriptioné superueniat mala fides uide hic per Angel & per Panormit. in d. cap. fin. & per Ioan. And. in d. regu. possessor. in Mercurialibus.

* ¶ Quo tempore exigatur bona fides in p̄scriptione, vide latissime apud Balbum in suo tract. de præscript. in secunda par. tertiæ par. princ. quæst. 7. & seq.

† * Adde, q̃ non obstáte mala fide ét de iure can. præscribitur actioni, qñ is, qui debet, nó tenetur offerre, nec aliud facere, nisi ab eo petatur Abb. in c. ecclesia. col. 15. de consti. & in c. quod clericis, col. pen. de fo. cópe. & plures alios refert Tiraq. in l. si vnquam, in ver.

† Hæc rô recitatur i c. vigilanti. cũ gl. su per verb. segnitié, extra. de præscript.

reuertatur, n. 390. & gñaliter p̄scribitur actioni nondú ortæ, cú est in facultate partis illá oriri facere, vt in legatatio ante agnitionem legati, vt tradit Soc. in cons. 63. col. 4. & Balb. in tract. præscript. in 3. q. 5. par. 5. par. princ.

bona [a] fide ab eo, qui dominus nó erat, [b] eum crederet eum dominum esse, rem emerit, vel ex donatione, aliaue [c] quamuis iusta causa acceperit, eam rem, si mobilis erat anno vbique vno: si immobilis, biennio tantum in Italico [d] solo vsucaperet: ne [e] rerum † dominia in incerto essent. Et cum hoc [f] placitum erat, putantibus [g] antiquioribus, dominis sufficere ad [h] inquirédas res suas præfata [i] tempora: nobis melior sententia resedit, [k] ne domini maturius [l] suis rebus defraudentur [m] neque certo [n] loco beneficiú hoc concludatur. Et ideo constitutionem [o] super hoc promulgauimus, qua [p] cautum est, vt res [q] quidem mobiles, per [r] trienniú: im-

b ¶ Dominus non erat. Si. n. erat dominus accipiés fit dominus per traditionem: unde non usucapit. ff. eo. sequitur. §. lana, & de capti. l. in bello. §. si quis seruú, & sup. de rer. diuis. §. per traditionem.
c ¶ Aliaue. Cum sint multæ causæ iustæ, siue tituli, vt ff. de publicia. l. 1. §. sed cur. usque ad l. eum qui.
d ¶ In Italico solo id est in Italia: non ergo etiam in prouinciali, ut C. de usucap. transfor. l. unica.
e ¶ Ne rerum dominia. hæc est ratio, quare usucapio sit inducta † est & alia, s. ut aliquis [illegible] litium finis, ut ff. pro suo, l. fi. Accur.
* ¶ Et sic propter bonum publicum, vt ait l. 1. ff. eod nam si rerum dominia in incerto essent innumerabiles existerent controuersiæ de ipso dominio, & ita scopus omnium legum destrueretur. qui eo maxime pertinet vt pax & concordia vigeat inter mortales, vt docetur in proœ, Decre.]
f ¶ Et cum hoc placitum erat, id est cum istud placebat.
g ¶ Putantibus. s. iureconsultis.
h ¶ Ad inquirendas, vel amittendas.
i ¶ Præfata tempora. s. anni, vel biennij.
K ¶ Resedit. s. in animo.
l ¶ Maturius, id est mature.
m ¶ Defraudentur. Quod iura nolunt, vt C. de vsufruct. corruptionem, & de præscript. 30 ann. l. fin.
n ¶ Certo loco, scilicet solo Italico, vt olim, vt supra eodem.
o ¶ Constitutionem. C. de vsucap. transf. l. 1.
p ¶ Qua. s. constitutione.
q ¶ Res quidem mobiles, & se mouentes, vt ff. de verb. sign. mouentium.
r ¶ Per triennium. Quæ tempora tam præscriptionis, quam vsucapionis, continua sunt, vt ff. eo. nunquam, 2. §. 1.
* ¶ Adde vsucapi res mobiles triénio, quando hæc tria concurrunt, titulus, bona fides, & possessio continua: quod si aliquod ex his deficeret, puta titulus non præscriberentur minori tempore, quá res immobiles, l. seruum. SYL.

† Puta quia fine ipsa séper hñs ré aliquo titulo esset incertus, an esset effectus dominus; vel quia aliàs esset difficile probare dñiú. Iaso.

tium. eum ibi not. C. famil. ercisc. & ibi hoc not. Ang. dicens requiri 30. annos, quod etiã obseruauit Cæpol. cautel. r 32.

SYL. ¶ Communis est hæc opin. glo. in rub. ff. de diuer. & temp. præscr. & ibi Bar. Paul. in d. §. 1. Et in vsucapione sufficit tetigisse vltimum diem, in præscriptione vero quæritur de momento ad momentum. vt ff. eod. l. in vsucapionibus, & ff. de actio. & obligatio. l. in omnibus. Et est ratio, quia vsucapio fauorabilis est, præscriptio verò odiosa. vt C. de edi. d. l. adr. tol. l. fi. & ff. de lib. & posthu. l. cum quidam.

mobiles vero per longi temporis possessionem (id est [a] inter præsentes [b] decennio, inter absentes 20. annis) vsucapiantur: [c] & his modis non solum [d] in Italia, sed etiam in omni terra, quæ nostro imperio gubernatur, dominia [e] rerum, iusta [f] causa possessionis præcedente, acquirantur.

¶ Homo liber, res sacra, vel religiosa, & seruus fugitiuus, non potest vsucapi etiam bona fide. h. d.

¶ Sed aliquando etiam si maxime quis bona fide rem possederit, nõ

SYL. ¶ Intellige de præscriptione 30. annorum: aliæ enim procedunt vti fauoralibus sicut vsucapio: & ita vbique tenent doct. l. 3. §. minorem, ff. de min.

a ¶ Id est. quandoque longum tempus aliter ponitur, vt ff. de damn. infec. si finita. §. nõ autem. Itẽ aliud in personalibus actionibus, vt C. qui. non obst. long. temp. præscrip. neque, & consti. pec. l. 2.

¶ De iure enim ciuili est regula, quod (siue cũ bona, siue cum mala fide) præscribatur spacio 30. anno. l. 2. C. de cõst. pecu. * de quo vide Balb. in tract. præscrip. in 4. part. in 3. part. princ. in 1. q.

b ¶ Præsentes. scilicet in eadem prouincia degentes: sed absentes in alia, vt C. de præsc. long. temp. l. fin.

¶ Et ita cõiter tenetur: & eadem prouincia quæ dicatur, ponit gl. in d. l. fi. in verb. 1.

* ¶ Adde, ꝙ si quis fuerit partim præsens, partim absens: ad præscriptionem complendam tot alij anni addi debent ad decenniũ, quot ex ipso decennio absens fuit, §. rursus in fi. in Auth. vt spon. largi. coll 9.

c ¶ Vsucapiantur. Proprie pro mobilib. accipitur: improprie pro immobilibus quantũ ad hunc titulũ. sic ff. de offic. procon. l. 2.

** Adde, quod actiones competentes ad res siue mobiles, siue immobiles eodẽ tẽpore. quo res ipsæ vsucapiuntur, vt tradit Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 7. nu. 2. Et ideo etiã de iure can. quod requirit 40 ann. ad præscribẽdum rem immobilem ecclesiæ, idem tẽpus requiritur ad præscriptionem actionis, quæ pro ea competit, c. ad aures. de præscr.

Præscriptione an dñiũ quæratur.

d ¶ Non solum in Italia ex differẽtia enim locorum &c. vt C. de tempo. in integr. rcstit. superuacuam.

e ¶ Dominia rerũ. Ex hac litera voluit dicere M. quod præscriptione. 10. vel 20. ann. dominium quæratur, pro eo est ff. eo. l. eum qui. in fi. r. rñ. B contradicit, † arg. ff. de iure iur. si duo, §. 1. & C. de præscr. 30. ann. si quis emptionis. in prin. & est arg. pro B. ff. de pig. l. 1. §. cum prædium. & C. de pign. l. vsucap. & quod hic dicit. Et his modis referas, secundum B. ad vsucapionẽ tãtum, per quam secundum omnes dominiũ quæritꝰ, vt C. de pac. l. traditionibus. Vel qđ dicit dominiũ ponitur proprie quantum ad vsucapionẽ, improprie vero quantũ ad præscriptionẽ hoc est, ꝑ effectu dñij f. vt possidentes habeamus exceptionẽ, nõ possidentes habeamus actionẽ vtilem, vt ff. de acqui. re. do. rem in bonis, & C. de præscriptio. 30. ann. si quis emptionis. in princ. Et est ratio, quare vsucapione magis dominium quæratur: quia mobilium rerũ vilis est possessio, vt ff. de acquir. pos. si rem.

† Quæ sequũtur vltramontani, vt refert Christoph. hic & procedit secundum aliquos, qñ præscribitꝰ dño patiẽte & sciente: alias procedit opi. Bul. vt refert Ang. opin. in gl. est cõmunis.

SYL. ¶ Dic, quod quæritꝰ regulariter vtile dominium in præscriptione, in vsucapione directum: & ita communiter tenetur. late Felyn. in rub. extra eodẽ. col. 1. in 6. limita plenius Balb. in tract. præscr. in 2. par. princip. q. 2. & Ias. & Dec. in l. traditionibus. super. glos. in vers. vsucapionibus. C. de pact.

f ¶ Iusta. Vel quasi, vt dicemꝰ inf. eo. § error.

SYL. ¶ Sed aliquando. CASVS. Quærebatur, an hic enumerata ꝑscribi aut vsucapi possent: & videbatur ꝙ sic: cum supposita sit regula vniuersalis, vel saltem indefinita, quæ in ll. æquipollet vniuersali, res mobiles triennio, immobiles longo tempore vsucapi: nec non militet ratio, qua introducta est vsucapio, ne dominium sit in incerto, & vt litium sit quandoque finis, vt dictũ est, præsertim cum liberi hominis venditio constet ab ignorante. l. liberi. ff. de contrah. emptio. contrarium deciditur. quia cum tales res nõ sint in commercio nostro, vt sup. de re. diui. In princ. & inf. de inuti. stipul. in princ. cum non possint per aliquem contractum transferre in dominium alterius, non vsucapiũtur: quia præscriptiones sunt inuẽtæ, vt ius creatũ in aliũ transferãt, nõ vt iꝰ nouũ induẽãt, & vt aliorũ iura & dñia, quæ in rebus habẽtur, præscriptionibus mediantibus acquirãtur, & in præscribentem transferantur, vnde cum nullum ius sit in libero homine, immo nec ipse in seipso ius habet, l. liber homo. in princip. ff. ad l. Aquil. & idem sit in rebus sacris, §. sacræ, sup. de re diu. quomodo

ſedit: nec ſufficit expuliſſe, vt ff. eo. ſequitur. §. ſi tu vi.

a ¶ Non eo pertinet, Scilicet tantum.

b ¶ Nam his. ſcilicet poſſeſſoribus violentis, & furibus.

c ¶ Alia ratione. Not. quòd præualet generalis ratio ſpeciali. ſic ſup. de nup. §. affinitatis. & §. ſocrũ. Ar. contra. ff. de eden. quædam.

Coacta voluntas eſt voluntas.

d ¶ Sed nec vllus. Cod. quod met. cauſa l. ſi vi vel metu. cõtra. Sol. hic de vi expulſiua, ibi de compulſiua, quæ voluntatem licet coactã habet in ſe, vt ff. qđ metus cauſa. ſi mulier. §. penult.

* Non tamẽ dicitur propriè voluntas. l. vel le. ff. de reg. iu. vbi hoc late explicat Dec.

e ¶ Vñ. Quia in rebus mobilibus alienis fit furtum contrectando, vt inf. de obl. quæ ex delic. naſc. §. 1. & ex eo fit furtiua, & ſic nõ vſucapibilis, vt ſupr. prox. vnde ſequit̃, quod in rebus mobilibus, &c.

¶ Quod autem dictũ eſt, furtiuarum, & vi poſſeſſarum rerum vſucapionem per leges prohibitam eſſe, non eo [a] pertinet, vt ne ipſe fur, quiue per vim poſſidet, vſucapere poſſit, (nam [b] his alia [c] ratione vſucapio non competit, quia, ſcilicet mala fide poſſident.) ſed nec [d] vllus alius, quamuis ab eis bona fide emerit, vel ex alia cauſa acceperit, vſucapiendi ius habeat. Vnde [e] ĩ rebus mobilibus non facile procedit, vt bonæ fidei poſſeſſoribus vſucapio competat. [f] Nam qui ſciens alienam rem vendiderit, vel ex alia cauſa tradiderit, furtum eius cõmittit.

¶ Hæres alienando bona fide rem alienã inuentam in hæreditate, non committit furtũ: & in ea procedit vſucapio. Idem in fructuario ancillæ alienante partum ipſius, quem ad ſe ſpectare putabat. Aret.

¶ Sed tñ id aliqñ aliter ſe habet. Nam ſi hæres [g] rem defuncto cõmodatam, aut locatã, vel apud eum depoſitã exiſtimans hæreditariam eſſe, bona fide accipienti [h] vendiderit,

Balb. in tract. præſcrip. in 2. par. 3. part. p̃cin, in 12. q. vbi limitat 12. modis.

ADDITIO (i). Et quæ ſint realia, & quę perſonalia vitia, & an contra ſucceſſorem agentem in iudicio poſſit opponi de vitio auctoris, vide Ang. hic.

SYL.

¶ Sed tamen. CASVS facile ponitur dubium enim faciebat poſita ſuperius regula in rebus alienis venditis: rõ autem decidẽdi eſt, quia cũ furtum nõ cõmittatur ſine animo furãdi, non impeditur transferre vſucapiendi conditionem. No. ꝙ hæres vendendo rem inuentam in hæreditate, quæ tñ nõ erat defuncti, non facit furtum, & transfert vſucapiendi conditioné, ſi hoc bona fide faciat. Item, quod hæres præſumitur ignorare ea quæ in hæreditate sũt quo iure ad defunctum pertineant. Item, quod error iuris non impedit vſucapionem. Item, quod partus ancillæ ad fructuarium non ſpectat.

Auctoris vitium an ſucceſſoré comitet.

f ¶ Competat. Sed videtur, quod culpa auctoris nõ comitetur. i. non ſequatur accipientem, vt ff. de diuer. & temp. præ. l. an vitium & ff. de excep do. l. apud Celſum. §. ſi cum legitima. Reſpond. ſi vitium eſt rei, comitatur vt hic ſi perſonæ, comitatur in vniuerſum ſuccedentem vt C. de acquir. poſ. l. vitia & C. communia de vſuca. l. fin.

SYL. ¶ Hæres enim eſt ſucceſſor vitiorum: etiam ſi velit incipere præſcriptionem ex perſona ſua, ſecundũ com. opi. cõtra Dyn. & ſeq. Iaſ. in l. Pompon. §. cum quis. ff. de acq. poſ.

¶ Sed ſi in rem ſingularem ſuccedat, non comitatur, vt ff. de except. do. l. apud. §. de auctoris, & C. de per. & com. rei uen. l. dolum, niſi quando vtetur acceſſione temporis eius auctoris, vt ff. de acq. poſſ. l. Pompo. §. fin. (i) Sed hodie vitium perſonæ nocet ſingulari ſucceſſori, per Auth. malæ fidei.

SYL. ¶ Declara & limita vt per doctor. in dict. l. Pomponius, §. cum quis, ff. de acqu. poſ. * &

g ¶ Nam ſi hæres. ſic. ff. eod. titul. poteſt. & l. ſequen.

h ¶ Accipienti. An ipſe hæres vſucapit titulo pro hęrede? Reſpon. non, vt ff. de diuer. & temp. pręſcr. l. cum hæres. Alij contra, ſi vellet ex ſua perſona continuare poſſeſſioné, vt C. de præ. long. tempor. l. 1. quod falſum eſt. Quãdo ergo locum habet vſucapio pro hęrede; cum nec in ſuis hæredibus locum habeat, vt ff. pro hęre. l. 2. §. filiũ, & C. ꝓ hęr. l. nihil? Rñ. qñ defunctus retinebat aliquam rem, credens ſuã, ſed non vſucapiebat, quia deficiebat titulus, & hæres eſt extraneus.

¶ Ratio autem, quare in ſuis non habet locum eſt, quia bona continuantur, nõ de nouo quæruntur. l. in ſuis. ff. de libe. & poſthu, quod declara verum eſſe, quãdo filij veniũt vt ſui, non etiam quando vt agnati vel vt cognati, per ſucceſſorium edictum: Socin. in reg. 197. Filius hæreditatem. in 1. limit.] Vſucapio ꝓ hrđe qñ hẽt locũ.

ADDITIO. Aduertas tamen, quod licet

hæres possit inchoare præscriptioně in persona sua,& vsucapere, tamen tenetur exonerare conscientiam defuncti,& sic rem restituere: Anto. de But. in ca. si diligenti. de præscrip. & Io. de Imo. i c. fi. in 4. col. eo. tit. Aug.

singularem successorem. Sed contrariũ deciditur, quia vitium reale rem afficiens. l. vitia. C. de acqui. pos. non contrahitur ex l. 12. tab. & Atinia, nisi ob furtum aut violentiã expulsiuam, quæ qualitates cum hic nõ adsint merito cessat inhibitio vsucapionis. No. summa.]

dotis [a] nomine dederit: quin is, qui acceperit, vsucapere possit dubium non est: quippe cum ea res in furti vitium non ceciderit: cũ vtique hæres, qui bona fide tanquam suã alienauerit, furtum non committat. Item si is, ad quem ancillæ vsusfructus pertinet, partũ suum esse credens vendiderit, aut donauerit, furtum [b] non committit. furtum [c] enim sine affectu furandi non cõmittitur. [d]

¶ Alijs [e] quoq; modis accidere potest, vt quis sine vitio furti, rẽ alienam ad aliquem transferat, & efficiat, vt a possessore vsucapiatur.

¶ Malæ fidei possessor transfert in bonæ fidei [illegible]

¶ Quod autem [f] ad eas res, quæ solo continentur, expedit, ius ita procedit: vt siquis loci vacantis [g] possessionem propter [h] absentiam aut [i] negligentiam domini, aut quia sine successore [k]

a ¶ Dotis. pro filia, vel alia: nam & hic iustus est titu. vt ff. p dote. l. 1.

b ¶ Furtũ non committit & ita vsucapitur. Sed nonne fuit in iure erratum, vt supra de rerum diui. in pecudũ? ergo vsucapio non procedit, vt ff. eo. nunquam. in prin. & si fur. § 1. Respond. hic errauit tradẽs, ibi accipiens, vt ex illis legibus colligitur. † Vel non prodest vt ibi, sed non nocet, vt hic.

† Et est rõ diuersitatis, qa in pscribente requirit nedũ bona fides, sed & iust⁹ ti. quẽ hic error impedit: sed in tradẽte sufficit bona fides.

SYL. ¶ Ratio differentię est, quia in possidente requiritur bona fides & iustus titulus, sed in tradente solũ bona fides: & ita communiter tenetur secundum Christoph. hic. & sic tenenda est j. solut.]

c ¶ Furtum enim sine affectu. Sed probo, q sine affectu furtum committitur. Nã in interdictum Vnde vi incidit sine affectu: q simile est furto, ergo & furtum fit sine affectu, vt C. vnde vi. cum quærebatur. ibi, & generali. & ibi, cum talis &c. Respon. in interdicto est affectus, licet non cõtra personam certam sed hic suam esse credebat.

d ¶ Non committitur, sic inf. de oblig. quæ ex delic. nascun. §. placuit.

e ¶ Alijs. Vt si iusto errore credam me hęredem, cum non sim, vt ff. eo. potest. Itẽ mihi legatum, cum sit ademptũ, vt infr. de act. §. si quis agens. sic ff. pro leg. l. 4. in fi. & alias vbicunque quis putat rem suam.

SYL. * ¶ Quod autem. Casum ita potes figurare. Quærebatur, an si fundum ad me non pertinentem sciens absque vi occupaui, tradendo illum alij bona fide accipiẽti, pręstẽ vsucapiendi facultatẽ: & videbatur q non, propter malã meam fidẽ, qui rem quasi vitiosam feci, quod vitium transit etiam in

f ¶ Quod autem, hucusque de vsu rerum mobilium dictum est, nunc pcedit ad ius immobilium.

g ¶ Loci vacantis. Locus interdum dicitur plenus vt qui possidetur. Interdũ semiplenus: vtile, in quo aliquis est causa legatorum, vel rei seruandæ causa, vt ff. de acquir. poss. l. 3. §. fi. & de act. empt. l. 2. §. 1. interdum vacuus: & hoc tribus modis, vt hic: sic ff. de acquirenda possess. l. si id quod. Istam glo. multum cõmendat Alexand. in l. in conuentionalibus, §. vlt. ff. de verbo. obligatio.]

h ¶ Propter absentiam. Sed hoc vr̃ falsum, q propter absẽtiã amittatur possessio, vt ff. de acq. poss. clam. §. qui ad nundinas. Sed responde, hoc propter effectum absentiæ dicitur. s. obliuionem: vt quia long. temp. abfuit, præsumitur q pro derelicto habuit, tps. n. inducit obliuionem, & possessio obliuione amittitur, vt ff. de dam. infec. l. si finita. §. nõ autem, quod tempus erit in arbitrio iudicis. vt ff. de iure deli. l. 1. §. fin. & l. se. dummodo longum sit, & obliuionem inducat, & animum retinendi habere desinat, vt ff. eo. l. furtum. §. 1. & ff. de acq. poss. quemadmod.

¶ Quod intelligitur spatio 10. an. l. 1. vbi gl. & do. C. de seru. fug. * de quo vide late apud Balb. in repe. l. Celsus, ff. eodem. num. 65. SYL.

i ¶ Aut negligentiam latam, vt respuat rei possessionem, quod facile fit. vt ff. de acqui. poss. l. si quis vi. §. differentia.

* ¶ Declara vt per Bar. in l. si de eo. §. si forte, ff. de acquir. poss.] SYL.

K ¶ Sine successore. Idem, & si cum successore,

decesserit, sine vi nanciscatur: quamuis ipse mala fide possideat, quia intelligit se † alienum fundum occupasse, tamen si alij bona fide accipienti tradiderit, poterit ei longa [a] possessione res acquiri, quia neque furtiuum, neque vi possessum acceperit. [b] Abolita [c] est enim quorundam† veterum sententia, existimantium [d] etiam fundi, locive furtum [e] fieri. Et eorum vtilitati, qui res

fore, dummodo non fuerit apprehésa, vt ff. de acqui. poss. cum hæredes.

* ¶ Collige igitur notabiliter ex hoc text. illum dici malæ fidei, qui scit, vel scire debet rem non esse suam, quod tamé limita, & declara secundũ Batto. in l.2. §. sed si. ff. pro emp. vbi dicit, quod in materia vsucapionis, licet quis non putet se dñm, tamen est bonæ fidei, si credidit tradétem esse dñm. & ibi sequuntur Ange. & Imol. sane regulariter bonam fidem habere dicitur qui domini cogitatione possidet, l. apud antiquos, in ver. domini cogitatione. vbi Bar. C. de furt. quãuis autem sit dare medium inter boná fidem, & malá fidem, scilicet non bonam fidem, quæ cadit in dubitante, vt est tex. cum glo. in l.3. §. genera. ff de acquir. poss. & in ignorante, vt in eo, qui acquisiuit per procuratorem, ante notitiam, & per eum possidet, vt declarat ibidé Alex. col 1. attamen dicit Bal. in cap. vigilanti. de præscript. quod vbi non est bona fides nec mala, potius præsumitur bona per l. eius qui. ver. quod si stipul cum glo. parua. ff. si cer. pet.

† oés enĩ scire dént, quod nõ suũ est hoc ad aliũ pertinere. l. vlt. C. vnde vi.

† Vide A. Gell. l. 11. c.18.

a ¶ Longa. s. decé vel 20. ann. Sed hic. §. duabus rationibus est hodie correctus, nã præsumitur hodie talis possessio violenta. vt C. vnde vi cum quærebatur. ergo non habet locũ hæc præscriptio, vt sup. §. furtiuæ. Item alia ratione, quia bona fides desideratur ab vtraque parte, aliás 30. ann. tantum præscriptio currit, vt in Auth. vt spó. lar. §. rursus, coll. 9.

SYL. ¶ Hæc glo. communiter reprobatur secundũ Balb. in tract. præscrip. in 2. par. 3. parte princ. q 12. nu. 6.

* ¶ Adde, quod licet iste text. non sit correctus, recipit tamen declatationem secũdum distinctionem auth. malæ fidei. C. de præscr. lon. tem. & d. §. rursus, vt tradit Balb. vbi su.

b ¶ Acceperit. vere, non furtiue. †

c ¶ Abolita. i. perempta. inde abolitio. i. accusationis peremptio.

d ¶ Locive. id est partis fundi, sed fundus totus dicitur, vt ff. de verbor. significatio. l. locus.

e ¶ Furtum, & est simile, ff. eod. l. quare. Sed

† Quod verũ é, siue debitor surripuit siue aliud sm cõem opi. licet gl. in

soli possident, principalibus constitutionibus prospicitur, ne cui longa & indubitata possessio debeat auferri.

¶ Furtiua, & vi possessa possunt vsucapi vitio purgato. hoc dicit. Accur.

¶ Aliquando etiam furtiua, vel vi possessa res vsucapi [f] potest, veluti si in domini [g] potestatem reuersa [h] fuerit, tunc enim vitio rei purgato procedit eius vsucapio.

contra, ff. de furt. si quis vxori, §. si sulphurariæ, & l. si creta. Solu. ibi non loci, sed terræ, quæ eximebatur, furtum fiebat. Et quod subijcit, & eorum &c. sic construe, & prospicitur principalibus cõstitutionibus ne cui eorum, qui possident res soli. lõga &c. † & tũc non est necesse, quod in textu sit, vtilitati. Vel sic & clarius, & prospicitur princ. cõsti. vtilitati eorũ, qui pos. res soli, ne cui. i. ne alicui, ipsorum subaudi, pos. long. & indu. de. auferri. & sunt hę principales constitutiones, vt C. de præscri. lon. temp. per totum titu. Accu.

vltimo casu variauerit vt hic per Christ.

* † Quæ sequunt, vsque ibi, & sunt, non extant in antiquis exemplaribus.

¶ Aliquando. CASVS. In nouissima regula non figuratur, cuius ratio elicitur ex tex. quia res ipsa ab initio erat affecta, quæ quando reuersa est ad dominum, purgatur eo vitio, & ad priorem naturã redit, & ideo secundum glo. 1. hic est vsucapibilis quod declara, vt dixi, sup. in §. furtiuæ. in gloss. 1. Not. summa.]

SYL.

f ¶ Vsucapi. duabus rationibus stare nõ potest quod hic dicitur. Prima, quia desijt esse vitiosa, vnde non est mirabile, quod videtur velle inducere contra id, quod est, supra eo. §. furtiuæ. Resp. hic furtiua, vel vi possessa, scilicet quondam. †

¶ Adde in simili gl. in l. eius, ff. si cer. pet.

¶ Secunda, quia dominus non vsucapit, cũ sua sit, nec alius ab eo accipiens. cum transeat dominiũ, vt ff. eo. sequitur, §. lana, & §. tunc in potestatem. Sed resp. vsucapi potest, id est vsucapibilis est, vt si ab aliquo non domino alienaũt, non committente furtum eius, vsucapiet emptor.

g ¶ Domini. Vel quasi, vt tutoris, vel creditoris, si alienã rem debitor obligauit, vt ff. eo. sequitur. §. si pupilli, & pro sol. l. fi. aliud si suam, vt ff eo. sequitur, §. si rem. Accur.

* ¶ Adde, quod satis est, rem vi possessam reuerti in potestatem expulsi, l. certe. §. Iulianus, de preca. at res furtiua omnino reuerti debet in potestatem domini, non eius, cui surrepta est. d. l. sequitur. §. quod autẽ, cuius diuersitatis rationem affert Bar. in §. si dominus. ead. l.

h ¶ Reuersa, vel quasi, vt ff. de furt. quamuis,

† Et hoc facit pro saltẽ

SYL.

do d. cõtestis dponẽtis: quod filio alicuius, quod iã sit mortuus, quia subaudit quõdam.

tiis,& ita quod non possit ab eo auelli, vt ff. eo. sequitur §. tunc.

* ¶ Intellige, dummodo dominus, qui sciuit rem fuisse sibi subtractam, sciat etiam re uersam. l. qui fundum. §. pen. ff. pro empt.]

¶ Res fisci vsucapi non possunt: ante tamen, quam denunciatæ fuerint, vsucapiuntur, ff. d. ex l. quamuis, ff eo. Arc.

¶ Res fisci a nostri vsucapi non potest. b Sed Papinianus scripsit, bonis vacantibus fisco nondum nunciatis, c bonæ fidei emptorem traditam d sibi rem ex his bonis e vsucapere f posse, & ita Diuus Pius, & Diui Seuerus & Antoninus rescripserunt.

¶ Res. CASVS. Quærebatur, an res fisci vsucapi possent, intelligendo de bonis, quæ possidentur, & videbatur, quod sic quia in huiusmodi vtitur iure priuati fiscus, gl. in l. item veniunt. §. in priuatorum. ff. de pet. hę sed contrarium deciditur ea ratione, quia talia fiscalia alienari regulariter nō possunt. c. intellecto. de iureiur. licet secundum quosdam hoc sit in priuilegium fisco tributum. Tunc fuit dubitatum, moritur aliquis sine hærede, quo casu bona dīr vacantia, vtrum si quis ea vendiderit bonæ fidei emptori ante, quam fisco denuncientur, vsucapio procedat? & videbatur, quod non, quia cum vacent, & l. deferat fisco successionem mortui absque hærede, nō deberent tanquā bona fiscalia vsucapi posse cuius contrariū respondetur, quia cum nondum denunciata sint. non videntur versa in patrimonium fisci, & ideo æquius est, vt non gaudeat eo priuilegio, quod sibi concessum est in bonis delatis, & quæ sua irreuocabiliter facta sunt. Not. summa.]

a ¶ Res fisci. id est imperij.

* ¶ Proprie tamen veteres ærarium dixerūt pecuniam publicam & imperij, fiscum vero pecuniam imperatoris, quod verbum ductum est a fiscis, id est sportulis vt docet Asconius.]

Præscribi nō possūt multę res, b ¶ Non potest. triennio mobilis, vel decē vel viginti annis immobilis. idem in patrimon ali principis, vt Cod. ne rei domi. vel temp. in l. 1. Idem in re ciuitatis, vt C. de sacrosanct. eccle. l. fi. Idem in re ecclesiastica, vt C. de sacrosan. eccl. l. fi. Præscribuntur tamen dictę res spacio quadraginta annorum excepta re mobili ecclesiastica, non sacra, quæ triennio vsucapitur, vt C. de præscript. triginta an. omnes, & in Auth. de eccle. tit. §. pro temporalibus. coll. 9. & tit. hæc consti. inno. constitutiones; colla. 8. item exceptis publicis, quæ sunt vsui publico deputata; vt ff. de via publ. l. viam.

SYL. ¶ De hac materia vide Bar. in l. in omnib. ff. de diuer. & temp. præscrip. * Contra ciuitatem autem communis opin. docto. est in d. l. fi. quod currat præscriptio sicut cōtra priuatos, præterquā in quatuor casibus ibi expressis. Quanto autem tempore præscribat contra ecclesiam, & quid in hospitalibus & miserabilibus personis, & in ecclesia contra ecclesiam, vide latissime Balb. d. tracta. in 1. par. 5. par. prin. q. 1. vbi ponit regulam cum ampliationibus, & limitationibus.

¶ Item res pupilli non vsucapitur, vt ff. de acquir. rer do. bonæ fidei, in princi. ver. nec interest. †

† ipse tñ sre aliena pstat vsucapiēdi cōditionem. SYL.

¶ Ratio est, quia alienari nō potest. l. lex quæ tutores. C. de admi. tut.

¶ Item res filijs patre alienata, nisi 30. ann. á tempore quo est sui iuris, vt C. de an. exce. l. 1. in fi. & in authen. de nup. §. si vero. expe. coll 4.

Et not. q. cœpta cū maiore cōtinuat cōtra minorē, sed ex clausula gñali restitui pr, nisi sit longissimi tēporis, q̄ dormit durāte pupillari ętate. Aret. SYL.

¶ Ratio est, quia durante patria potestate non potest agere l. 1. in fi. C. de ann. except.]

¶ Item res data Præsidi cōtra legem Iuliam repetundarū, vt ff. ad leg. Iul. rep. quod contra leg.

¶ Ex quo enim lex resistit traditioni, vsucapio currere non potest. l. vbi lex. ff. eo.]

¶ Item fundus dotalis, vt ff. de fundo dotali. l. si fundum.

¶ Ratio est propter prohibitam alienationē eius. l. 1. §. & cum lex. C. de rei vxo. actio.] SYL.

c ¶ Nondum nunciatis. ab aliquo. cum variæ sint causæ, quibus ad fiscum denunciatio fieri solet, vt ff. de iure fisci. l. 1. in prin.

¶ Adde, quod bonis vacantibus nunciandis præscriptum est quadriennium leg. intra. ff. eodem.

d ¶ Tradita. s. ab eo, qui acceperat possessionem horum bonorum.

e ¶ Bonis, scilicet alicuius morientis sine hærede, cui successit fiscus, non idem in ciuitate, vt Cod. de bo. va. l. 1. & l. vacantia. libro 10.

* ¶ Intellige in ciuitate recognoscente superiorem. alioquin idem iuris esset, quod in fisco. Bar. in l. j. §. de qua. ff. de postul.

f ¶ Vsucapere posse. s. triennio, vel decem, vel 20. ann cum habeat titulum. si autem titulum non habet, & vult ex tempore delationis sibi computare tempus, habet quatuor ann. vt ff. de iure fisci. l. 1. §. diuus & ff. de diuer. & temp. præ. l. intra. §. 1. Sed si ex tempore, ex quo cœperunt ad fiscum peruenire. 20. ann. habet, vt ff. de iure fisci. l. j. §. prescriptio † & hæc vera sūt, siue in re singulari, siue in vniuersitate, & sic loquitur. ff. de peti. hær. l. etiā si pinauit. §. item si quis á fisco.

† Verba sequētia nō sunt Acc.

* ¶ Dic secundum Balb. in tract. præscript. in 2. par. 5. par. principa. q. 1. quod regulariter bona vacātia, nondum fisco denunciata, si quidem possidētur bona fide tātum, absque titulo, præscribuntur 20. annis. l. in omnibus. ff. de diuer. & temp. præscripti. si cum

tit, &

¶ Res vitiosa non potest vsucapi, vel præscribi, & facti error iniustus vsucapionem nõ parit. h d.

¶ Nouissime a sciendum est, rem talem esse debere, vt in se non habeat vitium, b vt a bonæ fidei emptore vsucapi possit, vel qui ex alia iusta causa possidet.

¶ Error c autem falsæ causæ vsucapionem non parit, veluti si quis, cum non emerit, emisse se existimans, possideat: vel cum ei donatum non fuerit, quasi ex donatione possideat.

¶ Possessio defuncti continuatur in hæredem, etiam malæ fidei: mala fides vero defuncti nocet hæredi, tam in præscriptione, quam in vsucapione Aret.

tit. & bona fide, sufficiunt decẽ uel 10. an. §. quãuis, ff. eo. Si uero præcessit denunciatio, præscribuntur quadriennio. d. l. intra. nisi sint fisco incorporata, nã tunc requiritur spaciũ 40. annorũ, l. cõperit. C. de præsc. 30. uel 40. ann & ita procedit gloss. nostra in uerbo, non potest, supra hoc §. Fallit tamen in quibusdam casibus, de quibus per Bar. in d. l. in omnib. & per Balb. vbi sup. in dicta 1. q.

SYL. ¶ Nouissime. CASVS. Quamuis in tã generali regula ex superioribus pendẽte non fuisset necessaria casus positio, tamen ita dici potest, quod dubitatũ fuit, an res uitiosa impediret præscriptionem, quamuis hic tradatur pro regula generali, & uidebatur quod non, per tex. in l. 1. C. de præscript. long. temp. in l. si nulla. C. de acqui. pos. ubi res uidetur uitiosa, & tamen nõ impedit præscriptionem inchoari in persona singularis successoris, cuius contrarium hic deciditur, quod immo impediat usucapionem, sed loquitur de uitio consistente in re, ut constat ex illis uerbis, in se non habeat uitiũ. Sunt enim quædam uitia realia in hac materia, quæ dicũtur realia, quia ad quẽcunq. uadat res, transit cum eo, donec sit purgatũ, ut dictum est sup. sunt & alia uitia personalia, prout uitium litigiosi, in d. l. 1. & ingressus possessionis uacantis, quæ non afficiunt ipsam rem, & non impediunt præscriptionẽ inchoari. Secundo dubitabatur, an error impediret præscriptionem, & uidebatur ꝙ nõ. l. sed & si lege. §. scire. ff. de pet. here. ubi Bar. cuius contrarium dicitur hic in errore iniusto facti, ut declarabitur inferius. Not. sum.

a ¶ Nouissime. i. in ultimis, ut breuiter dicam, sic sup. de suspe. tut. §. nouissime.

b ¶ Vitium. uel quasi, ut sup. proxi. §. & §. aliquando, sunt autem uitia, ut quia furtiua, uel ui possessa, ut sup. eo. §. furtiuæ. Numquid precaria possessio est uitiosa? Resp. nõ, argu. ff. comm. di. l. communi diuidundo. §. inter prædones.

SYL. * ¶ Declara secundum Bar. in l. Põponius. §. cum quis. ff. de acqu. poss. ] Numquid litigiosa? Respon. non, ut C. de præ. lon. temp. l. 1. Numquid clãdestina? Respon. non dicitur res clãdestina aliqua lege, sed possessio. Quidam tamen dicunt omnia supradicta esse uitia rerum, ut arg. ff. de acquir. pos. l. Põpon. §. cum quis.

¶ Cõmunis Doct. resolutio est, quod uitiũ precarij & clãdestinitatis sint personalia, sicut & uitium litigiosi, ita tradunt in l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acq. poss. & in l. 2. in fi. C. de edẽ. vbi Ias. SYL.

c ¶ Error. de errore facti loquitur, idem magis in errore iuris, ut ff. eo. l. nunquam. 2. Sed hic error facti quandoque prodest, ut ff. pro empto, quod vulgo & ff. pro leg. l. pro legato. & ff. pro solut. l. 3. & ff pro suo l. hominem. in quibus casibus dicunt quidam locum habẽre titulum pro suo, & tantum in his, & alijs, qui à lege specialiter inueniuntur, ut ff. de iu. do. l. Proculus. secundum Azo. Nos idem secundum Ioan. † In omnibus, & de his gratia exẽpli posuit lex, & tit. emptionis, uel similis usucapietur, nõ pro suo tantum, ut tamen in emptione iustiorem errorem exigamus, ut ff. pro emp. l. 2. & 3. in princ. Error duplex est. † ista opi. cõmunis est.

¶ Non discedendo a terminis tex. nostri dicas, quod cum loquatur de errore facti proprij, dicitur error iniustus, nisi facto aduersarij ita crederet, ita distiguit & firmat Bar. quem cæteri sequunt. in l. Celsus ff. de usuc.

¶ Item quid si non errat. sed scit? Resp. non potest sibi causam possessionis mutare, (i) ut ff. de acqui. pos. l. 3. §. illud. & ff. eo. non solum §. quod uulgo.

ADDITIO. Et no. ꝙ ad hoc, ut ex iusta causa quis possit mutare, secundum gl. in d. l. nemo. oportet, quod primam pos. penitus a se abdicauerit secundum Ang. hic.

SYL. ¶ Diutina. CASVS. Quærebatur, an superueniẽs mala fides in persona successoris impediat præscriptionẽ cœptam bona fide in psona auctoris, & uidebatur quod sic, c. possessor. de regu. iur. lib. 6. si enim mala fides auctoris corrumpit possessionẽ successoris, licet bona sit fide, multo magis deberet corrũpere propriã. Contrarium dicitur hic, quod mala fides superueniens non nocet, quod uerum est de iure ciuili, rõnes ponunt Doct. in l. 2. §. si defunctus. §. si eam. pro empt. in præscriptionibus enim solet initiũ spectari, l. cum hæres, in fi. ff. de diu. & temp. præ-

præscrip. ] De iure autem canonico, secundum quod fides bona cõtinua exigitur, iste §. procedere hodie non potest. Not. quod attenditur initium possessionis in auctore an sit vitiosa vel non. Item, quòd hæres vtitur accessione téporis ex persona defuncti. Item, quod mala fides superueniens in persona hæredis non rũpit præscriptionem de iure isto.

in me noua possessio l. 1 §. si vir. vbi hoc ne. Cuma. ff. de acqui. poss. & ideo videbatur interrupta præscriptio. l. naturaliter. in princ. ff. eo. cuius contrarium deciditur, quod duæ hæ possessiones coniungũtur, idque ex quadam æquitate, l. de accessionibus. in princip. ff. de diu. & tépo. præsc. No. quod successor singularis vtitur accessione temporis sui auctoris ad perficiédam præscriptionem.]

¶ Diutina [a] possessio, quæ prodesse cœperat defuncto, & hæredi, [b] & bonorum possessori continuatur, [c] licet ipse sciat [d] prædium alienum esse. Quod si ille initium iustum non habuit, hæredi, & bonorum possessori, licet ignoranti, & possessio non † prodest. Quod nostra [e] constitutio similiter [f] & in vsucapionibus obseruari constituit, vt tempora continuentur.

¶ Tempus venditoris coniungitur, cũ tempore emptoris. Aret.

¶ Inter venditorem quoque & emptorem coniungi tempora, [g] diui Seuerus & Antoninus rescripserunt.

¶ Emens a fisco rem alienam vt fisci, [illegible] tim est securus: sedatur domino regressus co[illegible] qua-drien[illegible]. Item in rebus habitis ab Imperatore, vel ab Augusta, hoc dicit [illegible] a Zenone, C. de quadr. præscr.

† concor. l. cũ hẽs, ff. de diuer. & tépo. p̄scr.

SYL.

a ¶ Diutina. scilicet decem annorum inter præsentes, vel viginti inter absentes, vel triennij, vt ff. qui & a qui. si cum fidei. §. Aristo. & sup. eo. in prin. tit. & C. eodem. l. diutina.

* ¶ Diutinam possessioné accepit pro continuata, non vt Accu. exponit: etenim cœpta vsucapio per defunctum potest perfici per hæredem, etiam si defunctus vno tantum die inueniatur possedisse tpe mortis.

* ¶ Præsentes & absentes intellige, vt supra per glo. in § 1. in ver. præsentes.

b ¶ Et hæredi. Hæres iure ciuili, bonorum possessor iure prætorio, vt inf. de bon. poss. §. quos autem.

c ¶ Cõtinuatur. nisi ipsi hæredi tradita sit possessio, vt ff. eo. l. hæres eius.

SYL.

¶ Et ratio est, quia tunc incipit præscriptio in persona hæredis.

* ¶ Adde, possessionem testatoris ita hęredi prodesse, si medio tempore à nullo possessa sit, l. possessio, ff. eo. ]

d ¶ Sciat. ff. de acquir. rer. do. quæsitũ. 2. respon. contra. Solu. ibi hæres sciebat ré esse eius, qui causam à testatore habet, vt legatarij, quod nocebat, hic alterius sciebat, quod non nocet ad vsucapionem.

SYL.

* ¶ Sol. vt hic per Iaso. cuius solu. est verissima. ]

e ¶ Nostra constitutio. vt C. de vsucapione transfor. l. 1.

f ¶ Similiter non solum in præscriptione.

SYL.

* ¶ Inter. CASVS. Quærebatur, an si emi rem ab aliquo bona fide possidéte, possim vti eius possessionis accessione ad implendam vsucapionem. dubium faciebat, quia per traditionem mihi factã generata est

g ¶ Inter. Tempora. scilicet vt continuentur. sed in hoc differt, quia in titulo singulari vtrũque, scilicet emptorem & venditorem bonam fidem hére oportet, vt ff. pro emp. l. 2. §. si eá rem, alias cõtra. secus in vniuersali tit. vt hic. Et est ratio, qa si hæres non adiret, hæreditas compleret, vt ff eo. nũquam. 2. §. vacuum. quia est eadem persona, vt in Authen. de iureiuran. à mor. præ. colla. 5. concor. cũ hoc, §. ff. pro empt. l. 2. §. emptori, & §. si defunctus, & fit hæc cõiunctio ad lucrum & ad damnum, vt ff. quemadmodum serui. amit. l. si quis alia, §. tempus.

Præscribit hæres cum mala fide.

¶ Edicto.

SYL.

¶ CASVS figuratio non est necessaria in lege positiui iuris. * dici tamen potest, quod dubium faciebant leges omnes, quæ longum tempus requirunt, vt quis eius negligentia dominio rei suæ priuetur. & quia permissum est ius euincédi res nostras ab emptoribus, l. rem alienam, ff. de contrahen. emp. sed ratio decisionis consistit in sola principum voluntate, qui id priuilegiũ sibi permittédum rati sunt ob labores, quos continue sustinent pro tuédo imperio: tũ s-latum autem postea fuit etiam ad Augustã quia eadem censeatur persona cum ipso Imperatore, l. bene à Zenone, C. de quadr. præscri. ] No. est, quod emens hodie à fisco statim habet, vt dominus actioné & exceptionem, quamuis res sit aliena: sed domino ius reseruatum est contra fiscum infra quadriennium.

Item, quod hoc beneficium tributum est ementibus ab Imperatore, vel Augusta.]

a ¶ Edi-

a ¶ Edicto.l.præcepto generali, alias prætorum dicuntur edicta, vt quod me cauſa,& ſi milia. vt ff.quod met.cauſa,l.ſi mulier. circa princip.
De edictis prætorum habetur.ſu de iu.nat. gent. & ciui.§. prætorum.

Item non procedit in præiudicium minoris vel dotis, vt hic.]
* ¶ Adde, idem eſſe, cum fiſcus vendit rem ſibi cum alio communem.l.2. C. de comm. re.alie. ]

b ¶ A fiſco. Vt à procuratore Imperialium rerum, nam de patrimonialibus dicitur, infr.eod. in fi.
c ¶ Emit.ſcilicet à fiſco vendente vt ſuam, à quo edictores minorum excipiuntur, vt C. ſi aduer. fiſcum.l.fi. Si autem vt alienā, vt quia ceſſatū eſt in ſolutione tributorum tria exiguntur, & quod ſit debitū, & quod ſit ceſſatum, vt C. ſi aduer. fiſ. l.fi. & C.ſi pro pter pu. pen. l. ſi.2.reſpon.ſor te bienniο, vt ff. loca. l.quæro.§.inter. Item tertio quod res ſubhaſtetur. l. præconizetur, vt C. ſi propt. pub. pen. l. final.

Fiſcus vē- dit ré vel, ut ſuā uel ut alienā.

†De dña fci & æarij uide ludæ.in nnot. ad an.tit.de ffi.queſt. SYL.

¶ Vt autē perfectam habeas doctri breuiter dic, quod regu-

¶ Edicto [a] Diui Marci cauetur, eum, qui à fiſco [b] rem alienam emit, [c] ſi poſt venditionem quinquennium præterierit, poſſe dominum rei exceptione repellere. Conſtitutio [d] autem diuæ memoriæ Zenonis bene proſpexit [e] ijs, qui à fiſco per venditionem, aut donationem, vel alium titulum accipiunt aliquid, vt ipſi quidem ſecuri ſtatim fiant [f] & victores exiſtant, ſiue experiantur, ſiue conueniantur. Aduerſus autem ſacratiſsimum † ærarium, vſque ad quadriennium [g] liceat ijs intendere, qui pro dominio vel hypotheca earum rerum, quæ alienatæ ſunt, putauerint ſibi quaſdam competere actiones. [h] Noſtra autem diuina conſtitutio, [i] quam nuper promulgauimus, etiam de ijs, qui à noſtra, [k] vel venerabilis Auguſtæ domo aliquid acceperint, hæc ſtatuit, quæ in fiſcalibus alienationibus præfatæ Zenonianæ conſtitutionis continentur.

¶ De donationibus.

¶ Donationis duplex eſt genus: mortis cauſa, & inter viuos. Mortis cauſa ea dicitur, quæ propter ſuſpicionem mortis fit, cum non ſecuta, in donante remanet, reuocaturque per pœnitentiam, vel prædece-

d ¶ Conſtitutio. C. de quadrien. præſcri. omnes.
e ¶ Proſpexit corrigendo edictum Diui Marci.
f ¶ Statim. vt ff. de peti. hær. etiamſi.§.Item ſiquis. contra. Solu.Ibi in vniuerſitate, hic in re ſingulari loquitur. Alii dicunt, quod hic corrigitur. (1) Et eodem modo (ſcilicet primo, & non ſecundo) reſpon. ad legē C. de hære. vel act. ven.l.1.Itē ibi erat res fiſci.
ADDITIO.
(1) Et iſtam cō muniter approbant omnes, quia illo iure hæc præſcriptio erat incognita.Ad l 1.re ſpon. quod ibi conueniebatur ex natura rei, quæ continet credita & debita, non ex eo, quod eſſet aliena, quia ad rē

la eſt iuxta iſtū text. quæ procedit in Imperatore, & quocunque principe habente regalia,ſecundum Bal in c.ad apoſtolicam.de re iudi. libr. 6. Item interueniente traditione, Bal.in c.1.§.ſi col.ſi. de no. for.fide. Itē,quādo fiſcus tempore alienationis poſſidebat, Bar.in l.ſi.C.ſi contra ius vel vti pub.Item, quando fiſcus bona fide uendidit. gl. in l.2. C.de com.rerum alie. Item, quādo princeps uendit iure proprio nō creditoris,Bal.in ſecundo procemio decr. col 4. Item non procedit in eccleſia glo.in c.quicū que.1 1. q.2.Itē præcedentibus ſubhaſtationibus, ut per gl. hic Bal.in l.1.colum.2. C.de hære.vel actio. ven Item de iure canonico, glo.in c.2.de re. eccle. non alienan. Item ſi faciat de plenitudine, ſecundum Bald. in d. procem. decre.

ipſam ſcilicet hæreditatem,non emptor,ſed fiſcus conueniretur.laſ.
g ¶ Quadriennium,niſi ſit minor,vel reipublicæ cauſa abſens,vt C.de reſtitu. mili.lege neque.
h ¶ Actiones.Sed quæ?Reſp.conditio ex hac l.ſecundum Io. ſed P. in rem dabat hic non domino contra dominum.
¶ Hec gl.negligitur à doc.& ſi ſimpliciter intelligit,male loquit,iō declara vt p Chr hic. SYL.
i ¶ Conſtitutio, C.de quad p.bene à Zenon.
K ¶ A noſtra.id eſt à priuata noſtra ſubſtātia,ſed ſupra de fiſcali dixit, vt C.de quadr. præ.bene à Zenone.
De donationibus
¶ Iſta rubr.continuatur per Imperatorem. Continua Dictū eſt ſup. de quibuſdā modis acquirēdi, ſcilicet

scilicet de acquisitione, quę fit per vsucapionem & præscriptionem nunc dicendum est de alio modo acquirendi, qui fit per donationem.

** Donatio proprie loquendo ita diffiniri potest, est concessio ex mera liberalitate & munificẽtia ꝓueniens, per q̃ quis aliquid ea mente dat, vt statim velit accipientis fieri, nec vllo casu ad se reuerti. l. 1. & l. donatio. ff. eod.

deatiam donatarij, æquiparaturque legato, [illegible] l. 1. [illegible] senatus, §. seu mortis [illegible] de do- [illegible]

Est & aliud genus acquisitionis,[a] donatio.

¶ Donationum autem duo sunt genera, mortis causa, & non[b] mortis causa.

¶ Mortis[c] causa donatio est, quæ propter mortis fit suspicionem, cum quis ita donat, vt si quid[d] humanitus ei contigisset, haberet is, qui accepit, sin autem superuixisset,[e] is, qui donauit, reciperet, vel si eum donationis pænituisset:[f] aut prior decesserit is, cui donatum sit.

Diuisio.

Est & aliud. ¶ Totus iste titulus diuiditur in quinque partes. Primo ponit continuationẽ cũ distinctione bimembri. Secũdo, de donatione causa mortis. Tertio, de donatione inter viuos. Quarto, de donatione propter nuptias. Quinto, de vna acquisitione de iure ciuili, quæ est correcta. Secunda ibi, in §. Mortis causa. Tertia ibi, in §. Aliæ autem. Quarta ibi, in §. Est & aliud. Quinta ibi, in §. Erat olim. Aret.

¶ Est & aliud. ¶ CASVS In diuisione, & declaratione non figuratur nisi literaliter. Nota duplex genus donationis. Item, quid sit donatio causa mortis. Item nota tribus modis donationem causa mortis reuocari, expressa pænitentia, per conualescentiam, & per prædecedentiam donatarij. Item, quod fere per omnia æquiparatur legatis. Item, q̃ qui causa mortis donat, vult magis ipsum habere, quam donatarium & magis donatarium, quam hæredem.

a ¶ Acquisitionis. s. de iure ciuili, nam per stipulationem tantum cõtrahebantur. s. donatio, quæ. s. stipulatio est de iure ciuili: sed hodie fit nudo pacto,† vt C. eo. si quis argentum, §. fi. & inf. de actio. §. de constituta. Vel dic eam esse iuris ciuilis approbatione, non inuentione, sed iuris gentium, vt sup. de rer. diui. §. per traditionem.

†Etiam si sit donatio causa mortis, secundum cõiter omnes, de quo vide Ang. in §. in personam inf. de actio. & Chris. inf. eo. in gl. manifestauerit.

* ¶ Dic, quod quamuis donatio sit iuris gentium, acquisitio tamen, quæ fit per donationem, est iuris ciuilis. cum hodie fiat immediate ex donatione per stipulationem, vel pactum nudum ex dispositione, d. l. si quis argentum. Olim enim acquisitio, quę fiebat ex donatione, ita demum, si res tradita fuisset, non ex donatione, sed potius ex traditione fieri dicebatur. d. § per traditionem.

b ¶ Et non mortis. Si large hæc duo membra accipiũtur, in tex. nihil deest, & proprie ponuntur genera, nam multæ species sub quolibet continentur, & hæc approbo. Vel accipe stricte pro duabus speciebus tantum donationum, scilicet simplicis inter viuos, & simplicis causa mortis, & adde alias donationes, vt legatum, vt inf. de leg. in princ. Item donationes propter nuptias, vt infra eo. §. est & aliud. Item & quod est. infra §. fin.

¶ Communiter approbatur prima, secundũ Christoph. hic. * Verius tamen est hic sumi genus ꝓ qualitate. sicut & in l. 3. §. genera. ff. de acquir. poss. & supra de excusa. tu. §. qui autem vt declarat Zasius in intelle. sing. c 1. nam cum genus proprie contineat species, Bal. l. 2. C. de iu. au. an. donatio causa mortis non potest esse species donationis, quia non est proprie donatio. l. 1. ff. eo.

SYL.

** Adde, an & quando verbo donationis simpliciter veniat donatio causa mortis, late doceri per Tiraq. in l. si vnquam, ver. donatione largitus. nu 245. vsque ad num 249. C. de reu. don. vbi omnino videas, & est pulcher tex. in l. alienatnm. §. vlt. vbi optime declarat Alcia. de verb. sign.

c ¶ Mortis. s. instantis, vel futuræ, vt ff. eo. l. 2. 3. 4. 5. & 6. Si quidem vbique mors timeda est, cũ eius dies incertus sit, vt ff. eo. senatus, § mortis, & de cond. & demonst. l. 1. — Mortis incertus est dies.

d ¶ Si quid humanitus ei contigisset. i. si moriatur, ff. de verb. sign. l. in vulgati. §. fin. & debet hoc exprimi, alias non est mortis causa donatio, vt ff. eo. Seia. §. fi. Accur. — Donatio câ mortis nô est nisi exprimatur mors

*¶ Siquidem non facta mentione mortis, intelligitur donatio inter viuos, vt not. glo. Bar. & plerique alij in d. l. Seia. & idem Bar. & alij in l. contra dotis. ff. solut. matr. — Voluntas est ambulatoria vsque ad mortem.

e ¶ Superuixisset. i. conualuisset, & ita tribus modis reuocatur, vt hic subijcitur, & ff. si cer. pet. non omnis.

Addunt quartum Doct. in d. l. non omnis, videlicet per alienationem factam de re donata, quia & hoc modo reuocatur legatum. l. fideic. §. si rem. de leg. 3.

f ¶ Pænituisset. Quia voluntas est ambulatoria vsque ad mortem, vt ff. de adi. leg. l. 3. in fi. & l. seq. & quia donatio est ob causam, scilicet si moriar, & sic possum pęnitere, vt ff. eo. senatus. §. 1. in fi. & ff. de condictio. cau. da. l. 3. §. 2.

* ¶ Quod dictum est de pęnitentia, limitata vt non habeat locum, quando in instrumento

mento donationis extant illa verba, quę per notarios apponi solent, scilicet promittens dictus donator omnia, & singula suprascripta attendere, obseruare, & in aliquo nõ cõtrauenire, quia per hęc verba donatio causa mortis efficitur irreuocabilis, & assumit naturã donationis Iter viuos; l.si alienam, in fin. & l. vbi, ff. eod. & no. Bar. ĩ d. l. vbi, quod absque dubio verissimũ est, cũ præter clausulam, de qua supra, interuenit etiam iuramentum donantis, de quo tamen vide omnino Dec. in l. non omnis, vbi hoc declarat num. 11. Secundo limita hunc text. vt non procedat, cum in instrumento fit mentio hæredum donatarij, secundum Ias. in l. non omnis, ff. si cert. pet. & latissime tradit Thom. Ferra. in tract. suo caut. cautela 30. vbi omnino vide de his tribus cautelis.

¶ Hę mortis causa donationes ad exemplum [a] legatorum redactæ sunt per omnia. [b] Nam cum prudentibus ambiguum fuerat, vtrum donationis, [c] an legati instar eam obtinere oporteret, & vtriusque causæ quædam habebat [d] insignia, & alij ad aliud genus eam retrahebant. [e] a nobis constitutum est, vt per omnia ferè legatis [f] connumeretur, & sic procedat, quemadmodum nostra constitutio eam formauit.

a ¶ Ad exemplum legatorum quantum ad vim, & potestatem, quia sicut legata morte confirmantur, ita donationes causa mortis, vt reuocari non possint.

** Adde, quod don. cau. mor. non est propria vltima voluntas, & ideo non comprehendetur in statutis loquentibus de vltimis voluntatibus, quorum verba proprie interpretari debent, vt ex facto bellissime respondit Dec. consil. 196. nisi ratio ipsius statuti aliud suadere videatur, vt tradit Alcia. lib. 2. de verb. signif.

b ¶ Per omnia subaudi fere, vt statim dicet, nam in multis differunt.

* ¶ No. ex ista glo. & tex. quod non vitiatur generalis ęquiparatio legis, etiam per dictiones vniuersales facta, licet æquiparata in aliquibus casibus differant, quando eiusmodi differentiæ inducuntur per alias leges. hoc idem notatur, supra quib. mod. ius pat. pot. sol. §. præterea, iuncta glo. in ver. patrono, & in l. 1. ff. de leg. 1.

c ¶ Donationis. Scilicet simplicis & inter viuos; alias nulla esset huiusmôdi distinctio, cum omne legatum sit donatio, vt patet ex diffinitione eius, vt ff. de leg. 2. l. legatum.

[…]onatio.. scã mor & lega. differũt multis.

d ¶ Habebat. s. donatio causa mortis, nam cum donatione inter viuos habet insignia, vt sit liberalitas cum legato, vt morte confirmetur, & vt detrahatur Falcidia, vt Cod. ad leg. Falc. l. fin.

e ¶ Retrahebant. subaudi, & alij ad aliud.

f ¶ Fere legatis. dicit fere, quia in quibusdã discrepat a legatis, ecce enim, si donas in annos singulos, donatio vna est, sed legata plura, vt ff. de donatio. cau. mor. senatus, § fin. Item legatum ab hærede semper traditur, vt patet ex diffinitione legati. inf. de leg. in prin. donatio autem, vel ab hoc, vel ab alio.

* ¶ Adde idem esse etiam in legato, l Lucius, ff de leg. 2 nec in emendatis exemplaribus, habentur illa verba in diffinitione legati, ab hærede, &c. Item in donatione obligatur donans, in legato non. SYL.

* ¶ Declara, vt per Bartol. in l. 1. ff. de donat. cau mor. Item si testamentum accuso, perdo legatum, non donationem, si tamen accuso vt falsum, arg. ff. de ijs quib. ut indig. post legatum, §. qui mortis. † SYL.

* ¶ Ratio est, ut ibi ait gloss. quia donatio morte, non testamento confirmatur. Item aliter substituitur in legatis secundum quosdam, ut ff. de don. causa mortis, si cui mortis, & de leg. 2. ut hæredibus. Item filiusfamilias donat, sed non legat ut ff. eo. tam is, & inf. quibus non est permiss. fac. test. in princip. Item in legato tria tempora considerantur, ut sit capax legatarius, ut inf. de hær. qua. & diffe. §. in extraneis, in donatione non, ut ff. de donat. causa mor. l. in mortis. SYL.

† Hoc ítel ligas, in d. l. cit g l. 1 l. et ff. de inoffic. test. & plene per Io. de Im. ĩ l. si. ff. de don. cau. mortis.

* ¶ Atqui etiam in legatis spectatur capacitas uel incapacitas legatarij solum tempore mortis. Bartol. in l non oportet. ff. de leg. 2. Item quia pro legato datur interdictum. Quorum legatorum, non pro donatione, q. dic ut in summa, C. quorum lega. l. 1. & in l. Marcellus, §. Paulus. ff. de do ca. mor. SYL.

¶ Dicas tu, quod communis omnium resolutio est quod si consideramus donationem prout in esse producitur, illa æquiparatur magis contractui, quam ultimę uoluntati, si uero loquimur de donatione, postquam est in esse producta, tunc talis donatio magis æquiparatur ultimæ uoluntati, quam resolutionem totus mundus sequitur, ut dicit Ias. in l. 2. col. 3. ff. de leg. 1. SYL.

ADDITIO Immo habet locum. Quorum legatorum, saltem in eo quod excedit Falcidiam, uel si per donatarium, sit occupata, secundum Ioan. Fab. & Ang. *quod declara secundum Rip. in l. 1. §. si quis ex mortis, ff. quo leg. & Dec. cons. xcvj. col. 2. Syl.

** Adde aliam differentiam, quod tacita hypotheca inducta a lege pro legatis, ut infra de leg. §. 1. non censetur inducta in donatio. causa mor. ut habetur per Alexan. & alios ĩ l. 2. ff. de lega. 1, & Neguş in tracta, de pign.

in

scilicet de acquisitione, quę fit per vsucapionem & præscriptionem nunc dicendum est de alio modo acquirendi, qui fit per donationem.

** Donatio proprie loquendo ita diffiniri potest, est concessio ex mera liberalitate & munificẽtia ꝓueniens, per q̃ quis aliquid ea mente dat, vt statim velit accipientis fieri, nec vllo casu ad se reuerti. l. 1. & l. donatio. ff. eod.

dentiam donatarij, æquiparaturque legato, l.d. ex l. 1. ... senatus, §. sec mortis. ff. de do. nat. cau. mor.

Diuisio. Est & aliud. ¶ Totus iste titulus diuiditur in quinque partes. Primo ponit continuationẽ cũ distinctione bimembri. Secũdo, de donatione causa mortis. Tertio, de donatione inter viuos. Quarto, de donatione propter nuptias. Quinto, de vna acquisitione de iure ciuili, quæ est correcta. Secunda ibi, in §. Mortis causa. Tertia ibi, in §. Aliæ autem. Quarta ibi, in §. Est & aliud. Quinta ibi, in §. Erat olim. Aret.

Est & aliud genus acquisitionis, a donatio.

¶ Donationum autem duo sunt genera, mortis causa, & non b mortis causa.

¶ Mortis c causa donatio est, quæ propter mortis fit suspicionem, cum quis ita donat, vt si quid d humanitus ei contigisset, haberet is, qui accepit, sin autem superuixisset, e is, qui donauit, reciperet, vel si eum donationis pænituisset: f aut prior decesserit is, cui donatum sit.

¶ Est & aliud. ¶ CASVS in diuisione, & declaratione non figuratur nisi literaliter. Nota duplex genus donationis. Item, quid sit donatio causa mortis. Item nota tribus modis donationem causa mortis reuocari, expressa pænitentia, per conualescentiam, & per prædecedentiam donatarij. Item, quod fere per omnia æquiparatur legatis. Item, q̃ qui causa mortis donat, vult magis ipsum habere, quam donatarium & magis donatarium, quam hæredem.

a ¶ Acquisitionis. s. de iure ciuili. nam per stipulationem tantum cõtrahebantur. s. donatio, quæ. s. stipulatio est de iure ciuili: sed hodie fit nudo pacto, † vt C. eo. si quis argentum, § fi. & inf. de actio. §. de constituta. Vel dic eam esse iuris ciuilis approbatione, non inuentione, sed iuris gentium, vt sup. de rer. diui. §. per traditionem.

† Etiam si fit donatio causa mortis, secundum cõiter omnes, de quo vide Ang. in §. in personam inf. de actio. & Chris. inf. eo. in gl. manifestauerit.

* ¶ Dic, quod quamuis donatio sit iuris gentium, acquisitio tamen, quæ fit per donationem, est iuris ciuilis. cum hodie fiat immediate ex donatione per stipulationem, vel pactum nudum ex dispositione, d. l. si quis argentum. Olim enim acquisitio, quę fiebat ex donatione, ita demum, si res tradita fuisset, non ex donatione, sed potius ex traditione fieri dicebatur. d. § per traditionem.

b ¶ Et non mortis. Si large hæc duo membra accipiũtur, in tex. nihil deest, & proprie ponuntur genera, nam multæ species sub quolibet continentur, & hæc approbo. Vel accipe stricte pro duabus speciebus tantum donationum, scilicet simplicis inter viuos, & simplicis causa mortis, & adde alias donationes, vt legatum, vt inf. de leg. in princ. Item donationes propter nuptias, vt infra eo. §. est & aliud. Item & quod est. infra §. fin.

* Communiter approbatur prima, secundũ Christoph. hic. * Verius tamen est hic sumi genus ꝓ qualitate. sicut & in l. 3. §. genera. ff. de acquir. poss. & supra de excusa. tu. §. qui autem vt declarat Zasius in intelle. sing. c 1. nam cum genus proprie contineat species, Bal. l. 2. C. de iu. au. an. donatio causa mortis non potest esse species donationis, quia non est proprie donatio. l. 1. ff. eo. SYL.

** Adde, an & quando verbo donationis simpliciter veniat donatio causa mortis, late doceri per Tiraq. in l. si vnquam, ver. donatione largitus. nu 245. vsque ad num 249. C. de reu. don. vbi omnino videas, & est pulcher tex. in l. alienatum. §. vlt. vbi optime declarat Alcia. de verb. sign.

c ¶ Mortis. s. instantis, vel futuræ, vt ff. eo. l. 2. 3. 4. 5. & 6. Si quidem vbique mors timenda est, cũ eius dies incertus sit, vt ff. eo. senatus, § mortis, & de cond. & demonst. l. 1. * — Mortis incertus est dies.

d ¶ Si quid humanitus ei contigisset. i. si moriatur, ff. de verb. sign. l. in vulgari. §. fin. & debet hoc exprimi, alias non est mortis causa donatio, vt ff. eo. Seia. §. fi. Accur. — Donatio cã mortis nõ est nisi exprimatur mors.

* ¶ Siquidem non facta mentione mortis, intelligitur donatio inter viuos, vt not. glo. Bar. & plerique alij in d. l. Seia. & idem Bar. & alij in l. contra dotis. ff. solut. matr.

e ¶ Superuixisset. i. conualuisset, & ita tribus modis reuocatur, vt hic subijcitur, & ff. si cer. pet. non omnis.

Addunt quartum Doct. in d. l. non omnis, videlicet per alienationem factam de re donata, quia & hoc modo reuocatur legatum. l. fideic. §. si rem. de leg. 3.

f ¶ Pænituisset. Quia voluntas est ambulatoria vsque ad mortem, vt ff. de adi. leg. l. 3. in fi. & l. seq. & quia donatio est ob causam, scilicet si moriar, & sic possum pęnitere, vt ff. eo. senatus. §. 1. in fi. & ff. de condictio. causa da. l. 3. §. 2. — Voluntas est ambulatoria vsque ad mortem.

* ¶ Quod dictum est de pęnitentia, limitata vt non habeat locum, quando in instrumento

mento

¶ Hę mortis causa donationes ad exemplum a legatorum redactæ sunt per omnia. b Nam cum prudentibus ambiguum fuerat, vtrum donationis, c an legati instar eam obtinere oporteret, & vtriusque causæ quædam habebat d insignia, & alij ad aliud genus eam retrahebant. e a nobis constitutum est, vt per omnia ferè legatis f connumeretur, & sic procedat, quemadmodum nostra constitutio eam formauit.

mento donationis extant illa verba, quę per notarios apponi solent, scilicet promittens dictus donator omnia, & singula suprascripta attendere, obseruare, & in aliquo nõ cõtrauenire, quia per hęc verba donatio causa mortis efficitur irreuocabilis, & assumit naturã donationis inter viuos; l. si alienam, in fin. & l. vbi, ff. eod. & no. Bar. i d. l. vbi, quod absque dubio verissimũ est, cũ præter clausulam, de qua supra, interuenit etiam iuramentum donantis, de quo tamen vide omnino Dec. in l. non omnis, vbi hoc declarat num. 11. Secundo limita hunc text. vt non procedat, cum in instrumento fit mentio hæredum donatarij, secundum Ias. in l. non omnis. ff. si cert. pet. & latissime tradit Thom. Ferra. in tract. suo caut. cautela 30. vbi omnino vide de his tribus cautelis.

a ¶ Ad exemplum legatorum quantum ad vim, & potestatem, quia sicut legata morte confirmantur, ita donationes causa mortis, vt reuocari non possint.

** Adde, quod don. cau. mor. non est propria vltima voluntas, & ideo non comprehendetur in statutis loquentibus de vltimis voluntatibus, quorum verba proprie interpretari debent, vt ex facto bellissime respondit Dec. consil. 196. nisi ratio ipsius statuti aliud suadere videatur, vt tradit Alcia. lib. 2. de verb. signif.

b ¶ Per omnia subaudi fere, vt statim dicet, nam in multis differunt.

* ¶ No. ex ista glo. & tex. quod non vitiatur generalis ęquiparatio legis, etiam per dictiones vniuersales facta, licet æquiparata in aliquibus casibus differant, quando eiusmodi differentiæ inducuntur per alias leges. hoc idem notatur, supra quib. mod. ius pat. pot. sol. §. præterea, iuncta glo. in ver. patrono, & in l. 1. ff. de leg. 1.

c ¶ Donationis. Scilicet simplicis & inter viuos; alias nulla esset huiusmodi distinctio, cum omne legatum sit donatio, vt patet ex diffinitione eius, vt ff. de leg. 2. l. legatum.

Donatio nescã mortis & legata differũt in multis. d ¶ Habebat. s. donatio causa mortis, nam cum donatione inter viuos habet insignia, vt sit liberalitas cum legato, vt morte confirmetur, & vt detrahatur Falcidia, vt Cod. ad leg. Falc. l. fin.

e ¶ Retrahebant. subaudi, & alij ad aliud.

f ¶ Fere legatis. dicit fere, quia in quibusdã discrepat a legatis, ecce enim, si donas in an nos singulos, donatio vna est, sed legata plura, vt ff. de donatio. cau. mor. senatus, § fin. Item legatum ab hærede semper traditur, vt patet ex diffinitione legati. inf. de leg. in prin. donatio autem, vel ab hoc, vel ab alio.

* ¶ Adde idem esse etiam in legato, l Lucius, ff de leg. 2 nec in emendatis exemplaribus, habentur illa verba in diffinitione legati, ab hærede, &c. Item in donatione obligatur donans, in legato non. SYL.

* ¶ Declara, vt per Bartol. in l. 1. ff. de donat. cau mor. Item si testamentum accuso, perdo legatum, non donationem, si tamen accuso vt falsum, arg. ff. de ijs quib. ut indig. post legatum, §. qui mortis. † SYL.

* ¶ Ratio est, ut ibi ait glos. quia donatio morte, non testamento confirmatur. Item aliter substituitur in legatis secundum quosdam, ut ff. de don. causa mortis, si cui mortis, & de leg. 2. ut hæredibus. Item filiusfamilias donat, sed non legat ut ff. eo. tamen, & inf. quibus non est permiss. fac. test. in princip. Item in legato tria tempora considerantur, ut sit capax legatarius, ut inf. de hær. qua. & diffe. §. in extraneis, in donatione non, ut ff. de donat. causa mor. l. in mortis. SYL.

† Hoc fidel ligas, ut dicit gl. 1 l. et ff. de inof fic. test. & plene per Io. de Im. i l. si. ff. de don. cau. mortis.

* ¶ Atqui etiam in legatis spectatur capacitas uel incapacitas legatarij solum tempore mortis. Bartol. in l non oportet. ff. de leg. 2. Item quia pro legato datur interdictum. Quorum legatorum, non pro donatione, quod dic ut in summa, C. quorum lega. l. 1. & in l. Marcellus, §. Paulus ff. de do ca. mor. SYL.

¶ Dicas tu, quod communis omnium resolutio est, quod si consideramus donationem prout in esse producitur, illa æquiparatur magis contractui, quam ultimę uoluntati, si uero loquimur de donatione, postquam est in esse producta, tunc talis donatio magis æquiparatur ultimæ uoluntati, quam resolutionem totus mundus sequitur, ut dicit Ias. in l. 2. col. 3. ff. de leg. 1.

ADDITIO Immo habet locum. Quorum legatorum, saltem in eo quod excedit Falcidiam, uel si per donatarium, sit occupata, secundum Ioan. Fab. & Ang. *quod declara secundum Rip. in l. 1. §. si quis ex mortis, ff. quo leg. & Dec. cons. xcvj. col. 2. Syl.

** Adde aliam differentiam, quod tacita hypotheca inducta a lege pro legatis, ut infra de leg. §. 1. non censetur inducta in donatio. causa mor. ut habetur per Alexan. & alios i l. 2. ff. de lega. 1. & Negus in tracta. de pign.

in 4 memb. 2. par. princ. num. 162.
* ¶ Constitutio. scilicet coram 5. testibus, scriptura interueniente, vel non, vt C. eo. l. fi. Adde, quod licet 5. testes requirantur in donando, tamé duo sufficiunt in donationem reuocando per poenitentiam, Deci. in l. non omnis, nu. 10. fi cer. pe.
a ¶ Et in summa. id est breuiter de hac donatione expediamus, vt ff. eo. l. 1.
b ¶ Velit. id est vellet.
c ¶ Habere. Scilicet, si fu peruixerit, vt §. 1. ff. de si eod. senatus. §. t.
d ¶ Sic & apud Homerum, id est sicut recitat poeta Homerus, quod Telemachus dictis verbis expressis donauit.
¶ Aliæ autem. CASVS non figurabitur aliter, cum hic solum declarentur termini nouissimi donationis inter viuos, reciteturque constitutio Iustiniani tam respectu perfectionis donationis, vt scilicet nudo consensu perficiatur, quã quod vsque ad 500. solidos insinuatione non egeat. No. quod donatio simplex non habita mortis mentione dicitur inter uiuos, nec æquiparatur legato. Item, quod donatio perfecta non reuocatur, nisi ex modis expressis in l. Item, quod scriptura non est de substantia donationis. Item, quod donator rem donatam præstare tenetur, vt venditor rem venditam. Item, quod donatio excedens 500. aureos eget insinuatione. Itẽ, quod donatio quamuis perfecta reuocatur per ingratitudinem. Item, quòd non conuenit ab eo iniuriam pati, in quem beneficium est collatum.]
e ¶ Aliæ autem. Nunc prosequitur aliud genus donationis, dictum est de do. ca. mort. nunc de don. simplici, i. inter viuos dicit.
f ¶ Temere. ideo dicit temere, quia quandoque reuocatur, vt inf. eo. §. sciendum.
* ¶ Temere dixit. i. sine causa & passim. sic in l. 1. ff. de dolo: & in l. prætor, §. si quis. ff. de inin.
g ¶ Voluntatem, etiam nudo pacto, vt C.

† Carmina Home ri refert, & latine vertit Alc. I l. alienatũ. ff. de ver. sig.

SYL.

¶ Et in summa, [a] mortis causa donatio est, cum magis se quis velit [b] habere, [c] quàm eum, qui donat, magisque eum, cui donat, quam hæredem suum. Sic [d] & apud † Homerum Telemachus donat Piræo.

¶ [illegible]

¶ Aliæ [e] autem donationes sunt, quæ sine vlla mortis cogitatione fiunt, quas inter viuos appellamus: quæ non omnino comparantur legatis. quæ, si fuerint perfectę, temere [f] reuocari † non possunt. Perficiuntur autem, cum donator suam voluntatem [g] scriptis, aut sine scriptis manifestauerit. [h] Et ad exemplum venditionis, [i] nostra constitutio [k] eas etiam in se habere necessitatem traditionis voluit, vt etiam [l] si non tradantur, habeant plenissimum, & perfectum robur.

eo. si quis argumentum. §. fi. Accur.
ADDITIO. Si tamen donatur factum, requiritur stipulatio, & traditio sicut olim. Item præsentia donantis, & donatarij, vbi fit certæ personæ secus si incertæ.
** Adde, quod donatio fieri nõ põt absenti sine epistola, aut nuncio. l. absenti. ff. eo. nisi ob benemerita, vt p Alb. in l. ambitiosa, nu. 3. ff. de decr. ab or. fac.
h ¶ Manifestauerit. s. per verba futuri tpis, vt dabo, vel donabo, ad instar stipulationis, vt ff. de ver. obli. l. 5. §. stipulatio. Vel præsentis tpis, vt do, vel dono, cum nudo pacto fiat, & pactũ etiam fiat per verba præsentis tẽporis, vt C. eo. l. si qs argentũ, § fi. ff. de pact. l. tale.
* ¶ Tu dic per verba præsentis tẽporis, nã per verba futuri temporis nõ contrahitur donatio, sed pactum de donando, quæ longe lateque distant. Alex. in l. iuris gent in princ. colum. 3. de pac.
i ¶ Venditionis ex hoc ver. dicebat. M. venditorem præcisè teneri ad rem tradendam, sic ff. de verb. oblig. vbi autem non appatet. in fi. lo. contra scilicet interesse dando liberetur, vt ff. de act. emp. l. 1. & similiudo, quę hic fit, est in hoc, ut sicut necessitas imponitur venditori ad aliquid. sic & donanti, licet a principio nullus cogebatur, vt C. de act. & obl. l. sicut.
¶ Dicas, quod de hoc est gl. cõiter approbata in vet. tradatur. inf. de emp. & ven. vbi dicetur. Sed nunquid donator de euictione tenetur? Resp. si incoepit a traditione, nõ vt ff. eo. l. Aris. in fi. † si a pactione, sic, vt C. de iu. dot. l. j.
¶ Et hæc dist. cõis est, secũ Ang. hic. * quod limites in donatione ob merita, nam tali casu tenetur de euictione, etiam si incoeperit a traditione, Bart. & Ias. in l. Iulian. §. qui fundum, ff. de ver. obli. Item declara, quod nunquã tenetur de euictione, quoties illa sit culpa donatarij, R ui. in cons. 184. nu. 13. lib. 1.
K ¶ Constõ. vt C. de don. si quis argẽtũ, §. fi.
l ¶ Etiã si si tradat. i. si tradere nolit dõator.
* ¶ Re-

Donatio an possit fieri sine stipulatione.

† Vt hic & ca. si. in gl. 1. in fi. ext. eo. tit.

SYL.

† Nisi quod ip sa et nude eét pmissũ, vt l. 2. C. de euict. sm Aug. et Ias. Itẽ dẽt intelligi, quod præcesserit cõuẽtio sal tẽ ordinẽ itellect' cũ alias ex so la traditõ ne nõ trãs ferat dñiũ secũdum Chr. hic.

* ¶ Remanet tamen dominus donator ante traditionem, & sic potest rem donatam alteri obligare, l. vlt. §. Lucius, ff. de donat. gl. in verb. perfectam. in l. 1. & ibi Barto. C. de iu. fisci.

* ¶ Quia videtur quædam remuneratio laborum, quos pertulerunt in bello, quæ quidem donatio remuneratoria non eget insinuatione, l. Aquilius, & ibi glo. in ver. meta ff. eodem.] vel in refectionem domus donetur alicui, vt C. eodem l penult. idem & si donet Imperator. SYL.

bur, & traditionis necessitas [a] incumbat donatori. Et cum retro principum [b] dispositiones insinuari eas actis interuenientibus volebant, si maiores fuerant ducentorum solidorum: constitutio [c] nostra eam quantitatem vsque ad quingentos solidos ampliauit, quam stare etiam sine insinuatione [d] statuit. Sed & quasdam donationes inuenit, [e] quæ penitus insinuationem fieri minime [f] desiderant, sed in se plenissimam habent firmitatem. Alia [g] insuper multa ad vberiorem exitum donationum inuenimus, quæ omnia ex nostris constitutionibus, quas super his exposuimus, colligenda sunt.

¶ Sciendum est tamē, quod & si plenissimæ sint donationes, si tamē ingrati existant homines in quos beneficium collatum est, donatoribus per nostram constitutionem [h] licentiam

a ¶ Necessitas. Per condictionem ex lege, quæ stricti iuris est. ff. eo. cū qui. & C. eod. l. si quis argentum, §. fin.

** Adde, quòd qui ex donatione sua conuenitur, solum in id, quod facere potest, cō demnādus est. l. Diuus, ff. de regul. iur. propter quod beneficium donator deducit æs alienum: Item & ratio habetur ne egeat, l. inter. ff. de re iudi & §. sunt præterea, ver. idem est, si quis ex donat. vbi glo. in versi. conueniatur, infra de actio.]

¶ Siue per modum donationis, siue priuilegij. l. 1. iuncta gloss. Cod. de quadrien. præscripti.] vel et donetur, ut in Authen. de nō alie. §. finimus. coll. 2. & in Authent. vt non fiant pi. §. fina. coll. 5. idem in donatione propter nuptias, vt in Authent. vt sponſ. lar. columna 9. in princip. idem in remissione vsurarum futuri temporis, vt ff. eod. Modestinus. Accurs. SYL.

b ¶ Retro principum. i. eorum, qui ante nos fuerunt, & nostra etiam prima, vt C. eod. l. sancimus. in fi.

c ¶ Constitutio. vt C. eo. l. pen. in fi.

d ¶ Insinuatione, id est scriptura facta in præsentia publicarum personarum, (i) & in actis vbi superfluum est testes adhiberi. cū publica monumenta sufficiant, vt C. eo. l. data, & l. in donationibus.

SYL. * ¶ Dic, q nil aliud est insinuare, quam redigere in actis donationem, seu eam intimare, vel publicare apud acta iudicis, vel ipsam donationem facere apud acta, iudice præsente & auctorante.]

ADDITIO (i) Puta qualiscunque iudicis etiam extranei, nec habet necesse decretū interponere. Et possunt hæc omnia fieri etiā ex interuallo, quæ si non interuenerint, non annullant totam donationem, sed pro parte tantum in qua excedit. Ang. Et an insinuationi possit renunciari, & sine ea donatio validari, & an in simplici remissione ipsa insinuatio, item in cessione debitoris citatio requiritur, vide Ang. & Iaſ. hic.

* ¶ Insinuatio introducta fuit, ne quis facile circumueniretur in prodiga maioris alicuius rei donatione.

e ¶ Inuenit. Scilicet nostra constitutio, vt si donetur in redemptionem captiuorum, vel a magistro militum donetur militibus.

* ¶ Adde, quòd nec donatio causa mortis requirit insinuationem. l. vltim. C. de dona. cau. mor.]

* ¶ Plures alios casus, quibus non requiritur insinuatio, videre potes apud Anton. de Cana. in tract. de insinuatione.] SYL.

* ¶ Generaliter si vis, quod donatio valeat licet non fuerit insinuata, dicatur in instrumento, quod donator facit ipsam donationem propter benemeritum donatarij, & ita recenseantur in specie ipsa merita, vt est apud Tho. Ferra. Caut. 33.]

f ¶ Minime desiderant. licet quingentorum solidorum summam excedant.

g ¶ Alia. veluti, ne plures donationes diuersis temporibus facta coaceruentur, vt Codice eodem sancimus, paragrapho si quis autem.

* ¶ Intellige, quando sunt factæ in diuersis contractibus. & diuerso tempore, alioquin secus. Bartol. in dicta l. Modestinus. q. penul.] SYL.

Item vt ij, qui pecuniam recipiunt in redēptionem captiuorum, iurent se ibi bona fide expendere.

Item vt sacramēto domini domus quęstio dirimatur, vt C. eo. l. pe. in fi.

h ¶ Constitutionem, vt C. de reuo. don. l. fi.

* ¶ Adde, quòd donatio remuneratoria nō reuocatur ob ingratitudinem, l. si pater. instit. §. vlt.

Donationes inter viuos certis ex causis reuocantur.

§.vlt. iuncta glo. in verſ. irreuocabilis, ff. de don. niſi quatenus excederet merita, Bar. in l. frater, & ibidem lat. ff. de cond. indeb. ]

a ¶ Ex cauſis. quinque. ſ. vt ſi atroces iniurias in eum effundat, vel impias manus inferat, vel graue damnũ in bonis, vel vitæ periculum inutulit, vel ſi legi dictæ in donando non paruerit, vt C. de reuo. dona. l. fin. * ¶ De cauſis reuocatorijs donationũ legito Ripã, qui repetit. d. l. fin. in 3. lib. interpreta. vbi pleniſſime attingit oĩa, q̃ in hac materia a Doct. tradita ſunt. ] Sed donatio liberto facta, ſolo obſequio nõ præſtito reuocat̃, aliud in libertate, vt C. de reuo. don. l. 1. & de lib. cauſa. ſolo. Et eſt hic argum. pro dño, vt his cauſis poſſit reuocare feudum: ſic in Authen. vt lib. de cete. § illud vero. coll 6. & ff. de libe. agn. l. alimenta.

† ſ. pp ingratitudinẽ, vt hic dr̃ & 16. q. 7. c. inuẽtum, & 56. d. c. ſatis peruerſum. & extr. de don. c. vlt.

SYL.

SYL. ¶ Dic tria principaliter requiri: vt donatio reuocetur, qđ probatio fiat in iudicio, qđ ſit ingratus, ꝙ ſit plena, item quod cauſa cognita fiat, vt dicit hic Angel. & tale ius reuocandi non tranſit ad hæredes d. l. fi. vbi Bal. & Sal. & docto. hic. ]

† Per iuniores prĩcipes Fer. exiſtimat intelligi Aurelium Diocletia. & Maximinum.

** Adde & perpetuo not. quod reuocata donatione non reuocantur fructus, glo. in l. generaliter, §. plane ſi minus, in verſ. ex cauſa, ff. de fid. lib. quod late comprobat Tiraq. in l. ſi vnquam, in ver. reuertatur, num. 281. C. de reuoc. don.

SYL. ¶ Eſt & aliud. CASVM in recitatione iuris antiqui, & eius correctionis, cum exprimatur præſertim ratio principis corrigentis, non eſt neceſſarium figurare, niſi literaliter. Nota diſpoſitionem iuris antiqui circa donatione ante nuptias.

Item, quod conſtante matrimonio licet augere dotem, & dona, propter nuptias.

Item quod æquiparantur inter ſe.

Itẽ, quod nomen debet eſſe conſonum rei.

* Quod Felyn. in proœ. Gregor. columna ſexta, dicit procedere in nominibus appellatiuis, non in proprijs.

Itẽ, quod dos & don. propter nuptias non ſolum poteſt augeri conſtante matrimonio, ſed de nouo fieri.

præſtitimus certis ex cauſis [a] † eas reuocare, ne illi qui ſuas res in alios contulerunt, ab ijs quandam patiantur iniuriam, vel iacturam ſecundum enumeratos in conſtitutione noſtra modos.

¶ Olim conſtante matrimonio donatio ante nupt. non fiebat: hodie & ante, & poſt fit, & augetur, & vocatur propter nuptias. hoc dicit ex l. fin. C. de donat. ante nupt.

¶ Eſt & aliud genus inter viuos donationis, quod veteribus quidem prudentibus penitus erat incognitum, poſtea autem a iunioribus Diuis principibus † introductum [b] eſt, quod ante nuptias vocabatur: & tacitam in ſe cõditionem habebat, [c] vt tunc ratum eſſet, cum matrimonium eſſet inſecutum. [d] Ideoque ante nuptias appellabatur, quod [e] ante matrimonium efficiebatur, & nunquã poſt nuptias celebratas talis donatio procedebat. Sed primus quidem Diuus Iuſtinus pater [f] noſter, † cum [g] augeri dotes, & poſt nuptias celebratas fuerat [h] permiſſum: ſi quid tale [i] eueniret, † etiã ante nuptias augeri donationẽ, & conſtante matrimonio, ſua conſtitutione permiſit. [k] Sed tamen nomen inconueniens remanebat cum ante nuptias quidem vocabatur, poſt nuptias autem tale accipiebat incrementum. Sed nos pleniſsimo fini tradere ſanctiones cupientes, & conſequentia [l] nomina rebus eſſe ſtudentes,

b ¶ Introductum. in Cod. de donat. ante nuptias, per totum tit. Hanc donationẽ fuiſſe de iure, ff. ſentit, glo. in l. prima. verſic. ſi ſit, ff. de collat. dot.

c ¶ Habebat. Et hodie habet, ſi fiat donatio prius: nã & poſtea fieri poteſt, vt infra eo. §.

d ¶ Inſecutũ. de iure & de facto.

e ¶ Quod. id eſt quia.

f ¶ Pater noſter. Sic infra quibus non eſt permiſ. face. teſtam. §. cæcus.

† adoptiuus fuerit aũt re uera nepos Iuſtin. ex ſorore, ut dictum fuit. ſupr. in proœ.

† aliàs &.

g ¶ Cum augeri. id eſt cum hoc non eſſet. Accur.

h ¶ Fuerat. etiam ante ſe.

i ¶ Tale puta, quia augeatur dos.

K ¶ Permiſit. ſcilicet Diuus Iuſtinus, vt C. de dona. ante nup. l. pen.

l ¶ Et conſequentia. aliàs conuenientia, ſic C. de epiſcopis, & cleric. l. decernimus, & de offi. præfec. vrb. l. 1. in fi. & de defen. ciui. l. defenſores. 2. Argument. contra, Cod. de conſtitu. pen. l. 2. § pen. & ff. de adim. le. l. 3. §. conditio.

a ¶ Con-

constituimus, [a] vt tales donationes non augeantur tantum, sed etiam constante matrimonio initium accipiant, & non ante nuptias, sed propter nuptias vocentur, & dotibus in hoc exæquentur, [b] vt quemadmodum dotes constante matrimonio nõ solum augentur, sed etiam fiunt, ita & istæ donationes, quæ propter nuptias introductæ sunt, non solum antecedant matrimonium, sed eo etiam contracto [c] augeantur, & constituantur.

¶ Hodie si vnus ex dominis manumisit seruum communem, seruus efficitur liber, & socius conseruatur indemnis, dato sibi pretio partis suæ, hoc dicit ex lege prima, C. de com. ser. man. Aretinus.

¶ Erat olim, & alius modus ciuilis acquisitionis, per ius accrescendi, quod est tale: Si cominunem seruum habens aliquis cum Titio, solus libertatem ei imposuerit, vel vindicta, vel testamento, eo casu pars eius amittebatur, & socio accrescebat. Sed cum pessimum fuerat exemplo, [d] & libertate seruum defraudari, & ex ea humanioribus qui-

Dos, & don pp nup. debet esse in æqualitate.

a¶ Constituimus. Cod de dona. ante nupt. l.fina.

b¶ Exequentur. Si de nouo fiat donatio, vel dos post matrimonium, vel vetus augeatur, est æqualitas, vt C. de don. ante nup. l. fi. §. si igitur dote. Si ante matrimoniũ poterat esse inæqualitas, vt C. de pact. con. l. ex morte. Sed † hodie æqualitas est ante. & post in constituendo, & in pactis lucrorum, vt quantum dat uxor in dotem, tantum det in donationem propter nuptias maritus, & sicut hic fit dominus dotis, sic illa donationis propter nuptias.

† Auth. æqualitas, C. de pac. conuen.

SYL.

*¶ Adde, quòd cautela est, quod dicta pacta etiã inæqualia valeant, videlicet quod fiant antè, quam contrahatur matrimonium de præsenti, quia tunc bene valebunt & est ratio, quia pacta inæqualia sũt prohibita constãte matrimonio, ne mutuo amore se spolient. l. 1. ff. de don. inter vi. quæ ratio cessat ante contractum matrimonium, & ista est doctrina Innoc. in c. donatio. extra de don. inter vi. quam valde extollit Angel. in l. ex morte. C. de pact. con. & tradit Bart. Cæpol. caute. 62.]

Dos dat, vt inde mrimonij onera supportẽtur.

SYL. ❡ Dic q̃ quæri tur inuito, sed non retinetur, quia remittere potest, & ita alias respondet gl. in d. l. seruus vetante, sed aliter respõdetur, & melius: q̃ in uito directe nõ acquiritur, sed per indirectũ sic. Sed quomodo potest quærere inuito, quia ideo quærit seruus, quia eius vox præsumitur vox domini. §. ei vero infra de inuti. stipu. Respond. quod repræsentat seruus dominũ generaliter, non specialiter l. debitor. § seruo. ff. de leg. ij. quia res domini potest legari seruo, & tamen non posset legari domino. nõ potest ergo affectum dominice po estatis impedire dominus. l. nemo potest ff. de leg. i.

† facit ad hoc l. i. in §. i. vbi et gloss. ff. si quis om. cau. test.

tione, vel ex legato, siue ex qualibet [a] alia causa acquirant. Hoc enim vobis ignorantibus, & inuitis [b] obuenit. Ipse enim seruus, qui in potestate alterius est, nihil [c] suum habere potest. Sed si [d] hæres institutus sit, non aliàs, nisi vestro iussu, hæreditatem adire potest. Et si vobis iubentibus adierit, [e] vobis hære-

ditas acquiritur, perinde [f] ac si vosipsi hæredes instituti essetis. Et conuenienter .s. vobis legatum per eos acquiritur. [g] Non solum autem proprietas per eos, quos in potestate habetis, vobis acquiritur, sed etiam possessio. Cuiuscunque. n. rei possessionem adepti [h] fuerint, id vos possidere videmini. [i] Vnde etiam per eos vsuca-

SYL. ADDITIO. Sol. dic, q̃ inuitis acquiritur ipso iure. sed non incommutabiliter, vt ibi arg. l. inuito. ff. de re. iu Ange.

c ❡ Nihil suum, scilicet ad suam vtilitatem: sed ad domini vtilitatem potest: vt infr. de stip ser. §. sed cũ factum. quæ est cõtra, immo etiam ad suam vtilitatem quandoque, vt si dominus seruo legatum relinquat, vt. C. de nec. seru. quidam. §. i. lo Resp. illud de æquitate, non ratione dicitur, quia in alimẽta erat relictum, vt. C. de leg. l. seruis. & ff. de alimen. & cib. leg. seruos. aliàs autem non tenetur hæres nisi velit.

Seruus an possit habere aliq̃d suum.

SYL. ❡ Melius respondet gloss. in contrario, cuius opinio communiter approbatur, vt per Christoph. hic. ]

ADDITIO. Quod facere debet de vrbanitate, si suam grauate nolit opinionem vt ibi not. glos. Ang.

Hæreditas per seruum acquiri non potest, nisi tria concurrant. ❡ Hoc verum secundum ius ciuile: nam iure gentium serui non omnino aliquid habere vetabatur, vt annotauimus, sup. de ijs qui sunt sui. § 1.]

d ❡ Sed si hæres. Not. in heredit. adeunda à seruo tria esse necessaria, quæ sunt, iussus, vt hic, & quòd præcedat, vt ff. de acquir. hær. si quis mihi. §. iussum, & serui voluntas, vt. C. de hæred. instit. cum proponas. In Trebellianica restitutione seruo faciẽda solius domini sufficit voluntas.

❡ Rationem diuersitatis hic assignat Christo. ] At in bonotum possessione seruo delata seruũ consentire, & dominum velle, siue ante siue post, oportet, vt ff. ad Treb. seruo inuito. † & rem ratã hab. l. pen. in legato non est opus iussione, cũ emolumentum tantum contineat, vt ff. man. si hæred.

SYL. † Adde l. si legatus. §. si filiosa. eo. tit.

SYL.

* Quasi dicat, hæreditas vero etiam damnum, & ideo requiritur voluntas domini, ne inuitus æri alieno obligetur, & damnum sentiat, argum l. qui in aliena. in prin. ff. de acq hær §. neque. sup. de auct. tut.

e ❡ Adierit, scilicet seruus.

f ❡ Perinde. Quandoque non perinde: vt si filio meo substituam eos, quos hæredes mihi fecerim nam vocantur ex substitutione qui per se, non qui per seruos heredes sunt, vt ff. de vulga. & pupill. substit. l. q. libertus. §. hæc verba. item alibi, vt. ff. de legatis. j. cũ filio. §. ipsi vero. & §. ideo. Accur.

g ❡ Acquiritur siue seruus tantum velit, siue dominus tantum vt ff. de don. cau. mor. l. si. & de adimen. leg. si seruo.

h ❡ Adepti fuerint si iuste, † secũdum quosdam. Vel aliter: quod dic, vt diximus, sup. de ijs qui sunt sui vel alieni iur. §. 1.

i ❡ Videmini etiam ignorãtes, vt ff. de aeq. pos l. 3. §. saluus. †

* Distingue tres casus, aut. n. in peculiarib[9] loquimur, & dubium non est, ignoranti domino acquiri possessionem, & vsucapiendi conditionem, l. 1. §. item acquitimus, ff. de acq. pos. aut in non peculiaribus & si possessio sit iuste a seruo qua sita, idem erit. l. quod seruus eod. titu. cum verisimiliter dominus sit concessurus, vt iuste acquirat. l. non solũ, ff. de pec. aut loquimur in poss. iniusta, & hæc ignoranti non quæreiut d. l. quod seruus, nec enim verisimile est, dominum consensurum. l si procurator de eod. ind Quod ergo hic dicit de possessione iusta intelligẽdum est. iniustam enim quatenus corporalis & facti est sibi tenet, nobis vero nõ acquirit, cum animus noster non adsit. At dominium

† Et hæc tenet Angel. in l. q̃ seruus, ff. de acquir. poss. quod facit, vt lucrum ex vsuris nõ quæratur patri: nec sit fratribus conse rendũ nisi vtatur cautela de qua p̃ eũ hic.

† Idem dr in l. 1. in §. itẽ acquirimus, ff. eo. tit.

nium siue iustum, siue iniustum, nullo modo in persona serui consistere potest, quia iuris est, cuius incapax est seruus, l. quod attinet. de reg. iuris.]

¶ Non tamen inuiti, sicut in dominio. l. 1. §. hæc, quæ de seruis. ff. de acquir. poss.]

a ¶ Vsucapio. in rebus peculiaribus statim: in dominicis, postquam dominus scit, vt ff. pro sol. l. 2. & de vsucap. l. Labeo.

b ¶ Possessio. id est præscriptio, quæ est effectus lõge possessionis, vt ff. de vsuc. l. 3.

† Concor. cũ hoc §. l. si serui, ff. de usuf.

c ¶ De ijs. Tantummodo, vt ff. de do ca. mor. l. vlt. & de adi. le. l. si seruo.

d ¶ Vsumfructum de eo, in quo usum tantummodo habemus, dic, quod ex operis tantum nõ acquirit: quia operæ serui in fructu sunt, ut ff. de usu, & habi. per seruum. Adde glos. 2. supra eodem in princip. & inf. per quas pers. no. obli. acqu. §. per eum.

† aliàs per secuti.

† Vt si eũ nominauerit testator in institutione. l. cũ aliqs, C. d iu. delib.

e ¶ Ex re. expone, ut sup. §. 1.

f ¶ Ad dominum proprietatis: nisi † contemplatione usufructuarij sit institutus, uel aliud sibi datum fuerit: quo casu ex re eius scilicet usufructuarij sibi quæsitum esse uidetur, ut ff. de usufruct. leg. sed & si quid, non tamen usufructuarij iussus sufficit ad adeundam hæreditatem, ut ff. de acquir. hæred. l. aditio. §. præterea. Accur.

ADDITIO. Sed adibit iussu domini, qui fructuario restituet: & si nolit iubere, cogetur, ut not. eo. tit. l. si quis mihi, in prin. & ff. de usuf. leg. si serui.

SYL. g ¶ Quid, i. aliquid.

¶ Idẽ placet. CASVS Figuratio clara est: ideo forma literaliter, cum tradat Imperat. regulam dependentem ex supradictis. Not. quod seruus alienus bon. fide possessus, & liber homo similiter bon. fide possessus: & ille, in quo habemus vsumfructum, paribus passibus ambulant: excepto casu in text. expresso, cetera nota. collige per te, quia pendent ex summario.]

pio,[a] vel longi temporis possessio [b] vobis accidit.

¶ Seruus, in quo habemus vsumfructum, acquirit nobis ex re nostra, & operis suis: ex alijs vero causis acquirit domino proprietatis Aret.

¶ † De ijs autem seruis, in quibus tantummodo [c] vsumfructum [d] habetis, ita placuit: vt quicquid ex re [e] vestra, vel ex operis suis acquirunt, id vobis adijciatur: quod vero extra eas causas † consecuti sunt, id ad dominum proprietatis [f] pertineat. Itaque si is seruus hæres institutus sit, legatumve quid [g] ei aut donatum fuerit: non vsufructuario, sed domino proprietatis acquiritur.

¶ Liber homo, & seruus alienus, bona fide possessus, acquirit possessori ex re ipsius, & operibus suis: ex alijs vero causis liber homo acquirit sibi, & seruus domino suo: & non tantum per prædictos acquiritur nobis dominium, sed etiam possessio. [h] d Aretin.

¶ Idem placet [h] & de eo, qui a vobis bona fide possidetur; siue is [i] liber sit, siue alienus seruus. Quod enim placuit de vsufructuario, idem placet & de bonæ fidei possessore. Itaque quòd extra istas duas causas [k] acquiritur, id vel ad ipsum pertinet, si liber [l] est: vel ad dominum, si seruus est.

h ¶ Idem placet. s. quo ad acquisitionẽ, vt statim sequit, nã in alio differt, vt inf. eo. §. versi. sed bonæ fidei.

i ¶ Is liber. hic dic, quod diximus sup. eod. § princ.

k ¶ Extra istas duas causas. veluti si fuerit hæres institutus, vel legatum fuerit ei aliquid, vel donatum.

l ¶ Si liber est, Præter possessionem, que sibi, scilicet libero possessio quæri non potest, cum ipse ab alio possideatur, vt ff. ad l. Iuliam de adul. l. sic eueniet. Itẽ præter vsucapionem, quæ sibi non quæritur sine possessione, vt ff. de acquir. rer. dom. homo liber. § quicquid, de vsucap. l. sine possessione. † Sed in hæreditate per liberum hominem mihi quærenda sex sunt necessaria, quorum si quid defuerit, non quæritur, scilicet ut mei contemplatione instituatur. Item, ut sciat conditionem suam institutus. Item, quod iussu meo adeat. Item quod uolens adeat. Item, q uelit mihi quærere. Item, q bona fide possideam. Bene dico oportet, ut sciat conditionẽ suam, nam ignarus suæ cõditionis nulli acquirit, sibi enim non, ut ff. de acquir. hæred. qui putat. § qui bona fide, & l. 6. §. 1. quia se obligare non uoluit: item possessori non, si non interueniat iussus, ut ff. de acq. hære. si quis mihi bona. §. iussum. Idẽ & si interuenit, ut ff. de acq. hær l. 6. §. Celsus, & §. 1. nam seruili necessitate creditur hoc fecisse, ut ff. de neg. gest. acq. §. si libero. quare non potest acquirere, ut ff. de hæredit. instit. liber homo

Possessio. anẽ possessus non quæritur,

in princ. Si sciat conditionem suam, volens quærere mihi, quærit sibi: sed restituit mihi possessori per cōdictionem sine causa, cuius intuitu fuit institutus: sicut volens quærere possessori, cui⁹ intuitu fuit institutus. † iussu eius adeundo quærit: sed si non eius contemplatione, nihil fit, vt ff. de acq. ter. do. l. liber ho. & l. homo liber. in princ. (i). Itē potest dici, ꝙ ignarus quærit sibi, vt ff. de acquir hær. l. qui putat. §. de eo, cum nō contemplatione possessoris instituatur, vt ff. de acq. hær. l. qui in aliena. in fi. & §. cum autem. †

† l. aditio. in fi. ff. de acq. hær.

† Et i l. cū aliqs, C. d' iu. delib.

[illegible]

(i) Dic secundum Ioā. Fab. ꝙ hoc potest esse verum in quo iussus non interuenit: qa tūc nō videtur sibi velle acquirere in dubio, vt ff. de acquir. hæred. l. qui in aliena. §. 1. sed de hac materia plenius videas hic Ang.

a ¶ Dominus fit, sic Cod. de pact. traditionibus.

b ¶ Non possidet. s. ciuiliter, sed naturaliter, vt ff. de acq. poss. l. naturaliter. † Vnde vi ei interdictum Vnde vi sibi datur, vt ff. de vi & vi arma. l. 3. §. vnde vi.

** Alcia. l. 1. nu. 31. ff. de aeq. poss. censet fructuarium ius ipsum vtendi fruēdi ciuiliter & naturaliter quasi possidere. l. vti frui. si vsufr. pet. l. 3. in fin. ff. vnde vi. ideoque & illud vsucapere l. fin. C. de prescript. long tēp. & l. ait prætor. §. item, ff. ex qui. cau. ma. fundum vero ipsum non possidere, sed tantum detinere vt hic, potest tamen latiore sensu dici possidere. vnde dict. l. naturaliter. vtitur verbo videtur, quod denotat improprietatē, nam & detentio improprie, & crassiore Minerua possessionis naturalis appellatione comprehenditur, l. 2. §. quod vulgo. ff pro hær. & l. communi, §. neque com. di.]

† Hæc est cōis opi. licet Ra. ibi cōtra, cui⁹ ēt opinioni inhæret Angel. hic quem videas.

c ¶ † Sed habet, sic. ff. de acq. poss. l. 1. §. per eū, sic est. qui satisdar. cog. l. sciendum. § 2.

† Ista & sequēs gl. nō habent in veteribus codicibus.

Sed bonæ fidei possessor cum vsuceperit seruum: (quia eo modo dominus [a] fit) ex omnibus causis per eum sibi acquirere potest. Fructuarius vero vsucapere non potest: primum, quia non [b] possidet, sed habet [c] ius vtendi fruendi: deinde, quia [d] scit seruum alienum esse. Nō solum autem proprietas per eos seruos, in quibus vsumfructū habetis, vel quos bona fide possidetis, aut per liberam personam, quæ bona fide vobis seruit, vobis acquiritur, sed etiam possessio. Loquimur autē in vtriusque [e] persona secundum distinctionem, quam [f] proxime exposuimus: id est, si quā possessionem ex re vestra, vel ex suis operis adepti fuerint.

¶ [illegible]

[illegible]

¶ Ex his itaque apparet, [g] per liberos homines, quos neque vestro iuri subiectos habetis, neque bona fide possidetis: item per alienos seruos, in quibus neque vsumfructum habetis, neque possessionem iustam, nulla ex causa vobis acquiri [h] posse. Et hoc est, quod dicitur, per extraneam personā nihil acquiri posse: excepto eo, quòd per liberam personam (veluti per procuratorem) placet non solū scientibus, sed & ignorantibus vobis acquiri possessionē, [i] secundum Diui Seueri constitutionem: [k] & per [l] hanc possessionem etiam dominium, si dominus fuerit qui tradidit, vel vsuca-

d ¶ Quia scit. Vnde nō vsucapit cum malam fidem habeat, vt sup. de vsuca. in prin.

e ¶ In vtriusque, no. de tribus, vtriusque dici. Vel meli⁹ dic vtriusq; fructuarij, & bo. fid. posses.

f ¶ Prox. vt supra eo. §. de ijs, & §. idē placet.

g ¶ Ex hoc. Appatet. s. arg. a cōtrario sensu sumpto. Nā si tantum per dictos homines acquiritur ergo non per alios, vt ff. de offic. eius cui manda. est iur. l. 1. in princ. & sup. de tut. in princip.

¶ Dic melius, quia exceptio firmat regulā in nō exceptis. l. nam quod liquidæ. ff. de.

SYL.

h ¶ Acquiri. Fallit in tutore, & curat. & similibus personis, vt dicemus inf. de inutili. stipu. §. si quis alij. [illegible] Vide ibi gl. plenam, qui potest pro alio stipulari, & ibi dicam, de quo late per Bartol. & doct. in l. stipulatio ista, §. alteri, & §. si quis insulam ff de verb. oblig. Ang.

i ¶ Possessionem, C. de acq. poss l. 1. & ff. de acq. poss. l. possessio quoque, §. & si possess.

K Constitutionem, quæ est, C. per quas person no acq. l. 1.

¶ Hæc gl. male loquit, quia illa l. non est. Seueri. vnde debuit allegare. l. 1. C. de acq. poss.

l ¶ Per hanc. Ita alias itaque, ꝙ per procuratorem namque solā possessio (cū res inanimata

SYL. Possessio sola non quærit.

pionem, aut longi temporis præscriptionem,[a] dominus non sit.

¶ Epilogando transit ad alias materias cum quodã præambulo. Ar.

¶ Hactenus tantisper admonuisse [b] sufficiat quemadmodũ singulæ res vobis acquirantur.[c] Nam legatoriũ [d] ius, quo & ipso singulæ res vobis acquirũtur: item fideicommissorum: vbi singulæ res vobis relinquuntur, opportunius inferiore loco referemus.[e]

¶ Videamus itaq; nũc, quibus modis per vniuersitatẽ res vobis acquirantur. Si cui ergo hæredes [f] facti sitis, siue cuius bonorũ [g] possessionem petieritis, vel si quẽ arrogaueritis,[h] vel si cuius bona libertatum cõseruandarum causa vobis addicta fuerint,[i] eius res omnes ad vos transeunt. Ac prius de hæreditatibus despiciamus: quarum duplex cõditio est: nam vel ex testamento,[k] vel ab intestato ad vos pertinẽt. Et prius est, vt de ijs dispiciamus, quæ ex testamento vobis obueniẽt; qua in re necessariũ est initiũ de ordinandis testamentis exponere.

¶ De testamentis ordinandis.

¶ Testamentum dicitur a mentis testatione: & triplici forma antiqui testa[menti] sublata, fit hodie in scriptis testam[entum] [illegible] scriptione testatoris, & testiũ: itẽ & sigillo eorũ, vnoq; contextu. Ã. d

mata sit) mihi non quærit. nã & per traditionem res mihi quæritur, & possessio, sed illa eadem & per me acquiritur, vt sup. de re. di. §. per traditionem. & sup. eo. in prin. Alij dicũt, vt Azo. per solam possessionem acquiri dñiũ, vt hic, & C. eod. l. 1. Sed ibi non dicit simpliciter, excepta possessione, sed dicit excepta causa possessionis .i. dominio, quod est causa possessionis secunda post vsucapionem, vt ff. de vsuc. l. 3.

a ¶ Præscriptionẽ. Vobis scientibus, vt C. de acquir. pos. l. 1.

b ¶ Hactenus. Admonuisse. supra de re. di. §. singulorum.

c ¶ Acquirantur per vos, & alios vt in tit. isto.

d ¶ Nam legatorum. Rñ. ta. obiect. quæ fieri posset de singularibus acquisitionib⁹ legatorum.

e ¶ Referemus. Vt infra de leg. per totum, ut infra de sing. rebus per fideic. relict. per totum.

f ¶ Hæredes. s. de iu. ciu. vt infra de hæred. instit. vsque ad tit. de bonorum posses.

g ¶ Bonorum. s. de iure præto. vt infra de bonorum posses. per totum tit.

h ¶ Arrogaueritis. inf. de acq. per arro. per totum.

i ¶ Addicta fuerit. Infra de eo cui li. causa bona addi. per totum.

k ¶ Ex testamento. De quibus vsque ad tertium librum dicetur.

De testamentis ordinandis.

¶ Ista rubrica, & sequentes, continuantur per Imp. vt sup. tit. 1. §. fi. dic vt ibi.

ADDITIO. Vel dicas sic, & familiarius. Dictũ est sup. in fi. tit. præcedenti, quod per vniuersitatem res nobis acquiruntur, vt per hæreditatem, & alios modos ibidem positos: verum quia hæreditates quãdoque deferuntur ex testamẽto, & quandoque ab intestato, ideo primo sequitur videre de testamentis. Continuatio.

TEstamentũ. ¶ Totus iste titulus diuidit principaliter in tres partes. Nã primo ponit deriuationẽ, siue etymologiã testamenti. Secundo, de testamẽtis in scriptis, tã de iure veteri, quam de iure nouo. Tertio, de testõ nuncupatiuo. Secũda ibi, Sed vt nihil. Tertia ibi, Sed illa quidẽ. Item, secunda pars principalis subdiuiditur. Nam primo recitat ius antiquum, & multiplicẽ ordinationem testamentorũ, & eorũ noĩa cũ eorũ correctione. Secundo, de sigillatione facienda p testes. Tertio, qui testes possũt adhiberi, & qui repelluntur in testamento. Quarto, quod nõ refert, in qua materia testamenti scribatur. Quinto ponit vnum casum, quod de vno testamento possunt fieri plures scripturæ. Secunda ibi, possunt autem. Tertia ibi, Testes autem. Quarta ibi, Nihil autẽ. Quinta ibi, Sed & vnum. Item hæc prima, & secunda pars subdiuiduntur in quatuor partes. In prima ponitur etymologia vocabuli. In secunda refert processum antiquitatis, ponendo tria genera testamentorum fuisse olim de iure ciuili, quæ in desuetudinem abierunt. In tertia, qualiter fiebant de iure prætorio, & quid à iure ciuili fuerit additum. In quarta ponit additionem Iustiniani. Secunda ibi, sed nihil. Tertia ibi, postea vero. Quarta ibi, sed his omnibus. Diuisio.

¶ Testamentum. CASVS non figuratur, quia procedit recitando ius antiquũ, & eius correctionem: qui enim hic figurãt casum, potius declarant text. quam quod causam dubitandi, & decidendi assignent. Fuit enim proposita deriuatio vocabuli ex eo, quia necessaria est ad intelligentiam testamenti, vt inquit Iurisconf. in l. 1. ff. de iusti. & iur. Ideo autem recitatur ius antiquum, vt

nihil antiquitatis ignoretur, & quia praestat interpretationem ad noua iura. l. t. ff. de ori gi. iur. Not. etymologiā testamenti: diffinitio autem ponitur in l. t. ff. eo. itē. ꝙ ll. correctae possint allegari, vt cognoscamus in quo sit correctio secuta, sicut, & ratio. l. correcte etiam allegari pōt, glo. in ver. qui cunque. in ca. nouit. de iudic. Item, quod pace otium, bello calamitates quaeruntur l. 1. C. de cadu. toll. in princ. item ibi, ad ius ciuile. no. ꝙ testamētum est de iure ciuili. Itē ibi, in vnā con sonantiā, ꝙ iura iurib. cocor dari debent. Itē, ibi, adhibitis, ꝙ in testō testes debent esse rogati. Itē ibi. Vno contextu, ꝙ testamentum debet vno contextu fieri, & vno contextu in eo testes adhiberi. Item, ꝙ de iure isto requirebatur expressio nois haeredis per manū testatoris vel testiū. Itē ex fine no. ꝙ forma tradita à l. debet seruari. Item no. formam testis in scriptis. Item secundū Ang. ꝙ valet argūm ab etymologia vocabuli: * qd limita multis modis, vt per Ias. in l. 2. §. appellata. ff. si cer. pet. verē in hic allusio est, non etymologia. item, ꝙ l. per nō vsum tollitur. Item, quod numerus septem testiū est de iure praetorio. Item, quod ex duobus contrarijs fit optimum temperamentum.]

* ¶ Adde, ꝙ testandi ius L. xij. tab. est introductum, quae adhuc extat his verbis: vti quisque legassit (i. legauerit) suae rei, ita ius esto, l. verbis, de ver. sig. & inf. ad l. Fal. in prin. ** inter n. antiquissimo soli successioni ab intestato locus erat, indulsit aūt ead lex ex quadā humanitate & per viam dispensationis. l. in tempus de haer. instit. quia secundum naturalem rationē nemo potest disponere de re in casum, quo fit mortuus: nec amplius ipsius te dominus, gl. l. illa. de haer. instit.]

a ¶ Testamentū ex eo appellatur. Ponit etymologiā: vt dr̄ lapis, quasi laedens pedem: & argūm, quasi arguite intentum: & sic mutuū, ꝙ ex meo tuum fit, vt ff si cert. pet. l. 2. §. appellata, & secundū hoc codicillus † potest dici testūn. Diffinitur autem sic: Testamentum est voluntatis nostrae iusta sententia de eo, quod quis post mortē suam fieri voluit, vt ff. e. l. 1 & est addendū, cum institutiōne haeredis, vt inf. de leg. §. an haeredis, quia sine haeredis institutione nullum dicitur testamentū, vt ff. de iu. codi. l. fi. & inf. de fideic. haer. in prin. ¶ Adde, ꝙ haec glo. aliter reprehenditur hic, & in l. 1. ff. eo. quia verbum iusta, tollit difficultatem. l. cum filio, §. fin. ff. de leg. 3.]

* ¶ Adde, quod verbum, iusta, positum in diffinitione testamenti, accipitur pro solenni & perfecta.]

† Hāc diffinitionē testi recitat. glo. in ca. 1. extra de testa. & ibi vide concord.

† Hāc etimol. irridet A. Gel. lib. 6 c. 12. & Vall. li. 6. Eleg. ca. 36. Alciat⁹ tñ defendit li. 4. de ver. sig. & li. 9. Par. c. 21. non. n. etymologia hic traditur, sed allusio.

Lapis vñ dicitur. Argūt vñ dicitur Mutuum. † tñ non est testūn, vt in fin. idē tn. de codi. Ang.

Testamentum a † ex eo appellatur, † quòd testatio mentis sit.

¶ Sed vt b nihil antiquitatis penitus ignoretur, sciendum est, olim quidem duo genera testamentorum in vsu fuisse, quorum altero in pace & otio vtebantur, quod Calatis c comitijs appellabant: altero cum in praelium exituri d essent, quod Procinctum e dicebatur.

¶ Accessit f deinde † tertium genus testamentorū, quod dicebatur, per aes g & libram, † quia per † mancipationem, i. imaginariam quandā venditionem h agebatur, quinque testibus, & libripende, i

SYL.

b ¶ Sed vt C. de cadu. toll. l. vnic. § & cum triplici, argu. contra. in eod. tit. §. in pro nō scriptis. Accursius.

¶ Adde sol. secundum Ioan. Fab. & Aretin. quod aut ius antiquum est prolixum, & onerosum: & non debemus legere: aut breue & tale, quod per cognitionē ipsius deuenta mus in cognitionem iuris noui: & bonum est scire. Vel dicas, quod relato iure antiquo per Imperatorem non debemus vlterius quaerere: & ita procedit contrarium: aut non facit mentionem de iure antiquo: & possumus videre.

ADDITIO. Sed dic, quòd licitum est scire & allegare ius correctum ad declarationem iuris noui, non ad decisionem, l. 1. in prin. C. de latina liber. tollen.

† De his trib. generib. testōrum lege Aul. Gel. li. 15. c. 27.

† Aliās quod.

† Aliās emancipationem.

c ¶ Calatis comitijs. i. bonis initijs, vel bonis conuentibus: calos. n. bonum interpretatur: comitia sunt cōuentus. Vel a calo, quod est voco: quia vocatio per sonatum fiebat: vnde calendae dictae sunt. Accursius.

Calos. Calendae. Comitia.

* ¶ Calata comitia quae essent, docet Aul. Gel. lib. xv. c. xxvij. * vbi vide de his tribus generibus testamentorum.]

d ¶ Exituri e. lent de domibus.

e ¶ Procinctum. Eo forte, quod succincte fiebat. & in his duobus testamentis haeres erat, vt inf. eo. §. sed neque.

* ¶ Adde, quod sic dicebatur, quia fiebat a milite iam procincto, nā apud antiquos pugnaturi togis se praecinxisse dicuntur, vt essent ad praeliū expeditiores: quod Festus scriptum reliquit, & aperte ostendit Plu. in Coriolano. Vnde in procinctu versari dr̄ apud Vlp. l. 1. de bon. poss. ex test. milit. qui eo loci est, vbi iam castra hostium sunt in propinquo, & ad praelium accincta instructaque.]

f ¶ Accessit. Similiter de iure ciui.

g ¶ Per aes & libram. Proprium nomē testi.

SYL.

* ¶ Vide Aul. Gel. d. c. xxvij. & Bu. tam in 2. lib. de Asse, quam in Annot. ad Pand. l. 2. de orig. iur. vbi agit de mancipatione.

h ¶ Venditionem. Sic supra quib. mod. ius pat. pote. sol. § praeterea.

i ¶ Libripende. Id est aestimatore, qui libripen.

Libripens quis dr̄.

libripendebat, vel æstimabat familiam vno nummo, deinde emptor manumittebat totam familiam cum omnibus bonis.
¶ Adde, quod nõ manumittebatur, sed vendebatur familia æstimata hæredi futuro: vel si habeat filios, illi emancipabantur antiquo iure, vt declarat hic Iason.]

gatum quandoque inuenitur.
h ¶ Ad ius ci. quia ius ciuile inuenit.
i ¶ Postea. s. de media iurisprudentia.
k ¶ Honorario. i. prætorio, vt sup. de iu. natu. §. prætorum.

ciuibus Romanis a puberibus [b] præsentibus, & eo, qui familiæ [c] emptor [d] dicebatur.

¶ Sed illa quidem priora duo genera testamentorum, ex veteribus temporibus in desuetudinem abierunt: quod vero per æs, & libram [e] fiebat, licet diutius permanserit, attamen partim [f] & hoc in vsu esse desijt.

¶ † Sed prædicta [g] quidem nomina testamentorum ad ius [h] ciuile referebantur. Postea [i] vero ex edicto Prætoris forma alia faciendorum testamentorum introducta est. Iure enim Honorario [k] nulla † mancipatio desiderabatur, sed septem testium signa sufficiebant: cum iure ciuili signa testium non essent necessaria.

¶ Sed cum paulatim tam ex vsu hominum, quam ex constitutionum emendationibus, cœpit in vnam consonantiam ius ciuile, & Prætorium iungi, constitutum est, vt vno eodemque tẽpore (quod ius ciuile quodammodo [l] exigebat) septem testibus † adhibitis, & subscriptione [m] † & testium (quod ex constitutionibus [n] inuentum est) & (ex edicto Prætoris) signacula testamentis imponerentur: ita vt hoc ius tripartitum esse videatur, † & testes quidem, & eorũ præsentia, vno contextu [o] testamenti celebrandi gratia, a iure ciuili descendant: subscriptiones autem testatoris [p] & testium, [q] ex sacrarum constitutionum obseruatione adhibentur signacula autem & testium numerus, ex edicto Prætoris.

¶ Sed his omnibus a nostra constitutione

** ¶ Adde, quòd ** libripens dicitur ponderator a libra, & pendendo: & olim in omnibus alienationibus interueniebat libripẽs. siquidem prisci ære graui. & rudi vsi sũt: neque numerabant, sed pretium appendebant: fiebatque omnis alienatio sub imagine venditionis. Proinde, & futurus hæres, qui familiæ, id est hæreditatis emptor dicebatur, fingebat se emere, & aliquid æris loco pretij dabat.]

† aliàs &.

a ¶ Ciuib. Romanis. i. liberis hominibus, ut supra de libe. §. fin.

† aliàs emancipatio.

b ¶ Puberibus sup. quib. mod. tu. fi. in princip.
c ¶ Familiæ. i. hæreditatis, vt ff. de verb. sig. pronunciatio. §. familiæ.
d ¶ Emptor. qui erat loco hæredis, vt inf. §. sed neque.
e ¶ Libram. Scilicet adæquatam, id est æstimatam rem: & dicitur libra hæreditas, quia sicut libra diuiditur in duodecim vncias, ita hæreditas. vt infra de hær. instit. §. hæreditas. vnde dicitur adæquata libra, id est hæreditas æstimata.
f ¶ Partim. quia numerus testiũ remansit.
g ¶ Sed prædicta. Alias præfata, & ita allegatum quandoque inuenitur.

l ¶ Quodammodo. Quia cõputato libripende, & emptore 7. erant.
¶ Adde, quòd hæc glo. communiter reprehenditur, quòd emptor non erat in numero testium, §. sed neque. infra eod. Item nec iure antiquo septẽ erant, quia nũc a Prætore inuentum est, vt hic dicitur, ibi. & testium numerus ex edicto prætoris.]
** Huic loco conuenit, quod ex Liuio tradit Prisc. lib. 8. quod impubes libripens esse non poterat. nam nec testis esse potest, §. testes, inf. eod. glos. l. 3. §. leges, ff. de testi.

† Idem dr̃ in c. cum esses, extra eo. tit.

† aliàs subscriptio.

† alias vt.

m ¶ Et subscriptione. Vt subscribant se testamento affuisse, & cuius sit, vt ff. eod. l. penul. & antepenult.
n ¶ Constitutionibus. Vt C. de testamen. hac consultissima.
o ¶ Vno contextu. i. nullo actu interposito, nisi necessario naturæ, vt ff. eo. hæredes, in fi. & C. eo. cum antiquitas. Accur.

Vno contextu quid dicatur, quid fieri.

ADDITIO. Propter quem si aliqui recedãt, ante quam loco ipsorum alij subrogẽtur, potest aliquid fieri, si immineret periculum vitæ testatoris, aliàs non.
p ¶ Testatoris, potest, vt C. eo. iubemus.
q ¶ Testium. Si non potest testator scribere, Sed hodie indistinctè per alium scribere

P 2 potest

potest nomen hæredis, vt In Auth. vt sponsa larg. §. quia vero. coll. 9.

a ¶ Tenorem. Est autem tenor: si potest scribere, faciat: aliàs dicet coram testibus: & scribetur per alium, vel per aliquos de eis, alias non valet, immo falsi pœna tabellio tenetur? vt C. eod. iubemus. in fi. Accur.

ADDITIO.

Quod est verum: quando solennitas non fuit obseruata, nec scripta in testamento, secus si fuit obseruata, licet non scripta, vt si librarius, ff. de regul. iur. Ang.

** Adde, quòd est periculosū facere huiusmodi testamēta in scriptis, quia si moreretur vnus ex testib⁹ ante aperturam, qui nō posset recognoscere suam subscriptionem & signum, non valeret, vt no. Bart. in l. 2. in princ. ff. quemad. testa aper. verum ad euitandum hoc periculum, adhibeas cautelas quas tradit Bart. Cæpol. caut. 88. ]

propter testamētorum synceritatem, vt nulla fraus adhibeatur, hoc additum est, vt per manus testatoris, vel testium, nomen hæredis exprimatur, & omnia secundum illius constitutionis tenorem [a] procedant.

¶ Vnico etiam annulo, & alieno, potest ab omnibus testibus testamentum signari. hoc dicit.

¶ Possunt † autem omnes testes, & vno annulo [b] signare testamentum [c] † Quid enim si septem annuli vna sculptura fuerint, secūdum quod Papiniano visū [d] est? Sed & alieno quoque annulo licet signare testamentum.

¶ In testamēto potest esse testis quilibet, qui potest hæres institui, exceptis hic enumeratis. Angel.

¶ Testes autē adhiberi possunt ij, cum quibus testamenti [e] factio est. Sed neque mulier, [f]

† Concor. cū hoc §. cap. post cessionem in glo. 1. post pri. ibi, & alieno annulo. ext. de prob.

SYL.

¶ Possunt. CASVS. Quæsitum fuit, an vno annulo totum testamentū signari posset à testib. & videbatur dicendum, q non cum signacula facta sint: vt difficilius falsificari possit, inuenta enim est ad hoc tanta iuris solennitas in testamēto. l. si. & ibi not. C. eod. Tamen deciditur contrarium: assignat autem Imperator rationem a possibili, ex quo possibile est annulos vnicam, & eandem habere imaginem, quo casu liceret ita liceat vnico vti. Sed tunc quæsitum est, an alieno annulo signari possit: & dubium faciebat q alias videtur proprium signum apponendum, cap. inter dilectos de fide instrum. l. decernimus. C. de aquædu. lib. 11. cuius cōtrarium deciditur, quia satis est hoc attestari & recognosci à teste, vt infra dicetur. Not. quod testamentum ab omnibus testibus, vel pluribus ex eis potest vno annulo signari. Item, quod si sint septem annuli vna sculptura, valet sigillatio. Item, quod valet argumentum a possibili. Item, q alieno annulo signari potest testamentum. ]

b ¶ Annulo, scilicet habente characteres: qui signatorius dicitur, & sic est in eo sigillum, non autem alio signo, vt ff. eod. ad testium, §. signum, & de verb. sign. l. signatorius.

Adde, quod signans alieno annulo, seu sigillo debet in eius subscriptione id dicere. Specul. de prob. §. videndum. versic. & not. quod & Ang. hic tradidit.

c ¶ Testamentum, vel etiam linteum, scilicet quo inuolutū est testamentum, vt ff. eodem. ad testium, §. fin.

d ¶ Visum est. Hac ratione & cum tribus vel paucioribus, vel pluribus potest signari testamētum. argum. inf. man. §. is qui exequitur.

¶ Alij dicunt tantum cum septem, vel vno debere signari.

¶ Adde, quod hæc vlt. opin. est falsa ex argumento Papiniani: quia in septē signis possēt esse tres eiusdem imaginis & tamen valeret testamentum. eodem modo si sunt plures annuli arguendo. vt arguit Imperator hic.

† Aliàs quid enim si septē annuli vna sculptura fuerint? secundū quod (vt Papin. visum est) & alieno quoque, &c.

SYL.

¶ Testes autem. CASVS non figuratur, quia procedit tradendo regulam in hac materia: dubium tamen faciebat, quia edictum de testibus est prohibitoriū certarum personarum. l. 1. ff. de testi. ideo quicunque non prohibebantur, videbātur admitti. Rñ tñ Imp. prout in tex. rōnes autē videbūtur sigillatim in glos. Not. q ille pōt esse testis in testō, qui pōt hæres institui. Item, q mulier nō potest esse testis in testō propter sexus fragilitatem, Item impubes propter imbecillitatem ætatis: seruus, quia testamētum est iuris ciuilis. de quo iure ipse pro nihilo habetur: furiosus, quia non est mentis cōpos: mutus, quia non potest exprimere mente conceptū: surdus, quia nō potest audire nomen hæredis: is, cui bonis est interdictum, quia similis est furioso. Item infamis. ex l. prohibitione. ]

SYL.

e ¶ Testamenti factio. Passiue accipe hic: vt bona sit exceptio, s. neque mulier, &c.

¶ Adde secundum Io. Fab. & bene, quod hic Imper. non procedit excipiendo, sed addendo per illa verba, sed neque. ]

SYL.

¶ Aliàs etiam accipitur actiue, vt inf. de hæred. qual. & diffe. § testamenti.

Mulier vbique testificari pōt præterquam in testis.

f ¶ Neque mulier. in alijs autē casibus omnibus recipitur: præterquam in testamentis, vt ff. eo. qui testamento, §. mulier.

SYL.

¶ Adde hoc verum, nisi sit testamentū inter

libe-

liberos, vel militis, gl. in Auth. quod sine C. eo. Item in testamento ad pias causas, vt est communis opin. in l. 1. C. de sacrosan. eccl. ]

¶ Ratio est, vt C. de fideicomm. l. fin. & est timor falsitatis.

SYL. ¶ Adde hoc esse propter fragilitatē sexus, secundum glos. in dict. §. mulier.

Hermaphroditus an in testō possit esse testis. ¶ Quid de hermaphrodito? Respon. si præualet in masculino sexu, recipitur, vt ff. de statu homi num. quæritur. & de testi. l. repetundarū. §. 1.

Testificamur de ijs quę uidimus in pueritia. † Quod ē verum de eo quod vidit proximus pubertati, secus si proximus infantiæ. Ioan. Fab. & Ang.

neque impubes, [a] neque seruus, neque [b] furiosus, neque [c] mutus, neque surdus, neque is, cui bonis interdictū [d] est: neque ij, quos leges iubent improbos intestabilesque [e] esse: possunt in numerum testium adhiberi.

¶ Seruus communi opinione reputatus liber, potest in testamento esse testis. Arg.

¶ Sed cūm aliquis ex testibus testamēti quidem faciendi tempore liber [f] existimabatur, postea autem seruus apparuit: tam Diuus Adrianus † Catonio Vero, quā postea Diui Seuerus & Antoninus rescripserunt, subuenire

a ¶ Neque impubes. Quid de eo quod vidit in pupillari ætate? Respō. alias, id est præterquam in testamento, posset † testificari: sicut & seruus, vt ff. de verb. sig. l. notionem. §. instrumentorum, & C. de hæret. & manich. quoniam, in fin. sed hic non, quia faciunt ad substantiā testamenti, vt hic dicitur.

SYL. ¶ Adde hoc verum, si proximus est pubertati, alias secus, secundum doct. hic, argu. l. excipiuntur, ff. ad Sylla. * de quo vide Dec. in l. 2. §. impuberes. ff. de re. iu. ]

** Adde ad id, quod dicitur in tex. de seruo, quod ait Geta apud Teren. in Phorm. seruū hominem orare leges non sinunt, nec testimonij dictio est.

b ¶ Neque furiosus. Nisi habeat dilucida interualla, vt ff. eodem. qui testamento, §. nec furiosus.

SYL. ¶ Adde, & quod tēpore actus gesti & examinationis factæ non esset in furore, alias secus. l. 1. & ibi no. C. eod. ]

c ¶ Neque mutus. Qui nihil loqui, vel audire potest, vt inf. quibus non est permissa. te. §. item surdus.

ADDITIO. Etiam si talem morbū habeat à casu, & sit literatus: quamuis tunc possit testari secundum Ioan. Fab. hic.

d ¶ Interdictum est. Vel à lege, vt quia cōmisit: in legem Iuliam maiestatis, vt C. ad l. Iul. maiest. l. fin. Vel à iudice, vt ff. eod. is cui. in fin. 1. respon.

e ¶ Intestabilesque. Vt de crimine famoso damnatus, vel mulieribra passus. vt ff. eo. is cui. §. fin. & l. cum lege, & ff. de testibus ob carmen. in princ.

SYL. ¶ Adde hoc verum, quando notorie erat infamis, alias secus, secundum glo. in l. cum lege in fin. ff. eod. ]

SYL. * ¶ Adde, qđ intestabilis dicitur, qui nec testis adhiberi, nec testamentū facere, nec ex testamento aliquid consequi potest, cuique alius testimonium dicere prohibetur, d. l. is cui. l. cum lege. ff. eod. ]

¶ Sed cum aliquis. CASVS. Quærebatur, an seruus communiter pro libero habitus, posset adhiberi in testem, & dubium faciebat, quia seruus prohibetur esse testis, vt supra dicitur proximo §. & ipsa veritas opinioni præualere solet, §. si quis rem suam, infr. de lega. cuius cōtrarium respondetur, quia cum tunc communiter liber reputaretur ab omnib. nec aliquis eidē status q. mouisset, sed esset in quasi possessione libertatis, non est quod imputetur ipsi testatori. Not. ergo, quod non sufficit probare ad inualidandum testamentum, q aliquis ex testibus esset seruus, sed necesse est dicere, quod ita cōmuniter reputabatur: ita Bart. in l. ad testium, §. conditionem, ff. de testa. quamuis contrarium magis communiter teneant ibi doct. item, q debet reputari liber omniū consensu: intellige eū cognoscentium, nō aliorū: facit gl. in ver. subtilitatē. in l. 1. C. de sent. quæ pro eo quod inter. Itē, q debet probari cōis opin. hominū tēpore signati testamenti, non aliter. Itē, quod communis opin. quandoque præualet veritati. Item, quod communis error facit ius.

† Rescriptum hoc Adriani extat l. 1. C. eod.

f ¶ Libertate. scilicet putatiua.

SYL. ¶ Adde, q glos. rectius hoc loco ponitur, & ita habetur in vetustis codicibus. nam inepte super ver. liberalitate, quasi Accur. fuerit tam hebetis iudicij, vt ibi legendum censuerit libertate, non enim illic legi debet, libertate, sed liberalitate: quia hoc intendit imp. quod licet de rigore testamentū, in quo seruus esse testis adhibitus, non subsisteret tamen hi principes rescripserunt, se ex benignitate subuenire testamento propter communem errorem.

Opinio præfertur veritati. ¶ Et sic valet plus quod est in opinione, quam quod est in veritate, sic ff. de legat. 1. l. 4. in princip. Argum. contra infr. de leg. §. si quis rem suam.

SYL. ¶ Adde, quod sol. est, quia ibi opinio erat vnius tantum, quo casu plus operatur veritas: hic vero omniū sic, etiā præfertur cōis error veritati, qsi teip. interest, prout in casu tex. nostri propter conseruationem testamēti, l. vel negare. ff. quemad. testa. aper. & pp validitatē actus, vel euitationē dāni. l. 3. ad

macedo. alias enim magis attenditur veritas, l. fi. ff. de hæred. instit.

ADDITIO Dic, quòd aut veritas patens est: & attenditur: aut occulta, & tunc non. vel dic, quod aut attendendo opinionem fauor ampliatur: & attenditur, vt hic & ibi: aut non, & tūc non. dic vt ibi Ioan. Fab.

a ¶ Signaretur. Quidam hoc intelligūt generaliter verum, vt siue ostendatur testamentum in scriptis conditum, siue nuncupatiuum, debeat ei credi: siue fuerint testes esse, siue non: & sic se habet consuetudo, vt argum. C. de edi. diui adri. tollen. l. fin. & C. de donat. l. in donationibus, & arbitri. tute. l. fin. Nos contra, scilicet in nuncupatiuo de iure, & quod hic dicitur, in testamento condito in scriptis loquitur.

† alias haberetur.

† Alias liberorum loco fuerit.

† alias moueret.

† Hic §. sumptus est ad verbum ex l. pater. ff. de testi.

SYL.

quia tūc scriptura probabit absque eo, quod testes producantur. Angelus.

b ¶ Omnium consensu. Not. errorē prodesse, vt ff. de sup. le. l. 3. in fi. & C. de lat. lib. tol. l. 1. §. sed & si quis. & ff. de offic. præt. Bartolus.

Error cōmunis facit ius.

se ex sua liberalitate testamento, vt sic † habeatur firmum, ac si, vt oportebat, factum esset: cum eo tēpore, quo testamentum signaretur, a omnium consensu, b hic testis † liberi loco fuerit, neque quisquam esset, qui ei quęstionem status moueret. †

¶ Potest in vno, & eodem testamento esse testis pater cum filijs, & fratribus, dummodo sit alienum: secus autem si proprium, vel domesticum. Arec.

¶ Pater, † nec non is, qui in potestate eius est: itē duo fratres, qui in eiusdem patris potestate sunt, vtique testes in vno testamento fieri possunt: quia nihil nocet, ex vna domo plures testes alieno c negotio haberi.

¶ In testibus autem non debet esse is, qui in potestate testatoris est. † Sed si filiusfamilias de castrēsi peculio post missionem d faciat testamentum, nec pater eius rectè adhibetur testis, nec is, qui in potestate eiusdem patris est. reprobatum est enim in ea e re domesticum testimonium.

¶ Pater. CASVS. Quærebatur, an in eodem testamento pater & filius, vel duo fratres, adhiberi possent testes, dubium faciebat, quia suspectum videbatur testimonium plurīū, & aliqualiter periculosum, quod euitant ll. in testamenti confectione, l. fin. C. eodem. quo non obstante deciditur contrarium: & assignat tex. rationem, quæ est eadem cum dicto: vnde potes dicere rationē esse: quia cū nihil eorū interfit, & testamentum fit extranei, non est in consideratione talis suspicio, cum vocentur a testatore, quamuis enim inter se sint domestici, nō sunt domestici testatoris, vel hæredis. Not. summarium. Item, quod ex vna domo plures vni negotio rectè adhibentur in testes. Item, quod ratio eadem cum dicto tolerat. Item, quòd filius non est idoneus testis in testamento patris, nec pater in testamento filij testantis extra castra, nec frater in testamento fratris. Item, quod domesticum testimonium reprobatur in testamentis.]

SYL.

¶ Adde hoc verum in testamento in scriptis redacto per publicum tabellionē: alias enim quamuis esset in scriptis, omnino deberent recognosci signa. ita hanc glo. intelligit Bar. in l. 1. C. eod.]

¶ In nuncupatiuo enim si proferatur, non debet ei credi sine testibus. cum in eis consistat tantum substantia testamenti.

¶ Adde, quod glo. communiter reprobatur in l. hæredes palam. in prin. ff. eod.]

¶ Ipsum tamen valet, licet probatio deficiat. (i) vt ff de test. tut. l. duo. Quid si seruus factus est, vel infamis, & velit recognoscere sigillum suum? Respon. non admittitur. vt ff. de Carb. edi. l. Carbonianum. §. duę autem sunt causæ.

SYL.

¶ Adde, quod hæc gloss. communiter reprehenditur: quia quando testis adhibetur ad solennitatem, conditio eius inspicitur tempore quo adhibetur, secundum doct. in l. 1. C. eodem.]

ADDITIO (i) Nisi de eo sit facta publica scriptura: vel pars confiteatur testamentū sic fuisse factum: aut testes deponāt ante, quam ipsorum defectus appareant;

c ¶ Alieno. aliud si in suo, vt inf. prox. §. & ff. de testibus. testis.

d ¶ Post missionem. id est remissionem: aliud si ante, vt ff. eod. qui testamento. §. per contrarium.

ADDITIO. Et est ratio secundū gl. ibi, quia tunc testes nec rogati, neque ad solennizandum actum exiguntur, quamuis duo requirantur ad probandum veritatē. Ang.

e ¶ In ea re. idem & in alijs, † vt C. de testibus, l. 2. (i) Sed quis est domesticus? Respon. colonus, & asscriptitius, vel similes, vt C. de ijs qui ad eccl. confu. l. fin. §. sane enim si seruus. & C. de quæst. l. pridem. Item vxor marito, & econtra, vt supra de vsu & habita. hē

† Sic M. T. titul. 4. Rhetor.

Domesticus quis dicatur.

¶ Hæres, filius, pater, aut frater hæredis prohibentur esse testes in testamento sublata iuris antiqui dispositione. hoc dicit.

¶ Sed neque heres scriptus: neque is, [a] qui in potestate eius est: neque pater eius, qui in potestate eum habet: neque fratres, qui in eiusdem patris potestate sunt, testes adhiberi [b] possunt: quia hoc totũ negotiũ, quod agitur testamenti ordinandi gratia, creditur hodie inter testatorem & hæredem agi. [c] Licet † autem totum ius tale conturbatum [d] fuerat, & veteres quidem familiæ [e] emptorem, & eos, qui per potestatem ei coniuncti fuerant, a testamentarijs testimonijs repellebant: hæredi [f] autẽ, & ijs, qui per potestatem ei coniuncti fuerãt concedebant testimonia in testamentis præstare, licet ij, qui id permittebant, hoc iure minime abuti [g] eos debere suadebant: nos tamen eandem obseruationem corrigentes, & quod ab illis suasum est, in legis ne-

† Intellige istud verũ, si sint seruitores cõmẽsales vt quia viuãt expẽsis domini, alias cõtra, nisi habuissẽt licẽtiã sine spe reuertẽdi tẽpus. n. productionis & depositionis ĩspiciꝰ sm̃ Ioan. Fab. hic.

ir. Item † ferulentes, siue dapiferi, vt ff. de pœnis. l. respiciendum, §. furta.

¶ Adde meliorem glo. in cap. in literis. de testi. (vbi doct. maxime mod. tractant, an, & qñ domesticus possit pro domestico testificari) & in summa. 3. quæst. 5. ꝙ illi dicuntur domestici, quibus ratione patriæ, vel dominicæ potestatis ĩperari potest: & omnes qui in domo habitant.

¶ Adde, ꝙ de cõsuetudine colonus admittitur pro domino, sed minor fides ei adhibetur. Nell. in tracta. de testi. ver. Domestici. quod suppsit a Spe titu. de teste. §. 1. col. 2.

ADDITIO. (i) Tu dic, ꝙ filius qñ nihil sibi quærit, potest pro patre testificari, secũdum Ioa. Fab. idem econtra in eo negotio, ex quo nec patri, nec filio resultat commodum, vel interesse, & quid de matre, & fratribus, vide Ang. hic.

* ¶ Domesticum testimonium hic accipiendum esse non tam ex sanguinis coniunctione, quam ex ea vnione, quæ per potestatem contingit, docet hic Theophilus his verbis.

*τὴν δὲ οἰκειακὴν μαρτυρίαν οὐκ ἐκ τῆς συγγενείας, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς ἑνώσεως τῆς ὑπεξουσιότητος λαμβάνομεν.*

Vnde colligitur filium emancipatum testẽ adhiberi posse testamento patris, & versa vice patrem filij emancipati testamento, nam & magis agitur de hæredis, quam ipsius testatoris causa.]

SYL. ¶ Sed neque CASVS non figuratur, quia ponitur iuris antiqui correctio. ex ratione assignata per Imper. quia cum totum negotium agatur hodie inter hæredes, & testatores, domesticum testimoniũ repellitur. Not. quod hæres non potest esse testis, in testamẽto: & sic ꝙ quis in causa propria testificari prohibetur: & eadem ratione nec pater: quia cum ei acquiratur, agitur de eius cõmodo: & eadem ratione frater, quia cum talia bona patri quærantur, per consequens quærantur postea etiam filio. Item not. ꝙ ll. correctæ non sunt scribendæ in libro ll. Item, ꝙ principale negotium testandi agitur inter hæredem & testantem.]

SYL a ¶ Neque is. no. ꝙ his tribus modis dicitur quis contingere me per potestatem.

b ¶ Adhiberi. Quia eorũ negotium est: cũ & lucrum & damnum ad eos pertineat. ff. quando appel. sit l. 1. §. in propria. (i) & vere eorum, quia &c.

¶ Adde, quod militat etiam ratio præsumptæ affectionis, quæ non cessat cessante commodo patris & ideo in ijs, in quibus hodie nihil q̃ritur, patri omnino repelleretur, vt per Aretin. hic.]

SYL. ADDITIO. (i) Monachi tamen in monasterio possunt esse testes cap insuper, extra de testibus. Idem in hominibus vniuersitatis, pro ipsa vniuersitate, vel castro in negotijs, ex quibus non resultat commodum in particulari, sed in communi Ang.

c ¶ Agi. Caute ponit, agi, est sit generalissimum, vt ff. de verb. sign. l. labeo. 2. in princ. & l. verba. habet enim se ad eius testandi, & contractus.

d ¶ Conturbatum. Nam olim hæres. duobus primis generibus testamentorum poterat esse testis: in tertio vero, ille, qui erat loco hæredis, non poterat esse testis: & sic erat turbatio iurium: & ad eius similitudinem vetus hæres hodie testis non erit, vt sequitur.

e ¶ Familiæ emptorem, dicitur ille, quiconstituebatur hæres per æs & libram.

f ¶ Hæredi. qui erat ex primis duobus generibus testamentorum.

g ¶ Abuti sic, C. de cadu. tollen. l. 1. §. 1. & ff. si fam. fur. fe. d. l. fin. & sup. quibus ex causis ma. non ll. §. 1. Accur.

¶ Legatarijs. CASVS Dubitatum fuit: an legatarij & fideicommissarij, recte adhiberentur testes in testamento, & ratio erat

cessitatem transferentes, ad imitationem pristini familiæ emptoris, merito nec hæredi, qui imaginem vetustissimi familiæ emptoris obtinet, neque alijs p̃sonis, quæ ei (vt dictũ est) coniunctæ sunt, licentiam concedimus, sibi quodammodo testimonia p̃stare: ideoq; nec eiusmodi veteres constõnes nr̃o Codici inseri permisimus.

¶ Legatarij, & fideicommissarij, & eorum coniuncti, testes adhiberi possunt. h.d.

¶ Legatarijs[a] autem, & fideicommissarijs, quia nõ iuris[b] successores sunt, & alijs personis eis coniunctis, testimonium † non denegamus: immo in quadam nostra constitutione[c] & hoc specialiter eis cõcessimus. Et multo magis ijs, qui in eorum potestate sunt, vel qui eos habent in potestate,[d] huiusmodi licentiam damus.[e]

in promptu, quod non, propter eorum commodum: quia inualidato testamento corrũpuntur legata. l. 1. §. 1. ff. de leg. 3. quo nõ obstante deciditur contrarium, ex eo, quia cõmodum eorum est in consequentiam, non principaliter, cũ totum negotium cum hærede agi credatur, supra proxi. §. Not. quòd valet legatum factum testi. adhibito in testamento: & quod legatarius est idoneus testis, quãuis de eius cõmodo agatur. Item & fideicommissarius particularis: secus vniuersalis, quia est loco hæredis.

tur quasi in re sua, fauore testamenti & vltimæ voluntatis, quæ debet dominari, si legitima est, vt Cod. de lega. eum quæstio. in fi. & erit bonum argumentum supra dictum. Sed argumentum contra est. C. de testibus. quoniam. in fi. Sed respondeo: finis illius legis non refertur ad totum, quod erat dictum. Distingue ergo, an lucrũ redeat ad eum sociũ, vt tũc nõ admittatur, aliàs sic, vt ff. quãdo appel. sit. l. 1. §. in propria.

Adde, quod communis solut. est, quia nõ interrogatur directo super legato, sed in cõsequentiam, secundum gloss. in d. l. omnibus, quæ communiter approbatur.]

†Sic ẽt clericꝰ p̃t ferre testimoniũ in cã suę ecclesię vt in c. nuriꝰ, ext. de testi. vbi vide gl. vnicã de illa materia. SYL.

a ¶Legatarijs. Discrepant hi iure veteri a fideicom. vt inf. de fideicomm. hære. §. præterea, sed hodie non: vt inf. de le. §. sed non vsque, † quidam. §. hunc intelligunt: quando legatum fuit repertum a succedentibus ab intestato, vt tunc non videatur ferre testimonium in testamento iure, quia iuris successor est, qui in quota parte hęres institutus est.

† Hoc qđ sequit᷑ vsq. ad fin. glo. reperitur ĩ vetustis codicibus. SYL.

b ¶ Non iuris sed rei, & sine onere, vt ff. mand. si hæreditatem.

¶Adde, quòd debet intelligi iuris scilicet vniuersalis, quia legatarius est successor iuris particularis. l. id tempus, ff. de vsucap.

ADDITIO Et per hoc patet secus esse in fideicõmissario vniuersali, quia habetur loco hæredis, §. restituta. inf. de fideicom. hær. Ioan. Fab.

c ¶Constitutione. Græca: vel dic de illa, quę est ff. eodem. l. qui testamento. in princ. quæ est Iustiniani per approbationem, vt C. de vete. iure enucle. l. 1. §. sed neque. versic. omnia enim. prima verior.

d ¶In potestate. Item tabellioni, vt ff. eod. l. Domitius.

¶Declara hanc gl. vt per Ioan. de Pla. hic.]

SYL.

e ¶Damus. C. de testibus, l. omnibus, contra. Solut. hic agitur de viribus testamenti inter hæredem, & alium agentem contra testamentum: aliàs coniunctus coniuncto nõ ferret testimonium, & minus vnus legatarius alij. Et secundum hoc falso hic sumitur argumentum, quod socius in causa socij admittatur in testimoniũ. Vel dic hoc speciale, † vt coniunctus pro coniuncto admitta-

† Istã ap-p̃bat Bar. ĩ l. q testã. ff. eod. & idẽ hic Angel. & Placen.

Adde Lanfran. de Oria. in cap. quoniam contra ver. testium nu. 118. extra de prob. & Soc. in l. si quis ita. ff. de reb. dub. & Io. Dilec de arte testam. tit. de test. caut. 9.

¶Nihil. CASVS Quæsitum est, an in qualibet materia testamentum scribi posset: & videbatur quòd non, sed quod deberet scribi in chartis, vel membranis, tanquã quod commune sit, ex insolitis enim fraus præsumitur, de qua valde timetur in testamento: cuius contrarium deciditur, ex eo, quia in testamentis ipsis voluntas quomodocunque cum debitis solennitatibus expressa est satis. SYL.

Item fuit dubitatũ, an plura exempla fieri possent testamentorum: & videbatur dicendum quod non, propter ambiguitatem: & quia vnicum faciendum est testamentũ, non plura, cuius cõtrarium deciditur, quia cum sit quid intellectuale testamentum, & si fiant mille exempla, semper vnum est. Not. testamentum in qualibet materia scribi posse. Item, quòd de vno eodemque testamento plures scripturæ confici possunt: quia semper intellectualiter erit testamentum. Item, quod pluralitas scripturarum non facit præsumi pluralitatem factorum.

Item, quod quandoque est necessarium confici plures scripturas. Item, quòd in multis est periculum homini. Item, quòd innumerabile dicitur, quod difficile numeratur.]

a ¶ In

¶ Testamentum potest in qualibet materia scribi, & in pluribus codicibus. Accursius.

¶ Nihil autem interest, testamentum in tabulis an in chartis, [a] membranisve, vel in alia materia fiat.

¶ Sed & vnum [b] testamentum pluribus codicibus conficere quis potest, secundum obtinentem tamen obseruationem omnibus factis, quod [c] interdum etiam necessarium est, veluti si quis nauigaturus & secum ferre, & domi relinquere iudiciorum suorum contestationem velit, vel propter aliàs innumerabiles causas, quæ humanis necessitatibus imminent. [d]

¶ Iure testatur etiam quis sine scriptis, declarata voluntate coram septem testibus. h.d.

¶ Sed † hæc quidem de testamentis, quæ † in scriptis conficiuntur, sufficiunt. Si quis autem sine scriptis voluerit ordinare iure ciuili testamentum, septem testibus [e] adhibitis, [f] & sua voluntate coram [g] eis nuncupata, [h] sciat hoc perfectissimum testamentũ iure ciuili firmumq. constitutum.

¶ De militari testamento.

¶ Voluntas militis in expeditione existe-

¶ Adde l. a ¶ In chartis. sic sup. de rerum diuisione. §. literæ. † Accur.

chartæ, in ptinc. ff. de bo. pos. se. cũ tab. ADDITIO. Et dic in chartis etiam ratio: secus tamen in aliis instrumentis.

b ¶ Et vnum sic. ff. eo. l. vnum.

c ¶ Quod. s. vt pluribus fiat codicibus.

d ¶ Imminēt. Sic in auth. de cõsang. & vter. fra. §. quia vero. coll 6. † Sed nũquid ex his exemplis probatur? Respon. nõ, sine authẽtico, vt in authent. vt spon. lar. §. & hoc insuper coll. 9 & ff. de fide inst. l. quicũque, & ff. de bo. possess. secũdũ tab. l. 1. § sed & si vnũ, sed hic ambo sũt pricipalia.

¶ Adde pul crũ tex. in l. vlt. C. de præscr. 30. ann.

SYL. ¶ Adde, quòd hæc opi. communiter tenetur, non enim ita disposuit hic testator, vt in l. 1. §. si quis in duobus. ff. de bon. possess. secundum tabul.

SYL. ¶ Sed hæc quidem. CASVS non figuratur, quia datur regula, & modus condendi testamentum nuncupatiuum. No. duplicem speciem testamentorum, in scriptis, & nuncupatiuum. Item quod in eo requiruntur septem testes. Item quod debent esse in præsentia testatoris. Item, quod testamentum nũcupatiuum totum est de iure ciuili, nec participat cum iure prætorio.

Testiũ numerus, q̃ in testamẽtis est adhibẽdus. e ¶ Sed hæc. Septem testibus, quandoque nullus vocatur, vt si miles moriatur in bello vt no. C. de mil. testam l. milites. quandoque vnus, vt Imperator, vt C. eo. omnium, quandoque duo, (1) vt inter filios, vt C. eo. hac consultissima. §. ex imperfecto. Vel si in territorio facit testamentum miles, vt ff. de milit. test. Lucius, quandoque tres, vel quattuor, vel pauciores, vt C. eo. si non speciali. quandoque quinque, vt in testamento rustici, † vt C. eo. l. fi. §. fin autem, quandoque septem. vt generaliter, vt hic, & C. eo. hac cõsultissima, quandoque octo, vt C. qui tes. fac. pos. hac consultissima.

¶ Adde, quod & in testamẽtis ad pias causas sufficiunt duo, secundum communem opinio. vt inquit Iul. Clar. de testam quæst. 6. & tempore pestis quinque, vt per eundem quæst. 56.

ADDITIO. (1) Etiã si sint mulieres, & qui aliàs non essent idonei, vt ibi no. per Angel.

f ¶ Adhibitis. Idest rogatis vt intersint, & sint attenti, vt ff. eo. hæredes, §. pen. & in Auth. de testi. §. & licet, in fi. §. col la. 7.

Testes debent rogari.

† Duplicẽ testãdi modũ indicat idẽ Inst. in Auth d hę red. & Fal. §. penul.

† cõtet ap probetur, vt p Alex. & Ias. in l. fi.

¶ Adde, q̃ ita cõmuniter tenetur in l. hac consultissima. C. eo. quod in testamento nũcupatiuo requiratur rogitus testium, quãuis aliqui contrarium sensẽrint.]

ADDITIO. Et sic debet articulari & probari.

g ¶ Coram. Scilicet palam nominãdo hęredes, vt ff. eo. l. hæredes.

SYL. ¶ Adde, quod si præsens sit is, quem hæredem esse volumus, satis erit eum demonstrare, & dicere: Hic mihi hæres esto. l. nemo ff. de hære. insti. & facit, l. certum, ff. si cer. pet.]

h ¶ Nuncupata. inde dicitur nuncupatiuũ testamentum.

† ¶ Alciatus lib. 2. Parer. c. 32. hanc vocem à nũcupandis testibus deriuat, sed (vt opinor) rectius Accu. a nuncupanda, id est viua voce notificanda voluntate.

¶ De militari testamento.

Continuatio. ¶ Visum est supra de testamentis in genere, nunc sequitur videre de testamẽtis in specie Vel aliter: Visum est supra de testamentis, quę fiunt secundum communis iuris dispositionem, nunc sequitur videre de illis, quæ fiunt iure priuilegiato, vt est testamentum militare, ideo.

¶ Adde quod continuatio fit hic per Imperatorem in prin. dicẽdo, quod a supradicta regula

regula excipitur testamentum militũ, propter eorum imperitiam, & ideo dicto de his in genere, subiiciunt exceptiones & de testamento in specie. arg. l. item apud §. hoc edictum. ff de iniu. ] Est autem miles, qui iuratus à signis nõ recedere, vt ff. ex quibus cau. ma. l. penul. & scriptus est in matricula, vbi & alij milites scripti sunt, vt ff. eo. l. antepenul. & per totum tit. fiunt & alia necessaria, vt aliquis sit miles, vt diximus. ff. quibus cau. ma. l. pen. & in Auth. de mand. princ. §. fi. coll. 3. Itẽ miles dicitur à maio, quod sustinet pro alijs vel à mille, q a ex numero mille hominum eligitur, vt ff. eodem. l. 1. §. miles. Accursius.

tis, quoquo modo declarata, vim obtinet testamenti. h. d.

SVpradicta diligens obseruatio [a] in ordinandis testamentis, militibus, propter nimiam imperitiam [b] eorum, constitutionibus principalibus † remissa est. Nam quamuis ij neque legitimum numerum testium adhibuerint, neque aliam testamentorum solennitatem [c] obseruauerint, recte nihilominus testantur, videlicet cum in expeditionibus occupati sunt, quod merito nostra cõstitutio introduxit. [d] Quoquo enim modo voluntas eius suprema inueniatur siue scripta, siue † sine scriptura, valet testamentum ex voluntate eius.

† Horũ cõstitutionũ diserte meminit Vlpia. l. 1. ff. eod. † [illegible] Miles vn. dedicatur.

† Aliàs siue nõ scripta.

¶ Miles testando extra expeditionem debet testari secundum ius commune, licet filiusfamilias sit, testari tamen potest. Aret.

Miles cognoscit̃ p sex signa.

ADDITIO. Aduertendum est, quod in milite sex sunt necessaria ad hoc, quod habeat priuilegia militibus concessa. Primo, quod ense cingatur, ff. de testam. mili. l. pen. Secundo, quod in numero aliorum ponatur & in matricula scribatur, ff. de testa. mi. l. ex eo tempore. Tertio, quod præstetur sacramẽtum, quod mortem nõ euitabit pro republica, neque à signis recedet. ff. ex quib. cau. ma. l. penul. & de iis qui not. infam. l. 2. §. miles. Quarto, ꝙ stigma. i. nota publica brachijs suis inscribatur, C. de fabri. l. 3. lib. ij. Quinto quod examinetur. C qui milita. nõ poss. l. 1. lib. 12 Sexto quod nõ sit negotiator, C. neg. nemi. l. 1. lib. 12. †

† Adde l. milites, C. de loc. & condu.

Diuisio.

SVpradicta. ¶ Totus iste titulus diui. prin. in duas partes. Primo ponit de militibus testantibus in tentorio, vel in peculio castrẽ. Secundo de testamento in quasi castrensi. Secũda ibi, Sciendum. Item prima subdiuiditur. Nam primo ponit continuationem per modum remotionis siue exceptionis, cũ positione noui statuti. Secundo, qualiter priuilegium cõcessum militibus, quod possunt testari quomodo volunt intelligatur. Tertio, quod etiam miles mutus, & generaliter defectiuus. potest testari. Quarto, qualiter post missionem testatur. Quinto, quod mutatio status ipsius militis, dũ modo interueniat noua voluntas, non vitiat testamẽtum factum. Secunda ibi, Plane. Tertia ibi, Quinimmo. Quarta ibi, Sed hactenus. Quinta ibi. Sed & siquis. Aret.

¶ Supradicta. CASVS aliter non esset figurandus, cum procedat Imperator tradendo doctrinam excipiendoque à regula. dubium enim faciebat generalis dispositio supra facta. ratio autem decisionis ponitur in text. propter imperitiã militum quos scire magis decet arma, quam ll. l. fi. C. de iu. delib. No. quod voluntas militis in expeditione quoquo modo declarata, habet vim testamẽti. Itẽ, quod miles p̃sumitur ignorare iura, & sic quod in milite iuris ignorantia toleratur. Item, quod in testamento militis numerus testium, neque alia solennitas requiritur. ]

a ¶ Obseruatio. quæ cõsistit in quattor, vbi est in scriptis testamẽtum conditum. vel in sola nũcupatione hæredis coram septem testibus, vt supra titu. 1. §. sed cum paulatim, & §. fi. & ff. de hæred. insti. l. 1. §. qui neque.

b ¶ Imperitiam. C. de iur. delib. l. fi. in princ. & de iu. & fac. ign. l. 1.

* ¶ Adde, & propter militiæ occupationes, vt colligitur hoc eodem loco paulo infra, ibi, videlicet cum in expeditionibus occupati sunt: & §. seq. alioquin minoribus quoque, & mulieribus, & rusticis, in quibus tolerabilis est iuris ignorantia hæc tam diligens in testando solennitas remittenda fuisset, quod factum non fuisse credẽdum est, quia saltem peritiores consulere possunt: quod non licet militibus in expeditionibus occupatis.]

c ¶ Solennitatem, s. circa sigilla, & subscriptiones.

d ¶ Introduxit. sed tunc demum cum in militia sunt, habet priuilegium, vt C. eo. l. pe. & hic subijcit.

* ¶ Diuersimode tamen. nam plenius habent priuilegium, cum sunt in conflictu, quam in castris nõ congredientes, vt per gl. 1. inf. eo. §. plane.

* * Adde, ꝙ in dubio interpretamur militem iure communi vti voluisse. l. 3. & l. in testamẽto, C. de testa. mili. quod intelligendũ si mo-

si modo actus valeat, alias enim præsumemus potius priuilegio vsum fuisse l.3.ff. de mil.test.

Illis autem . CASVS. Quærebatur, an miles extra expeditionem testari posset iure militari sine solennitatibus & videbatur dicẽdum quòd sic. ratio enim imperitiæ assignata militum expeditione sicut extra. Cuius cõtrarium deciditur ex eo, quia tunc possint consulere peritiores, & ita excludere ignorantiam. & ea quę ratione occupationis militiæ conceduntur, cessant, vt dicitur in glo. Sed tunc quæritur, an filiusfam. miles testari possit: & videbatur quòd non, per l.pé. & fin. C. qui testa.fac.poss.cuius cõtrarium deciditur, ratio autem assignatur in text. propter militiam: quia hoc militiæ tributũ est, vt in castrensibus filij pro patribus fam. habeantur. Not. ꝙ cessante causa priuilegij cessat priuilegium. Item, ꝙ miles extra expeditionem debet testari iure cõmuni. Item quod filiusfam. miles testari potest dummodo testetur iure communi. Item, quod illi, qui non sunt milites appellantur pagani.

*Alias sedibus, & ita legisse vr Theophilus significatur autem hyberna.

¶ Illis autem [a] temporibus, per quæ citra expeditionum necessitatem in alijs locis, vel suis † ædibus degunt minime ad vendicandũ tale priuilegium adiuuantur. b

¶ Sed testari quidem, & si [c] filijfamilias sint, propter militiam conceduntur: iure [d] tamen communi, eadem obseruatione & in eorum testamentis adhibenda, quam in testamentis paganorum [e] proxime exposuimus.

¶ Priuilegia militum tunc habent locũ, quando constat militem testari voluisse, aliter nõ. hoc dicit.

¶ Plane de testamentis militum Diuus Traianus† Catilio Seuero ita rescripsit. [f]

¶ Id priuilegiũ, quod militãtibus datũ est, vt quoquo modo facta ab

† Fuit his Catili⁹, p auus matern⁹ Marci Imp.

a ¶ Autem pro sed.

b ¶ Adiuuatur. Et No. quod cessante causa cessat & effectus.

¶ Adde, quod causa expressa supra, propter nimiam eorum imperitiam, cessare non videbatur etiam extra expeditionem. Ideo dic, quod illa est causa remissionis in genere, sed causa constitutionis Iustinian. de qua meminit ibi, quod meritò, est occupatio circa rem mili. ] Et potest hic sumi argumen. quod cessante clerico ab ecclesia, † cessat prębenda, sic C. de episcop. & cleric. l. generaliter. 2.

†.f.contumaciter vt quia citatus a superiore minime infra tẽpus conueniẽs veniat, secundum doct. hic. SYL.

¶ Adde, quod hæc q. hodie deciditur in c. relatum, & in c. inter quatuor. & in c. fin. de cleri. non resi. ] Sed arg. contra, ff. de postul. l.1.§.sexum, quia Calphurnia dedit causam edicto, vnde cessante causa cessare debet edictum, quod non est verum. Sed hoc vlumũ generale de causa impulsiua dicit, dictum primum de finali, sine qua res esse non potest.

SYL.

¶ Adde, quod in dubio causa si est expressa in l.fi. præsumitur, vt dicit gl. in l. cum tale, §. falsam. in ver. cohæret, ff. de cond. & demon. alias secus gl. in l.ij.§.fi. de don. & illa dicitur causa finalis, quæ est generalis, vt per Bar. in d.§.fin.

c ¶ Et filijsfamilias. Licet hi alias prohibeantur. vt infra. tit. 12. in pri. & ff. de do. causa mortis, l. ã is. §.1.

d ¶ Iure tamẽ communi. Scilicet quantum ad solennitatẽ nõ quo ad hoc vt detur querela contra eius testamentum, sicut in alio veterano, qui sui iuris est, vt C. de inoffic. te. stam. l. fin. §. in his. & ff. de inoffic. testam. l. Papinianus, §. si quis in militia. Item hoc est verum quando est domum reuersus, sicut supra prox. dixit alias vtitur speciali iure, sic & iste argumen. ff. eodem ex militari, §.1. & l. testamenta eorum, §. fin.

¶ Adde, ꝙ si loquimur de iure. ff. & C. glo. vera est, si de iure nouissimo, cõmunis opinio est, quod subiaceat querelæ, secundum glo. in l. aduersus. ff. de inoffi. testa. ] SYL.

e ¶ Paganorum. A pago quod est villa dicit: quasi dicat non militum.

* ¶ Erantque proprie ij, qui domi relinquebãtur ad agrorum culturam, & reliqua ciuilia munera ] vt inf tit. 1.§.vlt.

¶ Plane. CASVS. Quærebatur, an illa verba (quoquo modo voluntas constet, habeatur pro testamento) generaliter intelligerentur: & videbatur dicẽdum quòd sic, quia indefinite dicitur, quoquo modo inueniatur voluntas cum scriptura, vel sine, valeat. Tamen dicitur contrariũ, declarando quod intelligitur, quando re vera constat voluisse testari: quia alias illa non est voluntas: puta si per iocum, aut adulatorie quid dictũ sit. Not. ꝙ priuilegium concessum alicui actui intelligitur, si ille actus fit. Item, quòd per priuilegium militum tam latum nõ remittitur numerus duorum testium, quod est de iure naturali. Item, quòd mulier potest esse testis in testamento militis, verbum enim homo, ad eam trahitur. Item, quod in testamento militis requiritur rogatus testium. Item, ꝙ nomen hæredis debet exprimi a milite. Item, ꝙ verba iocosa non disponunt. ]

f ¶ Plane. Rescripsit. Vt digest. eodem diuus.

a ¶ Ho-

a ¶ Hominibus saltem duobus, vt ff. eod. Lucius, ff. de testi. vbi & hoc est, quando in tentorio, si autem in conflictu belli, nullo etiam teste vocato, vt C. eo. milites: (1) si aût est domi, iure communi, vt sup. eo. §. illis. Adde similem glo. 3. tit. 1. §. vltim.

ADDITIO. Debet tamen aliquo modo de voluntate constare, vel per duos testes, vel per cõparationem literarum, vel alio modo, & facit vt remissa penitus omni solennitate, non de naturali, sed ciuili tantum intelligatur. Ang.

b ¶ Sermonibus. Forte causa demonstrãdi, vt magister discipulo, vel ludi causa, vt ff. de act. & obli. l. obligationum substantia, §. fi. vel affectionis, vt ff. de iure codicil. literæ.

† Tu dic S Y L. q̃ nulla verba operantur testim̃, nisi appareat, qđ voluerit testari & ad hoc se dispo-suerit secus in cõtractibus. vbi in dubio verba præsumũtur obligatoria, nisi aliud ex cõiecturis appareat. An verbũ relinquo, S Y L. importet instõnem, legatũm, vel fideic. vide Ioan. Fab. hic. † alias seruari.

¶ Adde vel per antiphrasim. l. cum quidam, cum gl. in verbo, affectionẽ, C. de lega. vel oblatiuis. gl. in l. 2. C. in quib. ea. col. censibus. lib. 11. vel commendatiuis. l. si vero non remunerandi, §. cum quidam, ff. mand. vel enunciatiuis, l. ex hac, ff. de dona.]

his testamenta rata sint, sic intelligi debet, vt vtique prius constare debeat, testamentum factum esse, quod & sine scriptura, & a non militantibus fieri potest. † Si ergo miles, de cuius bonis apud te quæritur, † conuocatis ad hoc hominibus [a] vt voluntatem suam testaretur, ita locutus est, vt declararet, quem vellet sibi hæredem esse, & cui libertatem tribuere potest videri sine scripto hoc modo esse testatus, & voluntas eius rata habenda est. Ceterum si (vt plerumque sermonibus [b] fieri solet) dixit alicui, Ego te hæredem facio, vel, Bona mea tibi relinquo, non oportet hoc pro testamento † obseruari.

c ¶ Nec vllorum. Sic inf. ad l. Falcid. circa princ. sic C. de rescin. ven. l. ratas.

¶ Quinimmo. C A S V S. Quærebatur, an mutus vel surdus, milites, testari possint, & dubium faciebat tex. in §. item surdus, infra tit. 1. Tamen contrarium deciditur, quia in milite testante non requiritur formalitas solennitatum, sed sufficit quoquo modo de voluntate constare, de qua etiam constare potest per signa & nutus. Ideo miles surdus, vel mutus, testari possunt.

No. summarium, Item, quod miles potest nutu instituere hæredem, intellige nisi aliter nominare possit. Item quod non solum mutus, vel surdus testari possunt, sed mutus & surdus simul.

d ¶ Quinimmo. Habet priuilegium circa solennitatem, quinimmo & circa substantiam testamenti vt qui alias testari nõ posset, hic tamen possit, vt ff. eo. l. 4.

Nec [c] vllorum, magis interest, quam ipsorum, quibus id priuilegium datum est huiusmodi exemplum non admitti; alioquin non difficulter, post mortem alicuius militis testes existerent, qui affirmarent se audisse dicentem, se relinquere bona, cui visum sit, & per hoc vera iudicia subuerterentur.

¶ Miles, licet sit mutus, vel surdus, tamen testatur. Aret.

¶ Quinimmo [d] & mutus, [e] & surdus miles testamentum facere potest.

¶ Miles post missionem iure communi testatur, & ante factum testamentum valet infra annum, etiam quod conditio in eo adiecta duraret post annũ. h. d.

e ¶ Mutus. si-ue natura, siue casu, vt fit priuilegium aliquod, vt C. qui testa. fa. pos. l. discretis. & [illegible] hoc iure militari, vt ff. eod. iure militari. Accurs. Dummodo appareat ipsum sic voluisse testari per signa sua, quæ per notos potuerunt interpretari. S Y L.

* ¶ Adde similem glos. §. Item surdus, in ver. certis, & ibi Aldobran. inf. tit. 1.]

¶ Sed hactenus. C A S V S. Quæsitũ fuit, an post missionem durẽt priuilegia militũ, & videbatur, quod sic, tn me moriam pristinæ militiæ, quasi hæc perpetuo concessa sint. Cuius cõtrarium deciditur, quia cum ratione occupationum militarium cõcedantur, his cessantibus cessat priuilegium, datur autem anni spacium ad mutandum testamentum, & ideo conditio veniens post annum non vitiatur, quia retrotrahitur ad diem mortis, vel aduæ hæreditatis, vt dicitur in gl.

Not. quod priuilegium concessum respectu certæ qualitatis durat ea durante. Item, quod cessante causa priuilegij cessat priuilegium.

Item, quod miles non exercens militiam non gaudet militum priuilegio. Item, quod testamẽtum iure militari factum durat per annum post missionem.

Item

Item, quod conditio retrotrahitur. Item, quod ad validitatem testamenti inspicitur tempus mortis non conditionis existentis. ]

¶ Sed hactenus a hoc illis b à principalibus constitutionibus conceditur, quatenus militant, & in castris degunt. Post missionem c vero veterani, vel extra castra alij, si faciant adhuc militantes testamentum, communi omnium ciuium Romanorum iure id facere debent. Et quod in castris fecerint testamentum, non communi iure, sed quomodo voluerint, post missionem, intra annum tantum valebit. Quid ergo si intra annum quis decesserit, conditio autem hæredi adscripta post annum extiterit, an quasi militis testamentum valeat? Et placet valere d quasi militis.

¶ Testamentum factum ante militiam sine solennitate valet, si post militiam apparet de militis voluntate. idem, si miles post testamentum fuerit capite minutus. Aret.

a ¶ Sed hactenus. Quidam dicunt hic non esse, §. & asserunt quòd omne priuilegiũ, quod habet miles, perdit, cum redit de militia. Sed nos dicimus, §. hic esse, & distinguimus † inter priuilegium, quod habet vt testetur qui aliàs testari non potest, vt filiusfamilias, & mutus, vt illud duret post reuersionem, vt supra proximi. §. & §. sed testari, & ff. eodem. Tribunus. in princip. Alia vero priuilegia, quæ habet in testando, finiantur, vt hic, & supra eodem. §. illis autem.

¶ Idem Pla. hic.

¶ Adde, quod opin. glo communiter tenetur hic, quod etiam post missionem filiusfam. & mutus testentur. ]

Ad hanc glo. vide Iul. Clar. de testam. quæstio. 19. qui attestatur esse communiter approbatam.

b ¶ Illis. Scilicet militibus, vt reliqua priuilegia scilicet de numero testium habeant in testando, & sic non refertur ad proximum paragra.

c ¶ Post missionem honestam. Scilicet finito tempore militiæ, vel causariam. si ante tempus ex necessitate recessit. † si autem ignominiosa est missio, desinit statim valere, vt ff. eodem. testamenta eorum, & C. eod. l. ex testamento. Sed si miles de capitali crimine dãnatus fuerit, si quidem de cõmuni vt homicidio, & simili non poterit amodo testari, ff. de ve. & mi. suc. lege prima in fin. Si autem militari vt quia alienauit arma, vel similia, quæ numerantur, ff. de re mil. l. secunda & tertia. (& idem etiam de fide rupta) non potest testari. vt ff. eodem. lege, ex militari. aliàs poterit in castrensibus tantum, si ei hoc in sententia permissum fuerit, aliàs non, † vt ff. de inof. test. testamen. si quis filio exhæredato. §. sed & si quis fuerit capite & de leg. 3. l. si quis in prin. §. miles.

† Et dicit Angel. quod scholaris absens à studio per quinquennium perdit priuilegium.

† Facit ad hoc text. in l. cum hic, §. si miles, ff. de donat. inter vir. & vxo.

Adde. quod hoc in pagano fieri non posset dicto §. miles. nisi ex causa, vt per Alexand. in l. & militibus, C. eodem, & dicunt docto. hic.

d ¶ Valere. Quia conditio retrotrahitur, vt ff. de peri. & com. rei vend l. necessario. §. 1. & qui po. in pig. hab l. vltimi & facit. ff. eodem, quod dicitur, & l. quod constitutum.

Sed & si quis ante militiã.

CASVS.

Quæsitum est, an testamentum non iure factum à pagano, si miles efficiatur, & aliquid addatur, confirmetur, & videbatur, quod non, quia cum à principio nõ valuerit, non videtur, quod possit ex tempore aliquo modo confirmari. Cuius contrarium respondetur ea ratione, quia cum aliquid addat vel minuat, videtur nouum quid facere, lege ius ciuile, digestis de iustitia & iure, vnde sicut, si ita disposuisse, tunc valeret, ita debet valere, quando constat, quod illam voluit esse suam voluntatem. SYL.

Item dubitabatur, numquid capitis diminutione testamentum prius factum irritaretur in milite, & ratio dubitandi colligitur ex §. ex alio infra quibus modis testament. infir. Tamen contrarium deciditur fauore militiæ, quia si durauit in eadem voluntate, facit testamentum valere.

No. quod testamẽtum non iure factum ante militiam nõ valet, etiam eo effecto milite, & nihil aliud faciente.

Item, quod aperiens testamentum ante factum videtur illud velle inualidare, nisi alia adijciat, & ita colligitur hic in versicu. & quædam adiecit, ex quo nota imperitiam aliquorum hic qui intelligebant resignare, id est sigillare, nam resignare importat aperire.

Item, quod addens aliquid & detrahens in ceteris videtur approbare.

Item, quod addens, uel detrahens dicitur de nouo facere.

Item, quod agitur ex confirmante, non ex confirmatione.

Item, quod militis testamentum capitis diminutione non irritatur.

a ¶ Re-

¶ Sed & si quis ante militiam non iure fecit testamentum, & miles factus, & in expeditione degens resignauit [a] illud, & quædam adiecit, [b] siue detraxit, [c] vel aliàs manifesta est militis voluntas hoc valere volentis, dicendum est valere hoc testamentum, quasi ex noua [d] militis voluntate. Denique & si in arrogationem datus fuerit miles, vel filiusfamilias emancipatus est, testamentum eius † quasi ex noua militis voluntate valet, nec videtur [e] capitis diminutione irritum fieri.

† aliàs quasi militis ex noua voluntate valet.

¶ Filiusfamilias in quasi castrensi peculio potest facere testamẽtum secundum ius commune. Angel.

¶ Sciendum tamen est, quod ad exemplum castrensis peculij, tam anteriores leges, [f] quã principales constitutiones [g] quibusdã [h] quasi castrensia † dederunt peculia, & horum quibusdam permissum erat, etiam in potestate degentibus, testari, † nostra id constitutio [i] latius extendens permisit omnibus † in huiusmodi [k] peculijs testari quidem, sed iure communi, [l] cuius constitutionis tenore perfecto, licentia est nihil eorum, quæ ad præfatum ius pertinent, ignorare.

† aliàs dederunt.

† aliàs q̃d nostra cõstitutio latius &c.

† Aliàs in his tãtummodo peculijs.

## ¶ Quibus non est permissum facere testamentum.

¶ Filius in potestate testari non potest, etiam patre consentiente, nisi de peculio castrensi, vel quasi, de quo & veteranus, patre etiam inuito, disponere potest. hoc dicit.

a ¶ Resignauit. id est sigilla aperuit, & remouit, vt. ff. eodem l. Tribunus. §. cum aliquis.

b ¶ Adiecit. Vt. ff. de iure cod. l. conficiuntur. §. si miles.

c ¶ Detraxit. † Nota ex hoc verbo, quod detrahens in uno articulo, in alijs confirmare videtur. Et sic nota inducta ad vnũ finem operari contrarium: quod facit, vt per instrumentum emphyteuticum probetur dominium. Ioann. Fab.

† Ista glo. non est Accur. sed Io. Fab.

d ¶ Ex noua. Nota, quod ab initio non valuit ex post facto tamen conualescit.

* ¶ Male notat hoc ex isto text. quia hæc est noua voluntas, & consequẽter nouum testamentum.

e ¶ Valet, q̃d assignauit postea. Vel dic, sicut non de nouo facere põt, vetus non rescinditur, & secundum hoc dic, noua voluntate, scilicet tacita, aliud in pagano, vt infra quibus mo testa. in fi. § alio.

SYL. ¶ Sciendum. CASVS non est figurandus, cum referat concessionem & priuilegium quasi castrensibus tributum.

Nota quod filiusfamilias in quasi castrensibus recte testatur, si iure communi testamentum conficiat.

Item quod quando aliquid facere conceditur in priuilegium alicui. Intelligitur concessum, vt illud faciat secundum legum ordinationem.

f ¶ Leges. Scilicet Digestorum, vt digest. de collat. bono. lege prima, paragrapho nec castrense. †

† Adde l. 1. §. hoc aũt. ad S. Treb.

g ¶ Constitutiones, vt C. de assesso. l. velut, & C. de aduocatis diuerso. iudicio, lege, Fori. & aliæ plures, Accurs.

h ¶ Quibusdam, vt Consulibus, & præfectis legionum, & præsidibus prouinciarũ, qui sunt filijfamilias, vt C. de inoffi. test. l. fin.

*¶ Adde aliàs personas, quas enumerat Accursius, in §. 1. In ver. castrensibus, supra tit. 2.

i ¶ Constitutio. C. de inoffi. test. l. fin.

k In huiusmodi. Scilicet cast. & quasi: nam in aduentitio non potest, licet habeat proprietatem, vt C. de bon. quæ lib. l. fin §. filijs autẽ familias.

SYL. ¶ Adde hoc verum etiam in ijs aduentitijs, in quibus patri non quæritur vsusfructus, secũdum communẽ opinio. in l. 1. § in filijs, ff. ad Treb.] De hoc latissime Iul. Cla. de testa. q. 18.

l ¶ Iure cõi. Nisi sit miles in castris, vt supr. eo. in princ. Item tale testamẽtum nõ expugnatur per querelã inofficiosi testamenti, vt C. de inofficio. testamen. l. fin.

ADDITIO. Dic, ꝙ hodie hoc non est verum, imo subiacet querelæ, secundum cõmunem sententiam, si parentes prætereat, vel exhæredet sine causa, ut §. & hæc quidẽ, in auth. vt cum de appel. cognosci Ang.

¶ Quibus non est permissum facere testamentum.

SYL. Continuatio. Quia continuatio fit per glo. 1. quæ communis est, non expedit aliter continuare,

præsertim cum Impe. ipse annectat titulum hunc præcedentibus in primis verbis.

Diuisio.

NOn tamen. ¶ Iste titulus diuiditur in septem partes: quia enumerantur septem gradus personarum. Et primo ponit de filiofamilias. Secundo, de impubere. Tertio, de furioso. Quarto, de prodigo. Quinto ponit de surdo, & muto. Sexto, de cæco. Septimo, de capto ab hostibus. Secunda ibi, Præterea. Tertia ibi, Item furiosi. Quarta ibi, Item prodigus. Quinta ibi, Item surdus & mutus. Sexta ibi, Cæcus. Septima ibi, Eius qui. Atet.

NOn [a] tamen omnibus licet facere testamentum: Statim [b] enim ij, qui alieno iuri subiecti sunt, testamenti faciendi ius non habent, adeo quidem, vt quamuis parentes eis permiserint, [c] nihilominus [d] iure testari possint exceptis ijs, [e] quos antea enumerauimus, & præcipue militibus, qui in potestate parentum sunt, quibus de eo, quod in castris acquisierunt, permissum est ex constitutionibus [f] principum testamentum facere. Quod quidem ius [g] ab initio tantum militantibus datum est, tam ex auctoritate Diui Augusti, [h] quam Neruæ, nec non optimi† Imperatoris Traiani, postea vero subscriptione [i] Diui Adriani, etiam dimissus a militia, id est veteranis [k] concessum est. Itaque si quidem fecerint de castrensi peculio testamentum, pertinebit hoc ad eum, quem hæredem reliquerunt, si vero intestati decesserint, nullis [l] liberis, vel fratribus superstitibus,

CASVS non figurat, aliter cum tradat doctrina, & enumeret personas prohibitas testari, sola enim difficultas videbatur, quod quamuis quis filiusfam. testatus sit, si tamen cum tali testamento decesserit iam effectus paterfam. profecto videbatur testamentum valere, quia cum testamentum accipiat confirmationem ex morte illud tempus videbatur inspiciendum, quia eo tempore re vera potest dici testatorem id disponere, quod facit. Cuius contrarium deciditur ex regula. Quæ ab initio non valent, tractatu temporis non confirmantur, cum hic non presupponatur aliquid aliud interuenisse. nisi cursus temporis nō aliquis actus positiuus, vt in §. sed & si quis, supra titu. 1. No. quod edictum de testamentis est prohibitorium certarum personarum. Item, quod filiusfa. non testatur nisi in peculio castrēsi, vel quasi. Item, quod per militiam quis non liberatur a potestate patris. Item, quod creditores patris non habent regressum contra peculium castrense filij ratione debitorum patris. Item, quod testamentum nullum, tractu temporis, etiam cessante impedimento ob quod non valet, non reassumit vires.

† Ista glo. est approbata per Ang. hic.

a ¶ Non tamen. Videbatur quemlibet seruantem supradicta posse testari, sed contrarium est in tredecim casibus, qui in titulo isto pro parte dicuntur. † Et hoc est, quod dicit, non tamen &c. & nota. infra eodem, §. fin. Accur.

b ¶ Statim, id est, in primis, vel statim, id est eo ipso.

Filiusfamilias. licet testari nō possit, bene pōt donare cā mortis.

c ¶ Permiserint. Sed causa mortis filius donare potest patre consentiente, vt ff. de donatione causa mor. l. tam is in fin. Et ratio diuersitatis est, quia testamentum ex libero non alieno arbitrio debet pcedere, vt ff. de hæred. institu. l. illa institutio.

Traianū, optimi principis cognomine decoratū fuisse a Senatu populoq; Rom. consensu oīum testatur Plin. in Paneg. SYL.

¶ Adde, quod hoc non procedit ad pias causas. cap. licet. de sepul. lib. 6.

¶ Adde q̄ Bar. Cępo. caut. 113. docet duas cautelas, per quas filiusfam. pōt facere testamētū vna est, quod fiat clericus, & suscipiat saltem primā tonsurā. altera, quod pater emancipet filiū quantū ad istū actum testādi, & in reliquis retineat eum in potestate. quas quidem cautelas latissime comprobat, & legibus & Doctorum auctoritatibus.]

d ¶ Nihilomagis, id est, non ideo magis, habet enim in se negatiuam sicut nihilominus, affirmatiuam. Accur.

Nihilomagis, & nihilominus differunt.

e ¶ Iis. Scilicet castrense vel quasi castrēse peculiū habētibus, vt supra tit. proxim. §. fin.

f ¶ Constitutionibus. Extrauagantibus.

g ¶ Quod quidem ius. Scilicet posse testari in castrensibus.

h ¶ Augusti quam Neruæ, &c. quorum dicta non habemus.

i ¶ Subscriptione, cuius verba non habemus.

K ¶ Veteranis. Scilicet filij familias, de quibus hic loquitur.

** Veteranus diffinitur etiam a iureconsul. fere eodem modo quo hic ab Imp. in l. sed & milites, §. qui autem veteranus. de excusation. tutor.

l ¶ Nullis liberis, vel fratribus. Nam liberi defuncti militis, & fratres patrem excludebant, vt C. eo. de suc. l. fi. hodie soli liberi militis, vt in Auth. de hær. ab intesta. veni. in prin. ver. si quis igitur coll. 11.

ADDI-

ADDITIO Quibus non extantibus succedit vna cum fratribus. vt eod. tit. §. si vero eum, dummodo castrense deferatur tanquã hæreditas, vt inf. proxi. Ioan. Fab. & Ang.

a ¶ Iure communi nõ hæreditario, sed tanquam occupãti peculiũ profectitium, vel aduentitium, vt ff. de Castrẽ. pecu. l. 2. hodie videtur etiam iure hæreditario, vt in Auth. de hære. ab intes. ve. §. si igitur defunctus, coll. 9.

¶ Adde, quod idem erat de iure. C. l. quod feitis, & ibi Bar. C. de bon. quæ lib.]

b ¶ Commune. Sic, sup. per quas perso. nobis acqui. §. 1.

fideicõ. sit relictum, quia valet, si durat voluntas, vt ff. de leg. 3. l. 1. § 1.

¶ Adde tamen, ꝙ hanc durationem voluntatis oportebit probare per quinque testes, vt per Bart. in d. §. 1.

ad parentes eorum iure communi [a] pertinebit. Ex hoc intelligere possumus, quod in castris acquisierit miles, qui in potestate patris est, neque ipsum patrem adimere posse, neque patris creditores id vendere, vel aliter inquietare, neque patre mortuo cum fratribus commune [b] esse, sed scilicet proprium eius esse, † qui id in castris acquisierit, quamquam iure [c] ciuili, omnium, qui in potestate parentum sunt, peculia [d] perinde in bonis parentum computentur, † ac seruorum peculia in bonis dominorum † numerantur, exceptis videlicet ijs, quæ ex sacris constitutionibus, & præcipue nostris, [e] propter diuersas causas non acquiruntur. [f]

¶ Præter hos igitur, qui castrense peculium, vel quasi castrense habent, si quis alius filiusfam. testamentum fecerit, inutile [g] est, licet suæ potestatis factus decesserit. [h]

¶ Impuberis, aut furiosi testamentum non valet, etiam si pubes, vel sanus decesserit, nisi ante furorem, vel eo tempore, quo intermissus est, sit factum. Hoc dicit.

¶ Præterea † testamentum facere non possunt impuberes, [i] quia

c ¶ Iure ciuili. s. antiquo, sic sup. per quas perso. nob. acqui. §. 1.

d ¶ Peculia. s. aduentitia, & profectitia, nã castrensia, vel quasi etiam iure veteri non acquirebantur patri, vt ff. de coll. bono. l. 1. §. nec castrẽse.

e ¶ Nostris. Et alienæ & nostræ sunt, vt Codice de bon. ma. & de bõ. quæ lib. per totum.

f ¶ Non acquiruntur. s. nobis patribus.

g ¶ Inutile est. Quia quod ab initio non valet, ex tractu temporis non conualescit arg. inf. tit. 1. circa princ. (1) Arg. contra, C. de nupti. & si contra Sol. ibi. non valuit matrimonium ex primo, sed ex nouo post matrimonium consensu.

ADDITIO (1) Et hoc verum indistincte, si defectus sit in persona hęredis, idem si in persona testantis, vt quia sit intestabilis, secus si oneratus creditoribus seruos instituere nequeat, vt l. ei qui soluendo, ff. de hęred. insti. defectus quoque solennitatis, vt in numero septem testium rogatorũ, ex post facto confirmari non potest. nisi in casu l. 1. C. de fideicom. & l. testamẽto, C. de fideic. lib. secus si respiciat fauorem priuatum. l. filio præterito. ff. de iniu. re. Ang.

h ¶ Decesserit. Nõ idem de seruo testante, si

¶ Amplia, vt nec filia, quæ est in potestate patris possit testari de dote sua aduẽtitia. Alex. in l. seniũ nu. 3. C. qui tes. fac. pos. nisi ad pias causas, & patris consensu Io. Dilec. de arte testan. tit. de his, qui non hab. fact. testa. cau. 1. SYL.

¶ Præterea testamentum. SYL.

CASVS eodẽ modo figuratur, vt in §. superiore, quia ex eisdem rationibus decisio constat, & dum quęritur, an superueniẽte furore testamentum irritetur, dubium faciebat, q̃a res deuenerat ad casum, a quo incipere nõ poterat, & ideo videbatur non valere. Cuius contrarium dicitur ea ratione, quia inspiciendum est respectu habilitatis personæ testantis tempus cõditi testamenti, quando sumus in eo, quod fauore publico est introductum. No quod impubes testari non potest, & rationẽ quare. Item quod testamentum nullum respectu personæ testantis non reconualescit, licet persona fiat habilis. Item, quod testamẽtum recte factum nõ irritatur per furorem superuenientem. Item ꝙ facilius quid impeditur faciendum, quam factum tollatur, & quod quando furiosus habet dilucida interualla, potest testari.]

i ¶ Impuberes. sed ex quo tetigerunt de vltimo die 14. vel 12. anni, satis est, fauore testamenti, vt ff. eodem, qua ætate. Idem in vsucapione, vt ff. de vsuca. l. in vsucapionibus. Secus in pręscriptionibus odiosis, vt ff. de act. & obl. in omnibus. Item secus, vbi est fauor eius, qui vult prorogare, vt in contractibus a minore factis, vt ff. de mi. l. 3. §. minorum.

† alias id quod in.

† aliàs ac si.

Tpis tractus nõ cõualidat inualidum.

† alias numerentur.

† Facit ad istũ §. q̃d dr̃ in c. sicut tenor. iũcta glo. super ver. mẽrẽ. extr. de reg.

Adde,

SYL. ¶ Adde, q. quando quæritur, vtrum dies cœpta habeatur pro completa, concludendum est, in fauorabilibus, quod sic, in odiosis, q. non, in mixtis attenditur fauor, ita Ioan. de Pla. & alij hic, & est glo. in l. 3. §. minorem. ff. de mino.]

Adeo quidem verū est, quod dicitur hic de impuberibus, vt licet proximi sint pubertati, non tamē testari possunt ad pias causas, Barto. l. 1. C. de sacros. eccl.

† Etiā ad pias cās. Bar. in l. r. in 1. q. C. de sacros. eccl.

† aliās itē furiosi nō possunt.

a ¶ Iudiciū est. id est discretio, vt ff. de iud. cū prætor. §. non autem. Quandoque ponitur pro sententia, vt rei iudicatæ standum est, vt C de re iud. l. 1. Quādoque pro instantia causæ triennij, vt C. de iud. l. properandum per to. Quādoque pro actione, vt iudicium familiæ ercisc. vel communi diuidundo, vt inf. de offi. iud. §. si familiæ ercisc. & §. fin.

† Ad hoc vide Deci. in l. in negotijs, ff. de reg. iur.

nullum eorum animi iudicium [a] est.

¶ Item † furiosi, [b] † quia mente carent. Nec ad rem pertinet, si impubes postea pubes, aut furiosus, postea compos mentis factus fuerit, & decesserit.

¶ † Furiosi [c] autem, si per id tempus fecerint testamentum, quo furor eorum intermissus est, iure testati esse [d] videntur: certe eo, quod ante furorem fecerint testamento † valente. Nam neque testamentum † rectè factū, neque vllum aliud negotium [e] rectè gestū, postea furor interueniens perimit.

¶ [illegible]

** ¶ Hanc glo. sequitur & commendat Iaso. inf. de actio. in prin. col. 1. & Dec. in rubr. extra. de iud. col. 5.]

ADDITIO. Quandoque pro lite siue controuersia, vt iudicium pendet super hæreditate vt ff. ad Treb. l. 1. 2. resp. Quandoque pro auctoritate, vt negotia ecclesiastica nō sunt disponenda laicorum iudicio. i. auctoritate, extra de iudi. c. decernimus. Quādoque pro foro, vt causa iuris patronatus definiri debet ecclesiastico iudicio. i. foro. c. quanto. ext. de iudi. Q̄nq̄ue pro arbitrio, ff. qui satisd. cog. arbitrio. Si. n. arbiter est iudex, ergo arbitrium est iudicium. Quandoque pro vltima voluntate, vt, iudicium testatoris cassum esse non debet, C. de sacrosf. eccles. l. 1. Quandoque pro quæstione, vt ciuilis causa in iudicium. i. in quæstionem deducta cum criminali, post criminalem est distinguenda. C. de ord. iud. l. si. Quādoque pro discussione siue iuris disquisitione, vt in rub de iud. ff. & C. quandoque pro potestate iudicandi, vt ff. de iudi. l. iudiciū soluitur vetante eo, qui iudicare iusserat. Quandoque pro pernicie siue damnatione, vt ibi. Qui manducat & bibit indigne corpus, & sanguinem Domini, iudicium sibi manducat & bibit. Q̄nq̄ue pro pœna, vt ibi, Qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam, qui vero mala in resurrectionem iudicij. i. pœnæ æternæ. Quandoque pro processu iudiciali, vt c. 1. de iud. lib. 6.

1. Cor. 11. Ioan. 5.

b ¶ Item furiosi. Repete, non possunt testamentum facere.

** Adde, quod furiosus, dum viget furor, non solum testamentum facere prohibetur, sed etiam nullum aliud negotium gerere potest, quia non intelligit quod agit, §. Mutum. ver. furiosus, inf. de inutil. stipul.

c ¶ Furiosi. Hac ratione idem in mente capto dicā, vt argum. ff. de verb. obl. a Titio. in fi.

† Tamet si illud sit perueniente furore inciderint l. vlt. ff. de SYL. iniu. rup.

† aliās ite.

** ¶ Adde, quod furiosus, & mente captus ita differunt, quod furiosus rabie quadam animi agitatur, mente captus magis in quiete est, nullaque extrinsecus signa ostēdit, idemq; est qui & demens, ** quod discrimen ex Cice. quoque lib. 3. Tuscu. & ex Bald. l. 2. C. de cur. furi. & in l. fi. fur'osi. C. de nup. cognoscitur, quamuis Alc. lib. Parer 2. c. 16. eos aliter differre censeat.]

d ¶ Testari, vt C. eodem, furiosum. in principio.

ADDITIO. Idem in dubio, si tempus testamenti erat remotum a tempore furoris, sed si vicinum, tunc ex qualitate ipsius actus præsumitur fuisse sanæ mentis. vel non. Et qualiter probetur furor, vide Angelum hic.

e ¶ Negotium, vt vsucapionem inchoatam, vt ff. de vsucap. iusto, §. eum, vel possessionem quæsitam, vt ff. de acquir. possessio. l. si, qui animo, sic, ff. de pecu. l. quam Tuberonis, in princ.

¶ Idem prodigus. CASVS non figurabitur in hoc & seq. §. quia idem poni potest, qui in superioribus cum eadem penitus sit dubitatio quo ad confirmandum testamentum ante vitium factum. Quando enim interdictum est bonis, vel quis surdus, aut mutus est a natura prohibetur testari ex impossibilitate iuris, aut facti. No. quod prodigus, cui interdicta est suorum bonorum administratio, testari non potest. Item quod hoc interdictum debet fieri per iudicem. Itē quod qui audire potest, sed cum difficultate, non impeditur testari. Item quod aliqui non loquuntur a natura, aliqui ex accidenti. Item quod hæc vitia muti, & surdi non tollunt testamentum iam factum. Item quod ille proprie dicitur mutus. qui nullo modo potest loqui, proprie surdus, qui nullo modo potest audire.]

Instit. Q a Item

¶ Item prodigus, [a] cui bonorum suorum administratio [b] interdicta est, testamentum facere non potest, sed id, quod ante fecerit; quam interdictio bonorum suorum ei fiat, ratum [c] est.

¶ Mutus, & surdus possunt certis casibus condere testamentum, sed non semper, hoc dicit primo. Ex vitium superueniens post testamentum perfectum nō nocet. Arct.

¶ Item surdus, & mutus, non semper [d] testamentum facere possunt. Vtique autem de eo [e] surdo loquimur, qui omnino non exaudit, non qui tarde exaudit. Nam & mutus is intelligitur, qui eloqui nihil potest, non qui tarde loquitur. Sæpe enim etiam literati, & eruditi [f] homines varijs casibus, & audiendi, & loquendi facultatem amittunt. [g] Vnde nostra constitutio [h] etiam his subuenit, vt certis [i] casibus, & modis secundum normam eius possint testari, aliaque facere, quæ eis permissa sunt.

¶ Sed si quis [k] post testamentum factum, aduersa valetudine, aut quolibet alio casu mutus, aut surdus esse cœperit, ratum nihilominus manet eius testamentum.

Prodigus quis est. a ¶ Item prodigus, prodigus est, qui neque finem, neque modum habet in expensis, vt ff. de cura. fur. l. §.

* ¶ No. quod furiosus, & prodigus æquiparantur. l. furiosi, vbi hoc Dec. declarat, ff. de regul. iur.

Et vsque adeo verū est quod dicitur in isto text. vt nec ad pias causas testari possit Ba. l. 1. num. 17. C. de sacrosan. ecclef. Alex. consf. 182. sub nu. 6. lib. 5.

b ¶ Administratio interdicta est. si dicas a iudice, planū est, si dicas a lege, ut quia crimē l. Iuliæ ma. commisit, mulro minus testatur, sed & tunc prius factum rumpitur, vt C. ad l. Iul. maie. l. fin.

SYL. ¶ Adde, quod etiam si notorie sit prodigus, nisi ei sit interdictū, poterit testari, alienare, & contrahere. nisi hoc faciat in vsum manifestæ prodigalitatis, & sufficit proclama factum cum causæ cognitione ita communiter concludunt Doct. in l. is cui, ff. de verb. obligatio.]

c ¶ Ratum est. Quid si fiat interdictio, cum tamen non sit prodigus? Respon. forte non valet interdictio, arg. ff. de tut. & cura. da. ab ijs. l. Seiæ. (i) Sed contrarium verum est, cum sit facta contra ius litigatoris tantum, non contra ius legis ff. quæ sen. sine appellatio. re l. 1. in princ. §. 1. & C. quando prouo. non est necesse. l. 2. Vide c. cum inter. ext. de re iud.

Additio. SYL. ¶ Adde, quod hæc est communis opin. in l. is cui. ff. de verb. obl. & hic.]

ADDITIO. (i) Et hoc verum, quando datus est simpliciter curator impuberi tanquam puberi, vt l. si tutor petitus, ff de tuto. & cur. da. ab ijs secus si tāquam prodigo, cū non sit, vt hic in fi. & est ratio, quia pupillū declarat natura, sed prodigum ipse iudex, vel quia curatoris datio facilius. i. solo tractu tēpis perdit vires, quam prodigalitas, vbi exigatur certitudo reditus ad sanam mentem. Ang.

d ¶ Item surdus. Non semper, sed quandoque possunt secundum distinctionem seq.

e ¶ De eo surdo. sic inf. de inut. stip. §. mutū.

f ¶ Et eruditi, scilicet in moribus.

* ¶ Literatos, & eruditos accipe, literis & doctrina prædítos.]

g ¶ Amittunt. Et maxime impij aduocati.

ADDITIO. Vt in eo puniātur, in quo deliquerunt, c. literas. de temp. ord. c. pastoralis. de iu. pa. & c. fi. de immu. eccles. cum si. quia per quæ quis peccat, per hæc & torquetur.

h ¶ Constitutio. vt C. qui te sta. fac. pos. discretis.

i ¶ Certis. vt mutus, & surdus casu, vel mutus tantū, siue natura, siue casu, si scribere nouit, sua manu scribat testamentū. Si autem per aliū scribere velit, impetret hoc a principe, vt si. eod. si mutus. Item si surdus tantum casu est, vel etiam natura testetur si vult, si potest loqui articulate, vt C. qui test. fac. pos. discretis, si autem natura est surdus, & mutus non potest, nisi sit miles, vt sup. tit. 1. §. quinimmo.

SYL. ¶ Adde, quod surdus & mutus a natura nō potest testari, nisi sit miles, vel ad pias causas secundum aliquos, vel ex dispensatione principis, si vero ex accidenti, & sciat scribere, & sua manu scribat, valet testamentum, surdus autem, siue a natura, siue ex accidenti, siue sciat scribere, siue nō, potest. l. discretis, & ibi per omnes, C. eo.]

K ¶ Sed si quis sic, supra eod. §. præterea, & §. furiosi.

SYL. ¶ Cœcus. CASVS figuratur sic. Quærebatur, an cœcus testari posset iure communi, & videbatur dicendum quod sic, quia in eo nullius erat animi defectus, sed tantum corporis, cuius contrarium deciditur, sed adhibeatur

tur sua solennitas, vt scilicet testetur p nũcupationem, per modum traditum in l.hac consultissima.C.eo.item quærebatur,an captus ab hostibus posset testati: & videbatur, q; sic, saltẽ eo redeunte,quasi iure postliminij censeatur semper fuisse in ciuitate, & libertate cuius cõtrarium decidiiur, quia cum tempore conditi testamenti sit seruus, non potest testari, nec remoto impedimento consumatur,vt dictũ est supra in alijs, secus in facto prius, per rationem positã in text. Not. summarium.

¶ Cęcus cum solennitate communi nõ potest facere testamentum,sed seruando quandam solennitatem specialiter ad hoc assignatam. Arct

¶ Coecus a autem non potest facere testamentum, nisi per obseruationem,[b] quam lex Diui Iustini patris [c] nostri introduxit.

¶ Captus apud hostes testamentum facere nõ potest, sed prius factum, si ibi moriatur, ex lege Cornelia valet,

a ¶ Cęcus. Naturaliter,vel casu, & orbatus vtroque lumine,secus si vno tantum, vt C. de excu. tuto.l. frater.

Testi per cęcum faciendi solennitas.

b ¶ Per obseruationem,scilicet vt coram 7.testibus,& tabellione, vel alio loco eius, si non inueniatur tabellio, dilucidius voluntatem suã declaret,& in † hæredibus,& in legatis,& omnia in scriptis referantur,vt C.eod. hac consultissima.

† aliàs hæreditatib.

** Adde, q; de forma testamenti cœci est,vt præcedat hæredis institutio, & ideo si secus fiat,non valet,vt tenent Cy.& alij in d.l.hac consultissima, & Bart. Cępol.caut.90.] Vide circa formam testamẽti cœci omnino,quæ scribit Io. Dilec.de arte testam.ti.de ijs, qui nõ habent fac.test.caut.8.dicet, quod etiam in testamẽto cœci inter liberos duo sufficiãt testes, nec requiritur aliqua alia forma, vel solennitas. tradunt Doct. maxime Bald.& Iaſ.in d.l.hac consultissima.

e ¶ Patris nostri,alias mei.sic,supra de don. §.est & aliud.

** Adde, q; cœc⁹ nec pro alio postulare, nec iudicandi officio fungi, nec magistratum gerere potest, sed ante adeptum retinet,l.1. §.cœcum. ff. de postul. quem vide, quia est pulcherrimus.]

d ¶ Eius. Apud hostes, scilicet vt captus,vel obses, vt ff.eod.l.obsides.

* ¶ Bene admonet Accur. vt hunc locum intelligamus de illis,qui apud hostes sunt captiui, vel obsides, nã qui apud hostes aliter sunt,vt qui ibi legatione funguntur, vtique testari possunt,l.qui à latronib⁹,ff. de testa.]

e ¶ Non valet. Quia serui sunt,vel quasi,vt sup.de iur.pso.§.serui.& ff.de li ho.exh.l.2.

* ¶ Aliud est in codicillis apud hostes factis, si cõfirmati fuerint testamento ante captiuitatem cõdito, isque testator redierit, l.in bello, §.codicilli, ff. de capt.

si redeat, ex postliminio. Arct.

¶ Eius, qui apud hostes [d] est,testamentum quod ibi fecit, non [e] valet,quamuis redierit. Sed quod, dum in ciuitate fuerat, [f] fecit, siue redierit, valet iure postliminij, [g] siue illic decesserit, valet ex lege [h] Cornelia.

¶ De exhæredatione liberorum.

¶ Filius, aut institui, aut nominatim exhæredari debet, alias testamentum non valet,

f ¶ Fuerat ante captiuitatẽ.

g ¶ Postliminij. Quod fingit eum semper in ciuitate fuisse, vt supra quibus modis, ius pat. po.sol. § si ab hostib. non autem. l. Cornelia,& ita fingitur, & qđ dicitur, C. de cap. l. 1. & l. captum. impropriè ponitur lex Cornelia p iure postliminij.

h ¶ Ex lege Cornelia. quę fingit eum prima hora captiuitatis mortuum,& sic liberum, vt ff.eo. l.lege Cornelia.aliud esset si nulla esset fictio, vt in seruo pœnæ facto,vt inf.quib.mod.testa.infirm. §.non tamen.

Legis Corneliæ fictio.

* ¶ Lex hæc Cornelia dicitur lata primo Punico bello, cum tot Romanorum millia cum Regulo capta essent, nec redimerentur, vt eorum testamenta ante captiuitatẽ facta valerent, quasi hi præuia hora captiuitatis decessissent.

Testm̃ facere mulieris prohibet a iure.

¶ Adde,q; in patre existẽte apud hostes filius faciat testamentum deinde pater redeat,tale testamentum non valet, ita dicit glo. communiter approbata i l.vl.§.ita. C.de sen.pa.

¶ Vltimo not. q; xiij. sunt personæ & plures, quæ testari non possunt. Filiusfamilias. itẽ seruus, vt sup.eo.in prin.& ff.eo.si filios. Itẽ impubes. Itẽ furiosus. Item mẽte captus. Item prodigus. Itẽ mutus.Item cœcus.Item surdus, vt sup.eo.§.pręterea & §.item furiosi, §.item prodigus,§.item surd⁹,& §.cœcus. Item damnatus ad mortem naturalem, vel ciuilem, vt ff. eo.l.eius.qui.§.1. vsque ad finem.Item obses,vt ff.eo.tit.l.obsides.

¶ Adde, nisi sint obsides inter ciuitatem, & ciuitatem,inter quas capti non fiunt serui l. siquis ingenuam,§.pen de cap.] SYL.

¶ Itẽ de crimine famoso dãnatus, vt ff. eo. is cui,§.si.& l.cum lege.Item de statu suo dubitantes, vt ff. eo.de stat.& l.qui in domini,

Q 2 Item

Item monachus, vt in Auth. de monach §. illud, sed hodie secũdum quosdam corrigitur, vt in Auth. de san. Episc. §. si qua mulier. Item is, cui interdicitur bonis a lege, vt C. de hær. & Manich. l. Manichæos, & ad l. Iul. ma. l. vlt. Vnde

Versus. versus. Testari nequeunt, impubes, religiosus, Morti damnatus, & sub patre, filius, obses Prodigus, & stultus dubius, seruus, furiosus, Crimine damnatus, cum muto, surdus, & illum, Qui maiestatem læsit, cęcum quoque iungas. In monachis distingue, quod nouitius ante professionem potest testari, post vero professionem non, nisi inter liberos, siquidem est professus in monasterio capaci bonorum immobilium, ita Clarus de testam. q. 28.

etiam si postea dec[illegible] si vero [illegible] descendentes de iure antiquo præteriri habebantur accre[illegible], & inter ceteros exhæredandi [illegible] autem nominatim [illegible] dupliciter. h. d.

NOn tamen, [a] vt omnino valeat testamentum, sufficit hæc obseruatio, quam supra [b] exposuimus, sed qui filium [c] in potestate [d] habet, curare debet, vt eum hæredem instituat, vel exhæredem eum nominatim faciat. Alioquin si eum silentio præterierit, [e] inutiliter te-

¶ De exhæredatione liberorum

Cõtinuatio. ¶ Ista rubrica cõtinuatur per gl. 1. inf. in nigro. Ang. Vel sic, dictum est sup. de testamentis & eorum ordinatione, verum quia in testamentis quandoque liberi exhæredantur, ideo sequitur rub. de exhær. lib.

** Exhęredare est, dominio, q quis iam habebat, priuare, & extra heredium, id est, dominium ponere, hæres enim idem est, quod dominus, §. vlt. inf. de hæ. qual. & dif. ]

Diuisio. NOn tamen. ¶ Totus iste titulus diuiditur principaliter in tres partes. Primo ponit, quid iuris erat de iure antiquo circa exhæredationem liberorum, & qua forma exhęredabantur. Secũdo qualiter hodie exhęredari debeant. Tertio aliqua dubia circa prædicta subinfert. Secũda ibi, Sed hæc quidem. Tertia ibi, Sed si in expeditione. Item prima subdiuiditur. Nã primo ponit quandam continuationem ad pręcedẽtia. Secundo ponit, qualiter exhæredationem fieri de iure antiquo sufficiebat de liberis natis & in potestate, & primum locum siue gradũ obtinẽtibus. Tertio de liberis nasciturις vel de natis non obtinentibus primum gradum. Quarto de emãcipatis. Quinto de liberis ciuibus tantum, & de eorum exhæredatione. Secunda ibi, Sed qui filium. Tertia ibi, Posthumi. Quarta ibi, Emancipatos. Quinta ibi, Adoptiui. Are.

SYL. ¶ Non tamen. CASVS ita poni potest. Quæstum est, an filius præteriri posset, & videbatur, q sic, quia satis cõstat de mente testantis, voluisse illum exhæredem facere, si præterierit, cuius contrarium dicitur, quod imò debet nominatim exhęredari, ratio autẽ est forma ipsa, quę vt in pluribus nõ habet particularem rationem. Itẽ quia posset quis mortis angustia, aut cogitatione impeditus præterijsse filium ignoranter & inconsulto, l. inter cetera, ff. de lib. & posth. & ideo clare de mente testantis constare non dicitur. Not. testamentum, in quo filius est præteritus, esse nullum, tanquam nõ seruata forma. Item quod testamentum nullum ex prętei itione filij, eo mortuo nõ reconualescit. Item, qualiter quid dicatur nominatim fieri. Item, q nomen appellatiuum, q non verificatur nisi in vno, habet vim nominis proprij. ]

a ¶ Non tamen. Licet dicta obseruatio, sup. de test. ord. solẽnis sit, non tamẽ &c. Vel sic sup. de ea obseruatione, quæ est circa fidem & probationem satis dictum est, nũc de ea, quæ est circa pietatem, dicendum est, & licet ea obseruatio, quæ circa fidem est, satis diligens sit, non tamen &c.

b ¶ Supra. scilicet in tit. de testa. ord.

c ¶ Filium, etiam militem, vt ff. de liber. & posthum. filiusfamilias.

d ¶ In ptãte. Secus in emãcipato iu. ciu. sed idẽ iure ptorio, vt Inf. eo. tt. §. emancip. Acc. Imò hodie præteritus dicit nullũ ẽe de iu. ciu. sicut in ptãte cõstitut9, vt p gl. 1 §. exhrdatos, i Auth. de hę. & fal. Ang. Adde idẽ esse in legitimatis, vt late per Iul. Cla. de test. q. 84. naturales autẽ possunt pteriri, vt per eundẽ q. 42. per gl cõiter approbatã in l. 1. ver. naturales, ff de bo. pos. cont. tab.

e ¶ Præterierit. s. nec instituendo, nec exhæredãdo, vt inf de hæ. quæ ab inte. §. ea nec ipso iure valet, † vt C. de lib. præte. l. maximũ. † cõiter approbãr Docto. in l. posthu. C. de contra tab.

*¶ Et sic collige, q dr̃ præteritus, licet de eo fiat mentio in tstõ, si id naturaliter, quã vel instituẽdo vel exhæredãdo, q ẽt not. Ias. in l. inter. ij. no. ff. eo. Ratio autẽ, cur filiusfam. debeat vel nominatim exhæredari, vel institui est, quia per pteritionem, respectu quidẽ institutionis omissæ filio fieret iniuria, q lex abhorret, §. aliud. vers. sola. n. in Auth. vt cum de appel. cog. respectu vero exhæredationis hoc sequeretur absurdum, q cum filius viuo patre sit quodammodo dominus, & eo mortuo continuetur in filium dominium l. in suis. de lib. posth. adita hæreditate per hæredem institutum, duo reperirentur dñi in solidum. s. hæres, & filius, q secũdum regu-

regulas iuris esse non potest, l. si vt certo, §. si duob. ff. commo. merito igitur, vt præcidatur hæc dominij cõtinuatio debet filiusfa. si non instituatur, exhæredari. ]

a ❡ Adeo. Scilicet inutiliter testabitur. Declara nullũ esse testamentum. si velit filius dicere nullum, nõ si semper taceat. l. filio præterito. vbi gl. ff. de iniu. rup. & irri. testam.

** Legata si debētur Auth. ex causa, C. de lib. præt. q intelligas, cum nullum aliud præcessit testm̃ alias secus, vt tradunt ibi doƈto. & in l si filius eius. ff. de lib. & posth.

SYL. ❡ Adde, quod miles põt præterire filiũ cũ causa, & talis præteritio hr̃ pro exhæredatione, Ias. in l. si cum, quam legit cum l. præced. post nu. 8. C. de test. mil.

stabitur, adeo [a] quidẽ, vt si viuo patre filius mortuus sit, nemo [b] hæres ex eo testamento existere possit, quia scilicet ab initio non constiterit [c] testamentum.

❡ Sed non ita [d] de filiabus, & alijs per virilem sexum descendentibus liberis vtriusque sexus antiquitati fuerat obseruatum, sed si non fuerant scripti hæredes, scriptæve, vel exhæredati exhæredatæve, testamentum quidem non infirmabatur, [e] † sed ius accrescendi eis ad certam portionem [f] præstabatur. Sed nec [g] nominatim eas personas exhæredare parentibus necesse erat, sed licebat inter ceteros [h] hoc facere.

❡ Nominatim autem quis exhæredari videtur, siue ita exhæredetur, Titius filius meus exhæres esto, siue ita, Filius meus exhæres esto, non adieƈto proprio nomine, scilicet, si alius filius non extet. [i]

b ❡ Nemo. ff. de iniu. rup. test. filio. §. si contra. Sol. ibi filius viuit, hic non. Vel hic de iure striƈto, ibi æquo.

† Et ibi inest casus hodie necessaria ē bon. poss. & alios vigintri vide per Ang. quod est magnę vtilitatis, quia eam liberi infra annũ, cognati vero inf. centũ dies tm̃ & non solo aio. sed corã prætore agnoscẽt, † alias deest quod sequitur vsque in fi. glos.

❡ Adde, q sol. est, q aut filius moritur viuo patre, & testamentum omnino est nullum vt hic aut superuixit patri, & si dixit testamentum nullum, non valet, si vero tacuit & approbauit, licet de subtilitate sit nullum, de æquitate reconualescit & ita communiter tenetur hic.

c ❡ Non constiterit, aliud si constitit, licet postea rumpatur. vt in posthumo, si postea idem moritur, vt ff. de iniu. rup. testa. posthumus, in princ. † & inf. eo. §. posthumi. ibi, q &c. † Nec est mirum, quia si ab initio rũpitur agnatione posthumi, eo mortuo conualescit, arg. ff. de reg. iur. l. quod ab initio.

❡ Adde hoc verum, si posthumus moriatur ciuiliter & naturaliter, secus si ciuiliter tantum quia testamentum non reconualescit. l. vxorem, ff. de iniu. rup. test.

d ❡ Sed non ita. Nota ex vna parte ponit filios tantum, ex alia filias & omnes ex masc. vel fem. descendentes.

e ❡ Non infirmabatur, contra, inf. eod. §. sed feminini. Sol. vt ibi.

e ❡ Ad certã portionem. f. dimidiã eius, q ab intestato habituri essent, vt C. de lib. præ. maximũ. circa mediũ, ibi, cũ. n. pcõ. tab. &c.

g ❡ Sed nec. Hæc est secunda differẽtia inter prædiƈtas personas. Exhæredatio inter ceteros qualiter fit.

h ❡ Inter ceteros. scilicet hoc modo Vnũ de filijs meis exhæredo. vel vno instituto sic dico, Reliquos exhæredo. nam nisi diceret ceteros exhæredo, licet dicat filiũ meũ exhæredo, cũ plures habeat, nemo exhæredatus videtur, vt ff. de libe. & posthum. l. 2. † sed secus erit in istis. nam bene valet, vt hic dicitur.

† alias iustũ. alias ius autẽ.

† Sequentia nõ sũt in antiqs codicib9.

❡ Adde, quod tunc ratio incertitudinis filij exhæredari est in causa, quare non valet. * Vnde aũt diƈta sit exhæredatio inter ceteros, declarat Alci. lib. 4. Parer. c 6. ]

* ❡ Adde, q ideo exhæredatio nominatim. i. spãliter seu singulariter, non autem generali verbo fieri debet, quia non nisi certo iudicio filij ab hęreditate patris excludi possunt, l. sub conditione, ff. de bon. pos. con. tab. & quia exhæredationes odiosæ sunt, & in dubio aduersus eas pronunciamus, l. cum quidam. de lib. & posth. merito igitur in hac materia odiosa certitudo requiritur, exhæredatioque inter ceteros quã interpretatur hic Theo. aoristos seu indifinite factam, non sufficit, qualis est hæc, ceteri exhæredes sunto, cum .s. plures adsunt filij, non si vnus tm̃. d. l. Tit. in prin. ** Nam. quod generali nomine exprimitur non adeo certum est, sicut, quod specialiter, seu singulariter fit l. si quando in fi. C. de inoffic. test. c. nonnulli de rescrip. ]

i ❡ Non extat. Item alijs modis, vt, Omnes liberi sint exhęredati, & si sit vnus tantum, vt ff. de lib. & posthu. Titius in princ. Item si dixerit alia verba quæcunque, dummodo certa, vt ff. si cert. pet. l. certum, & ff. de iniu. rup. test. posthumi, §. nominatim, & ff. de libe. & posthu l. 1. & 2. sed secus si dicat filiũ meum, instituo, ceteros liberos exhæredo, vel Seium extraneum instituo, liberos autem exhæredo, & hic non dicit, omnes, vt non contradicat princ. gl.

Adde, q hæc gl. communiter reprehenditur, quia non differunt, omnes, & cetera, l. ceterorum, ff. de verb. sign. ]

¶ Nam dicor exhæredare filium inter ceteros,quia mistio fit cū ceteris in remotioribus gradibus constitutis, vnde non valet, cum debeāt exhæredari nominatim, vt hic dicitur.

SYL.

¶ Posthumi quoque. CASVS. Quærebatur,an idem esset in posthumo,& videbatur idem, quia cum quo ad sui commoda habeatur pro iam nato, videbatur pariter ab initio nullum testamentum, cuius cōtrarium deciditur,quia magis odiosū est præterire filium iam natum, quā nondum cognitū, maxime, quia in eo facilior cadit obliuio. Item dubitabatur quid in posthuma,& videbatur dicendum non rumpere testamentum,quia si iam nata non rumpit, & maius sit vitium præterire filium iam natum quam nasciturum, multominus ipsa rumpere videtur, cuius contrarium dicitur,ratio est, quia in non nata præsumitur potius patris obliuio, quam voluntas, quæ colligitur in iam nata ex præteritione, & probatur ex illis verbis ibi,nec per obliuionem. Not. quod posthumo præterito valet testamentum, sed rumpitur natiuitate illius Item,quod posthumo præterito testamentum totum quo ad omnia olim infirmabatur. Itē,quod abortiuus non rumpit testamentum. Item, qualiter feminæ olim exhæredari poterant,& quomodo posthumi recte exhæredentur.

¶ Etiam posthumi debent institui, vel exhæredari, alias nato posthumo rumpitur testamētum, sed valet prius. Et femina posthuma olim inter ceteros poterat exhæredari cum legato, masculus vero posthumus nominatim. Aret.

¶ Posthumi quoque liberi, vel hæredes institui [a] debent, vel exhæredari. Et in eo [b] par omnium [c] conditio est, quod & filio posthumo, † & quolibet ex ceteris liberis, siue feminini sexus, siue masculini, [d] præterito, valet quidem testamentum, sed postea agnatione [e] posthumi siue posthumiæ rumpitur, [f] & ea ratione totum infirmatur. [g] Ideoque si mulier ex qua posthumus, aut posthuma sperabatur, abortum [h] fecerit, nihil impedimento est scriptis hæredibus ad hæreditatem adeundam.

¶ Sed feminini quidē sexus personæ [i] vel

† alias vt.

** Adde, varias esse species posthumorum, glo.rubr.C.de posth.hær.inst. ex quibus illi sūt proprie posthumi, qui posthumationē. id est mortem patris nascuntur,l.3.§.1.ff.de iniust.§ posthumi.vbi gl.inf de hæred. quæ ab intes.alia est species eorum,qui ante mortem quidem testatoris nascūtur, sed post cōditum testamentum l.3. ver.posthumos, ff. de lib.& posth.sed ita vocant improprie,gl. in d §.posthumi. Tertia est spēs eorum qui post testm̄ adoptantur.l.filius a patre.§.1.de lib.& posth. q̄ hodie intelligendū est de arrogato, vel dato in adoptionē ascendenti, l. pe. C. de ado.& inf.quib.mo.te. infir.in pri. Quarta spēs est illorum, qui post conditum testm̄ legitimantur. Nam & hi iura suorum hæredum nanciscuntur,§.1.inf.de hær.quæ ab intest. Quinta species ea traditur,cū quis facto testō monasterium ingreditur,videtur .n.monasterium loco filiorum esse.c.in presentia, de proba.&§.sed hęc in auth. de sāncti.Episc.

a ¶ Institui. Ista institutio ne ex præsenti mr̄imonio nascituri,& ex futuro, instituti videntur,vt ff. de li. & posth. l. placet & l. ideoque.†

¶ Adde,q̄ hoc est fauore testī alias verba indefinite prolata referunt ad tp̄s testi.l.si ita quis. ff.de aur. & arg.leg.

† Et ēt filij postea adoptari, qui dicunt posthumi ciuiles. l.si quis posthumos.ff. eo. An aūt naturales tantum,& quid si instituat vētrem uxoris suæ, vide per Angel.hic.

¶ Quid in exhæredatiōe posthumorū an oēs, siue ij, qui sunt in vtero tūn,an alij qui sunt nascituri ex præsenti matrimonio vel futuri intelliguntur exhæredati? Resp.non tam masculi debeant nominatim exhæredari, vt infr.eo. §.masculos.

¶ Adde,q̄ licet fuit opi.circa istā gl.pp glo. contrariā in l. placet.tn̄ ista q̄ nullius est vtilitatis, qa hodie posthumus exhr̄dari nō p̄t vt no.in l.maximū vitium,C.de lib.præte.

SYL.

b ¶ In eo.s.quod sequitur,quod & filio &c.

c ¶ Omnium.s.posthumorū ex se nasciturorum,& ex filijs suis,licet in iam natis non sit par conditio,vt eo.sed non ita.

d ¶ Masculini.siue ex masc. siue ex fem.

Posthumi hodie exhæredari non pōt.

e ¶ Agnatiōe.i.natiuitate.sic i.f.q b.mo.tes.ifi.

f ¶ Rūpit. Si vero exhr̄dabat. de inofficioso agebat.vt ff de iof.te.§.posth. Hodie vero exhr̄dari nō pōt,vt C.de inof.te.l.si qs,§.legis.

SYL.

Adde hoc eē ex eo, qa cū exhr̄datio nō valeat sine iusta cā posth.āt si possit cōmittere nō p̄t exhr̄datio illius valere,& ponit glo.fi.

g Infirmat. Hic add̄ q̄ ē,ff.d̄ te. mi.l.si fili⁹ f.

h ¶ Abortū. Qui ē p̄ n̄ nato,vt ff d̄ ver.sig. l.q mor.& C.d̄ posth.hęr.l.2.Acc.idē si posthu.nat⁹ post testm̄ p̄ris in quo fuit p̄teritus d̄cedat viuo p̄re, qa tale testm̄ ab initio nullū de iu.ciu. recōualescit de æquitate p̄toris . [illegible] Idē in seminato mortuo, anteq̄ pfecte extrahat. Secus tn̄ in nato ex secto vētre,qui nō declinat ad monstrū, dummodo habeat pulsū,ēt si vocem nō emiserit. Ang.

i ¶ Personæ. Scilicet posthumæ, nam

iam

nominatim, vel inter ceteros exhæredari solebant, dum tamen si inter [a] ceteros exhęredarentur, aliquid eis legaretur, ne viderentur præteritæ esse per obliuionem. Masculos vero posthumos, id est filios, & deinceps, placuit non aliter recte exhæredari, nisi nominatim exhæredarentur, hoc scilicet modo. Quicunque mihi filius genitus fuerit, exhæres esto.

¶ Nepos ex filio, moriente patre viuo auo, succedit in locum eius, ideo institui, vel exhæredari debet, ne aliter præteritus rumpat aui testamentum, qui modus est introductus a lege Velleia. Aretinus.

¶ Posthumorum [b] autem loco [c] sunt, & ij, qui in sui hæredis [d] locum succedendo, quasi agnascendo, [e] fiunt parentibus [f] sui hæredes. vt ecce, si quis filium, & ex eo nepotem neptemve in potestate habeat, quia filius gradu præcedit, is solus iura sui hęredis habet, quãuis nepos quoque & neptis ex eo in eadem potestate sint. Sed si filius eius, viuo eo moriatur, aut qualibet alia ratione exeat de potestate eius, incipit nepos neptisve † in eius locum succedere, & eo modo iura suorum hęredum quasi agnatione † nanciscuntur. Ne ergo eo modo rumpatur eius testamentum, sicut ipsum filium vel hæredem instituere, vel nominatim exhæredare debet testator, ne non iure faciat testamentum, ita & nepotem neptemve ex filio necesse [g] est ei vel hæredem instituere, vel exhæredare, ne forte eo viuo [h] filio mortuo, succedendo in locum eius nepos ne-

Iam natis feminis non erat necesse legari, vt C. de lib. præte. l. maximum. in fi. & supra eo. §. sed non ita.

a ¶ Inter. ceteros, hodie per constitutionẽ omnes nominatim, vt infra eod. §. sed hæc. versic. nostra. Sed nouissimo iure non, cum non sint ingrati, vt in Authen. vt cum de appel. cognosc. §. aliud. collat. 8. Accursius.

ADDITIO. Quę causa debet exprimi, & per hæredem probari, vt in Auth. ex causa, C. de libe. præte. Angel.

SYL. ¶ Posthumorum. CASVS Quærebatur, an hoc esset generaliter ĩ quolibet posthumo, & quid in posthumis nepotibus scilicet ex filio subducto de medio agnascentibus, & videbatur dicendum, quod nõ deberet exhæredari, vel institui, immo q̃d non possent. §. posthumo, infra de leg. cuius contrariũ deciditur ex eo, quia illud ius antiquum, hodie fauore conseruandorum testamentorum est introductũ, quia multa rumpebantur agnatione ipsorũ, & id ex l. Velleia. introductum est, vt hic dicitur. No. quod hi nepotes subintrantes gradum suitatis dicuntur quasi posthumi, & sic non vere. Item, quod suus hæres dicitur, qui obtinet primum gradum suitatis. Item, quod semper debemus interpretari, vt testamentum saluetur.

b ¶ Posthumorum, Sic ff. de iniusto. rup. testam. l. posthumorum.

c ¶ Loco. Non tamen veri posthumi sunt. vt infra eod. §. hoc in fine.

d ¶ In sui hæredis. infra de hæred. qualit. & differ. §. sui.

e ¶ Agnascendo, id est subtus vel postea nascendo, sicut posthum⁹ verus, non .n. nascitur, cum natus sit, vt supra de adoptio. § 1. Vel dic agnascendo, id est incipiendo esse agnati, quo ad effectũ succedendi.

f ¶ Parentibus. Scilicet masculis. nam testamentũ feminæ non rũpitur per legem Velleiã, vt ff. de liber. & posthu. Gallus, §. nunc de lege. ibi, nam & si ita verba sunt, (i) sed per querelam irritatur, vt C. de inof. testa. l 3. & inf. eodem, §. mater.

ADDITIO. (i) Nota præteritionẽ matris factam de liberis non annullare testamentum, quod ideo procedit, quia prçteritio matris habetur pro exhęredatione, vt videbitis in §. mater. inf. eodem. Christ.

g ¶ Necesse ẽ. Causatiue, scilicet ne rumpatur testamẽtum, vt sequitur, non præcise vt C. de adop. l. pen. §. quæ in filio.

h ¶ Eo viuo. secus si post, vt ff. de iniust. rup. testam. si quis filio, & in hoc differt a vero posthumo. †

¶ Adde, quod ratio est, quia testamentũ viuente filio confirmatur. Licet enim postea decedat, nõ potest inualidari, q; secus est in posthu-

† Nepos q. succedat ĩ locum patris quõ intelligatur vide Th. Grã. decis. 63. nu. 5. & seq.

† alias nãciscitur.

† s. testatoris sec⁹ in nepote, post mortẽ vtriusq. SYL. nato, vt hic p' doc.

ptisve, quasi agnatione rumpat testamentum. Idque lege † Iulia † Velleia [a] prouisum est, in qua † similis [b] exhæredationis modus ad similitudinem posthumorum demonstratur.

† alias Iunia.
† alias Velleia.
† alias simul.

¶ [illegible] prætorio [illegible]

¶ Emancipatos liberos, iure [c] ciuili neque hæredes instituere, neque exhæredare necesse est: [d] quia non sunt sui hæredes. [e] Sed Prętor omnes tam feminini [f] sexus, quam masculini, si hæredes non instituantur, exhæredari iubet, virilis sexus, nominatim, feminini vero, inter ceteros. Quod si neque hæredes instituti fuerint, neque ita, vt diximus, exhæredati, [g] permittit eis Prætor contra tabulas testamenti bonorum possessionem.

¶ Filius ad[illegible] a[illegible] durante habetur [illegible] ad patrem naturalem, & habet idem ius, quod habet filius [illegible] naturalis quo ad patrem [illegible], seu emanci patus a patre adoptiuo est extraneus quo ad eum & habetur pro emancipato quoad patrem naturalem. Angel.

posthumo vero.] Item differt ab ascendentibus, vt ff. de inoffic. test. pater filium.

a Velleia. nomen est cuiusdam nouæ legis, sed ius Galli Aquilij antiquius est, & loquitur in vero posthumo, vt statim dicam, vt ff. de libe. & posthu. l. Gallus. §. si eius qui filium.

b Similis. In ueris posthumis talis erat modus: Si me mortuo nascetur mihi filius infra decē mēses, vt ff. de liber. & posthu. Gallus. t. resp. & §. 1. 2. 3. & 4. sic ergo & hic. per legē Velleiam: Si suus hæres esse desierit viuo testatore, vt ff. de libe. & posth. Gallus, §. nunc videndum, & in hoc habet locum lex Vellei. (i) sic ēt est paritas ab intestato, vt inf. de hæred. quæ ab intestato, §. cum autem.

* Sēsus huius loci est, L. Iuniam Velleiam non modo prouidisse, quemadmodū nepotes agnascendo non rūperent testamētum, sed & nul etiam modum eos exhæredandi tradidisse, vt scilicet eo modo exhæredarentur, quo & veri posthu.

ADDITIO (i) Cuius legis difficultatem euitabis apponendo talem clausulam, omnes natos & nascituros, qui mihi agnasci poterunt, in tali re instituo. Quo autem ad exhęredationem quasi posthumorum, qui sūt iam nati, & quæ debet fieri nominatim, sic dices: Talem nepotem, vel pronepotem, si quando meus erit, ex tali causa exhæredo, propriè enim posthumi exhæredari hodie non possunt, vt per Ioan. Fab. & Angel. hic.

SYL. ¶ Emancipatos. CASVS non figuratur, cum recitetur censura iuris antiqui. Nota emancipatos incognitos esse a iure ciuili. Item, quod ideo præteritio non valet, propter suitatem, & sic quod suitas est causa huius solēnitatis, quāuis communiter reprehēdatur hoc in l. in suis, ff. de lib. & posthum. Item, quod emancipati de iure prętorio possunt contratabulare testamentum. Item, quod testamentum, in quo emancipatus est præteritus, nō est ipso iure nullum. Hodie tamen, ex quo differentia emancipationis & patriæ potestatis sublata est, nō est differentia inter ipsos.

c Iure ciuili. sic inf. de hæred. quæ ab intest. §. emancipati.

d Necesse est. Nam nihilominus tenet testamētū. aliud in eo, qui est in potestate, vt supra eo. in princ. Distingue, q̄ si filius emancipatus prætęritus sit sine mentione causæ, testamentū ēt de iure ciui. est ipso iure nullum, si vero cum insertione causæ, valet mero iure. Sed potest p bon. possess. contra tab. impugnari gl. communiter approbata in §. exhæredatos ver. noruit, in Auth. de hær. & Fal. sed filio in potestate præterito indistinctè, testamentum patris est nullum, vt in d glo. nisi in milites cuius præteritio filij cum causa habetur pro exhæredatione, vt infr. eod. §. sed si.

e Sui hæredes. supple, & quia desierunt esse hæredes sui, alias nō esset bona rō, cum filij necesse habeāt patres instituere, licet nō sint patres sui hæredes ad filios. Filius autē emancipatus per capitis diminutionem desinit agnatus esse, & remanet cognatus, qui non cognoscitur a iu ciu. vt Inf. de hęr. q̄ ab int. defer. §. emācipati, sup. de legi. agn. tu. §. fi. & ff. de bon. pos. sed cū patrono, §. 1. Accu.

f Feminini licet in suis eēt differētia inter masculos & feminas iur. ciu. vt sup. eo. § 1.

g Exhæredati, s. ritè, alias aūt exhæredato datur

Cõmittere edictũ qd sit, enarrat ibidẽ glo. SYL. datur cõtra tabulas, vt ff. de bonorum poss. contra tabul. l. non putauit. §. non quæuis. Item etiam institutis datur cõtra tabulas, si alius committat eis edictum, (i) vt ff. de contra tabulas. l. 3. §. plane. † & ff. de lega. præstan. l. si duo.

ac si ab eo fuissent emancipati. debent ergo institui, vel exhæredari propter remedium prætorium.

a ¶ Habentur. quo ad adoptiuum patrem.

b ¶ Instituendi. ab adoptiuo.

¶ Adoptiui liberi, quãdiu sunt in potestate patris adoptiui, eiusdẽ iuris habentur, [a] cuius sunt iustis nuptijs quæsiti. Itaque hæredes instituendi, [b] vel exhæredandi sunt, secundum ea, quæ de naturalibus exposuimus. Emancipati vero à patre adoptiuo, neque iure ciuili, [c] neque eo iure, quod ad edictum Prætoris attinet, [d] inter liberos connumerantur. Qua ratione accidit, vt ex diuerso (quod ad naturalem parẽtem attinet) quamdiu quidem sunt in adoptiua familia, extraneorum [e] numero[*] habeantur: vt eos neque hæredes instituere, neque exhæredare necesse sit, cum vero emancipati fuerint ab adoptiuo patre [f] tunc incipiunt in causa esse: in qua futuri essent si à naturali patre emancipati fuissent.

¶ Circa institutionem, & exhæredationem liberorum, non est hodie differentia in effectu, inter masculos, & fœminas, & ceteros descendentes, posthumos, vel iam natos alios, vel emancipatos, &c.

¶ Sed hæc [g] quidem vetustas [h] introducebat.

¶ Adde, quòd institutus beneficio præteriti poterit cõtratabulare, siue apertũ fuerit edictum: quia emancipatus sit præteritus, & institutus suus dict. l. non putauit. §. fin. siue vnus emãcipatus præteritus, alter institutus. l. non nunquam. ff. de lega. præstand. siue suus vel emancipatus institutus, & venter præteritus. l. illud, §. fina. cum l. sequen. ff. de contra tabul. Nec expectat, quod per præteritũ intentetur, dicta l. nonnunquam, & idem est, si suus præteritus sit, & emancipatus institutus. l. si duo ff. de legat. præstand. exhæredatis autem nunquam cõmittitur edictum per fratrem præteritum, l. post mortem, §. final. ff. de contra tabul. sed bene ius dicendi nullum. l. fin. ff. de libe. & posthum.]

ADDITIO. Quam potest intentare etiã committente inuito, vt l. non nunquam, ff. de legat. præstand. Ang.

SYL. ¶ Adoptiui liberi. CASVS figuratio non est necessaria, cum hodie per adoptionem iura patris naturalis minime dissoluantur. l. cum in adoptiuis. C. de adopt. Ideo autem eos emancipatos Prætor non cognoscebat, quia cum iure ciuili filij essent, & iuris ciuilis vinculum sit dissolutum, Prætor autem naturalem sequatur æquitatem, eis alter non succurrit vt legitimis, in quibus per emancipationem iura naturalia non dissoluuntur. Nota summarium.

Item, quod durante adoptione, quo ad patrem naturalem habentur loco extranei.

Item secundum aliquos, quod adoptiui nõ dñi sui. Item, quod adoptiui emancipati nõ redeunt sui patri naturali; sed perinde sunt,

c ¶ Iure ciuili. qd scilicet ius, ciuile. scilicet, adoptionis, quo vocantur sui adoptiui ad hæreditatẽ alio iure ciuili, scilicet per emancipationẽ sublatum esse quod esse potest, vt supra de legit. agn. tu. §. fi.

d ¶ Attinet. quod vocat emancipatos, vt sup. prox. §. & est ratio, quia desinũt esse filij: sed naturales non possunt desinere esse filij per emãcipationẽ, vt infra de hæred. quæ ab intestat. §. minus ergo.

e ¶ Extraneorum ff. de contra tab. l. 1. §. & sui iuris.

f ¶ Patre. ff. de cõtra tabulas, l. si emancipatus, § penult. in fine.

¶ Sed hæc quidem. CASVS aliter non figuratur: quia ius antiquum corrigitur: dubitationem facit ipsa antiqua dispositio: ratio autem decidẽdi allegatur in text. propter similitudinem respectu naturæ: & propter dispositionem. l. 12. tabul. ad quam facilis fuit reditus: attendit enim Imperator in filijs ipsam naturalitatem, vt faciebat Prætor in casibus per eum consideratis. Not. quod quo ad formam exhæreditationis sublata est differentia sexus, emancipationis, & patriæ potestatis, & posthumorum & iam natorum, & in adoptiuis seruatur regula dic. l. cum in adoptiuis, & §. sed hodie. supra de adopt.] SYL.

g ¶ Sed hæc. scilicet supradicta à principio tituli vsque ad §. emancipatos. Et dic hæc scilicet differentiam sexus, & gradus, & modi exhæredationis: vt supra eodem. §. 1. & §. posthumi. & §. sed feminini. notanter dicit de ijs, quæ postea vsque modo dicta sunt à §. illo, emancipatos.

h ¶ Vetustas. id est media iurisprudentia, vt statim sequitur.

a ¶ Con-

Nostra vero constitutio [a] inter masculos & feminas in hoc [b] iure nihil interesse [c] existimans, quia [d] vtraque persona in hominum procreatione simili † naturæ officio [e] fungitur, & lege antiqua [f] duodecim tabularum omnes similiter ad successionem ab intestato vocabantur, (quod & Prætores postea secuti esse videntur [g]) ideo simplex [h] ac simile ius, & in filijs & in filiabus, & in ceteris descendentibus per virilem [i] sexum personis, non solum iam natis, sed etiam posthumis, introduxit: vt omnes siue sui, siue emancipati sint, vel hæredes instituantur, vel nominatim exhæredẽtur, & eundem [k] habeant effectum circa testamenta parentum suorum infirmanda, & hæreditatem auferendam, quem filij sui, vel emancipati habent, siue iam nati sint, siue adhuc in vtero constituti, postea [l] nati sunt. Circa adoptiuos autem filios certam induximus diuisionem, quę in nostra constitutione, [m] quam super adoptiuis tulimus, continetur.

† Alias similiter.

† Nota q̃ ẽt ex l. 12. tab. ita ad mittebat ab intestato femina sicut mascul⁹ secũdum Ang.

Heres su⁹ ꝑterit⁹ hẽt duo remedia, emãcipatus vnũ. Querela datur emancipatis.

a ¶ Constitutio, C. de lib. præte. vel exhæreda. l. maximum.
b ¶ In hoc, Aliàs enim multæ differentiæ sunt. vt ff. de statu hominum. l. in multis.
c ¶ Nihil interesse, In authen. quibus mod. nat. effic. sui. §. non autem. coll. 7.
d ¶ Quia prima ratio.
e ¶ Officio, Id est, simili officio. vna. n. indiget altera ad procreationem sobolis, & hæc est prima ratio legis 12. tabularum vt C. de legi. hę red. l. lege duodecim tabularum.
f ¶ Lege antiqua. † argumẽtatur ex iure antiquo sic supra qui ma. nõ pos. §. fi. & hæc est secunda ratio.
g ¶ Videntur, scilicet dando filiæ bon. pos. contra tab. in totum, licet non possit dicere nullum vt suus, vt C. de lib. præt. l. maximum ibi, Et si præteritus &c. & hæc est tertia ratio.
¶ Adde, quod hæc omnia late ponit gl. & seq. doct. in d. l. maximum vitium.]
h ¶ Simplex. Ad differentiam antiquæ distinctionis, vt sup. eod.
i ¶ Per virilem sexum. Quid de descendentibus per femininum? Respondit, admittuntur, sed cum diminutione tertiæ partis, vt inf. de hær. quæ ab intesta. §. Diui. & C. de coll. bon. l. illam.
SYL. ¶ Adde, quod hodie sublata est hæc differentia, & æqualiter & sine diminutione succedunt, authen. quæ tertiæ. C. de col.]
K ¶ Eundem habeant effectum, quo ad cõmodum. diuerso tamen iure. nam suus præteritus & vicit nullum, & contra tabulas habet, si non vult dicere nullum, quãdo preteritus est. Sed emancipatus, tantum habet contra tabulas, vt Cod. de liber. præt. maximum. §. sancimus. itaque &c. & ff. de leg. præstan. is qui. Si autem exhæredentur, habent querelam omnes vt ff. de contra tab. l. non putauit, §. non quæuis. & de inoffi. test. Papinianus.
SYL. ¶ Adde, quod si suus est præteritus à patre vel eius linea, testamẽtum est funditus nullum, & habet duplex remedium, de quo in glo. si fuit exhæredatus non rite, habet contra tab. l. non putauit. §. non quęuis. ff. de cõtra tab. si rite cum causa, causa per hęredem debet probari: qua probata, repellit̃, aliàs rescinditur institutio, cetera firma manent. §. aliud, in auth. vt cũ. de appel. cog. Si loquimur in emancipato, idem quod in suo, si exhæredatus sit: si enim minus rite, dicit nullum: si rite, habet querelã, d. §. aliud si vero emancipatus fuit ꝑteritus: si sine causa, idem q̃ in suo. nã habet vtrumque remedium: si causa, est differentia: nam suus habet vtrumq. emancipatus habet tantum contra tab. gl. in §. exhæredatos, in authent. de hær. & Falc. si vero loquimur in linea materna, non est differentia: sed si sint præteriti aut exhæredati cum causa, veniunt per querelam, §. mater. inf. eod. si sine causa, dicunt nullum, dict. §. aliud. in posthumo vero, cum non possit exhæredari, non cadit ista dubitatio, vt dictum est. Et ita communiter resident Doct.]
l ¶ Postea nati sunt. Qui exhæredari non possunt vt diximus sup. eo. §. posthumi.
Adde, non rumpi testamentum agnatione posthumi, qui naturaliter non possit viuere, veluti si natus sit sexto vel octauo mense. Soci. Iun. consil. 35. nume. 15. lib. 2. qui attestatur hanc esse communem conclusionem.
m ¶ Cõstitutione, C. de adopt. l. cum in adoptiuis. & recitat̃, sup. de adopt. §. sed hodie. Adde, quòd licet ex causa præteritionis, vel exhæredationis testamentum reddatur nullum vel impugnari possit, hodie tamẽ præter institutionem hæredis cetera contenta in testamento firma permanẽt, auth. ex causa. C. de lib. præt.
¶ Sed si in expeditione. CASVS. Querebatur, an miles, qui in pluribus priuilegiatus SYL.
est

est in condendis testamentis, vt sup. de mili. test. per to. hoc eodem iure vtatur: & dubitationem faciebat, quia quamuis ea, quæ iuris ciuilis sunt, remissæ sint militi occupato in expeditione in confectione testamenti, tñ ea q̃ iuris naturalis sunt, vel ab eo originē trahunt, non remittuntur, vt not. est sup. de mili. test. §. plane. vnde cū institutio filiorum, vel exhæredatio respiciat ipsos filios, quia filios, vt probatum est supra in §. adoptiui. non videbantur priuilegia militū ad hoc extendi. Cuius contrariū decidit ex eo, quia illa præteritio scienter facta facit con stare de volun tate ipsius; ad

¶ Præteritio militis in expeditione testantis, si scit se habere liberos pro exhæredatione habetur. Ang

¶ Sed si in expeditione occupatus [a] miles, testamentum faciat, & liberos suos iam natos: vel posthumos, nominatim non exhæredauerit, sed silētio præterierit, non ignorans [b] an habeat liberos: silentium eius pro exhæredatione [c] nominatim facta valere, constitutionibus principū cautum est.

¶ Præteritio materna, vel per maternam lineam ascendentium habetur pro exhæredatione. Aret.

¶ Mater [d] vel auus maternus necesse non habent liberos suos aut hæredes instituere, aut exhæredare, sed possunt eos silentio omittere. Nam silentiū matris, aut aui materni, &

eo quod quamuis in pagano pariter constare posse dicatur, tamen cum pro forma requiratur à iure ciuili expressio, in ea dispensatur miles, vt dictum est sup. in prin. Not. summarium, & dic quod sumitur hic argumentum à contrario sensu, quia si ignoranter faciat, testamentum est nullum.]

a ¶ Occupatus. Quid si non est in expeditione? Respond. ius commune obtinet, vt supra de testa. mil. §. illis.

b ¶ Non ignorans. Si enim ignorat, nō valet testamentum, vt C. de testam. mil. l. si cut certi iuris. † nisi fuerit eius animi, vt si filiū haberet, esset ex hæres, vt ff. de testam. milit. l. qui iure milit.

† Et si verba essent generalia apta comprehendere omnē nascitutū secūdum

c ¶ Pro exhæredatione Ideoque querela inofficiosi testamenti agitur, sed hoc, cum miles est paterfamilias. nam tunc non potest habere locum castrense peculium? si enim esset filiusfamilias, non haberet locum querela, vt C. de inoffi. test. l. fi. §. fi.

SYL. Bald. licet Ang. dubitet hic, secus tamen in pagano vt hic per eum.

¶ Adde rationem quia cum filiusfam. non testetur nisi in castrensibus, vel quasi, non subiacent talia bona, & tale peculium querelæ l. fin. C. de inoffic. testam. Hodie vero indistincte subiacet querelæ, vt per Bar. & alios in Auth. ex causa C. de lib. præte.

ADDITIO. Ista gloss. hodie est falsa, vt not. supra de testam. mil. in gloss. super verbo communi.

SYL. ¶ Mater. CASVS. Quærebatur, an quod dictum est sup. in patre, & ascendentibus paternis; haberet locū in matre v el maternis, & videbatur dicendum quod sic: quia cum pariter sint filij & descendentes vtrinsque, idem ius in eis videtur statuendum saltem quo ad edictum Prætoris, quod naturali æquitati innititur; cuius contrarium dicitur: & quod imo præteritio habetur pro exhæredatione? ratio est, quia ius istud considerauit sublata item. §. emancipatos. supra eodem. Hodie vero ratio in contrariū adducta obtinet: quia debent præteriri cum insertione causæ, quod idem est. Not. ergo præteritionem maternam haberi pro exhæredatione. Item de hoc iure non dari contra tab. contra testamentū matris prætereuntis. Item quòd nec de iure ciuili, nec prætorio, requiritur exhæredatio in testamento matris vel eius lineæ. Item, quòd Prætor non annullat testamentum, in quo filius est præteritus, sed dat contra tabul. Item, quod præteritis à matre non datur ius dicendi nullum, aut contra tabulandi, sed querela inofficiosi. Item, quod dictio paulo post, verificatur in magno interuallo.]

Intellige quod traditur hic, præteritionem matris, & aliorum ascendentium per matrem, haberi pro exhæredatione, vbi fuit apposita causa legitima: nā nulla inserta causa, tale testamentum esset nullum, vt ait Iul. Clar. de testa. q. 47. prope fi.

d ¶ Mater. Idem intelligo in silentio liberorum ad maternā lineam, vt C. de inoffi. testam. l. cum filium. Accur.

¶ Adde secus de iure nouissimo, si enim mater vel alius ascendens fuit præteritus cū causa competit querela, vt hic dicit glos. aut sine causa, & testamētum est nullum, auth. sed licet. C. de lib. præte. SYL.

Idem in patre, & alijs per patrem ascendētibus præteritus a filio emancipato. Si vero à filiofam. semper testamentum est ipso iure nullum. Clar. de test. q. 48.

* ¶ Ratio, quare præteritio matris habeatur pro exhæredatione, est, quia respectu matris suitas non cōsideratur. l. Illud. §. ad test. de contra tab. quę ratio fuit Bar. in l. in suis. ff. de lib. & posthum.

a ¶ De

a ¶ De iure ciuili. Quia non habet eos in potestate, inf. de hær.qual. & dif. §. ceteri.
b ¶ Edicto. Quo emancipari vocantur, vt sup.eod.§.emancipatos, quia eos non potest emancipare: vnde contra tabulas locum nõ habet, vt hic, & ff. de contra tabul.illud §.ad testamenta.

c ¶ Eis.s.descẽdentibus per lineam femininam: datur tamen & alijs, sed his maxime. vt Cod de inoffic. testa. l. filiam.

d ¶ Paulo post, vt inf. de inoffic.testa. per totum.

* ¶ Scilicet q̃rela inofficiosi testamenti. nam bo. poss. contra tab.nõ datur: quia p̃teriti a matre habentur pro exhæredatis exhæredati autẽ non habẽt eiusmodi bon.possess.l.non putauit.ff.de bono.possess.contra tab.]

& dominus constituatur,§.fi.infr. de hęred. qualit.& differ.]

Adde, quod vt institutio valeat, hæres debet nominari ore proprio testatoris.l.hæredes palam.ff. de testam. quod docte limitat & declarat.Clarus, de testam. quæst.35.

ceterorum per matrẽ ascendentium, tantum facit, quantum exhæredatio patris. Neque enim matri filium filiamve, neque auo materno, nepotem neptemve ex filia, si eum eamve hæredem non instituat, exhæredare necesse est: siue de iure [a] ciuili quæramus, siue de edicto [b] Prætoris, quo Prætor præteritis liberis contra tabulas bonorum possessionem † permittit: sed aliud eis [c] adminiculum seruatur, quod paulo post [d] vobis manifestum fiet.

† alias p̃mittit.

## ¶ De hæredibus instituendis. [e]

¶ Hæredes instituti possunt liberi, & etiam tam proprij, quam alieni & proprij si cum libertate, qui etiam respectu solæ proprietatis dicuntur h.d.

Diuisio.

Hæredes. ¶ Totus iste titulus diuiditur in septem partes. Primo ponit regulam generalem, q̃ non solum liberi, sed etiam serui, & non tantum proprij, sed etiam alieni possunt hæredes institui. Secundo declarat, qualiter proprius seruus potest institui, & quis dicatur proprius seruus. Tertio quis dicatur alienus,& quomodo potest institui. Quarto, q̃ non tantũ vnus, sed etiam plures possunt hæredes institui. Quinto ponit diuisionem portionum hæreditatis,& de effectu ipsius. Sexto, de institutione sub conditione. Septimo, q̃ etiam ignotus testatori potest hæres institui. Secunda ibi, Proprius autem. Tertia ibi, alienus seruus. Quarta ibi, Et vnũ hominem. Quinta ibi, Hæreditas plerũque. Sexta ibi, Hæres & pure. Septima ibi, ij.quos. Vel diuidas, vt diuidit hic glo.rub.Aret.

Cõtinuatio.

¶ De hæredibus instituendis.

¶ Continuatur hoc modo. Vidimus supra de ordinatione testamentorum, in tit.de testa.ordi.verum quia causa efficiens fuit necessaria, ideo postea posuit de personis testantium, vt in tit de test.mili. & qui testari non possunt.. in tit. quibus non est per.facere testamentũ. Verũ quia in testamẽtis hęredes instituũtur, videndum est, ergo de hoc titulo.Aret. Vel sic. Visum est sup.de filijs iã natis quã nascituris hæredibus instituend. vel exhæredandis, nunc sequitur videre generaliter de extraneis hæredibus instituẽdis.

¶ Cõtinuatio huius tituli hr̃ per gl.in rub. ff. eod. Dictum est supr. qualiter alij alijque descendentes instituantur, modo videndũ est de institutione extraneorum, de qua in hoc tit.tractandum est, vel aliter: quia testãtes olim ab institutione hæredis incipere solebant §.ante hæredis. infra de leg. ideo consequens est, vt post tractatum de ijs, qui possunt testari, & de modo testandi dicat de ijs qui possunt hæredes institui.

† Hoc dicit ratione contrarij, quia gerũdium denotat necessitatẽ, hic autem agitur de ijs, quos liberum est instituere, ver.nõ instituere.

e ¶ instituendis.i qui possunt institui, † vt inf.eod. vsque ad §. si plures. & §.fi. Item & qualiter debeant institui, vt inf.eod.§.si plures vsque ad §.fin.

* ¶ Hæredes instituere. est scribere vel nũcupare hæredes,l.2.§.1.ff.eod.

** Adde, quod hæres sic dictus videtur, q̃d hæreat, i. quod proxime & cõtinẽter successionẽ post mortẽ eius, cuius hęres est, capiat,

¶ Hæredes. CASVS Quæsitum fuit qui possunt hæredes institui, & responsum est generaliter oẽs tam liberi, quam serui, in seruis autem quæsitum est, an passim, an vero certa data regula instituerentur, & videbatur nõ aliter hæredes institui posse proprios seruos, quam cum libertate alias.n. capaces hæreditatis minime videbantur l.quod attinet.ff.de reg.iur. cõtrarium deciditur, quod etiam non adiecta mentione libertatis possunt institui: ratio est: quia l. interpretatur mentem testantis, vt in necessariam antecedentiam velit hæredem institutum esse liberum. Tunc quæsitum est, quis diceretur proprius seruus, vt in eo haberet locum hęc dispositio: & videbatur dicẽdum, illum esse seruum propriũ, in quo plenum dñium habemus, iuxta ea, quæ habentur in l. certũ, §.1.ff.de conf. Attamẽ cõtrariũ dr̃, quia p̃prium quid dr̃ nedũ ex cã ipsius proprietatis, sed & nudę possessionis, & declarar̃ vt in tex. No. quemlibet iã liberũ q̃ seruum institui posse. Itẽ, q̃ hodie põt quis sine mẽtione liber-

libertatis hæres institui. Itē, q̃ libertas tacitè dari pōt. Itē, q̃ proprium dr respectu nudæ proprietatis. Item, q̃ opinio vnius doc. quādo est fulcita melioribus rationibus, attēditur contra opinionem plurium.

Attilicino placuit, & Paulo, sed in legis necessitatem non deduxerunt, sic & sup. de testa. sed neque hæres. Iustinianus vero in legis necessitatem induxit, vt ex ipsa institutione liber esse videatur. †

Haeredes instituere a permissum b est tam liberos homines, quam seruus, & tam proprios, c quàm alienos. d Proprios autem olim quidem secundum plurium sententias nō aliter, quam cum libertate, recte instituere licebat: hodie vero etiam † sine libertate, ex nostra constitutione e hæredes eos f instituere permissum est. Quod non per innouationem g induximus: sed quoniam æquius erat, & Attilicino placuisse Paulus suis libris, quos tā ad † Massurium Sabinum, quā ad Plautium scripsit, refert. Proprius autem seruus etiam is intelligitur, in quo nudam proprietatem h testator habet, alio vsumfructū habente.

¶ Seruus à domina, quæ secum adulterium commisisse dicitur, . . quod ipse accusatus est, ante sententiam nec manumitti, nec hæres instituí potest hoc dicit

¶ Est † tamen casus, in quo nec cum libertate vtiliter seruus à domina hæres instituitur, vt constitutione i Diuorum Seueri & Antonini cauetur, cuius k verba hæc sunt. l

a ¶ Hæredes instituere. q.d. dominos intus in bonis suis facere. nam hęres. i. dominus, vt infr. de hær. qual. & diffe. §. fin. Item ideo dixi: Intus quia ita subintrat hæres in dn̄iū rerum defuncti, ac si eadem persona esset, vt in authent. de iureiuran. à mori. §. 1. coll. 5. & ff. quibus ex cau. ma. l. cum miles. Accurs.

¶ Adde glo. q̃ hæc optime declarat in l. omnium. C. de testa. secus tamē est in possessione, l. cum hæredes. ff. de acquir. possess.

ADDITIO

Nō tamen est, idē dominium quod erat penes defunctū. sed fingitur esse idem. Secus autem in possessione, quam volens perdere, & in aliū transferre: statim pdet & noua renascitur statim quod est apprehensa: & intelligitur semper fuisse continuata si interim à nemine fuit occupata. Ang.

† Declara vt per gl. in §. 1. in ver. fine libertate sī pta, quib. ex ca. ma. non licet. Possessio hęredis an sit eadem cū possessione defuncti. SYL.

*

† Intellige de Annotationibus Pauli in lib. Sabini, & Plautij non de dedicatione operis. constat. n. Paulū diu post Sabinum & Plautium vixisse.

b ¶ Permissum est. s. à iure.

c ¶ Proprios. s. sertios.

* ¶ Vt. s. ex ipsa institutione intelligantur ēt libertatē adepti. qđ nō habet locū: si eis legarū vel fideicommissum sine libertate relinquatur. l. quidam, §. illo. C. de necess. ser. hær. inst. vbi vide Bal. de ratione diuersitatis. J

d ¶ Alienos. Sic. ff. eod. non minus.

e ¶ Constitutione, vt C. de ne. ser. hæredib. instituen. l. quidam cum.

f ¶ Eos. s. proprios seruos.

g ¶ Non per innouationem. q.d. non induximus hoc de nouo, sed apud antiquos hoc idem dixerat Attilicinus, vt subijcit sed cōtra sup. qui. ex cau. ma. non licet. §. idemque iuris ibi. Noua humanitatis, &c. Sol. iste Iustinianus non inuenit, sed rationem reddit, cum non sit verisimile &c, vt ibi, Vel aliter

¶ Adde, q̃ hāc sol. seq. cōiter doct. hic, quicquid dixerit Petr. & Ias.

¶ Itē numquid corrigit quod aliàs dicitur, s. q̃ pure institutus, & sub conditione liber: quia expectatur conditionis euentus, vt ff. eod. l. seruis 1. §. 1. l. quoties. § fin. & l. qui filio. §. 1. Respō. nō, quia istud locum habet quod hic dicitur: q̃ñ libertas nec est data expresse, nec fuit retardata: at ibi expsse fuit retardata.

¶ Adde, q̃ hæc glo. communiter tenetur: si tamen expresse inhiberetur vitiaretur institutio dic. §. idemque iur. & si esset seruus cū libertate institutus hæres, & postea libertas adépta, oīno valet institutio: ita no. in l. si ita scriptum, §. regula ff. de lib. & posth.

† Tu dic secūdum doc. quod primo fuit ius legis necessitate, postea abrogatum, tertio per Iustinianū iterum ad legem redactum.

† ali. asir.

h ¶ Nudam proprietatem, vt iste liber & hæres necessarius sit, vt sup. eo. 1. resp. sed tamen vsufructuarius perinde vtetur, ac si esset seruus adhuc, vt C. communia de manu. l. 1. §. sin autem proprietarius.

¶ Est tamen. CASVS Quæsitum fuit, an seruus accusatus de crimine adulterij cū domina commissi, posset ab ea hæres instituí; & videbatur quod sic, ex regula permissiua, sup. eo. in prin. sed contrariū deciditur pendente iudicio: ne ex suo delicto præmium consequatur. l. itaque fullo. ff. de fur. No. seruum dominæ non debere operas carnales. Item, quod pendente iudicio criminali nihil est innouandum. Item, q̃ mulier nō potest manumittere seruum aut instituere seruum adulterio maculatum.

i ¶ Constitutione scilicet Græca, quam non habemus.

K ¶ Cuius, scilicet constitutionis.

l ¶ Verba hæc sunt, quæ sequuntur.

a ¶ Ma-

¶ Seruum adulterio maculatum, [a] non iure testamento manumissum [b] ante sententiam ab ea muliere videri, quæ rea fuerat eiusdem criminis postulata, [c] rationis est. Quare sequitur, vt in eundem à domina collata † hæredis institutio nullius momenti habeatur. [d]

† aliàs hæreditatis, aliàs neutrum nec hæredis, nec hæreditatis.

¶ Non potest breuius summari.

¶ Alienus seruus etiam is intelligitur, in quo vsumfructum testator [e] habet.

a ¶ Maculatum, id est accusatum: nam aliàs est in litera accusatum, vt ff. eo. his verbis, §. interdũ. vbi de verbo ad verbum sunt ista quæ hic dicuntur. similis expositio dicitur in lib. Sap. de Ioseph. Maculauerunt me impij. Et alibi in diuina scriptura: Mendaces ostendit qui maculauerunt eum, id est accusauerunt eũ.

Sap. 10. Ibidem.

b ¶ Manumissum, scilicet videri, vt postea subijcit: & dic manumissum simpliciter, nõ institutum: & ex hoc infert, quod sequitur, quod nec cum institutione fieri potest liber, vt subijcit, quare sequitur &c.

c ¶ Postulata, id est accusata ex eodem adulterio cũ seruo proprio commisso: pro quo grauiter punitur vterque, vt C. de mult. quæ ser. pro. se iunx. l. 1. in princip. (i) Quid si cum extraneo commisit adulterium? Resp. nec tunc manumittit vsque ad lx. dies, vt C. de adult. l. 3. & ff. de adulter. si postulauerit. §. iubet.

¶ Adde, quòd ratio est, quia eis manumissis non possunt torqueri ad probandum delictum. l. prospexit. ff. qui & à quib. ]

¶ Item quid si adulterium tale cõmisit, nõ tamen accusatur adhuc? Respõ. bene potest manumittere: sed in crimine læsæ maiestatis est speciale, vt post commissum crimen tale non possit manumittere: vel testari, vt C. ad l. Iul. ma. l. fi. & ff. de don. l. post contractum. & l. donationes. §. fin.

SYL. ¶ Adde, ꝙ hoc est verum, nisi maritus fecerit diuortium gratia accusandi, d. l. prospexit. § fi. cum l. seq. ff. qui & à quibus. ]

ADDITIO. (i) Puniuntur aũt & dña, & seruus: quia verberati traduntur igni. & idẽ non esset in domino qui cognouisset seruã, vt notat glo. in l. 1. & probatur in l. fi. C. cõ. de ma. propterea, quia maior honestas requiritur in muliere, quam in masculo. Christo.

d ¶ Nullius momenti habeatur, quia si valeret institutio, valeret libertas, vt sup. eod. 1. respond. & sup. qui ma. non pos. §. 1. & ita nota arg. quod vbi aliquid prohibetur, fieri directo, similiter & per obliquum prohibetur: sic † ff. de cond. insti. l. quæ sub conditione. §. si quis. Item argumentum, ꝙ cassato principali, cassatur quicquid sequitur ex eo, vel ob id, vt C. de legit. & constitut. l. non dubium.

† Concor. ca. cũ quis vna via. de reg. iur. lib. 6.

SYL. ¶ Adde, hoc verum, vbi est eadem ratio. l. si is, C. de prędijs mino. Item vbi cassatum est quid ratione temporis. l. 2. & ibi gloss. ff. de luit. pig. Aduerte tamẽ, quia videbatur probari cõtrariũ ex hoc text. quia institutio cõsequitur ex libertate, sed potius libertas ex institutione, cum libertas sine ea esse possit: nisi respon. quod attendatur ordo intellectus: quod ad hoc, vt institutio sequatur, requiritur libertas præcedens tacita vel expressa.

* ¶ Quid si domina & seruus absoluantur, quasi iniuste rei facti? Et videretur, institutionem & libertatem sustineri, quia res iudicata ꝓ veritate habetur. l. res. de regul. iuris.

¶ Alienus. CASUS. Quæsitum fuit, an vsusfructuarius serui posset illum heredẽ instituere quasi proprium: & videbatur dicẽdum quod sic: quia cum dominij pars ita sit vsusfruct⁹, sicut proprietas. l. 4. ff. de vsufru. ex quo id cõcessum videmus proprietario, idem vsufructuario quoque concedi debet. Cuius contrarium deciditur: ratio autem ea est, quia dominus proprietatis sua proprietate priuaretur, quod non est in vsufructuario, l. 1. §. sin autem, C. com. de manu. Nor. ꝙ nostrum non dicitur illud, in quo tãtum habemus vsumfructum. Item, quod seruus a domino vsufructus sui non potest manumitti nec institui. ]

e ¶ Testator. & ideo non potest eum cum libertate instituere, vt ff. eo. non alienum in princ. (i) Sed contradicit ad hunc § ff. de bono. au. iu. pos. l. in venditione. Sed certe quo ad alia est loco domini, non quo ad hoc, vt possit fieri liber. Sed cum aliàs manumissus à fructuario simpliciter sine institutione erit tanquam liber, quamdiu duraturus erat vsufructus, vt C. communia de ma. l. 1. §. sin autem fructuarius, numquid & hic erit tanquam liber, licet vere liber non sit? Respon non, quia ex morte testatoris protinus erat futurus quasi liber, si valeret hoc, quod ageretur, vt infra de hæred. quali. & diffe. in princip. Item & tunc erat vsusfructus perdendus, vt supra de vsufruct. §. finitur. vnde etiam si esset quasi liber, donec duraret vsusfructus, quia nihil duraret post mortem testantis, nihil valeret talis institutio, vt sit liber, sed domino suo hæreditatem quærit, vt infra eodem. §. alienus. Sed quid si erat vsusfructus repetitus: in persona primi hæredis, vel etiam vlterius, quod potest, ut ff quibus mod. vsusfruct. amit. l. repeti. in princ. Respond. tunc erit quasi liber toto illo tempore, vt in d. l. communia de ma. l. 1. §. sin autem fructuarius.

¶ Adde quod cum hac glos. transeunt communiter SYL.

munitur doct. hic.]

SYL. ADDITIO. (t) Et ff. ad Sylla. l. 1. §. domini de quo vide glo. in l. recte dicimus. ff. de verb. sign. Angel.

¶ Seruus autem. Casum figurare non expedit, litera enim plana est. ratio dubitandi per se patet, & rationes decidendi ponūtur expresse in text. Not. quod seruus institutus fit liber, & hæres necessarius. Item, quòd si manumiss⁹ fit in vita, omnino remanet hęres, sed voluntarius. Item, quòd vbi duo ad actum copulatiue requiruntur, nō sufficit alterū eorum. Itē, quod per alienationem serui instituti videtur reuocata volūtas dādi libertatem, non autem hæreditatem.

Item, quod quælibet dispositio, quātumcumque pia, in testamento facta, potest reuocari.

¶ Seruus a domino institutus fit liber, & hæres necessarius, nisi in vita testatoris fuerit manumissus, aut ab eo alienatus. h. d. Aret.

¶ Seruus autem a domino suo hæres institutus, si quidem in eadem causa [a] manserit, fit ex testamento liber [b] hæresque ei necessarius: si vero a viuo testatore manumissus fuerit, suo arbitrio adire hæreditatem potest: quia non fit hæres necessarius, cum vtrumque [c] ex domini testamento non consequatur. Quod si alienatus fuerit, iussu noui domini adire hæreditatem debet: & ea ratióne per eum dominus fit hęres. nam ipse alienatus, neq; liber, [d] neq. hęres esse potest, etiam si cum libertate hæres institutus fuerit. Destitisse enim a libertatis datione videtur dominus, qui eū alienauit. [e]

Seruus alienus hæres institutus quærit domino suo hæreditatem, si iussu suo hæreditatem adit. Si vero fuerit alteri alienatus: debet iussu noui domini adire. Si vero ante, quam adeat, fuerit ma-

a ¶ In eadem causa. i. seruus eiusdem domini. Ioan. vt ff. si ex noxa causa aga. l. 1 §. 1.

b ¶ Liber. nisi aliqua lex impediat libertatem, vt ff. eo. l. si non lex, vel conditio, vt ff. eod. quoties, § fin. Vel quia ex lege pertenit ad libertatem, vt ff. eod. l. testamento secundum Ioann. †

† Ex hac glo. & l. in SYL. ea allegata colligite sm Bal. q᷑ vox publica pferē priuatæ, vndedicit. q᷑ p statutū posset drogari vltimę volūtati, pptērea, q᷑ vox statuentiū voci testa

¶ Adde not. ex illo text. quod vt quis seruus sit hęres necessarius exigit̄, vt sit seruus non tantum tempore mortis, sed aditionis.]

¶ Item fit liber a semetipso, nisi institutus fuerit ita, Cum quis mihi hæres erit, Stichus liber & hæres esto, nam tunc a cohærede accipit libertatem. vt ff. de acqui. hæred. l. ex parte. Item & ignorans fit hæres & liber, vt ff. si cert. pet. l. eius qui.

c ¶ Vtrumque. i. hęreditatem & libertatem. nā vt liber fit, & hæres necessarius, hæc duo cōsequi debet ex testamento domini, vt inf. de hæred. quali. & dif. §. 1.

d ¶ Neque liber. directa enim libertas in seruo alieno non potest habere locum. sed institutio potest habere effectum, vt hic. sed aliud in legatis, quæ adimuntur hoc ipso, & alienantur serui, vt ff. de adimen. lega. l. si seruo cum libertate, & est ratio. quia in legato spectatur dies, quo cedit, an sit manumissus, vt ff. quando dies lega. ced. l. si post, §. si cum.

meiorum est pferen da. vt d. l. testam ff. eo. Ch. ist.

ADDITIO. Hęc ratio non est bona: quia sine inspiciamus diem cedentis legati, siue diem aditæ hæreditatis, vtroque casu reperitur alienus: vnde quēadmodū etiā hæreditas venit acquirenda nouo domino, ita & legatum: & propterea noua reddítur ratio, quia facilius legata reuocantur, quam hæredum institutio. l. ex parte. ff. de adimen. lega. cū enim facilius legata instituātur facilius destruūtur, vt i Auth. ex causa, C. de liber. præter. Christopho.

e ¶ Alienauit. Scilicet alieni habenti factionem testamenti, vt ff. eodem l. seruum meum. in fine primo respond. & hoc nisi redimatur ab eodem testatore, qui eum instituit, & postea eum alienauit, tunc enim reuiuiscit libertas, vt ff. de ma. testa. l. verum, & ff. eodem quoties. §. fin. & l. si non lex, & l. antepenult.

SYL. ¶ Alienus quoque. CASVS. Dubitatum fuit, si seruus alienus institutus, a domino alienetur, iussu cuius domini adire debeat hæreditatem & videbatur, q᷑ iussu illius, cuius erat dominium serui tempore mortis testantis, sicuti dicimus in legato l. si post. §. 2. ff. quando di. leg. ced. Contrarium respondetur ea ratione. quia in legato cum statim secura morte dominium eius trāseat, & quæratur, merito statim quæritur domino per seruum; at in hæreditate, in qua requiritur aditio ad quærēdum dominium, quousque non est adita hæreditas, non dicitur quæsitum domino aliquid l. pretia rerum, ff. ad l. Falc. ius enim adeundi seruo proprie quæritur, non domino l. cum proponas. C. eod. Not. q᷑ seruus iussu domini tempore aditionis debet adire. Item, quod si institutus seruus

uus liber efficiatur, nihilominus consequitur hæreditatem.

a ¶ Alienus. Qui sic institui potest. cum liber erit: prius non, vt ff. de cond. inst. seruus alienus. & l. quia.

b ¶ Iussu. præcedente aditione, vt ff. de acq. hæredit. l. si quis mihi bona. §. iussum. † & ita domino quæritur: aliàs si seruus nolit adire (qđ potest esse, etiã domino iubente) non quærit, vt C. eo. l. cum proponas.

† Qđ facit, si ex statuto vel ex lege requiratur iussus auctoritas consẽsus, vel voluntas, an ꝓcedere deant vel sequi. Et vide not. in l. fi. §. necessitate. C. đ bo. q̃ lib. Aret.

Si tamen coactus adeat, valet aditio: sed pater filia recusante, item monasteriũ monacho recusante adire, vel ante aditionem mortuo, possunt adire suo iure, vt per Angel. hic.

numissus, potest suo arbitrio adire. Aretin.

¶ Alienus[a] quoque seruus hæres institutus, si in eadem causa durauerit, iussu[b] eius domini adire hæreditatem debet, si vero alienatus fuerit ab eo, aut viuo testatore, aut post mortem[c] eius ante, quam adeat, debet iussu noui domini[d] adire. At si manumissus est viuo testatore, vel mortuo ante quam adeat, suo arbitrio[e] adire potest

c ¶ Post mortem eius. Etiam post iussum eius, antequam tamen adiret, vt ff. de acquir. hæred. Antistius. §. 1.

d ¶ Noui domini. Hoc est enim in hæreditate, vt illi acquiratur, qui tempore aditionis est dominus: vel sibi, si liber est tũc: sed in legato spectatur dies cessionis, vt si tempore mortis legantis sit meus, licet alienem, tamen mihi debetur legatum, vt ff. quando dies lega. ced si post. §. 2.

SYL. ¶ Adde rationem diuersitatis positam in figuratione casus.]

e ¶ Suo arbitrio. sic supra eod. §. seruus autem. vers. sic. si vero.

SYL. ¶ Seruus. Quæsitum fuit an seruus alienus post mortem domini recte institueretur, & videbatur dicendũ, quod non, quia talis institutio ex persona serui valere non poterat, quia incapax. l. quod attinet. ff. de regulis iuris, nec ex persona domini, quia mortuus. Contrarium tamen deciditur ea ratione, quia hæreditas iacẽs sustinet vicem personæ, & repræsentat defunctum, vt dicitur in text. Not. quod seruus potest institui post mortem domini.

Item, quod hæreditarius seruus recte instituitur, sicut ille qui est in vtero.

Item, quod hæreditas iacens repræsentat personam defuncti, non hæredis. Itẽ, quod quamuis de iure antiquo posthum⁹ alienus non posset hæres institui, seruus posthumi alieni recte instituebatur, & sic quod aliquis potest consequi per alium, quod non consequitur per seipsum.]

f ¶ Post domini mortem verba legis sunt omnia, & secundum hoc planum est: vel testatoris: quia sic dicat, instituo seruum hęredẽ post mortem domini, & ꝓbatur hæc lectio secunda. ff. eod. qui filio 1. respon. nec obst. quod videatur in diem fieri hæc institutio, vt infra eodem. §. hæres: quia incert⁹ est dies mortis, vt ff. de condi. & demon. l. 1. vnde valet vt ff. eodẽ. l. in tẽpus in princ. Mortis dies est incertus.

* ¶ Potest dici hic vtrumque casum decisũ esse, & quod verba illa, quia & cum hæreditarijs, &c. sint redditiua rationis, cur institutio serui alieni post mortem domini collata valeat, quasi dicat, hoc non est nouum, quia & defuncto quoque ipso domino, necdum adita hæreditate institui potest.]

hæreditatem.

¶ Seruus alienus potest ... etiam post mortem ... & cum ... hæreditarius, ... in vtero. Aret.

¶ Seruus etiam alienus post domini[f] mortem recte hæres instituitur: quia & cum hæreditarijs seruis est testamenti factio.[g] Nondum[h] enim adita hæreditas, personæ vicem sustinet non hęredis futuri, sed defuncti.[i]

g ¶ Testamenti factio. Scilicet passiue, non factiue infra de hæred. qualit. & differen. §. testamenti, & iussio hæredum spectatur, si modo cum defuncto fuit, licet cum hęrede instituto non sit testamenti factio, vt ff. eod. seruus hæreditarius.

h ¶ Nondum. bene dico seruum hæreditarium posse institui, quia non est nullius, sed alicuius scilicet hæreditatis, quæ vicem defuncti obtinet.

i ¶ Defuncti. & est forte ratio, quia defunctus est certus, qui fuerit, sed non sic de hęrede, quia & si certus sit institutus, poterit esse, quod non adeat hæreditatem: quia potest desistere multis de causis, vt infra quibus mo. testa. infir. §. posteriore.

¶ Adde, quod quousque non aditur, repræsentat personam defuncti: adita autem, hæredis, & retrotrahitur, ita quod fingit̃ repræsentasse hæredem a morte defuncti. l. hæres quandoque, ff. de acqui. hær. & dicit hic Are. & hanc rationem gl. seq. communiter doct. hic, & in l. si is qui pro emptore, in vit. nor. ff. de vsu. * in aliquibus tamen casibus non sustinet vicem personæ defuncti, quos not. glo. infra. de stipular. seruo. in princ. SYL.

¶ Et facit ad hunc, §. infr. de stipula. ser. in princ.

princip. & ff. de acquir. rerum domi. l. in eo. in fi. & seq.

* ¶ Adde, quod in ijs, in quibus factum personæ, operæve substantia desideratur hæreditas non obtinet vicem personæ. l. hæreditas. ij. de acquir. rerum domin. Item in materia, quæ stricte intelligenda sit vt in lege municipali, vel pœnali, quod disponitur de persona, ad hæreditatem nō trahitur, vt eius ius perimatur, Ias. in l. si is, qui pro emptore. in vltim. no. ff. de vsucap. & post eum Alcia. ibidem, & libr. 2. de verb. signif. nec enim hæreditati negligentia imputari potest. Vnde & contra eam non currit præscriptio. l. si seruus hæreditatis. de stipu ser. doct. l. licet, C. de iu. delib.

† aliâs, cū etiam.

† alias instituatur.

† Passiue .i. qui ex alieno testō capere possunt.

¶ † Quin etiam eius,[a] qui in vtero est, seruus recte hæres † instituitur.

¶ Seruus plurium capacium ab extraneo institutus, acquirit vnicuique pro parte domi nica. Aret.

¶ Seruus autē pluriū, cum quibus[b] testamēti † factio est, ab extraneo[c] institutus hæres vnicuique dominorum, cuius iussu[d] adierit, pro portione dominij acquirit hæreditatem.

a ¶ Eius, qui in vtero est. Cum pro nato sit habendus quo ad commodum, vt ff. de statu homi. l. qui in vtero, & ff. eod. l. eius.

SYL. ¶ Seruus. CASVS. Quærebatur quomodo seruus communis institutus hæres acquireret hæreditatem, & videbatur quod æqualiter, quia institutis pluribus absque partiū assignatione, æqualiter instituti censentur. §. si plures inf. eodem vnde instituendo seruum plurium, cum videantur quodammodo, domini effectualiter instituti, videbatur quod pro numero personarum hæredes essent. Cuius contrarium dicitur, quod immo pro portione dominica, cum illa hæreditas videatur quodammodo effici serui, & fructus ipsius serui debeant: domini consequi pro rata bonorum, & sic pro rata dominij, vt dicitur in text. Not. summa. Item, quod capacitas serui pēdet a capacitate domini. item, quod seruus institutus non omnibus quærit indistincte, sed tantum dominis præcipientibus.

b ¶ Cum quibus. s. dominis.

c ¶ Ab extraneo. Si vero ab altero ex dominis hic institutus, acquiritur ceteris socijs hæreditas: quod dic, vt ff. pro soc. l. verum. §. si seruo communi.

¶ Adde, quod idem est in contractibus, l. 1. §. seruus communis de stip. ser. l. proinde. §. 1. eod. tit.

d ¶ Iussu, dic quod sufficit vna iussio, licet sint plures domini, vt ff. de acquir. hæred. l. seruus duorum.

* ¶ Intellige, vt illi, cuius iussu adierit, pro sua portione acquiratur. Vnde hic eueniet, vt sæpius eadem hæreditas adeatur. l. cum solus, de acqu. hæred. Verum ceteris dominis adire non iubentibus, eorum partes accrescunt ei, cuius iussu adierit, l. seruus cōmunis, ff. de acqui hær. ne cōtingat, defunctū pro parte intestatū decessisse, contra l. ius nostrum. de reg. iur. quæ ratio cum cessēt in legatis, & stipulationib[9] merito in eis aliter constitutum fuit, l. si seruus pluriū de leg. 1. & §. seruus cōmunis inf. de stip. ser.

¶ Quot quis vult potest hęredes facere. hoc dicit.

¶ Et vnum hominem & plures vsque in infinitum,[e] quot quis hæredes velit[f] facere, licet.

¶ Hæreditas proprie diuiditur in xij. vncias siue partes, quarū quælibet suo proprio nomine nuncupatur. Potest tamen diuidi in pauciores, vel in plures, prout voluntas est testatoris. Aret.

¶ Hæreditas † ple-

e ¶ Et vnum. In infinitum. Quid ergo si instituam omnes homines quicūque sunt in mundo? Vī nullum esse cum effectum hēre non possit prīto tamen valere, vt hic. sed tñ non poterit confirmari aditione propter nimiam difficultatem, vel impossibilitatem.

Omnes homines mūdi possūt simul hæredes institui. SYL.

¶ Adde, quod hanc glo. communiter reprehendunt vltramon. & intelligunt, ꝙ dictio, vsque, in text. nostro intelligatur exclusiue. Alij vero dīr institutionem valere, sed reprehendunt gl. qñ dicit, ꝙ propter nimiam difficultatem adiri non poterit, quia secūdū eos sufficit aditio unius ad confirmationem testamenti, vt no. in l. 2. ff. si pars hære. peta.

f ¶ Velit cū sua voluntas sit lex, vt in Auth. de nupt. §. disponat. coll. 4.

SYL. ¶ Hæreditas. CASVS. Quæsitum fuit, quomodo hæreditas in iure diuideretur: & responsum est regulariter in duodecim vncias. at statim quæsitum est: an in potestate testantis sit aliter diuidere: & videbatur dicendum quod non, quia cum esset à iure statuta diuisio non videbatur voluntatem testantis contra illam admittendam esse l. nemo potest, ff. de leg. 1. Contrarium decidītur: quia quamuis in plures, aut pauciores diuidat, effectus idem est, quia omnino ad assem hæreditas semp reducitur. No. diuisionē hæreditatis in 12. vncias, & earū noīa. Itē, ꝙ dictio plerumque, facit regulā. Item, ꝙ

institutus in parte non dato cohærede habet totum. Item quod quis non potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, nisi miles.

a ¶ Hæreditas plerumque. Ideo dicit plerumque, quia quandoque in plures, ut inf. eo. §. & si plures. quandoq; in paucio res diuiditur, ut infr. eodem, §. uers. non autem.

rumque [a] diuiditur in duodecim vncias quę [b] assis appellatione [c] continentur. Habent † autem & hæ partes [d] propria nomina ab vncia vsque ad assem † hæc: sescunx, [e] sextans, [f] quadrans, [g] triens, [h] quincunx, [i] semis, [k] septunx, [l] bes, [m] dodrans, [n] dextans, [o] deunx, [p] as. [q]

† aliàs habent enim hæ par.

† alias, vt puta hęc.

b ¶ Quæ scilicet unciæ simul collectæ.

c ¶ Appellatione. i. significatione.

d ¶ Hæ partes inf. positæ, in quantitate differentes. Vel dic melius, hæ partes. s. unciæ 12. ad partes redactæ. est. n. ad superiora facienda relatio.

e ¶ Sescunx. id est vncia & dimidia, vt ff. de inoffic. testamen. Papinianus. §. quoniam autem quarta. Sed quare nō posuit nomen, quod vnciam signaret? Respond. quia plura sunt negotia, quam vocabula, vt ff de præscrip. verb. l. natura.

SYL. ¶ Adde satis posuisse, dum dixit assem diuidi in 12. vncias. quælibet enim pars, & sic pars vna vncia dicitur.]

* ¶ Verbum sescunx: aut, sescuncia. non est in Tusco libro, neque in Theophili institutionibus, vt testatur Anton. Aug. cap. 8. lib. 11. Emendat.

† Sed hoc nō est uerū, quia sescūx nō à quota, eum sit octaua pars assis, dr̄, sed à numero unciarū secundū Io. Fab. assis partes declarātur.

¶ Et not. q; † primum, & secundum, & tertium, & quartum nomen interpretationem sumit ex eo, quod quotam designat hæreditatis portionem. Sescunx enim dicitur, quasi semiuncia & vncia: & est tertia eius litera, scilicet non to Sextans, quia sextam partem signat. id est duas vncias. Quadrans, quia quartam, & ita tres vncias signat, triens quia tertiam partē, & ita quatuor vncias signat. Sequentia vero nomina etymologiam habent ex eo, quod certum numerū vnciarum signant. dr̄ enim quincunx, non quia quintā partem habet, sed quinque denotat vncias: semis, quia sex, & sic de singulis per ordinē.

SYL. ¶ Adde veram etymologiam, & deriuationem horum nominum per M. Varronem lib 5. linguæ latinæ, vbi melius declarat, & dicetur infra.]

¶ Item not. quod non omnes vncię, quæ signantur per ista nomina, continentur, in asse, licet hoc innui videatur. sic. n. contineret 78, uncias, & dimidiam. Ideo autem ponit has partes, quia quælibet potest in asse contineri, hac ratione & homo dicitur risibilis, & actio legis Aquilię pœnalis dicitur, vt inf. ad l. Aquil. §. his verbis. Item no. ista tria nomina, as, pondus, libra idem signare. Item quādoque as ponitur pro obolo: vnde illud, Nonne duo passeres asse veneunt? vnde versus: As obolus pondus: as est possessio tota. id est hæreditas, vt hic: sed & pondus large dicitur omne: quod est in statera positū, sed hic stricte accipitur pro pondere 12. unciarum: unde dupondiū quasi duplex pondus scilicet 24. unciarum, ut infra eod. §. uideamus. uersic. & si plures. & facit ad hunc §. ff. eod. seruum meum, §. fin.

¶ Non autem vtique semper duodecim vncias esse oportet: nam tot vnciæ assem efficiūt, quod testator voluerit. Et si vnum tantum quis ex semisse (verbigratia) hęredem scripserit, totus [r] as in semisse erit. Neque enim idem ex parte testatus, & ex parte intestatus [f] decedere potest,

f ¶ Sextans id est, duæ unciæ. quasi sexta pars assis.

g ¶ Quadrans, id est tres unciæ, quasi quarta pars assis.

h ¶ Triens. id est quatuor unciæ, quasi tertia pars assis.

i ¶ Quincunx. i. quinque unciæ.

k ¶ Semis. i. sex vnciæ. s. dimidium assis.

l ¶ Septunx id est septem unciæ.

m ¶ Bes id est 8. ut olim des, quasi dempto triente.

n ¶ Dodrans. i. 9. quasi dempto quadrante.

o ¶ Dextans. i. 10. quasi dempto sextante.

p ¶ Deunx. i. 11. quasi dempta vncia.

q ¶ As. id duodecim, quasi æs.

r ¶ Totus as. Nam in totum præsumitur instituisse defunctus, cum alium non instituit, ut hic, & ff. eod. l. interdum. § 1. Idem quoque præsumitur in milite, ut C. de testa. mili. l. 3. § nam cum.

¶ Adde, quod ita est communis opin. quicquid uoluerit hic Ang. secundum doct. maxime Ias. in l. 1. in gl. fin. C. de testam. mil.] SYL.

¶ Hoc ergo nisi, quod hic sequitur, non ad superius proxi. respond. sed ad hoc, quod sequitur. refertur s neque. n. &c. Sed si miles fecit testm̄ in castrēsibus, potest decedere intestatus in paganicis, ut C. de test. mil. l. 1. & 2.

s ¶ Intestatus decedere. Immo videtur quod sic. ut ff. de inoff. testa. l. nam & si parentibus §. pen. & fi. quæ est contra. Sed hoc est verū ab initio: sed ex post facto potest, ut Cod. de inoffic. testa. l. cum duobus. Et not. hic idem iuris non esse in parte quo ad partem, quod est in toto quo ad totum, ut ff famil. ercisc. l. in hoc iudicio. arg. contra. ff. de pact. l. iuris gentium. §. adeo, & §. seq.

¶ Adde,

SYL. ¶ Adde, q solu. est secundũ oẽs, q vbi eadẽ ratio in parte habet locũ regula, aliàs sec⁹.]

¶ Et facit ad hunc §. ff. de reg. iur. l. ius nostrum. Accur.

ADDITIO Et procedit iste tex. indistincte, siue simpliciter sit facta institutio in re certa, vel parte, de reliquo nõ facta mentione: siue dixerit testator, in residuo sese velle intestatũ decedere. Ioan. Fab. Ang.

a ¶ Nisi sit miles. nam miles bene potest pro parte testatus decedere, & pro parte intestatus, vt C. de testa. milit. l. 2. Vide de hoc latissime, & distincte apud Iulium Clar. de testa. q. 16.

† al. quotcunque.

SYL. b ¶ Quantascunque. id est quotcunque, & facit. ff. eo. l. interdũ, § paterfamilias, & l. seq. vsque ad l. ex facto.

¶ Si plures. CASVS Quæsitum fuit, institutis duob⁹ aut plurib⁹ sine partis assignatione, qnomodo succedetur, & respondetur, æqualiter: & hoc non habet dubium, propter voluntatem defuncti, quæ non potest magis vni, quam alteri accommodari. si vero in aliquibus sint expressæ partes, in aliquibus non habet locum distinctio text. vt si quid deest ad assem, id consequantur, quasi voluerit testator tacite in reliquo illos sibi succedere: & si expletus sit in dimidio, propter transitum ad dupondium. Not. quod aliquibus vocatis simpliciter, intelliguntur vocati æqualiter. item summarium, & quod in tex. exprimitur.]

c ¶ Distributio. i. assignatio partium, quam partem vel testator quemlibet habere.

d ¶ Ex æquis partibus, facit, ff eo. l. quoties, §. hæredes.

e ¶ Hæres sit. eadem est ratio in dupondio vt ff. eod item quod Sabinus, & inf. eo. §. videamus, ver. & si plures. Item est hoc verum si testator nõ ignorat, vt ff. eod. quo loco, §. 1. quæ est contra.

f ¶ In dimidiam partem. aliter enim si asse expleto scripsit. Ex reliqua parte hæres esto. tunc enim cum nihil reliquum sit, ex nulla parte hęres institutus est, vt ff. eod. l. item quod Sabinus, §. sed si asse.

nisi sit miles, [a] cuius sola voluntas in testando spectatur.

¶ Et econtrario potest quis † in quantascunque [b] voluerit plurimas vncias suam hæreditatem diuidere.

¶ Non distributis partibus a testatore, æqualiter succeditur: & institutus sine parte, habet reliquum assis: qui si expletus sit, habet dimidiam, h. d.

¶ Si plures instituantur hæredes, ita demũ in hoc casu partium distributio [c] necessaria est, si nolit testatoreos ex æquis [d] partibus hæredes esse. Satis enim constat, nullis partibus nominatis ex æquis partibus eos hæredes esse: Partibus autem in quorundam personis expressis, si quis alius sine parte nominatus erit: siquidem aliqua pars assi deerit ex ea parte hæres [e] sit: & si plures sine parte scripti sunt, omnes in eandem partem concurrunt: si vero totus as completus sit, † in dimidiam [f] partem vocantur, [g] & ille, vel illi omnes [h] in alteram dimidiam: Nec interest, [i] primus, an medius, an nouissimus sine parte hæres scriptus sit ea enim pars data intelligitur, quæ vacat.

† aliàs ij qui noĩatim exp̃ssas partes habent in dimidiam partẽ vocantur.

¶ Pars non distributa alijs accrescit sicut am-

g ¶ Vocantur. s. illi, qui erant instituti in tota hæreditate partibus expressis.

h ¶ Omnes, qui erant instituti sine partibus.

i ¶ Nec interest. hoc refertur nõ ad proximũ casum, sed ad superiorem, scilicet quãdo pars vacat. idem tamen in secundo, sed non haberet locum ratio, quæ redditur. Ea enim, &c. Vel dic, quod ad proxim. & statim cum sic sit institutio, intelligit᷑ pars vacare. & facit ad hoc. ff. eod l. quo loco 1. respon.

¶ Videamus. CASVS. Dubitatum fuit, quid si portio aliqua vacet. & videbatur dicẽdum remanere penes heredes ab intestato, quasi ita voluerit testator, qui non disposuit l. conficiuntur, de iure codi. sed contrarium respondetur, quod accrescit institutis, ne contingat pro parte testatorem decedere testatum pro parte intestatum, cõtra §. hæreditas supra eo. sed tunc ambigebatur quid econuerso, si vltra assem sit distributum: & videbatur quod vltimo loco institutis, cuius portio assem transcendebat, haberet illud minus, cum nemo plus iuris in alium transferre soleat, quam ipse habeat. l. nemo plus. ff. de reg. iur. sed contrarium deciditur, & quod immo attenditur computatio assis, & quod ad eam reducuntur portiones, ita, q attenditur quod proportionabiliter ex mente testantis consequi quilibet debebat. Not. summarium, quia vltra ipsum non sunt aliqua not.]

plius erogata decrescit distributis autem vltra assem partibus, sit transitus ad dupondium. hoc dicit.

¶ Videamus, [a] si pars aliqua vacet, nec tamē quisquam sine parte sit hæres institutus, quid iuris sit veluti si tres ex quartis partibus hæredes scripti sunt. Et constat vacantem partem singulis tacite pro hæreditaria parte accedere, & perinde haberi, ac si ex tertijs partibus hæredes scripti essent, & ex diuerso, si plures hæredes scripti in portionibus sint tacitè, singulis † decrescere: vt si (verbi gratia) quatuor ex tertijs partibus hæredes scripti sunt, perinde habeantur, ac si vnusquisque ex quarta parte scriptus hæres fuisset.

¶ Et si plures vnciæ, quam duodecim, distributæ sint, is qui sine parte institutus est, quod dupondio [b] deest habebit. Idemque erit, [c] si dupondius expletus sit: quæ omnes partes ad assem postea reuocantur, [d] quamuis sint plurium vnciarum.

¶ Hæres pure, vel sub conditione institui potest, non ex die, vel in diem, hoc dicit.

a ¶ Videamus, vt ff. eod. l. interdum, §. paterfamilias, vsque in finem l.

Dupondiū, pondus, tripōdiū, quadripōdiū.

b ¶ Et si plures. Dupondio. dicitur autem dupondiū pondus siue hæreditas in 24. Vncias diuisa. sic enim pondus dicitur ea, quę in 12. diuiditur. & tripōdium, quòd in 36. & quadripondiū, quod in 48. & sic de singulis.

* ¶ Hinc in proœmio. ff. dupondij iuuenes vocantur, studijs legalibus iatum initiati: vel a dupondio nummo, qui duos asses siue librales nūmos pendebat, quasi tūc iuuenes d iob[9] assibus æstimētur. sunt enim adhuc modici valoris. Alciat. lib. 4. de verborum signif.

† Hæc gl. diuiditur ī quatuor partes in prima declarat textum. In secunda format vnū contrariū ad istum versiculū idemq; & soluit. In tertia format aliud contrariū nō ad istū ver. sed ad versi. & si plures proxime pcedentem. In quarta format aliud contrarium, quod pōt esse cōe ad vtrumque vers.

c ¶ Idemque erit. † scilicet, quod diximus si quis expleto asse fuit institutus hæres, in dimidiam vocatur: vel non expleto asse, in vacantem partem vocatur, vt supra eod. §. prox. versic. partibus autem, vel transcendente, in vacante vsque ad dupondium, vt sup. prox. respon. Idem est etiam, si dupondius sit expletus. Sed contra ff. eod. item quod Sabinus in fin. l. vbi dicit expleto dupondio institutum non habere partem vacantem vsque ad tripondium. Sed certe immo dicit, quòd sic, si recte illa litera intelligitur: & ita cōcordat. Item videtur contra. ff. eodem. l. ex vncijs .6. Sed certe & illa est concordantia, si recte ibi fiat computatio vnciarum. Sed magis videtur contra. C. de leg. l. cum quæstio. vbi dicit non fieri transitum ad dupondium, vel tripondium. sed tantum vr̄ adimi primo, quantū confertur secundo. Sed distingue: aut voluit testator excedere assem, vel dupōdiū, quod potest, vt sup. eod §. non aūt. & ita hic intelligatur. Aut noluit, & tunc habet locum lex contraria. Item & tunc quando dubium est, similiter locum habeat l. cum quæstio, quæ est cōtra,

¶ Adde, quod hæc solu. communiter approbatur, vt dicit Ias. in dicta l. cum quæstio. in 1. parte glo. Et pro resolutione dic, quod aut testator voluit ad dupōdium transire, & sit transitus: vt hic: aut noluit, & hoc cōstat, & nō fit. d. l. cum quæstio. aut sumus in dubio: & attenduntur cōiecturæ, quibus deficientibus non pręsumitur voluisse transire, sed quātum dedit secundo, adimere a primo, dic. l. cum quęstio.]

Alij dicūt hāc corrigi per illam. Accur.

ADDITIO.

Aduerte diligēter, quod si nominatim assē expleuit, videtur transire ad dupondium: aliàs nō, vt l. qui non militabat. §. filijs. ff. eodē. Et de effectu, an fiat trāsitus ad dupōdium, vel non, vide Ioan. Fab. hic, qui infert, ꝙ si Papa ex certa scient ia prouideat duobus de ea præbenda, vterque admittatur: extra, de rescriptis, cap. duobus in fi. lib. 6.

† aliàs decrescere; incipiunt.

d ¶ Reuocantur. Hęreditas enim non ideo augetur, quod in plures diuiditur vncias sicut nec libra, licet per solidum, vel alium numerum ; diuidatur: & ideo quotam partem quis debet habere in dupondio, totam potest partem habere de asse, vt hic, & ff. eo. ex vncijs.

¶ Hæres. ¶ CASVS. Quia sup. visum fuerat, voluntatem testantis attendi in erogatione sui patrimonij, fuit dubitatum, an etiam in qualitate, & conditione posset: & videbatur quod sic, ratione prædicta. dicitur autem quod siue pure, siue sub conditione instituat, valet institutio: in diem vero, vel ex die, secus: sed quod detracta diei mentione est, ac si pure hæres institutus esset: ea ratione, quia prout prohibitum est testatorem pro parte bonorū intestatum, & testatum decedere, ita etiam pro parte temporis: quāuis in institutione cōditionali videbatur hoc

hoc esse, non est verum: quia eueniente conditione retrotrahitur ad tempus mortis nõ eueniente sed deficiente, est, ac si nunq̃ fuisset institutus. Not. summarium, ꝙ nõ valet institutio facta ad certum tẽpus: secus ad incertũ. Item, ꝙ dies certa de medio tollit. Item, quòd superuacua non vitiant sed vitiantur.]

¶ Hæres & pure, & sub conditione institui potest: ex [a] certo tempore, aut ad certum tempus non potest: veluti, Post quinquenniũ, quã moriar: vel, Ex calendis illis: vel, Vsque ad calendas illas hæres esto. Denique diẽ adiectum haberi pro superuacuo placet, & perinde esse, ac si pure hæres institutus esset.

¶ Conditio impossibilis in vltimis voluntatibus vitiatur: & plures copulatiuæ appositæ, omnes debent concurrere; secus in alternatiuis. h. d.

¶ Impossibilis [b] conditio in institutionibus, & legatis, nec non in fideicommissis, & libertatibus, † pro non scripta [c] habetur.

¶ Si plures conditiones in institutionibus ascriptæ sunt: si quidem coniunctim, vt puta, Si illud & illud factum fuerit, omnibus parendum [d] est:

a ¶ Ex certo tempore sed in diem incertum quis põt institui hæres, puta, cum ipse poterit capere ex testamento (i) vel, cum ipse morietur, vel, cum Titius morietur. vt ff. eod. l. in tempus. & in l. qui filio. 1. respon. & ff. de libe. & posthum. filius a patre. 1. respon. & C eo. l. extraneũ. Miles aũt põt extraneum ex certo tempore, vel in certum tẽpus instituere, vt ff. de mil. testa. l. miles ita. in prin. & facit ad hunc. §. eod. hæreditas. arg. tamen est contra. ff. de reg. iur. actus, sed ibi non loquitur de hoc actu, scilicet factionis testamenti, vnde interpretandum est, vt magis valeat, quam pereat, vt ff. de reb. dub. l. quoties.

ADDITIO. (i) Quod est verum, quando incapacitas est respectu hæredis tantum secus si etiam respectu testantis, vt in spurio de quo vide Ang. hic.

* ¶ Rationem diuersitatis inter diem certum, & incertum seu conditionem, affert Bart. in l. hæreditas ex die q. 1. ff. eo. ]

SY L. ¶ Impossibilis. CASVS. non est figurandus: cum tradat regulas, ideo autẽ decisum est impossibiles conditiones vitiari in vltimis voluntatibus, fauore earum, vt dicit gl. 2 quæ vero in versi si plures ponũtur, deciduntur ex manifesta voluntate testantis collecta ex verbis, & modo prolationis. Not. impossibilem conditionem vitiari. Item, quod alternatiue sufficit alterã partem impleri, copulatiue requiritur vtraque.

Conditio dr̃ impossibilis tribus modis. b ¶ Impossibilis conditio. Tribus modis potest dici conditio impossibilis: vel de natura, vt, Si coelum digito tetigeris, heres esto vt inf de inut. stip. §. si impossibilis. (i)

SY L. ¶ Adde, quod hoc est verum, nisi conditio sit de præterito vel psñti tunc. n. vitiatur dispositio, l. 2. ff. de hær. Inst, quæ tamẽ reputat̃ impossibilis. l. verum ff. de regul iuris.

Item de iure, vt, Si patrem ab hostibus nõ redemeris. vel similis. nam hoc facere nos non posse præsumitur, vt ff. de cond. instit. l. conditione. & l. filius. & in his duobus habet locum iste §. impossibilis.

¶ Adde verũ hoc quando. l. resistit, secus si l. nõ assistat vt in captatoria institutione: tunc enim vitiat l. si quis Semproniũ, ff. eod. ] Item de facto: vt si mõtem aureũ dederis, hæres esto. & hoc casu non valet institutio, vel libertas, cum nec animus dãdi fuerit iuris præsũptione, vt ff. de statu. lib. l. cum hæres. §. 1. Item est quædam quarta impossibilitas propter perplexitatem: quæ vitiat. vt hæc, si Titius hæres erit, Seius hæres esto. vt ff. de cond. instit. si Titius, quæ. l. est huic contra. Sed certe hic de impossibilitate naturæ dicit, vt 1. de inuti. stip. §. si impossibilis. Sed certe idem videtur in primis duabus, quod vitietur institutio, vt 1. de leg. §. fin. qui est contra. sed solue. vt ibi. Item facit. ff. de leg. 1. si mihi. §. 1. ff. de condit. instit. l. 1.

SY L. † Impossibilitas quã vitiet actum, & quã pro nõ scripta habeatur, vide Dyn. in regul. nemo põt. de regul. iur. in 6.

ADDITIO. (i) Et ista impossibilitas aliquando ponitur in dispositione: & tunc si fit circa substantialia, semper vitiat: si circa accidentalia, in vltimis voluntatibus vitiatur. Idem in contractibus bonæ fidei, & in iudicijs, si a principio inerat. saltem vbi iudex eam non expressit. Aliquando ponitur in conditione: & tunc in cõtractibus vitiatur, vt hic, sed in iudicijs vel arbitrijs, vitiat sententiam. Ang.

SYL. c ¶ Pro non scripta. Sed cur secus in contractibus, vbi vitiat contractum impossibilitas, vt. 1. de inut. stipu. § si impossibilis. & ff. de actio. & oblig. l. non solum? Resp. hoc solum est fauore vltimæ voluntatis.

d ¶ Parendum est, si sit potestatiua: vt hæc, si decem dederis, vel mista, vt, si ieris Romam, vt ff. eod. l. suus quoque. §. puto generaliter. si autem casualis, tunc sufficit primã existere, vt ff. de condit. institut. l. si plures institutiones. Condõ est triplex.

¶ Adde, ꝙ hæc gl. cõmuniter reprobatur, &

ad tex.in d. l. si plures respondet, q ibi erát plures cõditiones adiectæ pluribus institutionibus in persona vnius: quo casu prima purificata, non est expectãda purificatio alterius: quia iam est hæres pro rata, & cõsequitur reliquũ iure accrescendi.]

quæ est huic contra.& ff.eo.l.sed & si in cõditione,§.solemus. Item sunt & alij, qui non possunt institui hæredes, vel hre cõmodũ ex testõ, quos notaui,inf.de leg.§.legati.

¶ De vulgari substitutione.

ratim,[a] veluti. Si illud aut illud factum erit, cuilibet conditioni obtemperare satis est.

¶ Etiam penitus ignotus, & quẽ testator nũquam vidit, potest hæres institui. Ang.

¶ Ij,quos nunquam testator vidit, hæredes institui possunt: veluti si fratris filios[b] peregrinãtes,[c] ignorãs qui essent, hæredes instituerit. Ignorãtia enim testantis inutilem institutionem non facit.

¶ De vulgari substitutione.

¶ Potest quis plures gradus hæredum facere, & in subsidiũ substituere seruum necessarium hæredem. Ang.

Potest † autem quis in testa-

a ¶ Si separatim. Id est subdisiunctiua conditione. Idem in legato seruatur, quod hic in institutione dicitur. Sed si in diuersis partibus testamenti inserantur, † nouissimæ debet obtemperari. Sed in libertate directa, cuilibet obtemperari sufficit, vt ff. de cond. & demon. sub diuersis, in fideicommissaria, nouissimæ, vt ff. de cond & demon. per fideicommissum, & l.quod traditum, secundum Ioann.& facit ad hunc,§. ff.de verb.oblig.si ita quis stipuletur.

Quod è verum in legatis, sed in instõnibus vt q priori quę extiterit, vt d. l. si plures, & isto casu potest ve- SYL. risi.glos. pręcedés.

¶ Adde hoc verum in legatis, vt nouissime pareatur: sed in institutionibus alteri sufficit parere, ita concludunt hic omnes.

* ¶ Illud maxime ex hoc tex. annotandũ est,quod dictio,quælibet, non est vniuersalis, sed particularis, opponit enim hec vox superiori verbo,omnibus,& proprie significat vnam è multis, quam velis, vnde Theophilus recte verit,ostan bulετæ. ]

** Adde, quod in multis casibus coniuncta accipiuntur pro defunctis,& econuerso, cuius rei doctrinam facili methodo ac egregijs exemplis tradit Alcia. in l. sæpe ita. de verbor.signific.

¶ Ij, quos. CASVS Ita figurari potest. Quæsitum fuit,an ignotum penitus institue re liceret & ratio dubitandi fuerat, quia institutiones solent plerumque fieri ob benemerita.l.nec adiecit.l.plerumque ff.pro soc. sed contrarium decisum est, quia possumus etiam penitus ignotos diligere,quos vel virtus vel vinculum aliquod necessitudinis nobis coniungit: & quando hic dicitur, ignotos intellige secundum aliquos.i.inuisos, nõ eos, quorum nullam habemus cognitionẽ: inuisa enim amare possum[9], incognita nequaquã. Not. inuisos institui & amari posse. Item,quòd peregrinus institui potest.

b ¶ Fratris filios,vel etiam suos seruos, vel quemcunque alium, vt C.eod.l.extraneum.

c ¶ Peregrinãtes,puta. qa visitãt limina S.Iacobi,vel S.Pet.aliud si eẽt peregrin[9],i.deportatus; tunc,n.institui non põt, vt C.eo.lib,1,

¶ Supra dictũ est de institutionibus primis, vt sup.tit. 1.§ 1. nunc de secundis: quæ substitutiones dicuntur, † siue primo gradu fiant, vel alio, vt infra eod. in princ. (i) & quia vulgaris est magis cõmunis, quia & a quolibet, & cuilibet fieri potest ideo de ea vulgari præmisit Accurs.

Cõtinuatio.

† Facit gl. rub. C.de sec.nup.

† De forma huius substõnis vulgaris hr in glo. c.Raynut. sup verb. liberis. post prin. glo.extra de testa. Diuisio. SYL.

* ¶ Substitutio, vt diffinit Alcia. lib 4.Parer.ca.6. * ex ij. lib. Inst.Caij.]est secundi vel vlterioris gradus hæredis institutio.

** Adde,quod vulgaris substitutio ita dicta est,quia omnibus vulgo permissa esset,omnibusque conueniret. olim.n.ante prudẽtũ consuetudinem nulla fuerat pupillaris,l.2. ff. eo.tit.§.his legibus.de or. iu. sicut & ante Iustin. nulla exẽplaris l.antep. C.eo.nec ante Augustum nulla fideicommissaria.§.j.infra de fideic. est autem vulgaris alia expressa,alia tacita, expressa,quę verbis aut specialibus,aut saltem generalibus, comprehẽditur. tacita,quæ nihil ex verbis, sed plurimũ a legis auctoritate sumpsit, exempla ponit glo.in § 1.vers. ad exemplum infr.tit.1.Est item alia mixta, vt quæ alicui[9] casus respectu tacita sit, alicuius vero expressa, veluti si Titius hæres esse nolit,Seius hæres esto. includitur enim & casus impotentiæ tacitus Bart.l.1.ff.eod.

ADDITIO. (i) Differunt tamen, quia substitutus in re certa.Per verbum committe nunquam trahitur ad totum,vt l.cogi.§. qualiter,ff.ad Trebellianum.nisi esset substitutus in quota, alio non existente hærede: secus autem est institutione, vt lege prima, § si ex fundo, ff.de hæred. instituend. Angelus.

Potest. ¶ Totus iste titulus diuiditur in quatuor partes.Primo ponit,quod cuilibet liberum est facere pluralitatem graduũ hæredum. Secundo quod loco vnius instituti possunt plures substitui,& econtra. Tertio quando partes sunt in institutione expressæ,& nõ in substitutione. Quarto.quando seruus alienus vt paterfamilias instituitur. Secunda ibi, Et plures, Tertia ibi,

Et

mẽto a suo plures gradus b hæredum facere vt puta. Si ille hæres nõ erit, ille hæres esto. & deinceps, in quãtũ c velit testator † substituere. d † Et nouissimo e loco in subsidium, vel f seruum necessarium hæredem instituere † potest.

¶ Possunt plures in locum vnius, & vnus in locum plurium, & singuli singulis, vel omnes inuicem substitui. Aretinus.

¶ Et plures in vnius locũ possunt substitui, vel vnus g in plurium, vel singuli in singulorum, vel inuicem h ipsi, i qui hæredes instituti sunt.

¶ Substituti reciproce veniunt pro portione institutionis h.d.

¶ Et si ex disparibus partibus hæredes scri-

Et si ex disparibus. Quarta ibi, Si seruum. Angelus.

¶ Potest. CASVS nõ figuratur, quia hic traditur regula, quod quis non solum primo gradu instituere potest, sed & secũdo, & deinceps: cuius facultatis rõ esse põt, quod alias in simili dixit Imper. in l.1.C.de sacrosan. eccles. fauẽt.n. iura cau sæ testati. l. vel negare, ff. quẽadmodũ test. aper. quæ eluderetur, si primus institutus nollet, aut nõ posset hęres esse. Not. est ex hoc tex. forma substitutionis vulgaris. Item φ quis plures hæredum gradus facere potest. Item, quod in subsidium fauore testamenti potest vltimo loco necessarius hæres institui seruus.]

† Alias si ẽ verbũ substituere. † alias vt. † alias nõ ẽ verbũ pr alias legitur possit.

a ¶ In testamento. In alia autem volũtate, quã in testamẽto, vt in codicillis, vel aliqua alia, non fit. s. huiusmodi substitutio, vt directo valeat sicut nec institutio fieri potest † vt inf. de codic. §. pen. & C. de codicil. l. hęreditatẽ sit tamen in codicillis ex certa scientia, vt per fideicommissum saltem directo substitutus per hæc verba, substituo, admittatur, vt ff. ad Trebellian. l. Scæuola, j. respõ. nisi testator putaret se facere testamentum, & facere codicillos nõ destinasset, licet posset, nam tunc substitutus ex his nec directo: nec per fideicommissum admitteretur, licet posset, vt C. de cod. l. fin. §. illud quoque & facit ff. eo. l. potest.

SYL. ¶ Adde, φ ita se habet communis opin. in l. Scæuola. sup. allegata, & in l. verbis ciuilibus. ff. eod. Et dic præsumi voluisse testari, quando in sua dispositione adest institutio, vel exhæredatio, quæ non fiunt in codicillis, alias præsumitur voluisse codicillari, vt per Aret. & alios hic.]

b ¶ Gradus. Ad similitudinem enim graduum sic dicuntur, qui faciunt scalas, sic & dicitur gradus cõsanguinitatis, vt ff. de gradibus. l. iurisconsultus, §. gradus.

c ¶ Inquantum. i. quot. Sic supra tit. 1. §. & econtrario.

d ¶ Substituere. s. potest.

** Sciẽdum est, illa vulgaris substitutionis verba, si hęres non erit, duo capita seu duas partes cõtinere, nẽpe, φ hęres non sit, qa noluit esse, vel qa nõ potuit. l. cũ proponas, C. de hær. inst. Estque receptũ, vt vulgaris concepta in alterũ casum vel volũtatis, vel impotẽtiæ, ad alterũ quoq. ex tacita testatoris volũtate, pducat, arg. l. vlt. C. de instit. & subst. l. 4, ff. eod. quod Bar. tradidit in l. 1. ff. eo. col. 3. & ideo appellatur huiusmodi vulgaris mixta, qa partim expressa, partim tacita.

e ¶ Nouissimo. id est vltimo. sic sup. de suspec. tut. §. nouissime. Sed numquid in alio nisi in vlt. fieri põt? Rñ. nõ cum enim ipse seruus omnino esse hęs cõpellatur, vt hic subijcit. & inf. de hæred. qual. & dif. §. j. patet aliũ, qui esset ei substitutus, non admitti, vt C. eo. l. post aditam.

¶ Adde, qđ hoc est verum quoad caput voluntatis, quia nõ potest nolle esse hęs: sed si nõ posset esse, vel quia prædecessisset, vel qa esset incapax, valeret substitutio: & hæc gl. communiter commendatur ad hoc, qđ datio substituti vulgaris in seruo nõ tollit necessitatem, quamuis in filio tollat suitatẽ.] SYL.

f ¶ Vel pro saltem.

¶ Et plures. CASVS. Ambigebatur an posset esse difformis substitutio instõni respectu personarũ: & videbatur, qđ nõ: quia cũ substitutus subrogetur loco primi instituti, videbatur qđ esse deberet eiusdẽ modi & qualitatis, sed cõtrarium dr: quia gradus ipse subrogatus loco primi, non persona. Item quia libera est suarum rerũ dispõ vnicuique. Not. formam substõnis breuiloquæ seu reciprocæ. s. vos inuicem substituo.] SYL.

g ¶ Vel vnus. s. substitui põt in locũ pluriũ.

h ¶ Inuicem. sic inf. tit. 1. §. substituitur. & per talia verba fit substitutio compẽdiosa.

i ¶ ipsi. s. possunt substitui.

¶ Et si ex disparibus. CASVS. Fuit dubitatũ, an inuicem substituti, qui instituti dispariter fuerant, succedãt æqualiter: & videbatur dicendum quod sic: quia cum substituto fit secunda institutio. qñ in institutione non sunt adiectæ partes, æqualiter succeditur, vt sup ti. 1. §. si plures. ita videbatur dicendum hic. Cuius cõtrarium dicitur ea ratione, quia non sumus proprie in dubio, portiones enim institutionis indicant mentem testantis fuisse, vt secundum eas succedatur in substitutione, que voluntas totum facit, l. ex facto, ff. de hær. instit. No. sum.] SYL.



* ¶ Col-

¶ Collige ex hoc tex. q. substitutio recipit declarationem ab institutione. idē probatur in l. 1. C. de impub. & alijs subst. vbi extat adhuc D. Pij rescriptū, cuius mentio fit hoc in loco ]

¶ Disparibus partibus, puta vnū in sex vncias, alium in 4. alium in 2. institutum ponas, nam si nō adeat institutus in 6 vncias 4. accrescūt habendi 4 & duæ habenti duas, vt hic. & ff eo. si in resto & l. si plures, & C. eo l. 1.

† alias fecerit.

ptos inuicem substitue rit, & nullā mentionem in substitutiōe† habuerit partium: eas videtur in substitutione partes dedisse, quas in institutione expressit: a & ita Diuus Pius rescripsit.

¶ Substitutus instituto, qui cohæredi suo fuerat substitutus, ad vtramque partem admittitur, hodie.

¶ Sed si instituto b hęredi, † c & cohæredi d suo substituto dato alius e substitutus fuerit, Diui Seuerus & Antoninus sine distinctione f rescripserunt, ad vtramque partem substitutum admitti.

¶ Si [illegible] alieno, quem [illegible] liberum [illegible] substitutus [illegible] hæredi [illegible] [illegible] Aretin.

a ¶ Expressit. contra. ff. ad Trebelli. quoties. & l. nonnunquam, sed hic loquitur, cum non expressit proprio nomine, (i) nec pecuniam ex æquis partibus substitutos dare iussit. Accurs. & (i) Scilicet ipsos substitutos: quia tunc admitterentur pro virili. idem si appellatiuo quando sic fuisse apparet de voluntate testatoris, vt l. vtrum §. fin. ff. de rebus dub. quid autem si aliquos proprijs, aliquos appellatiuis, vel omnes simul vtrisque nominibus appellauerit: & quid si aliqui fuerint in substitutione coniuncti, & vnus separatus. vide hic. Ang. Arec.

† alias cohæde substituto d. to alius ei substitutus &c.

SYL. ¶ Sed si institutor. Casus figuratur per gloss. r. ratio dubitandi erat voluntas testantis, secundum quam non videbatur substitutus nisi vni. Tamen contrarium deciditur, ne contingat quem & testatum, & intestatum decedere. No. quod in summario dictum est. Item ibi, ad vtramque partem, secūdum Ang. hic videri casum, quod substitutus admittatur iure substitutionis, non iure accrescendi. ]

SYL. b ¶ Sed si instituto. CASVS est. Titius & Seius instituti sunt hæredes, & Titio Seius substitutus, & Seio fuit substitutus Meuius: primo Titius, secundo Seius repudiauit: admittitur Mæuius in partem vtriusque heredis, vt hic. & ff. eod l. Titius, & l. cohæredi. in princip.

* ¶ Vtrum iure substitutionis, an iure accrescendi, vide ibi Bartol. & alios, & Aretinus hic.]

c ¶ Hæredi. scilicet Seio.

d ¶ Cohæredi suo, scilicet Titio.

e ¶ Alius, scilicet Mæuius.

f ¶ Sine distinctione. scilicet ordinis pupillaris, vel vulgaris substitutionis, quasi dicat nō distinguitur si fuerit pupillaris vel vulgaris substitutio. & quæ fuerit primo facta, vel institutio, vel substitutio, & idem in vulgari. Sed hanc reprobant quidam, quia debet ibi esse ordo, vt primo principalis, & postea substitutio fiat, vt ff. de vulgat. & pupillar. substit. l. 2. §. prius. Sed certe ille §. prius. corrigitur per sequ. §. vsque in finē dictæ l.

a ¶ Adde, quod hæc communiter hic damnatur per doc. qui aliter distinguunt. Sed ego hoc reprobo, quia nō est hæc huius literæ intentio sed hæc, quia sic fuit de facto, quod non distinxerunt, cū ab eis quæreretur. Est tamen distinguendum a nobis, sic & alias, ff. de iudi. non alias. in fin. & de postu. l. Imperator, in fin. Item non dicitur hic de pupillari, sed de vulgari tantum, † vt patet ex serie tit. Per quod etiam reprobatur superior sententia, scilicet quia in princip. gl. fuit dictum, secundum quosdam, non distinguitur, an fuerit pupillaris, an vulgaris substitutio. Distingue ergo, vtrum institutus adierit, vel cohæres, vel ambo, vel null9, si vterque adiuit, substitutus repellitur si cohæres tantum, scilicet Seius, idem quia Mæuius repellitur. Item si neuter, habet locum quod hic dicitur, scilicet quod Mæuius habeat totum. Si autem Titius tātum, s. primus hæres adeat, & Seius non, in partem repellitur. s. Mæuius. nam in partem adijt Titius, vt C. eo. l. post aditam. & ff. de vulg. sub. qui habebat filium. 1. respon.

¶ Primum testamentum iure perfectũ tollitur per secũdum perfectum, etiam si in eo sit in re certa hæres institutus, nisi in secundo asseruerit se velle valere primum, quo casu institutus in re certa, omnia per fideicommissum restituit. Ang.

fit institutus hæres sub cõditione, quę etiam defecerit.]

a ¶ Rumpitur. hoc est verum secundum quosdam, quando secundum non concordat cum primo, & alias durat primum, vt C. de test. sancimus. Sed certe hoc stare nõ potest, nam si valet secundũ non valet primum, cum idem non possit duo testamenta facere cum ex secundo tantum adeatur hæreditas. (i) Econtra in sententia, nam valet prima, non secunda ab eodem, & super eodem lata, vt ff. de re iudic. l. Iudex. ¶ Ratio est, qa lata sententia expirat officiũ quodammodo iudicis, qui functus est officio suo?, in testamento vero voluntas est ambulatoria vsque ad mortem.]

ADDITIO.

(i) Hoc verum vbi fiunt ex interuallo, aliàs in eodem contextu, & coram eisdem testibus possent duo originalia confici. Io. Fab.

*¶ Adde, quod posterius testamentũ, etiam minus legitime factum, tollit primũ, quando in posteriore testamento sunt instituti hæredes qui ab intestato venire possunt. l. 2. ff. de iniu. rup. & no. Bar. in l. omnes, col. 13. in princ. ff. de inf. & iu.]

*¶ Item intellige hũc §. procedere in testamentis paganorum. aliud enim est in milite, qui potest relinquere duo testamẽta ęque valida, l. quærebatur, ff. de testam mili. Sed quid iuris, si producantur duo testamenta eodem die confecta, nec appareat vtrũ prius factum sit? Respon. neutra valere propter incertitudinem, glo. ver. missus, l. fin. C. de edicti Adr. tol. Clar. de tes. ad fi.

b ¶ Ex eo. s. posteriore testamento.

c ¶ Existere potuerit. No. non considerari, ꝗ est, sed ꝗ esse põt, vt hic, & ff. de hær. inst. l. pater filio, & ff. de iniuf. rup. tes. l. cũ in secundo in princ & §. in futurum. Sed contra, ff. de lib. & posth. l. filius. (i) Solu. ibi secundum testã non valuit etiam in principio, hic autem valuit, licet ex eo non adeatur hęreditas. hẽ no. ꝗ id, quod valet plus, rumpitur per id, ꝗ minus valet, sic, ff. de adimẽ. leg. l. legatum sub conditione. §. 1. Arg. con. ff. de rescindẽ. vend. l. id qđ. in prin. & §. fi. Dic, vt ibi notatur.

¶ Aliud est in legato, in quo sola vnius voluntas spectatur, aliud in cõtractu, vbi duorum consensus exigitur, secundum Ioã. Fab. hic.]

*¶ Testamentum an ita fieri possit, vt nullo modo possit reuocari, vide latissime apud Barr. in l. si quis in princip. de leg. 3. Salic. in l. sancimus. C. de testa. & post eos apud Cæpol. cautel. 117. incip. si pater, & Clar. de test. quæst. 94. & 99. vbi omnino videas.]

d ¶ Ideoque si quis. Scilicet institutus hæres in secundo testamento. Et hic versus est exemplum, quando valet secundum testamentum, & non extiti in eo hæres, & vide tria exempla.

e ¶ Decesserit. quare nõ transmittit, nec olim nec hodie ad hæredes, vt C. de caduc. tollen. l. 1. §. in nouissimo.

¶ Sed & si quis. CASVS. Quærebatur, an condito solenniter testamento, si fiat secundum in quo non vniuersaliter hæres instituatur, sed in certa re, dicatur validũ, & videbatur, quod nõ, quia posterius testamẽtum non æque perfectũ est, vt primum, nec de toto disponit, cuius contrarium deciditur, nam aut instituit in re certa nihil addito, & tũc detracta rei certæ mentione, trahitur institutio ex dispositione, l. ad totum, l. 1. §. si ex fundo. ff de hær. instit. si vero dicitur, velle adhuc primum valere, tunc primum ipso iure tollitur, & l. exequitur officiũ suũ & applicatur hæredi in certa re omnia, sed vt seruetur volũtas testantis, tenetur primis hæredibus restituere retẽta re, in qua est institutus, si ascendit ad quartam, aliàs retenta SYL.

† Plures notabiles ampliationes, & declarationes ad istum, §. ponit Deci. i conf. 475. & Clar. de tes. q. 94.

SYL.

† Secus in codicillis §. vlt. infr. de codi.

† aliàs adiret.

† aliàs ante conditionem.

† aliàs defunctus.

quarta. Nota summarium, & quæ in positione casus dicta sunt.]
a ¶ Sed & si quis. Iste §. est lex ff. ad Trebell. & incipit si quis priore. Accurs.
b ¶ Priore testamento. Not. hic argumentũ pro sententia appellationis, vtrum ex ea, vel ex prima agatur.

etiam quartam, quam vocant Trebellianicam, designari, quod & alias sæpissime obseruauimus, vt in l. eum filiũ, vers. denique. de leg. 1. l. pater filiam, ff. ad l. Falc. & l. 1. §. si is qui. ad Trebell.]

Snia si geminet. ex qua tunc agetur.

SYL.

¶ Dic, qđ aut prima sententia cõfirmatur per lapsum temporis, quia appellatio deseritur, & agitur ex prima, aut confirmatur à secunda: & ex ea agitur, gloss. in l. eor. vbi Bart. C. de appel.] Sed contra argum. C. de do. inter vi. & vxo. l. ex verbis, & simile potest notari in l. pen. eiusdem tit. Accursius.
c ¶ Ex certis rebus. Quia totum habet, licet ex certa re sit institutus, & ideo rumpitur primum testamentum, vt hic, & ff. de hæred. insti. l. prima, §. si ex fundo.

¶ Sed & si quis [a] priore [b] testamento iure perfecto, posterius æque iure fecerit, etiam si ex certis rebus [c] in eo hæredem instituerit, superius tamen testamentum sublatum esse, Diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt, cuius constitutionis verba etiam hic inseri [d] iussimus, cum aliud [e] quoque præterea in ea constitutione expressum sit.

¶ Imperatores [f] Seuerus & Antoninus A A. Cocceio Campano. [g] Testamentum secundo loco factum, licet in eo [h] certarum rerum hæres scriptus sit, perinde iure valere, [i] ac si rerum mentio facta non esset, sed teneri hæredem scriptum, [k] vt contentus rebus sibi datis, aut suppleta [l] quarta ex lege Falcidia, hereditatem restituat ijs, qui in priore testamento scripti fuerant, propter inserta † verba secundo *testamento, quibus, vt valeret prius testamentum, expressum [m] est, dubitari non oportet.

¶ Et ruptum quidem testamẽtum hoc [n] modo efficitur.

¶ Per capitis diminutionem testamentum proprie fit irritum. Et largo modo testamentum ruptum, vel irritum dicitur irritum, & econtra. Aret.

m ¶ Expressũ est. Nam testator volui primum testamẽtum manere. & tamen non potuit, nisi iure fideicõmissi ex tacita tamen voluntate, quæ ex secũdo testamento percipitur, remanet primũ, vt si dicam in secundo. Ideo instituo talẽ, quia mortuus est quem insti tueram in primo. nam si errauit, remanet primus hæres, & legata ex vtroque præstantur, scilicet a primo hærede, vt ff. de hæred. instituen. l. fin.

† aliàs fideicõmiss. verba.

¶ Ille text. probat contrariũ, vt aduertit hic Christ. SYL.

ADDITIO. Et sic ex qualitate præfationis colligitur causa finalis ipsius dispositionis, & tunc ab ea licitum est arguere. Ang.

ADDITIO. Et hoc verum, quando in eodem testamento non est datus alius cohæres, alias haberetur loco legatarij, præterquam in querela inofficiosi testamenti, de quo dic. vt per Ang. hic.
d ¶ Inseri iussimus. hoc titulo statim.
e ¶ Aliud scilicet, quod expresse confirmari potest primum in secundo, & alia, vt patet in sequentibus.
f ¶ Imperatores. Ecce verba dictæ constitutionis.
g ¶ Campano. scilicet rescripserunt salutem.
h ¶ In eo. s. secundo testamento.
i ¶ Valere. Accipe, dubitari non oportet, quod est inf. Accur.
k ¶ Scriptum. scilicet in secundo testamento.
l ¶ Suppleta quarta. s. si res sibi datæ non faciant quartam.
* ¶ Annota. ex hoc text. Falcidiæ nomine

n ¶ Hoc modo s. tribus modis, per arrogationem. & agnationem, vt sup. eo. § 1. Item, & per secundi testamenti compositionem, vt sup. eo. §. posteriore quoque vsque huc.
¶ Alio quoque modo. CASVS. Quærebatur, an capitis diminutione rumperetur testamentũ, & videbatur quod non, saltem quando postea decedebat sui iuris, quia media ipsa non videntur nocere testatori, sicut nõ nocent hæredi. §. in extraneis, inf. de hæred. qual. & diffe. contrarium deciditur, & ratio esse potest quia venit ad casum, in quo non posset testari. l. qui in potestate, ff. de testa. quæ ratio per aliquos hic reprobatur. Tamẽ potes eam defendere. Nec ob. §. in extraneis, quia defectus causæ efficientis non est purgabilis, sicut in causa suscipiẽte, vt dicit hic las. per ea, quæ habẽtur in §. si eui fundus. inf. de leg. No. quæ dhr in summario. ]

SYL.

a ¶ Alio.

¶ Alio † quoque modo testamenta iure facta infirmantur, veluti cum is qui fecit testamentum, capite diminutus [a] sit, quod quibus modis accidat, primo libro retulimus. [b] Hoc autem casu [c] irrita fieri testamenta dicuntur: [d] cum alioquin [e] & quæ rumpuntur, irrita fiant, & ea quæ statim ab initio non iure fiũt, irrita sint. Sed & ea, quæ iure facta sunt, & postea † per capitis diminutioné irrita fiunt, possumus nihilominus rupta dicere. Sed quia sane commodius erat, singulas causas [f] singulis [g] appellationibus distingui, ideo quædam non [h] iure facta dicuntur, quædam iure facta rumpi, [i] vel irrita [k] fieri.

¶ Testamentum iure factum quod postea fit irritum capitis diminutione testatoris, reconualescit de æquitate Prætoris, si testator tẽpore mortis fuerit ciuis Romanus, & sui iuris. Ang.

¶ Non tamen per omnia inutilia sunt ea testamenta, quæ ab initio iure facta, † per capitis diminutionem irrita facta sunt. Nam si septem testium signis signata [l] sunt, potest scriptus hæres secundum tabulas testamenti bonorum possessionem agnoscere, si modo defunctus, & ciuis Romanus, [m] & suæ [n] potestatis mortis tempore fuerit. [o] Nã si ideo irritum factum sit testm̃, quia ciuitatem, vel etiã libertatem [p] testator ami-

a ¶ Alio. Diminutus fit, licet minima capitis diminutione, vt inf. eod § non tamen. in fi. & ff. de codicil. l. conficiuntur, §. si post factum. sed contra. sup. de milit. test. §. oenul. Sed illud speciale est in milite. Potest & alius modus irritandi testm̃ adijci quia per legem quãdoque cassatur in duobus casib' vt in Auth. vt cum de appell. cogn. §. si quis de prædictis, & §. si vnum ex parentibus coll. 8. †

¶ Quid ergo si quis ingrediatur religioné, irritũ fiat eius testamentũ antea factum? vide de Barto. & alios Doct. in Authen. si qua mulier, C. de sacrosan. eccl. & Clar. de test. q. 78. vbi distinguit

b ¶ Retulim'. vt supra de capit. diminu.

c ¶ Hoc autẽ casu. s. cũ quis capite diminuitur.

d ¶ Dicuntur. s. proprie.

e ¶ Alioquin. Scilicet si improprie velim & large.

f ¶ Causas. i. differentias.

g ¶ Singulis appellationib'. i. proprijs nominibus, & facit, ff. de supel. leg. l. Labeo. §. fina.

h ¶ Non iure facta. † vt sunt illa, quæ carent solennitate testium Vel quando testator non habuit testamenti factioné, & facit. Vel quando filium in potestate constitutũ præteriuit, vt l. 1. ff. de iniust. rup. test.

** Adde. q̃ his tribus casibus testamentum iniustum dicitur, proprie tamen illud iniustum appellatur cui desunt solennia.

i ¶ Rumpi. C. tribus modis, videlicet per atrogationem, per agnationem, & per secũdi testamenti compositionem. Accur.

K ¶ Irrita fieri, vt per capitis diminutioné testatoris, vel quando hæres institutus non adit hæreditatem, quia tunc testamentum constituitur irritum, vt l. 1. ff. de iniust. rup. testam.

¶ Non tamen. CASVS. Ratio dubitandi in præsenti casu erat dispositio præc. §. & rigor iuris ciuilis, rõ autem decidendi fuit æquitas prætoria. Not. quod reconualescit, quod alias nõ valuit, cessante impedimẽto, saltem de æquitate. Itẽ, quod ad hoc, vt bonorum possessio secundum tabu. detur, necesse est, quod testamentũ sit solenne de iure ciuili.

l ¶ Signata sũt & postea testator capite diminutus est.

m ¶ Ciuis Romanus. vt quãdo maximam vel mediã capitis diminutionem passus fuerit, & postea restitutus.

n ¶ Suæ potestatis. vt in minima.

o ¶ Fuerit & aliquo iudicio voluntaté primam retineat, vt ff. de bono. pos. secũdum tabu. l. qui ex liberis, §. testamento.

¶ Hæc gl. communiter approbatur, quæ voluntas debet declarari saltem coram quinque testibus, leg. hæredes, §. sed & si notan. ff. de testam. & ibi doct.]

p ¶ Libertatem. Immo etiam facto seruo testatore, vt quia capiatur ab hostibus, & ibi seruus moriatur, nam tunc valet testamentum, vt supra quibus non est per. fac. testamen. paragra. finali, qui est contra, sed illud est propter fictionem. l. Corneliæ, vt ibi, & ff. de vulg. subst. l. lex Cornelia.

ADDITIO. Et tunc quãdo impedimẽtum tollitur per viam fictionis, vt ibi.

† alias autem.

† Primus casus est, qñ ille, q cognouit se hęredẽ scriptum in testõ, testatorem inopia laborantem nõ alimentauerit, immo illũ passus est fame necari. Scd's casus est qñ testatorẽ ab hostibus captũ non redemit tunc indignatione quadam hæredis testamentũ viribus vacuatur propterea q̃ hęreditas ex eo nõ aditur, scdm Christop.

† alias pp

† Istæ glo. cũ duabus sequentib' non sunt Accur. sed additiones

SYL.

† alias pp.

sit, aut quia in adoptionem se dedit, & mortis tempore in adoptiui patris potestate sit, non potest scriptus hæres secundum tabulas [a] bonorum possessionem petere.

¶ Posterius testamentum imperfectum, vel alia vltima voluntas nõ solennis, non tollit primum. Arer.

¶ Ex eo autem solo [b] non potest infirmari testamentum, quod postea testator id noluerit [c] valere, vsque adeo, vt & si quis post factum prius testamentum posterius facere cœperit, & aut † mortalitate præuentus, aut quia eum eius rei pænituit, id non † perfecisset, Diui Pertinacis oratione cautum sit, ne alias tabulæ priores iure factæ, irritæ fiant, nisi sequentes iure ordinatæ & perfectæ [d] fuerint. Nam imperfectum testamentum sine dubio

† alias mortes.

† alias g fecerit.

vel restitutionis in integrum à principe, vt l. siquis filio. §. pen ff. de iniust. test. reconualescit testamentum etiam de iure ciuili, nisi quo ad relictum tali damnato factum, vel ipsius institutionem secundum An.

a ¶ Secundum tabulas. Nota, quod de iure ciuili non admittitur, cum sit irritum testamentũ, sed iure prætorio, quo inspecto non potuit infirmari quod erat factum, cum circa talia Ius prætorium non habeat vim, vt infra de bonorũ possess. §. quos autem.

SYL. ¶ Ex eo autẽ solum. CASVS non figurabit quia de ratione dictum fuit in §. posteriore, supr. eod. No. testm̃ solẽne nõ tolli nuda voluntate contraria. Itẽ, quod illud non dicitur testamẽtum quod quis post aliquarum rerum dispositionẽ morte præuentus perficere non potuit, No. regulam, de qua in summario. ]

b ¶ Solo bene dicit solo, quia si plus interueniat, licet nõ sit perfectum, secundum tamẽ qñq. rũpit primũ, vt in fi. huius §. dicemus.

* ¶ Adde, quod & legatum vel fideicommissum relictũ primo testamento solenni non intelligitur tacite reuocatum per sequẽtem voluntatem inualidam, nisi sit inualida ex causa præteritionis vel exhæredationis, ideoque debebitur, nisi expresse ademptum sit in secundo minus solenni, vt tradit Bar. in l. si iure. de leg. 3.

c ¶ Noluerit. s. dicendo hæc verba, Nolo testamentum quod feci, valere.

d ¶ Perfectæ fuerint. Immo quandoque, si sint imperfectæ secundæ, rumpũt primo factas, vt C. de test. sancimus. quæ est cõtra. Sed ibi tam ex cursu decennij, quam mutatione voluntatis, illud euenit, nõ sola mutatione. Declara, si talis reuocatio fiat post lapsum decennium a die conditi primi testamenti, nam si fiat intra decennium, nihil operabitur, secundum gl. fi. in d. l. sancimus. vbi Ias. & Cla. de test. q. 9t. Item contra. ff de test. mil. l. eius militis, § si militia missus: sed ibi primum erat minus solenne iure cõmuni inspecto, vnde facile potuit rumpi. (i)

SYL. ¶ Facilius enim tollitur actus subnixus iure singulari quam iure communi, l. 4. ff. de fideicommiss. liber. ]

Item cõtra, ff. de iniust. rup. test. l. 2. Sed ibi secundum, licet non sit perfectum iure communi, est tamen perfectum iure militari, vnde rumpit primum.

Item contra, C. de test. l hac consultissima, §. siquis autẽ. Sed ibi in secundo fuerunt instituti. qui & alias ab intest. successuri erant, vnde facile rumpitur primum testamentum, in quo extranei sunt instituti, & facilius admittũtur venientes ab intestato, vt arg. ff. de vulga. & pupili. substit. l. si filius. Item contra, C. de testamen. l. nostram, & ad idem contra, ff. si ta. test. nullæ. ex. l. 1. §. si hæres Sed in istis legibus plus fecerat testator, vt rumperet primum quia incidit, quod magis est, quam si aliud testamentum facere voluisset, argum. ff. de ijs quæ in test. delen. l. 2.

Item contra, ff. de acquirend. hæred. l. Claudius.

Sed ibi non valet primum, non quia ruptum sit a secundo, sed quia hæres institutus in primo non adijt ex eo hæreditatem vnde non valet testamentum, quòd hæredẽ non habet, vt ff. de ijs quæ in test. del. l. proxime, nec potuit eam transmittere suo hæredi adeundam, vt C. de caduc. tollen. l. vnica, §. in nouissimo.

Item contra, C. de ijs, quibus vt indig. l. hæreditas.

Sed ibi dixit talia verba, quod hæres erat indignus, vel similia, quæ plus faciunt, quod si simpliciter diceret, nolo prius valere, vel quam si secundum cœpisset facere: & ideo ibi receditur à primo. Vel dic illud, quod hic dicitur, esse verum de iure directo, vt nõ rumpatur primum, sed tamen aufertur ei hæreditas vt indigno: vt ibi, cum hoc cogitauerit testator, vt arg. ff. de cond. inst. l. quidam in fine.

ADDITIO. (i) Vel dic, quod ille casus non est proprie exceptus à regula, quia hic primum erat validum de iure communi, sed ibi primum erat validum iure speciali ex priuilegio. Ang.

Nihil & i. pfectū æ. qparant. a ¶ Nullum est. No. nihil esse quod perfectum non sit, C. † ad Syllan. l. cum Syllaniaium, in fi. Sed contra, ff. quemad. testamen. ape. l. 2. §. testamentum.

† Hęc rub. incipit, De iis quib. in indig. &c. Sed ibi abusiue dicitur aliquid, quod non erat perfectū. Item contra, C. de testam. l. hac consultissima, §. ex imperfecto.

Sed illud speciale est fauore liberorum, vt ibi dicitur, sicut & illud est speciale in titlis, vt difficilius rumpatur status illud, in quo ipsi instituti sunt, vt in Auth. de testa. imperfe. §. penul. coll. 8.

SYL. * a Quod dicitur in hoc tex. testamentum imperfectum esse nullum, intellige quo ad infirmandum prius testamentum perfectum, est tamen utile ad demonstrandam testatoris mentem, lege ultima, ff. de rebus eo. & l. legatum sub conditione ff. de adimen. leg. quod ad multa prodesse potest.

nullum est. [a]

¶ Etiam princeps non capit ex testamento imperfecto. h. d.

¶ Eadem oratione expressit, [b] non admissurum se hæreditatem eius, qui litis causa principem reliquerit [c] hæredem, neque tabulas non legitime factas, in quibus ipse ob eam causam [d] hæres institutus erat, probaturum, [e] neque ex nuda voce hæredis nomen admissurum: [f] neque ex vlla scriptura, cui iuris auctoritas [g] desit, aliquid adepturum. Secundum hoc Diui Seuerus & Antoninus sæpissime rescripserunt. [h] Licet enim inquiũt [i], legibus soluti [k] sumus, attamen legibus viuimus. † [l]

¶ De inofficioso testamento.

¶ Solis liberis præteritis, vel exhæredatis, parentibus quoque, & fratribus vel sororibus, turpi persona instituta, datur querela inofficiosi testamenti. h. d.

SYL. ¶ Eadem ratione. CASVS Figura per te. rationem dubitandi faciebat auctoritas principis, quia quo ad eum seruatur ius gētium potius, quam ius ciuile.

Ratio decidendi assignatur in text. Nota summarium.

Item, quod quamuis princeps sit solutus legibus illis tamen uiuere unlt.

b ¶ Expressit. f. Diuus Pertinax.

* ¶ Huius orationis siue S. C. meminit Capitolinus in Pertinace his uerbis: Legem tamen tulit, ut testamenta priora non prius essent irrita, quā alia perfecta essent neve ob hoc fiscus aliquando succederet. Ipseque professus est, nullius se aditurum hæreditatem, quæ aut adulatione alicuius delata esset, aut lite perplexa, aut legitimi hæredes & necessarij priuarentur.]

c ¶ Reliquerit. Scilicet in solenni testamento, quod facit, ut duriorem faciat aduersarium suis aduersarijs, quæ institutio est odiosa, & inuidiosa, ut ff. de hære. instit. l. pen. †

† Et ita in dubio psu mit pp. fisci extre. d ¶ Ob eam causam, scilicet litis, nam si legitimas non probat scilicet princeps, multominus probabit non legitimas.

e ¶ Probaturum. i. commendaturum.

f ¶ Admissurum. id est nisi solenniter sit institutus, nollet etiam nomen hæredis habere.

g ¶ Auctoritas desit. Vt quia aliquid desit, sed habē. propter quod sit d. al. iu. testamentū nō valet, cū multa sint in eius factione necessaria, vt sup. de testamen. §. 1. & 2.

mā prais, fecus i prt uato, ut l. ex hoc, §. muta. cau. fac. Ang.

h ¶ Rescripserunt, vt C. de test. l. ex imperfecto.

i ¶ Inquiunt. Imperatores.

K ¶ Soluti. vt ff. de legi. & senatusconsul. l. princeps. & facit, ff. de iure fisci, l. fiscus 1. §. fin.

† Cōcor. c. 1. i glo. su per uerbo ab oībus I fi. ext. d cō stitu.

l ¶ Viuimus. id est viuere uolumus, ut hic. & C. d leg. & consti. prin. l. digna uox. & facit, ff. de leg. 2. quod principi, & l. sequen. & ff. de lega. 3. l. imperfecto. & ff. de inofficioso testamen. l. Papinianus, §. si Imperator.

* ¶ Intellige quod uolunt uti iure communi scilicet in testamentis aliorum, non in suis, hoc est, cum ipsi testantur, secundum Pau. Cast. & Iaso. in l. ex imperfecto. Cod. de testam. SYL.

ADDITIO. Immo contra fiscum in dubio est ferenda sententia, si causa sit mere lucratiua, alias secus, ut hic, Ang.

¶ [illegible] inofficioso testamento.

¶ Qualiter [illegible] iure testamenta infirmentur, sup. [illegible] ctum est, nūc autem qualiter officio iudicis. i. per sententiam iudicis inijcitur querela inofficiosi testamenti.

Continuatio. ** Inofficiosum testamentum dicere, est allegare, quare exhæredari, uel præteriri non debuerint. l. 3. ff. eodem. Est enim contra officium pietatis, quod uel parentes liberos suos, qui sunt quasi portio uiscerum suorū, uel cōtra liberi genitores suos sine causa exhæredent, & dominio rerum suarum priuent, uel tanquam sui met immemores (sunt enim uelut eadem persona) præteream, usque adeo, ut nec fas uideatur ecclesiam instituere, excludendi filios gratia, gl. l. Papin. §. si Imp. ff. eod.

Diuisio. Quia plerunque. Totus iste titulus diuiditur principaliter in duas partes. Primo ponit quibus personis cõpetat querela Secundo, quando querela cessat. Secunda ibi, Sed hæc ita. Itē prima subdiuiditur. Nā primo de querela descendentium contra testamenta ascēdentium. Secūdo econtra de querela ascendentium contra testamenta descendentiū. Tertio de querela collateralium. Quarto, qđ querela est remediū subsidiarium. Secūda ibi, Non autē. Tertia ibi, Soror. Quarta ibi, Tam autē. Aret.

Quia plerūque parentes sine causa liberos suos exhæredant, a vel omittunt: b inductum est, vt de inofficioso testamento agere possint c liberi, qui d queruntur e aut inique se f exhæredatos, ac inique præteritos, g hoc colore, h quasi non sanæ mētis fuerint, cum testamentum ordinarent. Sed hoc dicitur non quasi vere furiosus sit: sed recte quidem † fecerit testamētum, non autem ex officio pietatis. Nam si vere furiosus sit, nullum i testamentū est. Non autem liberis tantum permissum est testamentum parentum inofficiosum accusare, verum etiam liberorum, k parētibus.

† alias fecit. SYL.

SYL. Quia plerūque. CASVS positio facilis est, stat enim tex. in declaratione terminorum, cui f. competat querela inofficiosi, & quia sup. de exhæred. lib. visum est clare filijs competere, cum hoc si indubitatum, prætereundum est, sed in parentibus videbatur, quod non posset competere querela, quia filij non possunt condere testamētum. l. qui in potestate, ff. de testam. immo quādo præteriretur ascendens, videbatur, quod nō haberet locum querela, sed bon. poss. cōtra tab. l. 1. ff. si quis a pa fue. ma. Cuius contrarium respōdetur, quod imo competat querela, vt dicitur hic in tex. ea ratione, quia cōtra officium pietatis filij fecere, quasi furiosi, qui parentes exhæredauere, vel præteriere. Nec obst. obiectum de patria potestate, quia iste tex. debet intelligi in emancipatis testantibus quia si intelligeretur de filijs in potestate, testamentum esset nullum. Item quod dicitur de querela, habet locum indistinctè, quando parentes exhæredantur, sed differētia est in præterit one, quia si prætereuntur ascendentes per lineam masculinam, habet locum querela, quia habetur pro exhæredatione sup. de exhær. lib. §. fin. per lineā paternam, habet locum honorum pos. cont. tab. vt in contrario. De fratre autem & sorore ratio introductionis pietas fuit, non simpliciter, sed quando est admista odio turpis pſonæ institutæ. Notabilia collige per te.]

a Exhæredant. Hoc refertur ad eos, qui ascendant per lineā masculinā & femin. sed sequens clausula respicit ſm̃ femininam.

b Vel omittunt. Hoc tantum ad femininam lineam refertur. Nam illarum præteritio pro exhæredatione habetur, vt supra de exhær. lit. §. mī. Si aūt aliquis de linea masculina omitteret filium in pͣte, nullum ipso iure est testm̃ si emācipatum filium omitteret, valeret, sed per contra tab. rumpitur, vt sup. de exhæ. lib. in prin & §. emācipatos. hoc dicit: emancipatus præteritus potest dicere nullū ipso iure, vt sup. de exhær. lib. §. nostra alias, sed hęc quidem, & C. de lib. prær. maximum. Accur. Declara hoc verum qñ nō esset inserta causa, quia tūc ēt hodie haberet ius dicēdi nullum, sed inserta causa, necesse est, q̃ veniat per cōtra ta. ficti de iure antiquo secundū gl. in l. si filius, ff. de min. quę communiter approbatur per doct.]

c Agere possint. f. ab adita hæreditate inf. quinquennium, † vt C. eo. scimus, §. fin. & l. si quis filium. in fi & ff. eo. Papinian. in fi. & C. in quibus caus. in integ. restituт. non est necess. l. 2. & hoc proposita quadam petitione ad hoc, vt testamentum rescindatur, quæ non est actio prorsus nec accusatio, sed medium tenet, & quandoque actio, quandoque accusatio dicitur, sed proprie dicitur querela, vt no. ff. eo. posthumus, §. si quis.

† Supplemēti aūt legitimæ ēt ppparatū trāsmittitur, & durat 30. an. ſm̃ cōem opin. Ang.

d Qui. f. liberi.

e Queruntur. i. conqueruntur.

f Se exhæredatos, a qualibet linea.

g Præteritos. Ab aliquo de linea feminina.

* Illud tamen oportet meminisse, quod non licet agere de inofficioso test. nisi post aditam hæreditatem. l. Papin. §. si conditioni, ff. eo. & vt exhæredatio valeat, duo requiruntur, primum quod inferatur causa legitima in testamento, secūdum, quod ea probetur ab hærede. Cur. iu. Authen. non licet, C. de liber. præteri.

h Hoc colore. id est hac honestate verborum.

* Sic & Rhetores, probabilem rationem, quam ad defensionem commenti sunt, colorem appellāt. hinc color quæsitus dicitur, cum id, quod vere agimus simulatione aliqua obtegimus fine fraudandæ legis gratia, siue alia ex causa fiat l. sed iul. ff. ad Maced. metaphora a Rhetoribus accepta, qui verborum coloribus veritatem plerumque offuscant.]

i Nullum testamentum. vt sup. quib. non est permis. fa. test. §. item furiosi.

K Liberorum parentibus, f. est permissum

SYL. sum accusare filiorum testamẽtum, quãdo sunt pagano emancipato: aliàs si esset miles non subijceretur querelę, vt C.eod.l.si in fi.

¶ Quod hodie correctum est secundum gl. quæ cõis est, in d.l.fin. quia datur querela.]

¶ Soror autem [a] & frater, turpibus [b] personis scriptis hæredibus, ex sacris constitutionibus prælati [c] sunt. Non ergo [d] contra omnes hæredes agere possunt. [e] Vltra [f] fratres igitur & sorores cognati nullo modo aut agere possunt, aut agentes [g] vincere.

¶ Cessantibus alijs remedijs agitur querela, & quando nihil est relictum: alias agitur ad supplementum. hoc dicit.

¶ Tam autem naturales [h] liberi, quam se-

Item si esset in potestate, testamentũ ipso iure non valeret, vt sup. quibus non est pmiss. fa.te. in princ. & facit. ff.eo.l. nam & si parẽtibus.

* ¶ Quod m͠r quoque agat d' inoffi.testa. filij, licet instituisset fratrem vel sororem, est text. in l.cũ filium. C.eo.Il lud tamen meminisse oportet, quod in querela inofficiosi testamenti liberi præfernatur parentibus, l.nam. ff. eod. an autem patri prætorio competat hoc remedium, cum habeat bon. pos. contra tabul. traditur in l. pater.eo.tit.]

a ¶ Soror autem & frater. Hoc accipe in cõsanguineis & vterinis, vel consanguineis tantum(i) nam vterini non possunt, vt C.eod.l. fratres. Et not. quod duo dicit iste, §. primũ, quod frater & soror possunt agere querela. Secundum, quod hoc verum est, quando turpes personæ instituuntur hæredes. SYL.

ADDITIO. (i, Dummodo sint ex legitimo matrimonio nati, aliàs secus, etiã si per rescriptum principis essent legitimati. Item procedit iste tex. siue sint exhæredati, siue p̃teriti: dummodo legitimam in totum vel in partem non habeant, quia tunc agunt ad supplementum, vt hic per Ang.

b ¶ Turpibus. s. infamibus ipso iure, vel per sententiam, vel etiam de facto.]

¶ Vt C.eo.l. fratres, & ibi Ias. declarat in fi.

ADDIT. Et talis infamia iuris vel facti ẽt excludit à querela, vt l.in arenam, C eo. An.

c ¶ Prelati sunt. i. admissi sunt, & sic turpibus personis, ablatiui sunt absoluti. Vel dic prælati sunt. i. præpositi turpibus personis, datiue legendo.

Adde, qd hoc casu rumpitur testm̃ in totũ, idque odio turpis personæ institutæ, vt dicit Ias. in dic.l.fratres, & in fratrib. & sor. nil est mutatum per ius nouum quoad quartã.

d ¶ Non ergo hoc refertur ad primum responsum, vel potius ad secundum.

e ¶ Possunt. s. de iure.

f ¶ Vltra Hoc ad secundum. vel potius ad primum, si rite inspiciatur series textualis.

g ¶ Agentes vincere, scilicet etiam de facto agentes non vincerent: melius ergo facerẽt si se sumptibus inanibus non vexarẽt, vt ff. eodem, l.i. Sed contra. ff. eodem, posthumus §. si quis ex his. Sed ibi nemo repulit agentẽ: repelli tamen potuit, vt hic. Sed an filij fratrum agant? Videtur ex hac litera eos excludi. Sed cum hodie vocentur ab intestato, & fratribus ęquiparentur, forte & ipsis querela datur, vt in authen. de hæredit. ab intesta. venient. §. reliquum. & in Authen. vt fra. filij. §. primo, collat. 9. quæ est in C. de leg. hæred. authen. cessante. & argu. ff. de inofficioso testamen. l. posthumus in princ. Sed respondẽt quidam, quod non admittuntur ad querelam: & tamen vna cum eo, qui potest agere, admittuntur ab intestato, vt Cod. de inoffic. testamen. fratris. & Codice communia de succes. auth. itaque. Vel posset responderi, quod admittuntur iure diuerso: nam frater agit querela, & rumpit. & filius alterius fratris, cum sit ruptum testamentum, admittitur ab intestato. Accursius.

¶ Opin. glos. hic communiter tenetur, quia subintratio illa locum habet ab intestato, non facto testamento.] SYL.

ADDITIO. Si autem esset solus, à querela excluderetur. Ang.

¶ Tam autem. CASVS figuratio non est necessaria in declaratione nouissimæ regulæ in hac materia. potest tamẽ pro ratione dubitandi adduci, quod quamuis filius habeat legitimam, & vltra, iure legati, vel alio modo, potest agere querela, dummodo non habeat iure institutionis, § aliud quoque capitulum. in authent. vt cum de appellat. cognosc. Contrarium dicitur hic. Sed dic, quod illud procedit de iure nouissimo, hoc autem est de iure antiquo: nam quo ad hoc. §. hic est hodie correctus.

Nota, quod filij, tam naturales, quam arrogati, vel adoptati ab auo paterno vel materno, qui transeunt hodie in potestatẽ patris adoptantis, habent querelam.

Item, quod talis querela competit etiam posthumis.

Item, quod hæc querela est remedium subsidiarium deficientibus alijs.

Item, quod ad excludendum liberos à querela, sufficit aliquid eis relinqui: quo casu agunt ad supplemẽtum arbitrio boni viri.

h ¶ Naturales. Scilicet & legitimi: nam naturales tantum non agunt in bonis patris, sed matris, vt digest. eodem, si suspecta. §. primo.

¶ Ratio est, quia ab hæreditate matris non exclu- SYL.

excluduntur, à patris, sic.l humanitatis. C. de na.lib.l.placet.C.ad or fic. vel quia contra votum patris non succedunt, glo.in l.1.§.1. ff.de contra tab.

* ¶ Dic idem in spurijs, nisi mater sit illustris, §.sciẽdũ infra de senatusc. Orfi. vel nisi procreati sint ex eo coitu, qui possit accusari, vt puta adulterij, incestus, & simili, nam cum tales filij capere non possint ẽt volẽte matre, multo minus cõtra eius volũtatem, vt inquit ibi glo. & in d.l.si suspecta.]

cundum nostrę constitutionis diuisionem [a] adoptari, [b] ita demum de inofficioso testamento agere possunt, si nullo alio iure ad defuncti bona venire possunt. Nam qui ad hæreditatem totam, vel partem [c] eius, alio iure veniunt, [d] de inofficioso agere non possunt.

Posthumi [e]. quoque, qui nullo alio iure venire possunt, de inofficioso agere possunt.

Sed hæc [f] ita accipienda sunt, si nihil eis penitus à testatoribus testamento [g] relictum est: quod nostra constitutio [h] ad verecundiam naturæ introduxit. Si vero quantacunque pars hæreditatis, vel res eis fuerit relicta. de inofficioso querela quiescente, id, quod eis [i] deest, vsque ad quartam legitimę partis repleatur, licet non fuerit [k] adiectũ, boni viri arbitratu debere eam † compleri.

† alias impleri, alias repleri.

¶ Tutor legatum petendo nomine pupilli, non repellitur à querela. Idem, si querela nomine pupilli egerit, non amittit legatum sibi relictum. Aretin.

¶ Si tutor [l] nomine pupilli, cuius tutelam gerebat, ex testamẽto pa-

a ¶ Diuisionẽ. vt ab auo paterno. vel materno.

b ¶ Adoptati. id est † arrogati: qui habẽt quartã ex constitutione Diui Pij, vt ff.eodẽ. Papinianus. §. si quis impubes. Item adoptati, si auo paterno dati sũt. vt C.de adopt. cum in adoptiuis. supra de adopt. §.sed hodie. & hoc prædixit.

† Ista expositio ẽ mala, q̃a arrogatis cõsulit alio remedio. i. p condictionẽ ex l. vt ibi, & l. si arrogator ff.d adop. igit̃ &c.

c ¶ Partem. Scilicet quartam: si autẽ minus, tunc ad supplementum agitur, vt inf.proxi.

d ¶ Veniunt. Id est venire possunt: vt iure legati vel donationis: vt infr.eo.§.penul.vel quia eorum filij, vel serui sunt instituti, vt ff.eo.l.nihil.

SYL.

e ¶ Posthumi. Scilicet exhæredati: nam si præteriti, ipso iure rumpitur testamentum, vt supra de exhær.libe.§.posthumi, sed hodie non possunt exhæredari, vt C.eo. si quis in suo §.legis.

f ¶ Sed hæc. Hoc refertur ad supr. dicta à princ. vsque huc.

g ¶ Testamento. Scilicet iure Institutionis, cum testamentum facit, vt in Auth. vt cum de appel.cog §.aliud. sed si aliam voluntatem facit, sufficit quoque relinquatur tit. vt in Auth.de trien.& semis.§.1. coll. 3. Similis gl.in §.igitur.ver.iure legati, inf.eo.

h ¶ Constitutio, vt C.eo.omnimodo.

i ¶ Eis. Scilicet exhæredatis, vel præteritis.

K ¶ Non fuerit adiectum, vt C.eo. scimus in princ.

¶ Si tutor, CASVS Quærebatur an pręterito vel exhæredato filio, qui alterius pupilli tutelam gerebat, cui in testamento paterno erat aliquid relictum, si acceptabat legatum, an excluderetur à querela: & videbatur quod sic, quia statim approbato testamento, excluditur à querela: sed acceptando legatum videbatur approbare testamentum, ergo &c. Contrariũ dicitur ea ratione, q̃a quãuis vna p̃sona sit & eadem: tamẽ gerit vices duarum: quando ergo approbat testamẽtum vt tutor non censetur approbare vt ipse: quãdo vero imp̃bat vt tutor, similiter non vĩ improbare vt ipse: & sic diuersitas hęc facit rationem decidendi in text. nostro, cũ sit officiũ necessariũ vt gl. Not. quod dictũ est in summario. Item, quod dictio, sed si, non aduersatur secundum suam naturam in iure, & in facto, sed in facto tantum ]

SYL.

l ¶ Si tutor. Testator extraneum instituit, & filium exhæredauit, & cuidam pupillo existẽti in tutela filij sui legatũ reliquit: quod petijt filius nomine pupilli sui: non tamen ideo repellitur a querela suo nomine. Sed contra.ff.eod.l.fi.1.respon. Sed ibi certe aduocatus vel procurator spõte faciebat, cum illa officia sint spontanea, vt infr. manda. §.mandatum. at hic etiam ex necessitate, quia tutela ex necessitate suscipitur, vt ff. de tutoribus, & curat.datis ab ijs. l.necnon. & necessario geritur, vt ff.de admini. tuto.l.1. in princ.

Aduocati & p̃curatoris officiũ est spõtaneum.

* ¶ Excusandus enim est, qui officij sui necessitate adactus aliquid facit, cum satis iniquum sit damnosum esse cuiquã officiũ suum. l.sed & siquis.ff.quemadm. testa.aperi. quod latius ex multis iuris decisionibus comprobat Alciat. noster lib.1. de verborũ significat.car.vlt.

¶ Quando autem etiam officium aduocationis esset necessarium, iuxta l. prouidendum,

dum.C.de posthu.cum si tunc non submoueretur à querela.]

a ¶ Nihilominus. Nam videbatur paternũ iudicium approbasse. & sic non posse postea querela agere, sed tamẽ nihilominus potest. vt hic dicit.

SYL. ¶ Ratio fuit assignata in positione casus.

tris sui legatum accepit, cum nihil erat relictum ipsi tutori a patre suo: nihilominus [a] † poterit nomine suo de inofficioso patris [b] testamento agere. Sed si [c] econtrario pupilli nomine, cui nihil relictum fuerat, de inofficioso egerit, & superatus est: ipse tutor, quod sibi in testamento eodem legatum relictũ est, non amittit.

¶ Sufficit, quod filius habeat vnam quartam quoquo relicti titulo, ad hoc, vt excludatur a querela siue sit vnus, siue plures. Ang.

¶ alias possit.

b ¶ Patris. Scilicet ipsius tutoris: immo erat exhæredatus.

** Adde, quod datur minori restitutio in querela inof. test. l. C. de in integ. rest. l. secus in alia accusatione. l. auxiliũ ff. de min.

c ¶ Sed si econtrario. Hic testator filium suum pupillũ exhæredatum, & tutori, quẽ ipsemet pater filio dabat, legatũ dimisit: licet ergo agat de inofficioso nomine pupilli, & succumbat, tamen ad legatũ admittitur. Et ita nota argu. ex hoc & superiori responso, quòd quis agit aliquid interdũ non vt ipse, sed vt alius. simile, ff. de adopt. si pater, §. qui duos. & ff. eod. l. si is qui. §. si hæres. & l. aduersus. §. 1. & C. de admin. tut. cum quædam & ff. de compens. l. pen. C. de dolo. l. 1.

SYL. ¶ Igitur quartam. CASVS. Quærebatur, an habens quartam excluderetur à querela: & videbatur quod nõ. per auth. nouissima. Cod. eod. vbi requiritur tertia vel semis secundum numerum filiorum, vt quis agere non possit. Item dubitabatur ex eo, quod dicitur in d. Auth. vt cũ de appel. cogn. §. aliud quoque. quod requiratur titulus honorabilis institutionis, non autem sufficerent tituli hic expressi. Item dubitabatur ex alio, quòd quamuis non haberet quartam, dummodo haberet aliquid, non posset agi querela, sed ad supplementum vt sup. dictum est. Contrarium vero hic deciditur, vt vides: de quo ibi dic, quòd aliud est de iure nouissimo, secũdum quod prædicta immutata sũt, aliud de iure antiquo. vt hic dicitur, & in gl. 1. & 2. Not. collige per te, quia clara sunt.

d ¶ Igitur quartam. Contrarium formatur ex eo quod habes, sup. eod. §. sed hæc ita vbi dicit, etiam si minus quarta habet, non agit querela, sed ad supplementũ. Sol. hic loquitur ante Iustinianum, vt C. eo. cũ quæritur. & ff. eo. Papinianus, §. quoniam autem quartam. at supra secundũ Iustiniani tẽpora, per l. C. eo. omnimodo. Et illud, igitur, quod est hic, ponitur incœptiuè, non illatiue. sic ff. de iustit. & iur. ius ciuile. §. hoc igitur. vel lege illatiue, ex eo quod habes supr. eodem. §. iam autem. in fin.

igitur hic cœptiue, & illatiue sumitur.

¶ Igitur [d] quartã quis debet habere, vt de inofficioso agere nõ possit, siue iure hæreditario, siue iure legati, [e] vel fideicommissi, vel si mortis causa ei quarta donata fuerit, vel inter [f] viuos in ijs tantũmodo casibus, quorum mentionem facit nostra constitutio, vel alijs [g] modis, qui in nostris constitutionibus continentur: Quod autẽ de quarta diximus, [h] ita intelligendum est: vt siue vnus fuerat siue plures, quibus agere de inofficioso testamento permittitur, vna quar-

* ¶ Adde, quòd sunt aliqui modi priuandi filium sua legitima, quos tradit Bart. Cæpol. in tracta. cautelarũ. caut. 21. vbi omnino vide.

e ¶ Iure legati, sed hodie tit. institutionis, si facit testamentũ, vt in authen. vt cum de appell. cog. §. aliud. (1) si vero alia sit voluntas, sufficit quoquo relicti titulo, vt in Auth. de trien. & semis. §. 1.

¶ Quod introductum est iam respectu honoris, quia titulus est honorabilior, quam vtilitatis propter ius accrescendi. SYL.

** Verior ratio est, ne ei videatur facta iniuria, si nõ instituatur, vt aperte significat idẽ imp. in d. §. Aliud. ver. hæc autem.

ADDITIO. (1) Quod est verum etiam in legitima, quæ debetur parentibus. Et an sit necesse, quòd expresse relinquant iure institutionis, an sufficiat relinquere pro legitima, vel Falcid. vide Ang. hic.

f ¶ Inter viuos, scilicet data ea conditione, vt hæc donatio inter viuos in quartã computetur, vt C. eod. si quando, §. generaliter, & hic subijcit.

ADDITIO. Quod satis videtur exprimere si dixit, Dono tibi hoc pro parte tua arg. l. peto in princ. ff. de leg. 1. Et est ratio istius gl. quia legitima debetur ex bonis, quæ reperiuntur tempore mortis, in quibus nõ reperitur hæc donatio, cũ iam in vita patris patrimonium perfecte exiuerat. Ang.

g ¶ Alijs modis, vt dotis causa, & donationis propter nuptias, vt C. de inoffic. testa. quoniam nouella.

h ¶ Diximus vt sup. proximo. §.

a ¶ Pro-

Pottio filijs debita iure naturę quę est.

a ¶ Pro virili portione. Vt.s.quilibet habeat † quartam huius partis,quã habiturus erat ab intestato, vt C eod.l.parentibus & l. cum quæritur. hoc tamen est hodie iure Auth. mutatum.s.vt tertia detur, si sũt quatuor vel pauciores: si vero plures sunt filij exhæredati, hñt dimidiam, † vt in Authent. de trien.& semis. §. 1. quæ est C. eod Auth. nouissima, Vnde versus. Quatuor, aut infra dant natis triẽtem. Semissem vero dãt natis quinque vel vltra.

† alias desũt sequẽtia verba.

† Intellige quartam bonorũ, nõ heredi tatis.i. deducto ere alieno,funeris impensis,& seruis libertate donatis. l.Papinian. §. quarta. ff. eod.

ta eis dari possit: vt ea pro rata distribuatur eis, † id est, pro virili portione. a

¶ De hæredum qualitate & differentia.

¶ Triplices sunt hære des. Ang. Aret.

HAeredes autem, aut necessarij b dicũtur, aut sui & necessarij, aut extranei. c

¶ Seruus proprius hæres a domino institutus, dicitur necessarius: quia est hæres velit nolit: bona tamẽ, quę post mortem domini quæsierit, propria sibi referuantur. Ang. Aret.

Et nota in fin. huius tituli, quod quidam dicunt hunc titulum hodie non habere locũ nisi inter fratres turpibus personis hæredibus institutis & hęc fuit sententia M.per authen.quæ est. C de lib.præt. Auth.non licet. & Authen.ex causa. Sed non dicimus, quòd habet locum, vt olim: quod plene diximus in Auth.vt cum.de app.cog.§.aliud in fin.& in d Auth.ex causa.nisi ꝙ quædam capitula in d.Auth circa querelam sunt innouata: vt quia olim non transmittebatur ad hæredem etiam suum,nisi esset præparata. vt ff. eo.pôsthu. §.fin. & l.seq † hodie sic ad suũ hæredem,vt C.eod.scimus. in fi. Item olim quarta dabatur,hodie triens, vel semis,vt dictum est.Item olim filij se gratos esse probabant,hodie hæredes probant ingratos,vt C. eo.omnimodo. † Item nota hunc titulum loqui de gratis filijs: si enim essent ingrati, nihil tenetur pater eis dimittere, vt in Auth. de hæred.& Falcid.§.exhæredatos. & in Auth.de immen.dona.in filios.§.fi. Et sunt causæ ingratitudinis: 14.quibus exhæredantur: & septem,quibus pater à filijs vt in Auth. vt cum de appell.cogn. §.causas. & §.iustum autem. Et tres quibus frater à fratre, vt in Auth.de nup §.ingratitudinem.

† Idem in quarta debita parẽtibus. Secus in debita fratribus.

An autem portio vnius filij incapacis accrescat alijs, vide Ang.hic.

† Concor. gl. in §.cũ autẽ.infra de hære.q̃ ab intest.

† Adde l. liberi. in princ. eo. tit.

SYL. Pr̃ filium 14.casib⁹, filius patrem 7. & frater fratrẽ tribus exhæredare potest.

¶ Plures autem in filio sunt, quam in alijs, quia magis tenetur. l. an tibi. C. de in litem dan.tut.l.altius.si ser.vend ]

** Animaduertite, quod d.Auth. vt cum de app.cog.§.aliud. quatuor habet capita noui iuris inductiua. Primum ꝙ non sufficit hodie quoquo titu legitimam filio relinquere vt exhæredari possit,aut ea ꝑteritione omitti, quæ vim habet exhæredationis, vt olim d.l.Pap.§.si quis mortis.de inoffic. testam.& l omnimodo C. eod. sed omnino instituendus est: sufficit tamen vel in obolo eum instituere gl.l.3.§ sed vtrum. versi. patrimonium.de min.Nam poterit agere nihilominus ad supplementum. Alterum, quòd causas exhæredationis enumerat,quæ olim variæ, nec certo numero traditæ erant.l.cum ratio de bo. dam. Tertiũ, quod iubet eas exprimi à testãte, ne alias hr̃di ꝑbeatur occasio falsas accusationes cogitãdi, quod prius non fuerat constitutũ.d.l.omnimodo vers. dixisset,in glo. ultimũ, quod expugnato testo per querelã legata confirmat, quæ iure veteri deficiebant d.l. Papi. §.fi. His addendũ, ꝙ non solũ permittitur exhæredare ex causis relatis ĩ d. Auth. sed ẽt ex alijs æque grauibus vt tradunt doct. in Auth.licet.C.de lib.præt.& Crot.in l. si constante.col.30.sol.mat.

¶ De hæredum qualitate & differentia.

¶ Quia hæredes,de quib.sup dictum est, diuersi sunt ideo de eorum dr̃ia,& qualitate.i. differenti qualitate videamus. Accur.Flo. Cõtinuatio.

HAeredes. ¶ Totus iste notabilis tit. diuiditur principaliter in 2.partes. Diuisio.

Primo ponit regulam, ꝙ hæredum sunt tria genera. Secundo illa genera prosequitur,& declarat seriatim. Secunda ibi, Necessarius hæres.

b ¶ Necessarij.s.tantum.

c ¶ Aut extranei. De his autem omnibus hic tit. dicit per ordinem, vt in proximo §. & § sui.& §. ceteri,

¶ Necessarius. Diuiditur in tres partes. Nã primo prosequitur primum genus hæredum.s.qui sunt necessarij hæredes, tantum. Secundo prosequitur secundum membrum siue genus, videlicet qui sunt sui & necessarij. Tertiò prosequitur, qui sunt extranei hæredes. Secunda ibi, Sui autem. Tertia ibi, Ceteri. Itẽ subdiuiditur prima pars in quattuor partes. Primo quis sit heres necessarius tantum. Secundo rationem assignat quare sic vocatur. Tertiò infert consulendo testatori, qui non est soluendo. Quarto prouidet ipsi seruo. Secunda ibi, Ideo. Tertia ibi, Vnde qui. Quarta ibi, Pro hoc tamen. Areti. Diuisio.

SYL.

¶ CASVS non figuratur in declaratione terminorum nisi literaliter: ratio autẽ quare dicatur necessarius, exprimitur in vers. quia siue velit. Not. triplicem esse hæredũ differentiam. Item quis dicatur necessarius hæres. Item quare dicatur necessarius. Item not. consilium eorum, qui nolunt bona sua post mortem distrahi sub nomine suo. Itẽ quod hæreditas adita non dicitur amplius hæreditas: ibi, potius hæredis bona, quam testatoris. Itẽ, quod bona quæsita post mortem non sunt obligata creditoribus. Item, quod qui in vno grauatur, in alio releuatur.

Item

Item à speciali hic, quod hæres tenetur de suo creditoribus hæreditarijs.]

a Necessarius. Ad hoc vt fit necessarius, est necesse vt sit seruus testatoris tempore testamenti, vt hic, & ff. de hæred. institui. si alienum. in princip. † Item & tempore mortis, vt supra de hæred. instit. §. seruus. item quod non sit alteri legatus: tunc enim legatario quæreret hæreditatem, & ipse eius esset: nisi idem seruus sibi substitutus esset hæres & liber, vt ff. de vulga. & pupil. substit. l. fin. §. 1.

† Dic hoc uerū, siue in solidū: siue pro parte sit hæres, ut ibi not. gl.

† alias q a uelit nolit omnimō.

*¶ Adde, quod nec tunc erit necessarius, cum ei omnino testator libertatem debebat, ut puta ex causa fideicommissi, uel alijs modis, qui continentur in l. si seruo. ff. de hæredibus instit.

** Item nec cum ei datus est substitutus. l. si is qui soluendo. 2. eo. tit.]

b ¶ Protinus, id est statim. & si quidem pure institutus est, à seipso libertatem consecutus uidetur, ut ff. de acquiren. hæred. l. ex parte, & ff. de hæred. institu. sed & si in conditione, §. fin. & etiam ignorans, ut ff. si certum petatur eius qui. & ff. de testam. qui in domini.

c ¶ Et necessarius. N: si sit institutus sub hac conditione si uellet: quæ uerba faciunt eum uoluntarium: sed in extraneo nil operantur, ut ff. de cond. instit. uerba. & ff. de hæred. instit. Cornelius.

d ¶ Vnde. Qui necessarius.

e ¶ Suspectus, id quia sciunt se non esse soluendo: & facit. supra quibus ex cau. ma. non lic. in princip. & supra de vulg. substitut. in princip.

f ¶ Satis non fiat. s. ab hoc seruo hærede & libero instituto.

g ¶ Hæredes. i. serui instituti: & hoc ne defunctus iniuria afficiatur, ut supra qui. ex cau. ma. non licet. § 1. in fin.

SYL. ** Not. quod bona olim testatoris appellat bona hæredis. nam hæreditas adita non dicitur proprie amplius hæreditas, sed bona propria hæredis. illud quoque obseruandum, quod ualde ignominiosum erat apud ueteres, cuiusquam bona publice a creditoribus distrahi, vt apparet ex Mar. T. in orat. pro P. Quintio, & supra & qui. & cau man. non li. §. 1.]

h ¶ Incommodo, quia inuitus hæreditati astringitur.

¶ Necessarius a hæres est seruus hæres institutus: ideoque sic appellatur, † quia siue velit, siue nolit, omnino post mortem testatoris protinus b liber, & necessarius c hæres fit. Vnde d facultates suas suspectas e habent, solent seruum suum primo, aut secundo, aut etiam vlteriore gradu hæredem instituere: vt si creditoribus satis f non fiat, potius eius hæredis g bona, quam ipsius testatoris, à creditoribus possideantur, vel distrahantur, vel inter eos diuidantur. Pro hoc tamen incommodo h illud ei commodum i præstatur, vt ea, quæ post k mortem patroni l sui sibi acquisierit, ipsi reseruentur. m Et quamuis bona defuncti non sufficiant creditoribus, iterum tamen ex ea causa res eius, quas sibi acquisierit, non n veneunt.

i ¶ Commodum præstantur. Sic & alias inuenitur in multis locis, vel qui in vno casu grauatur, debet in alio releuari, vt ff. de iureiuran. l. eum qui. in princ.

Grauatus in uno det in alio releuari.

k ¶ Post mortem scilicet ante aditam hæreditatem, vt Cod. ad Sillan. l. cum Silaniani. Vel certe hic protinus uidetur adita hæreditas: & dicta l. cum Sillan. in alio casu loquitur.

ADDITIO. Scilicet quando libertas est legata sine institutione, quæ statim non cedit, vt lege vnica. §. libertatibus. Codic. de cad. tol.

l ¶ Patroni. i. qui esset patronus, si esset liber in vita illius.

m ¶ Reseruentur. Separatione impetrata, si bona patroni non attingat, id est, non inceperit administrare, vt ff. de separ. l. 1. §. final. alias, id est si incepit administrare, non poterit postea impetrare separationem, nisi sit minor, vt ff. de min. l. an prætor. §. non solum, quo casu tantum scilicet cum est minor, separationem impetrabit, etiam, si iam attigerit hæreditatem, non autem, vt ab hæreditate se abstineat, vt ff. de acq. hæred. necessarijs. §. fin.

¶ Vide gl. in l. 1. ff. de separa. quæ enumerat octo casus. SYL.

n ¶ Non veneunt. i. non venduntur.

¶ Sui autem. iste. §. diuiditur in quatuor partes. Primo ponit, qui sunt sui, & necessarij hæredes. Secundo hoc limitat & restringit. Tertio rationem reddit, quare dicuntur sui hæredes. Quarto rationem ponit, quare dicuntur necessarij. Secunda ibi, sed vt nepos. Tertia ibi. Sed sui quidem. Quarta ibi, Necessarij. Diuisio.

¶ CASVS similiter non figurabitur in declaratione, & quasi descriptione huius termini sui, & necessarij, ponas igitur literaliter vt iacet. Not. qui sint sui, & necessarij. Item, quod nepotes ita demū suitatem

tatem nanciscũtur, si obtinent primum locum. Item not. qui dicantur sui. Item vnde necessarij. Item, quòd de iure ciuili cogebantur esse hæredes. Item, quòd ius abstinendi habent à prætore. iure ciuili, quod nõ cognouit emancipatos quia erant capite minuti, vt inf. de hęre. quæ ab intest. de. §. emãcipati. de iure aũt prætorio soli filij emancipati admittuntur, nõ nepotes, vt d. §. emancipati sed per edictum de coniungendis cum emãcipatis liberis eius, admittitur simul filius & nepos, vt ff. de coniung. cum emancip. lib. l. 1. 2. resp. Quod (id est ꝙ simul nepos cum patre vel fratre patris admittatur) locũ hodie non haberet, cum sit sublata omnis differẽtia, quæ fiebat occasione emancipationis, vt in auth. de hære. ab intest. ven. §. 1. coll 11. Accursius.

ADDITIO. Quod est verum, quando ab intestato succeditur, nullo facto testamento: vel facto, sed non solenniter; aut eo per querelam penitus expugnato, secus si per cõtra tabulas de iure prætorio filius succedat, quia etiam hodie procedit dictus tit. de coniungen. Ang.

¶ Filius, vel alius, quem nemo præcedit, in potestate, dicitur suus, & necessarius hæres. Suus ideo dicitur, quia est quasi dominus in vita patris. Necessarius ideo dicitur, quia idem de iure ciuili hæres est etiam inuitus, habet tamen de iure prætorio beneficium abstinendi. Aretinus.

¶ Sui autem & necessarij hæredes sunt, veluti filius, filia, nepos: neptisve ex filio, & deinceps ceteri liberi, qui in potestate [a] morientis modo fuerint.

¶ Sed vt nepos neptisve sui hæredes sint, non sufficit eum eamve in potestate aui mortis tempore fuisse: sed opus est, vt pater eius viuo patre suo desierit [b] suus hæres esse, aut morte † interceptus, [c] aut qualibet alia ratione [d] liberatus à patris potestate. Tunc enim nepos neptisve in locum patris sui succedit. [e]

¶ Sed sui quidem hæredes ideo appellantur, [f] quia [g] domestici hæredes sunt, & viuo quoque patre quodammodo domini existimantur. [h] Vnde etiam si quis intestatus moriatur, prima causa est in successione libero-

† Alias Intercẽptus.

* His adde, ꝙ suitas ita diffinitur ab Alci. lib. 7. Parer. ca. 19. Est qualitas hæredum, qui primũ in potestate paterna locum tenent, continuationẽ dominij, necessitatemque successionis ipso iure inducens.

** Adde item duos esse præcipuos effectus suitatis, alterum transmissionis l. 1. C. de ijs qui ante aper. tabul. alterum confirmationis tabularum pupillarium. l. si filius q patri. de vulgar. & pupil.]

a ¶ In potestate. Alias si sunt emancipati. extranei sunt, vt infr. eodem. §. ceteri.

** ¶ Adde, quòd filia quoque, quæ ex l. municipali extantibus filijs masculis excluditur ab hæreditate patris, non est sua, sicuti nec filius exhæredatus, Bart. in l. prima, §. sciendum ff. de suis. & legit. hæred.]

b ¶ Desierit. Improprie ponitur: quia viuo patre non fuit hæres, sed dicitur desinere quantum ad id, quod futurum erat sic & alias, vt ff. vsufruct. quemadm. caue. l. 3. §. desinere.

c ¶ Interceptus. Scilicet filius † & aliàs est intercẽptus alias interceptus, id est, remotus ab hoc seculo. Vnde Ouidius in sua Metamorphosi loquẽs de ranis dicit Colla intercepta videntur.

† Sequẽtia vacant in antiquis codicib⁹.

d ¶ Alia ratione. Veluti emancipatione, vel deportatione. vt sup. qui. mo. ius patriæ pot. sol. §. præterea. & § cum autem.

* ¶ Adde, ꝙ & patre exhæredato nepos fit suus hæres, & necessarius. l. qui in alienat. §. interdum. ff. de acquir. hæred.]

e ¶ Succedit. Ita vt ẽt filius emancipatus repellatur, & nepos, qui remansit in potestate, ex eo, vel alio filio natus, admittatur, & hoc

f ¶ Appellantur s. supradicti filij & nepotes.

** ¶ Declara, ꝙ ideo dicuntur sui hæredes, quia videntur quodammodo sibi ipsi succedere cum viuente quoque patre domini censerentur. l. 1. suis. ff. de liber. & posthu.

** Adde, ꝙ ne substitutio corruat, etiam in femina suos hæredes intelligemus, quos ipsa in potestate non habet, nec hẽre põt: veluti si qs filiũ & suos istituat. Gui. Pap. dec. 548.

g ¶ Quia domestici. Nota filiũ domesticũ patri. Sunt & alij multi domestici, vt C. de his qui ad eccl. confu. præsenti. §. sane. Accurs.

** Vide glo. supr. de testam. §. pater. vers. in ea re. & in cap. in literis. de testi. & supr. q. 1. in summa.

ADDITIO. Et ideo ex furto facto per filium seruum aut vxorem, nõ oritur actio ciuilis vel criminalis cum sit domesticum, nisi esset magnum: quod nota secundum Angel.

h ¶ Existimantur, s. ex artificio iuris ciuilis,

Pater, & fi-
's eadē
ona fin
,untur.

† Dic qđ
mō mari
us ē dñs,
k possef-
ot cōstā-
e mřimo
io, nō v-
ot, vt l.
loce. cum
bi not. p
l. & do-
to. C. de
ei vend.
d mor-
uo viro
ñiū trāf-
ert in v-
oré, & p.
ide ē ac
sp fuif-
t apud
, vt d. l.
teb. C. de
l. do. sed ī
lium nō
ānsfert,
d conti-
uat, vt l.
uis. ff. d
o. & post
um.
alias va
t ab.

lis, quod fingit eādem personam patrem, & filium, vt C. de impu. & ali. sub. l. fi. Item eādem vocem vtriusque, inf. de inuti. stipul. §. ei qui. Item & ideo videtur dominus, quia in illis bonis patris alitur, sicut ipse pater: sicut vxor domina dotis dicit, & habere possessionem. † vt C. de iure dotium. in rebus, & C. qui por. in pig. l. fin. Itē & possessionē viuo patre habere vt filius, vt ff. pro hær. l. 2. in fin. hinc est, quod sola administratio dicitur transfire ad filium, cum pater moritur, vt ff. de lib. & posthu. l. in suis.

* ¶ Bene inquit Iusti. quodammodo. Et ideo viuente adhuc patre, generali dominorum appellatione nō intelligetur actū de filijs, Bart. l. sciendum. qui satisd. cogant. Alciat. lib. 2. de verb. sign.

rum.[a] Necessarij vero ideo dicuntur, [b] quia omnino, siue velint, siue nolint, tam ab intestato, quam ex testamento, ex lege duodecim tabularum hæredes fiunt. [c] Sed his Prętor permittit [d] volentibus abstinere ab † hæreditate, vt potius parētis, quam ipsorum bona similiter a creditoribus possideantur.

¶ Qui non est in potestate morientis tempore mortis, dicitur hære extraneus. Ang.

¶ Ceteri, qui testatoris iure subiecti non sunt, extranei hęredes appellantur. [e] Itaque liberi quoque nostri, qui in potestate nostra nō sunt, hæredes a nobis instituti extranei hęredes nobis videntur. Qua de causa, & qui hęredes a matre instituuntur, eodem numero sunt: quia feminę in potestate liberos non habent. [f] Seruus quoque hæres a domino institutus, & post testamentum factum ab eo manumissus eodem numero habetur. [g]

¶ Extraneus debet esse capax tempore testamenti, mortis, & aditionis, & testamenti factio accipitur actiue, & passiue: & incapacitas

e ¶ Appellantur. sic C. de rei vxor. actio. §. extranei. SYL.

ADDITIO. Alio modo dicitur extraneus ille, qui nihil attinet: vel nō est de ascendenti aut descendenti linea. Quæ faciunt ad quæstionem de eo, qui promisit non alienare in manum extraneam, secundum Ioan. Fab. & Angel. hic.

f ¶ Non habent. Vt supra de adopt. §. feminæ.

g ¶ Habetur. Scilicet, vt sit hæres extraneus: nam nō consequitur iste vtrumque scilicet libertatem & hæreditatem ex domini testamēto, quod est necesse, vt sit hæres necessarius vt supra de hęred. insti. §. seruus autem. 1. versi. si vero a viuo.

¶ In extraneis. CASVS non solet figurari in regula generali. Tamen ratio dubitandi poterat esse: quia in conditione testamenti videbantur quo ad capacitatem hæredis inspici solum duo tempora: nō tria, scilicet tempus mortis, quo die testamētum sumit vires, & tempus aditionis: nam tempus conditi testamenti non videbatur requiri, cum pendeat a confirmatione, & sic a morte: prout in simili videmus in legato, quod sufficit capacitas tempore, quo dies legati cedit, glo. in l. si alienum. § 1. ff. de hæred. inst. quod tempus in legatis repræsentat tempus mortis, quo die cedit institutio, & tempus aditionis propter translationem dominij factam a lege l. a Titio. ff. de furt. vnde ita pariter & in institutione videbantur attendi non debere, nisi illa duo tempora. Tamē contrarium deciditur ex eo quod allegatur in text. vt scilicet constiterit institutio, id est, ad substantiandum testamentum: secundo autem tempore, & sic tempore mortis, propter confirmationem, & effectum ipsius institutionis: tertio tempore aditionis quo ad executionem & effectum verum. Illius enim effectus tempore delationis, & sic mortis est fictus, l. hæres quādoque, ff. de acqui-

a ¶ Liberorū, vt inf. de hęr. quę ab intes. §. 1.
b ¶ Dicuntur. s. dicti filij.
c ¶ Hæredes fiunt. Scilicet iure ciuili inspecto: aliud de prętorio, vt subijcit: quod præualet.
d ¶ Prætor permittit. Scilicet, liberis in potestate positis, non vt habeant necessitatem adire prætorem, sed sufficit, si se non immisceant, vt ff. de acquir. hæred. ei qui se. & C. si mi. ab hær. se abst. l. 1.
* ¶ Est tamen casus. in quo suus hæres nō potest se abstinere ab hæreditate, quem ponit Ludou. Goza. in repe. l. qui se patris. col. 32. C. vnde lib.]
¶ Ceteri. CASVS. Quærebatur quis diceretur extraneus hæres, & videbatur dicendum, quod ille, qui nullo iure testatori contingeretur: ita enim sonat hæc vox, extraneus. cuius contrarium dicitur, quod in hac materia extraneus hæres dicitur, qui non est in potestate: sicut alibi extraneus dicit, qui non habetur in potestate: nam extraneus dicitur, aut a cognatione, aut a filiatione, aut a suitate: hic autē capit pro extraneo a suitate. Not. quod dictū est in summario.

acquirend.hæred. Not. In extraneis hæredibus tria tempora obseruari debere quo ad capacitatem. Itē.quod mutatio status facta medio tempore non nocet.Item,q od testamenti factio accipitur actiue & passiue. Itē, quod mutus, surdus, furiosus, posthumus, infans, filiusfam. & seruus, habent testamēti factio. passiuā, quamuis non habeant actiuā.

Vnde eo manumisso non nocet ei manumissio, cum præsumatur nunc, quod & tūc fuerit capax. Item sunt argum. contra. ff. pro empt. l. 2. in princ. & in Auth. vt cum de appe. cogn. § generalem.

contrariū incompatibilē puta initādā religionē fratrū mi notū: idē ſ eo q ſpe trauit primū bnficiū vacaturū & interim duxit vxorē, vel habitū dimisit: quo re SYL.

Medij temporis non nocet. h.d.

a ¶ In extraneis. † iste §. habet sub eadem verborū forma in l. si alienum seruum. ff. de hæred instit. circa prin. vsque ad fi. legis.

b ¶ Testamenti factio passiue accipe t. vt possit capere ex testamento, qd potest quilibet, exceptis quibusdam, quos nos infra tit. 1. §. legari.

c ¶ Eorum. Nam seruo instituto domini persona inspicitur, vt supra de hæred. instit. §. seruus autem plurimum.

d ¶ Id scilicet qd sit capax.

e ¶ Duobus temporibus. Alias tribus, & alias duobus: sed tamen tria spectantur tempora, vt subijcit.

In extraneis [a] hæredibus illud obseruatur, vt sit cum eis testamenti factio, [b] siue hæredes ipsi instituantur, siue ij, qui in potestate eorum [c] sunt. & id [d] duobus [e] temporibus inspicitur: [f] testamenti quidem facti tempore, vt constiterit institutio: mortis vero testatoris, vt effectū habeat. Hoc amplius, & cum adit hæreditatem, esse debet cum eo testamenti factio: siue pure siue sub conditione hæres institutus sit. Nam ius hæredis eo maxime tempore inspiciendum est, quo acquirit hæreditatem. Medio autem tempore inter actum testamentum, & mortem testatoris, vel cōditionem institutionis existentem, mutatio [g] iuris nō nocet hæredi: quia (vt diximus) tria tempora [h] inspici debent.

¶ Testamenti autem factionem [i] non solum is habere videtur, qui testamētum facere potest, sed etiam qui ex alieno testamento, vel ipso capere potest, vel alij acquirere, [k] licet non possit facere testamentum. Et ideo furiosus, & mutus, & posthumus, & infans, & filiusfamilias, & seruus alienus, testamenti factionem [l] habere dicuntur. Licet enim testamentum facere non possint, attamen ex testamento vel sibi, [m] vel alij, [n] acquirere possunt.

¶ Extraneis hæres ha...

ADDITIO. Dic prout loquitur ibi in contractu emptionis, concordat: sed cū loquitur in alijs contractibus, contradicit, sed ibi loquitur in capace, qui non patiebatur defectum in perso na sua: sed hic fecus.

¶ In secundo vero contrario dicunt, quod loquitur fauore furti, vt pœnitentibus remittatur.

h ¶ Tria tempora s. in extraneo hærede: sed in suo necessario exigitur vnū secundū Ioan. s. tempus mortis, vt supra eo. §. sup. Vel secundum Azo. etiā tempus testamenti inspicitur: tempus autem aditæ hæreditatis non inspicitur, quia statim sunt hæredes patre mortuo. s. de iure ciuili, vt ff. de suis, & leg. in suis. In necessarijs autem tantum duo tempora inspiciuntur, scilicet testamenti, & tempus mortis. vt ff. de hæredit. instit. si alienum, 1. respon. & l. seruum.

SYL. assūpto, vel mortua vxore vacat beneficiū, vt hic p Ioā. Fab.

f ¶ Inspicitur. † Testamenti facti, vt constiterit institutio: & mortis testatoris, vt effectum habeat: ita est textus in l. si alienum, ff de hær insti. & te vera melius, & ornatius quam hic.

glo. Ac.

g ¶ Mutato iuris. Vt quia medio tempore efficiatur non capax. tamen his tribus temporibus bene inuenitur capax, † vt hic. & ff. de hæred. instituend. sed & si in conditione §. solemus, & l. si alienum. §. in extraneis. Sed contra. ff. de acquit. hæred. si seruus eius qui. Sed certe, quod seruus in seruitute non dicebatur capax, vt ibi, ex persona domini principaliter erat: nam dominus erat nō capax.

si ex uta- taci- ace- bu hæ- ia face um

Hæc glo. communiter approbatur secundum Christo. hic. SYL.

i ¶ Factionem. Scilicet in actiua significatione.

K ¶ Acquirere. s. potest.

l ¶ Factionem In passiua significatione.

m ¶ Sibi, si sunt sui iuris.

n ¶ Alij. Si sunt in aliena potestate, vt hic, & ff. de testa. l. filiusfamil. & facit ff. de flu. l. 1. § finali.

¶ Extraneis autem, CASVS. Quærebatur, SYL.

[illegible] hereditatis [illegible] quirelin[illegible] tum [illegible] extensum fuit [illegible] tes [illegible] es. Hodie tamen a[illegible] eo enim beneficio [illegible] tarij secutus est hæres non teneri vltra vires hæreditarias h.d.

¶ Extraneis autem hæredibus deliberandi potestas est de adeunda hæreditate, vel non adeunda. Sed siue is, cui abstinendi [a] potestas est, immiscuerit se bonis hæreditatis: siue extraneus, cui de adeunda [b] hæreditate deliberare [c] licet adierit: postea relinquendæ hæreditatis facultatem non habet nisi minor sit 25. annis. Nam huius ætatis hominibus, sicut in ceteris omnibus [d] causis, deceptis, & si temere damnosam hæreditatem susceperint, Prætor succurrit. [e]

¶ Sciendum est tamen Diuum Adrianū etiam maiori [f] 25. annis veniam [g] dedisse, cum post aditam hæreditatem grande [h] æs alienū, quod aditæ hæreditatis tpe latebat, emersisset. Sed hocquidem Diuus Adrianus cuidā speciali beneficio pstitit: Diuus autē Gordia-

tur, qui in semel se immiscuit: vel adiuit hæreditatem, posset postea repudiare, & videbatur q sic: nam repudiatio, & aditio paribus passibus ambulant, l. is potest. ff. de acquir. hæred. sed ille, qui abstinuit, potest postea saltē intra triēnium adire. l. fi. C. de repud. hæred. imò olim perpetuo. l. si quis suus, ff. de iure delibe. ergo pariter videtur posse reuocare aditionem, inf. dictum tempus. cuius contrariū dicitur hic etiam in suo. Ratio est differentiæ, quia vnus casus est fauorabilis filio, alius damnosus, secundum doct. quæ ratio est falsa: quia potest esse vilis, & filio repudiare damnosam hæreditatem: sed ratio est, quia su[9] de iure ciuili est necessarius. Vnde quamuis a prætore habeat ius abstinendi, & abstineat, tamen remanēt reliquiæ suitatis, quæ etiam satis sunt ad confirmandum testamentū, quemadmodū aditio, l. cum quasi. §. sed & si quis, ff. de fideicom. liber. vnde l. propter illas reliquias permittit posse reuocari abstensionem, cū res de facili ad pristinum reducatur, quæ ratio cessat in contrario. Nota habere extraneum ius deliberandi. Item quòd hæres, siue suus, siue extraneus. post aditam non repudiat, nisi sit minor.

† Sic in l. apud. & l. sed & is, ff. quib. ex caussis in poss. ea. & in l. at si- q̃s, §. plerique, ff. de religio.

Hrdes sui imiscent, & abstinent, adeunt, & repudiant extranei.

Item quod minori data est restitutio ob facilitatem, & ne decipiatur. item, quod speciali priuilegio alicui tributa nō trahuntur ad alios. Item not. effectum inuentarij, quod facit non teneri vltra vires hæreditarias. ]

a ¶ Abstinendi. vt est suus hæres, cui datur abstinendi facultas per prætorem, vt supra eo. §. sui autem. in fin.

b ¶ De adeunda. Nota hic † quatuor proportionabilia, scilicet immiscere, & abstinere: quæ duo pertinent ad suos hæredes. Item adire & repudiare, quæ duo pertinent ad extraneos, vt hic dicitur. Sed quandoque suus dicitur adire & repudiare, vt C. de legi. hæred. defunctus.

Confunduntur enim quandoque vt l. & si fine, §. sed quod Papin. ff. de mino. in l. siue, §. fin. ff. de iur. pat.] SYL.

c ¶ Deliberare. Infra annum deliberationis petito tempore, & indulto ab imperiali culmine, a nostris autem iudicibus infra nouem menses: & non nisi semel peti potest, vt C. de iure delib. scim[9]. §. & hæc quidem.

Deliberandi tempus

* ¶ Adde, q nihilominus creditores hæreditarij possunt, si vident hæredem differre aditionē petere, vt ei statuatur, tempus ad adeundam hæreditatem, idque arbitrio iudicis statuitur: quo tempore præterito amplius hæres non audietur, glos. in l. quandiu institutus, in ver. instituto. post medium, & ibi quoque omnes fere scribentes. ff. de acquir. hæred.

** Adde etiam, quòd pendente tempore deliberandi possunt illum cohæredes prouocare ad diuisiones, l. nisi ex pluribus. ff. pars hær. pet. & ita alias obtinui, quòd no. quia proderit, si videbis cohæredem velle deliberare animo differendi.]

d ¶ Omnibus. Nisi sint vsi iure communi, vt ff. de mi. l. verum. § item non restituitur. SYL.

¶ Intellige, id est facit id, quod quilibet diligens paterfam. fecisset, non iure communi prout sonat, secundum Christ. hic ] item nisi iurauerit adultus super contractu, vt in l. Federici, Hac edictali in tit. de pace tenenda. §. item sacramenta. lib. 2. feud. Ad tex. vide pulcherrimam glos. in c. ex parte. ver. quamuis ext. de restit. spol.

e ¶ Succurrit. Vt ff. de min. ait prætor. §. sed quòd si hæreditatem.

f ¶ Maiori. s. cuidam priuilegio.

g ¶ Veniam abstinendi. Accurs.

h ¶ Grande æs, sic. ff. de condi. indeb. l. 2. §. si quid & l. 3.

dianus [a] postea militibus tantummodo hoc concessit.

¶ Sed nostra beneuolentia commune omnibus subiectis imperio nostro præstitit [b] hoc [c] beneficium: & constitutionem [d] tam æquissimam [e] scripsit, cuius tenorem si obseruauerint homines, licet eis adire hæreditatem, & in tantum teneri, quantum valere bona hæreditatis contingit, vt ex hac causa neq; deliberationis auxiliũ sit eis necessarium, nisi omissa obseruatione nostræ cõstitutionis, [g] & deliberãdũ existimauerint, & sese veteri grauamini [h] aditionis supponere maluerint.

¶ Hæres dicitur adire hæreditatem gerendo se pro hærede in aliquo actu, vel nuda voluntate re, vel verbis declarata: & ita potest repudiare, dummodo sciat hæreditatem sibi delatam, quamuis sit mutus. Aret.

¶ Item [i] extraneus hæres testamento institutus, aut ab intestato ad legitimã hæreditatem vocatus, potest aut pro hærede gerendo, aut etiam nuda [k] voluntate suscipiendæ hæreditatis hæres fieri.

a ¶ Gordianus. Sed vbi sunt leges istorum Imperatorum? Respon. non habemus, sed habetur mentio earum, vt C. de iu. deli. scimus, in princ.

b ¶ Præstitit alias præstauit.

c ¶ Hoc .s. vt aliquis nõ grauetur propter improuisum debitum, vel etiã prouisum si est non sufficiens hæreditas, vt C. de iu. deli. scimus. §. ex omnibus, & hoc facto inuentario, si res præsentes sunt inf. tres menses, si absuerint, intra annale spacium, vt C. de iu. deli. scimus. §. fin aũt dubius & §. fin ãt a locis.

Inuentarij faciendi tempus.

ADDITIO. Quot & quæ requirantur in inuentario, vide plene & ordinate per Angel. Aret.

* Adde, ꝙ satis est incipi, & pficiinuẽtariũ inf. tres mẽses à die aditæ hæreditatis, Bart. & alij in l. fi. §. cum igitur, & §. si vero postquam. C de iur. deli. & Rol. à Valle tract. de confect. in ver. 152. & 55.

d ¶ Constitutioné. vt C. de iure deli. scimus.

e ¶ Aequissimam quantum ad tractatum.

f ¶ Nobilissimam quantum ad sententiam.

g ¶ Constitutionis. Quæ de compositione dicti inuentarij loquitur.

h ¶ Veteri grauamini. Sed quod erat grauamen? Respon. tenebatur in solidum omnib. creditoribus & legatarijs, etiam si excedant mensuram hæreditatis, vt C. de iur. deli. l. fi. §. si vero postquam. Si autem petit tempus ad deliberandum, & fecit etiam inuentariũ, creditoribus quidem tenetur in solidum, sed de legatis detrahit Falcidiam, siue adierit hæreditatem infra deliberationis tempus, siue non recusauerit: sed si non fecisset inuentarium, omnibus in solidum, teneretur, vt C. de iur. deli. l. fi §. si autem hoc al quis, & § si quis autem.

Inuẽtariũ non faciẽtes in quo grauãtur.

* ¶ Adde, quod rõ est, quia lex præsumit, ꝙ hæres surripuerit de bonis hẽditatis, vt in Authent. de hæred & Falc. §. sancimus, quæ psumptio est iuris & de iure, quæ nõ recipit probationem in contrarium, nisi per confessionem partis, vt late tradit Cępol. cau. 7. vbi vide, quia tradit caut. excusandi hæredẽ qui non fecit, aut minus legitime fecit inuentarium, in foro tamen conscientiæ hęres non tenetur vltra vires hæreditarias secundum Barr. in rubr. ff. de acquir. hæred. etiam non confecto inuentario, vt scribit Ias. post Bart. & Bald. & ibi per eum relatos in §. sed istæ. colum. antepenult. inf. de actio.]

¶ Item extraneus.

CASVS

In tã generali regula nõ figuratur, nisi literaliter: cuius ratio est, quia iste quasi contractus a sola voluntate hæredis dependet & ideo qualitercunque constet, satis est. Not. quod solo animo aditur, & animo repudiatur hæreditas, siue verbis, siue factis ostẽdatur. Item not. quid sit pro hærede gerere. Item, quod nihil impedit, quo minus mutus, vel surdus gerat pro hærede, si intelligat quod agit. Item, quod ad hoc, vt possit adiri, necesse est, quod sit certus de morte ipsius testatoris, & sciat sibi delatam hæreditatem.

i ¶ Item. Ad legitimam, scilicet iure ciuili: aliud si iure prætorio: tunc enim necessẽ habet coram prætore agnoscere, vt C. de iure delib. l. 1. & l. puberem. & l. suum, & C. qui admit. ad bon poss l. vlt.

ADDITIO. Dic, quod sola agnitio bonorum possessionis facta coram prætore et nõ auctorante sufficit, siue sit bonorũ possessio secundum tabu. siue ab intestato siue etiam contra tab. vt est gl. singularis in d. l. fi. §. 1. C. de cur. fu. in ver. pro antiqua. Ang.

k ¶ Nuda voluntate: oportet tamen, ꝙ extrinsecus declaretur, si quid ergo pro hęrede velut heres gessit, vt hic dicitur, tunc voluntatem illam declarat, nisi protestetur (i) se non vt hæredẽ facere, vt hic, & ff de acquir. hærd. l pro hærede. in princ. & l. gerit. Sed contra id, quod dicit hic, nuda voluntate est C, de iur, de lib. l. potuit, Sed certe est necessaria

tia voluntas & actus ff ab actu incipias. sic & alias. ff. de acq. possess. quemadmodum.
ADDITIO. (1) Quæ protestatio non est necessaria, vbi facit actum pium, quia dilationem non recipit: nec releuat, vbi facit actum contrarium, vt c. cum M. Ferrariensis. de const. it. secundum Ioan. Fabri, & Angelum.
* ¶ Quod igitur dictum est, quempiam nuda voluntate, seu solo animo hæredem fieri, ita declarari debet, hoc est, licet nihil attingat hæreditarium, dum tamen de animo cōstet, vel ex aliquo actu, qui citra ius, & nomen hæredis fieri non potest, vel verbis, neq; enim sola nudaque cogitatio hæredem facit.]

† alias verbis vel literis.

Pro hærede [a] autem gerere quis videtur, si rebus hæreditarijs tanquam hæres vtatur, vel vendendo res hæreditatis, vel prædia colendo, locandove, & quoquo modo voluntatem suam declaret, vel re, vel † verbo, de adeunda hæreditate. dummodo sciat eum, in cuius bonis pro hærede gerit, testatum, intestatumve obijsse, [b] & se ei hæredem [c] esse. Pro hærede enim gerere est pro domino [d] gerere. Veteres enim hæredes pro dominis appellabant, sicut autem nuda voluntate extraneus hæres fit, ita contraria destinatione [e] statim ab hæreditate repellitur.

¶ Eum, qui surdus, vel mutus natus est, vel postea factus, nihil prohibet pro hærede gerere, & acquirere sibi hæreditatem: si tamen intelligit [f] quod agit.

a ¶ Pro hærede, id est factis ipsis gerendo pro hærede.
b ¶ Obijsse. Aliàs enim nisi hoc sciat, non præiudicat sibi aditio: nam nō videtur adire. vt hic, & ff. de acqui. hæred. si is ad quem. & l. eum qui duobus.
SYL. ¶ Dic tamen, quod non requiritur scientia positiua causata ex actu corporeo, sed satis est vehemens opinio ipsius hæredis, vt declarat Bart. in l. is potest. ff. de acquir. hæred. & ibi moder.]
Hæreditatem adire volēti quę sint necessaria. c ¶ Hæredem esse. etiam pure: nam si sub conditione, non potest ante existentem conditionem adire, vt ff. de acquir. hæred. is qui hæres. Sunt & alia necessaria, scilicet, vt sit liber, & sui iuris, qui adit: alias non poterit nisi iussu patris, vel domini præcedente, vt ff. eo. si quis mihi. § iussum. & l. quoties. Item oportet, quod sit compos mentis, vt in fine huius tituli. Item, quod sit maior quatuordecim annis: alias non potest adire, vt C. de iu. deli. l. potuit. & l. si infanti. Itē, quod sciat mortuum esse testatorem: alias non potest adire, vt ff. de acquir. hæred. is qui hæres. § si quis dubitet. & l. qui hæreditatem & l. neminem, & l. qui superstitis. Item certus de conditione test atoris esse debet, vt ff. de acq. hæred. l. hæres, i. §. fin. & l. seq.
ADDITIO. Simile in l. illud. si pars hæredit. pet. & l. is qui putat. de acquir. hæred. hinc est, quod vulgo dicitur, quod ille, qui vult adire hæreditatem, debet scire causam, ex qua defertur, vt l. si is ad quem. de acquir. hæred. secundum Christoph.
d ¶ Pro domino, vnde herus id est, dominus, vt ff. ad leg. Aquil. l. item Mela. §. legis autem Aquiliæ. Item dicūt Theutonici her id est dominus.
** Fallitur Accurs. repugnat enim syllaba, quæ in hæred. propter vim diphthōgi producitur, in hero corripitur. dictus autem videtur potius ab herendo, eo quòd hæreat, id est proxime & continenter capiat successionem, & dominus constituatur.]
e ¶ Destinatione. dummodo & hoc actu extrinseco declaretur argu. tamen contra. ff. de pecu. lega. non statim.
ADDITIO. Sed ibi erat acquisitum domino. vel ibi in actu, qui realitatem requirit Ioan. Fab.
f ¶ Intelligit. nō ergo demens, vel furiosus.

De legatis.

Continuatio. ¶ Dic, quod tex. continuat istam rubricam, Vel sic: Dictum est, supra de testamentis, in quibus legata relinquuntur, nunc sequitur, de ipsis legatis.

Post hæc videamus.

Diuisio. ¶ Totus iste tit. diuidit principaliter in qnq; partes. Primo cōtinuat se ad pcedētia. Scdo ponit diffinitionem legati. Tertio recitat quot gña legatorū olim erāt. Quarto illud corrigit. Quinto incipit tractare materiā legatorū. Scda ibi, Legatū. Tertia ibi. Sed olim. Quarta ibi, Nr̃a aūt. Quinta ibi, Nō solū aūt, & illa. Quinta suo loco subdiuidit.
SYL. ¶ Post hæc. CASVS non est figurandus, quia tantum continuat hunc titulum Imperator. Poterat. n. dubitari, cū essemus in tractatu de iis iuris figuris, quibus per vniuersitatem nobis res acquiruntur, quare præposita esset rubrica de legatis: & respōdetur, non sine causa fieri, cum simus in materia testamentorum, supponere tractatum de legatis. Not. quod materiæ sunt subordinandæ vna alteri, non quod titulus titu. continuetur. Itē ibi, quæ pars, quod aliquando appellatione partis non venit dimidia. Item, quod in hoc tit. non vĩ tractari de legatis vniuersalibus.]

a ¶ Post hæc. Scilicet quæ diximus, sup. de testa. ordinan. hucusque.
b ¶ Pars s. quæ est circa legata. & longa est, vt patet ff. eo. per multas rubricas.
c ¶ Propositam; supra per quas perso. nobis acquir. §. fin.

¶ Potest & alia ratio assignari: quia voluit prius supra tractare de acquisitione directa vniuersali, postea de particulari directa, deinde de vniuersali obliqua, vltimo de particulari obliqua.]

SYL.

## ¶ De legatis.

¶ Ex causa licet immiscere in vnam materiam aliam materiam, licet nõ sit omnino similis, dũmodo vna materia transeat & conformitatem habeat cum alia materia. Aret.

POst hæc [a] videamus de legatis, quę pars [b] iuris extra propositam [c] quidem materiam videtur: (nam loquimur [d] de ijs iuris figuris, [e] quibus per vniuersitatem res nobis acquiruntur) sed cum omnino [f] de testamentis, [g] & de hæredibus, [h] qui in testamento instituũtur, locuti sumus, non sine causa sequenti [i] loco potest hæc iuris materia tractari.

¶ [illegible]

¶ Legatũ [k] itaque est donatio [l] quędam a defuncto relicta, † ab hærede præstanda.

¶ Antiqua solennitate verborum, quæ in

† Verba ista ab hærede præstãda, non sunt in antiquis, & emendatis exemplaribus, & certe subuertunt diffinitionem, cũ videamus, a testatore quoque ipso, nedum ab hærede legatũ præstari. l. Lucius. de lega. 2.

SYL.

¶ Legatum. Diuiditur in septem partes. Primo ponit qualiter diffiniatur legatũ. Secundo, quot erant olim genera legatorũ. Tertio, qualiter vnũquodque genus legatorũ fiebat. quia erant certa verba assignata. Quarto, qualiter dicta verborum solennitas est hodie sublata. Quinto, qualiter per Iustin. omnes isti modi legandi, vel omnia ista genera legatorũ sunt redacta ad vnam materiam: & legatarijs datur ius prosequendi legata altero de tribus modis. Sexto remouet differentiam, quæ erat inter legata & fideicommissa, & ea adęquat. Septimo respondet cuidam tacitæ obiectioni. Secunda ibi, Sed olim. Tertia ibi, Et certa quædam. Quarta ibi, Sed ex constitutionib. Quinta ibi, Nostra. Sexta ibi, Sed non vsque. Septima ibi. Sed ne in primis. Aret.

¶ [illegible] in diffinitione non ponitur. Præmittitur enim diffinitio, vt sciatur id, de quo disputatur, vt inquit Cic. in lib. 1. Officio. No. ergo diffinitionem legati. item aduerte, quia (meo iudicio) illa verba, ab hærede præstanda. non debent esse text. quia in l. legatum. ff. eo. 2. non sunt & gl. ibi, quæ hæc verba supplet, nõ allegat hunc text. & gl. hic dicit legatum hic diffiniri vt in d. l. legatũ, & aliter diffiniri in l. legatum de leg. 1. item Ang. hic dicit sup. ab hærede pręstanda, quę omnia ostendunt, quod in antiquis codicibus prout in meo non erant dicta verba.

d ¶ Loquimur id est locuti sumus. Et sic tempus pro tẽpore ponitur, vt C. ex quibus ca. infa. irro. si Possidonium.

SYL. ¶ Adde, quod hæc expositio est falsa: quia, cum supra tantum tractatum sit de testamẽtis, non verificaretur numerus pluralis dicendo de ijs iuris figuris. Intendit ergo Imperator, dum dicit loquimur, idem ac si diceret, nos sumus in tractatu.] Vel loquimur id est, loqui deberemus, si materiam præcedentem prosequeremur. (i) sic in Auth. de consanguin. & vter. fra. si igitur. coll. 6.

ADDITIO. (i) Dic quod præteritũ perfectum subiunctiui in contractibus, quando non potest verificari in præterito, trahitᷣ ad futurum, vt l. cum stipulamur. ff. de verbor. oblig. sed in testamentis, & legibus, quæ dant formam & essentiam, capiunt a futuro, secundum Angel.

e ¶ Figuris i. partibus, vel formis: quæ quatuor sunt: per successionem ciuilem, per prætoriam, per arrogationem, per addictionem conseruandæ libertatis causa, vt supra per quas person. no. acqu. §. fin.

SYL. ¶ Adde, quod videbatur, quod essent tantum duæ nominandæ, scilicet ciuilis, & prætoria: quippe aliæ duæ sunt de iure ciuili, vt patet in illis titulis. Attamen quia sunt illæ multum dissimiles, cum sint successiones in vniuersum ius viuentis, illæ in vniuersum ius defuncti, sunt separatim positæ a glos. quamuis sint etiam de iure ciuili.

f ¶ Omnino. i. diligentissime.
g ¶ Testamentis. vt sup. de testamen. & tribus sequen. tit.
h ¶ Hæredibus. Vt supra de hæred. instit. vsque huc.
i ¶ Sequenti, quia nec debentur nisi in testo relicta, & post hęredis institutionẽ. Sed hodie contra in vtroque, vt inf. de fideic. hęr. §. præterea, & inf. eo. §. sed nõ vsque, & §. ante,

K ¶ Legatum. sic ff. de leg. 2. l. legatum. sed aliter diffinitur. ff. eo. 1. l. legatum est.
¶ Adde, quod nulla ex his diffinitionibus habet partes diffinitionis, vt disputãdo defendit Præpo. sen. in 7. q. 2. casu 1 suis disput.
l ¶ Donatio quædam. Sunt enim tres donationes, vt ff. de don. l. 1. Et differt hæc a donatione causa mortis, vt diximus, sup. de don. §. 1. in fi. Item a donatione inter viuos, cum legatum reuocari possit vsque ad mortẽ, vt ff. de adimen. leg. l. 3. in fi. & l. 4. Sed in donatione

tione inter viuos non est ita, vt sup. de don. §.aliq. (1) Item differt ab hæreditate, cũ hoc singulare, & sine onere fit, illud vero vniuersale, & cũ onere, vt ff. mand. si hæreditatẽ, & argu. ff. de eden. quædam, §. nihil interest.

ADDITIO.

Et hæc inducuntur ad quæstionem si testator, dicat, dono Titio fũdum præsenti, & recipienti, an censeatur legatum vel donatio per Ioan. Fab. & Ang.

SYL. ** Legata quo differant ab alijs donationibus tradit eleganter Andr. Tiraqu. in rep. l. si vnquam. super vers. liberis. nu. 105. C. de reu. don.

Adde, q; legatarius capiens rem legatam propria auctoritate, illã amittit. l. nõ est dubiũ, vbi oẽs doct. tradũt C. eo. põt tñ testõr ei licentiã cõ cedere illã capiẽdi propria auctoritate. Barto. in l. nemo põt de leg. 1. & tunc illã non amittit. & ita est cõis doc. vt dicit Ripa in l. cẽturio. nu. 52. & seq. ff. de vulg. Plot. l. si qñ. num. 54. C. vnde vi.

legatis obseruabatur, sublata, necnõ legatorum fideicommissorumque differentia, hodie eorum vna eademque est natura, & quibuscunque verbis relicta tribus actionibus persequi possunt. h. d.

Sed olim quidem erant legatorum genera quatuor: per vendicationem, per damnationem, per sinendi modum, per præceptionẽ.

SYL. Sed olim quidem. CASVS nõ figuratur, quia procedit corrigendo ius antiquum: tõ autem correctionis in l. corrigente assignat. Not. formam & obseruationes iuris antiqui circa legata. Item, quod volũtates defunctorum debent validiores, quam fieri possit, effici. Item, quod ll. debent imponi rebus non verbis. Item, quod legatis vna est natura. Itẽ, quod legatario cõpetit nedũ actio psonalis, sed realis, & hypothecaria. Si .n. res legata erat testatoris, & cõsistebat in specie, cõpetit rei vendicatio & actio ex testõ: hypothecaria autem datur in alijs rebus, quæ peruenerunt à defuncto in hæredem. Item, quod qñ duo æquiparantur, illud, qđ est plus in vno, tribuitur alteri. Item, quod verbum, studiosis, accipitur in bonam partem. Item, quod ineruditi adolescentes sunt distincte docendi, nec onerandi multitudine materiarum. Item, quod à facilioribus est inchoandum.

a Quædam verba. Vt si dicat legatario. Vendica tibi rem talem, vel hæredi dicat, Damno te illum ære alieno liberare, vt inf. eod * sed & tale. Item si dicat, Sinito illum habere talem rẽ. Item si dicat vni hæredũ: Præcipito rem illam, id est, ante partem capito, vt ff. eo. 1. si à pluribus.

SYL. Adde, quod Angel. ampliat, siue fiat verbis directis, siue obliquis: & nihil allegat, est tex. in l. 2. C. com. de leg. in princ. Quæ autẽ in legatis dicantur verba directa, quæ precaria, est glo. in d. l. 2. vbi Pau. de Cast. optime declarat. * Sed vt recte discas quibus verbis quatuor hæc legatorum genera conciperentur, & quomodo inter se differrent, legito Alciatum. lib. Paret. 3. c. 1.

** Seruius quoque nobilissimus Grammaticus lib. 5. Aeneid. Virgil. super illo versu. Sume pater & cet. exponit verba sume, id est, præcipe, aitque verbum esse peculiare iurisconsultorũ, quo vtuntur, quoties legatum nõ ab hærede datur, sed ex accipientis arbitrio, vnde conijcere licet, id verbum assignatum fuisse legato per vendicationem, vt cum testator dicebat legatario, tibi sume illam rem, in quo genere legati non erat expectanda manus hæredis, sed ipse legatarius possessionem rei legatæ propria auctoritate capiebat.

Et certa quædam [a] verba cuique generi legatorum assignata erant, per quæ singula genera legatorum significabantur, sed ex constitutionibus [b] Diuorũ principum solennitas huiusmodi verborum penitus sublata est. [c]

Nostra autẽ constitutio, [d] quam cum magna fecimus lucubratione, [e] defunctorũ voluntates [f] validiores [g] esse cupientes, & non

b Ex cõstitutionibus. Quas nõ habemus.

c Sublata est. s. dudum retro.

d Nostra autem constitutio. Quæ est. C. communia. de leg. l. 1.

e Lucubratione. i. vigilatione, maxime nocturna, nam secundum Philosophos luna dicitur habere radios lugubres, sed sol claros, sic in authen. vt iud. sine quoquo suffra. in princ. coll. 2.

Adde legendum lucubratione & expone, id est studio.]

SYL. f Voluntates. Interdũ non est voluntas validior scriptura vt ff. de vsuf. leg. l. si alij, & ff. de sup. le. l. Labeo. (1) Et facit ad hoc quod in tex. dr. s. q; volũtas sit validior scriptura, q; est verum, vt ff. de le. 2. l. cũ pr. §. cum imperfecta, & de le. 1. l. 4. secundum Ioã. & hoc nisi sit impossibilis vel probrosa, vt inf. eo. §. si. vel inepta, vt ff. eo. 1. l. seruo alie §. fin.

ADDITIO. (1) Non ob. hæc lex, si alij, quia respondetur solum contradicere, quia ibi attenditur scriptura, quia voluntas testatoris erat ambigua. Ceterum si eius fuisset clara voluntas, ab ea nõ recederetur: immo obseruaretur, scripturæ relecta interpretatione, vt l. 3. C. de lib. præt. & hic. Ias.

g Validiores, quam sint verba solennia, vel quam sit scriptura. Accur.

** Nam etiam à propria verborum significatione recedimus: cū manifestū est, aliquid sensisse testatorem l. non aliter. de leg. 3. qđ & in contractibus obseruari videmus. l. si tibi. ff. de cert. pet. idque latius cōprobat Alciat. lib. 2. de verbo. signifi. non. n. semper pprijs verbis vti possumus, eaque intentioni pro ferentis subseruire conuenit.

verbis, sed voluntatibus eorum fauentes, disposuit, vt omnibus legatis, [a] vna sit natura: [b] & quibuscunque verbis [c] aliquid relictū sit, liceat legatarijs id persequi non solum per actiones personales, [d] sed etiam per in rem, [e] † & per hypothecariā: [f] cuius cōstitutionis perpensum [g] modū ex ipsius tenore pfectissime accipere possibile est.

a ¶ Omnibus legatis. i. omni gñi legatorū.

b ¶ Vna sit natura, quantum ad hoc, vt debeantur: sunt tñ quædā fauorabiliora alijs, vt inf. de obli. quæ ex quasi contractu. §. fi.

¶ Concor. c. Rayn. in glo. super ver. dote. post me. ext. de test.

c ¶ Quibuscūque verbis. Aptis tamen ad hoc. sic. ff. de constit. pec. qui autem. in fi. & l. seq.

ADDITIO. No. q lex generaliter loquēs recipit restrictionē de habilitate. concordat gl. 1. in l. 1. § nūciatio. & ibi doct. ff. de oper. no. nu. & in l. vt gradatim. §. sed si lege. ff. de mu. & hono. & Bart. late in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. Ang.

d ¶ Per actiones personales. s. ex testamēto.

e ¶ Per in rem. i. per rei vendicationem, nā recta via transit dominium in legatarium rei legatæ, vt ff. de fur. l. a Titio. Accur.

** Etiam ignorantem l. cum pater, §. surdo, de leg. 2. secus in fideicommissario vniuersali, ad quem non transit ante restitutionē, l. restituta, ad Treb. gl. in §. sed quia, versi. restituerit, inf. de fide. hæred. ]

SYL. ¶ Adde, quod qn dicimus dominium trāsire in legatis, aut quærimus quo ad trāsmissionē: & quæritur legatū à morte l. 1. § cū igit. C. de cad. toll. loquendo de puro: aut quo ad acquisitionem dnij: & hæc est triplex fictio, a morte testantis, d. l. à Titio, verū sed reuocabilis ab adita ante agnitionem legati l. ferto legato ff. eo. 1. verū irreuocabilis, agnito legato. l. proinde. ff. si cert. pet. ]

¶ Hæc gl. diuidit in quatuor partes. In prima declarando tex. remouet quoddā contrarium tacitum.

f ¶ Per hypothecariam, † scilicet in rebus alijs, quæ fuerunt defuncti.

¶ Adde, q hæc opin. gl. communiter reprobatur: ergo alias disputando defendi sententiam glo. quæ verior est in puncto iuris, quā etiam defendit Præp. Sen. in 10. q. 8. casu. ]

** Immo opin. Accur. est communiter recepta, vt per Neguf. tract. de pign. in 4. memb. 2. par. nu 138. nā cum dñium rei legatæ trāsit in legatariū, illa haudquaquā sibi esse potest obligata. l. neque de reg. iur. sciendum tñ, in secūda tamen est, hanc hypothecam esse naturæ di. p modum uersæ ab alijs hypothecis. illæ. n. dantur in solidū contra quemlibet ex hæredibus, hæc vero pro ratis pro quibus sunt hæredes. l. 1. C. si vnus ex tiū. In templur. hær. & l. ita remo. 1. in fi. cōmun. de leg. ]

¶ Sed non vsque ad eam [h] constitutionem standum esse existimauimus. Cum. n. antiquitatem inuenimus legata quidem stricte [i] cōcludentem, fideicommissis autem, quæ ex voluntate magis [k] descendebant defunctorum, pinguiorem naturā indulgētem necessariū esse duximus, oīa legata fideicōmissis exæquare: vt nulla sit in-

notabilis remouet aliud contrariū.

¶ Et nota, q In quarta si legatū sit in specie, & sit res testatoris, competunt illæ tres actiones. Si in genere, vt ferunt, & nōcōpetunt duæ, ibi, & non ĩn hypothecę: sed in casu tñ vna actio, s. ex testamento, & tarius, las. vna exceptio competit: vt si lego debitori liberationem, vt ff. de lib. le. l. quod mihi. & ff. vt in pos. leg. l. 1. § si debitori. Si aūt sit res aliena, duæ tantum competunt. s. personalis & hypothecaria, vt C. cō. de leg. 1. Non tñ omnibus aget. 1. actione in rē, & ex testō: sed vna, q̄ elegerit, vt ff. de le. 2. cū filius. §. varijs. sed si legatarius sit dominus, qualiter personali aget, vt inf. de actio. § sic itaque? Respon. ratione possessionis, vt ff. de cond. trit. l 2.

mouet aliud cōtrariū, secūda tertia omnibus, quarta ibi sed si legatarius

** ¶ Adde, q ista hypotheca remitti pt per testatorē, gl. & Bal. in l 2. C. vt in pos. le. Dec. in l. 1. in gl 1. in prin. C. de instit. & subst.

Adde. q istæ actiones personales oriuntur ex quasi contractu, quia hæres adeūdo hrđitatem quasi cōtrahere videtur cū legatarijs gl. 1. §. his, inf. de obl. quę ex quasi cōtra nas.

ADDITIO. Et sic ex testō agitur ad pstādū seu tradendū, non aūt ad dandū, vel dic, q §. sic itaque loquitur in vero dño, facto per tradōnē de iure cōi, hic vero de iure spāli sine traditione. igitur non est mirum si datur cōcursus, vt l. in reb. C. de iu. do. sm doctor.

g ¶ Perpensum. i. deliberatum.

h ¶ Sed non vsque ad eā. i. non fuimus, cōtēti. s. de cōstōne: imo aliā fecimus circa istā & eandem materiam, vt C. communia de le. l. 2. Prima tamen remouet differentiam quatuor generum legatorum. s. in quo erat differentia inter se. Secunda vero remouet differentiam inter legata & fideicom.

** ¶ Quænā esset olim differētia legatorū & fideic. bellis. explicat Alc. l. b. 3, Parer. c. 1. ]

i ¶ Stricte. i. stricto iure. sic vt ex testō tantū debeantur, vt inf. de fideic. hær. § præterea. SYL.

k ¶ Magis. s. q legata, vt ab intestā et debeātur, vt inf. de fideic. hæ. §. præterea. Vel dic ex vo-

voluntate magis, quam ex solennitate testi. Ex quare. quantum ad sententiam & tractatu, non quantum ad verba. nam non dr hodie legataria libertas, & hæreditas, licet fideicommissariæ appellentur.

** Adde, proprie loquendo fideicommissa plerumque dici, quæ verbis precarijs fiūt. l.2.C.communia.de leg. qualia sunt rogo, mando, deprecor, cupio, de fideto, fideiuc committo, & similia. §. fin. inf. de sing. rebus per fid. rel. l.& eo modo. l. etiam hoc modo. ff. eo. cū.n. testo͠r de re principaliter non disponat, sed factū hæredis verbis suis imploret. ei⁹ fidē secutus cēsetur & ideo fideicommisisse l. Thia. t. de le. 2. idem, si dicat testator, peto vt contentus sis, dirigens hoc verbum ad ipsum honoratum, l. peto. de leg. 2. At legatum plerūque precepitiuis verbis cōcipitur, l. Sempronius de vsuf. le. non est tamen dubium, quin verbum, lego fideicommisso quoque conueniat, l. Caius in fi. de leg. 2. l. vxorem §. felicissimo, de leg. 3. lataque legati significatione, & fideicōmissa, & mortis causa donationes contineantur l. & fideicommissam, de leg. 3.

Item propter legatum non cogitur quis adire, sed propter fideicom. vniuersale sic, † vt inf. ad l. Fale. §. quantitas, vers. ex diuerso. & ff. ad Trebel. l. quia poterat & infr. de fideic. hær. §. ergo vers sed si recuset.

¶ Adde q gl. est falsa, quia sūt plures drīæ, & saluantur iura exæquantia. videnda sunt quæ ponit Ias. in l. 1. ff. eod. tit. in gl. in fi. ver. ego nouissimus, & ad vltimam partē gl. dic rationē diuersitatis esse, quia in secūdo casu hæres non patitur damnum, quia omnia iura actiua & passiua transeunt in fideicommissarium, l. apud Iul. §. Aruslia. ff. ad Trebel. in 1. no. in l. 1. §. si hæres, ff. eod. tit.]

† Intellige istam adæquationē procedere ī legatis particularib⁹ quo ad particularia, & in vniuersalibus quo ad vniuersalia, et non aliter vt doc. hic & in l. 1. ff. de leg. SYL.

ter ea drīa, sed quod deest a legatis, hoc repleatur ex natura fideicommissorū, & si quid amplius [b] est in legatis, p hoc crescat fideicommissorum natura.

¶ Sed ne in primis [c] legum cunabulis permistim de his exponēdo, studiosis adolescentib⁹ quandā introducamus difficultatem, operæpretiū [d] esse duximus, interim [e] separatim prius de legatis, [f] & postea de fideicōmissis [g] tractare: vt natura vtriusque iuris cognita, [h] facile possint pmistionē eorū, eruditi [i] subtilioribus aurib † accipere.

¶ Legatum rei alienæ valet saltē quo ad æstimationem, si res sit in commercio hominū, & sciat testator alienam, cuius probatio incumbit legatario. hoc dicit.

¶ Nō solū autē [ ] testatoris, vel hæredis [k] res,

† alias percipere.

a ¶ Sed quod deest In stib. n. deest, vt inf. eo. §. post mortē & inf. de fideic. hær. §. præterea. & inf. de sing. rebus per fideic. re. in prin.

b ¶ Amplius, s. vt ex necessitate deniur, q non erat in fideic. ve inf. de fideic. he. l prin. ¶ Adde, quod hæc gl. est falsa quia tempore iust. fideicom erant necessaria, vt insi. de fidei. hæ. per totum.]

c ¶ In primis legum cunabulis, l. hoc volumine. vt sup. eo. in proœmio. circa mediū.

d ¶ Operæpretium esse duximus. i. pulchrū putauimus, & vtile, vt dicitur in Sallustio.

e ¶ Interim, id est antequam veniamus ad illā confusionem vbi tractantur cōia eorum.

f ¶ De legatis, vt hoc tit. & duob seq.

g ¶ De fideicommissis, vt inf. de fideicō. hær. & alio ibi prox. tit.

h ¶ Cognita. s. separatim.

i ¶ Erudiri. Sic sup. de iusti. & iur. §. his igit generaliter.

¶ Non solum. CASVS. Quesitum fuit, an sicut res testōris, & hæredis, ita & aliena legari posset: & videbatur, q non, quia nīa sine facto nostro a nobis non abdicantur, l. id quod nostrum, ff. de reg. iur. & nemo cogitur suum vendere, l. nec emere, C. de iur. delib. igitur videbatur legatum tanquam frustratoriū non valere. Contrarium decīditur, quia tunc eius mentis fuisse testatorem præsumimus, vt velit æstimationem saltē præstari, hinc est, q eo ignorantetem alienam, aliter decīdi in tex. No. q res hr̄dis legari pōt, sicut res testatoris. Itē, q licet alias qui tenetur ex dispositione testōris, teneatur præesse. l. fideicommissa. §. si ff. de leg. 3. nec liberetur soluendo interesse, tamen in casu nr̄o præstatur æstimatio propter impossibilitatē, l. impossibilū, ff. de reg. iur. Item, q legatū rei, quæ non est in commercio, non valet. ratio est, quia his nō grauatur, nisi idē vel quid simile ex testō consequat. l. plane. §. fi. ff. eo. 1. Itē, q legatum rei alienæ factū a testōre sciente valet, secus si ab errante aut ignorante. Item, q actori incumbit onus probandi.]

SYL.

K ¶ Hr̄dis. Et in his nil refert, si sciuerit hoc defunctus, vel ignorauerit, vt inf. eo. §. si quis rem suam. & ff. de leg. 2. l. vnum ex familia, §. si rem suam. Itē de re cōi legata, secundū Io. vt ff. eo. l. 5. §. 1. & 2. sed certe ibi nō valet legatū nisi p ea parte, pro qua nō est error. ¶ Adde, q Io Fab. hic intelligit. q vbi crediderit totam suam, non valeat nisi in parte: si vero sciuit communem, non valeret nisi in totum: quod non voluit dicere gl. sed solū ampliate text. dum dicit posse legari, rē testatoris & hæredis, vt etiam habeat locum

In re cõi, sed q; in cõi valet tm in parte: & hoc probat text. allegatus, ea ratione, quia cum legatum valeat in parte, non est verisimile voluisse in plus grauare hæredem: & quia præsumitur tantum legari ius, quod quis habet l. si domus, §. fi. ff. eod. 1.]

* Adde Ioann. Dilec. de arte testan. titu. de leg. cau. 4. vbi docet quibus verbis legari debeat, cum testator vult rē communē in totum legare.

** Amplia hunc text. tamẽsi hæres, cuius est res legata, solum pro parte hæres existat. Barto. cons. 51. ad fi. qui allegat no. in l. cum filius. §. dominus de leg. 2. item quod ait glo. de re communi legata, intelligendum est, nisi sit communis cum hærede: tunc enim receptior est sententia totam deberi, d. §. dominus, cum non minus de re hæredis videatur disposuisse testator, quam de propria fecerit. dict. §. si rem.]

† alias si-quis.

sed etiam aliena [a] legari potest: ita vt hæres cogatur redimere [b] eam, & præstare: vel si eam non potest redimere, [c] æstimationem eius dare. Sed si talis res sit, cuius cõmerciũ [d] non est, vel adipisci [e] nõ põt: nec æstimatio [f] eius debetur: veluti † si campum Martium, vel basilicas, [g] vel templa, vel quæ publico vsui destinata [h] sunt, legauerit: nam nullius momenti tale legatum est. Quod autem dixi alienam rem posse legari, ita intelligendum est, si defunctus sciebat alienam rem esse, non si ignorabat. † [i] Forsitan enim

a Aliena. Etiam hostium, (1) vt ff. eodem 1. l. ab omnibus. § etiam secundum io. Item ab hostibus capta, vt ff. eo. l. seruus ab hostibus, & l. id quod.]

ADDITIO (1) Siue nostra quandoque fuerit, siue nũquam, dummodo legetur sub conditione, si nostra effic. vel, si spes, quod effic. alias secus Ioan. Fab. & Ang.

* Amplius censuit Bald. in lege prima, Codic. pro empto. furtiuam quoque rem legari posse, illiusque æstimationem præstandam esse.]

b Cogatur redimere, speciale propter pceptum testatoris, sic. ff. communi diui. l. cõmuni diuid §. fin. Regulariter contra, vt C. de contrahen. empt. l. multum.

h ❡ Cedere. Sed columna, vel tignum domus legati pure non potest, vt ff. de leg. 1. l. cetera. ne vrbs desormetur. †

† Facit l. est, ff. ne quid in lo. pub.

❡ Si peculium. CASVS. Quæstio fuerat, an quod accederet, vel decederet peculio legato, pertineret ad legatarium, & videbatur dicendum quod non, quasi de eo peculio testator voluerit intelligere, quod erat tempore testamenti, arg. l. si cognatis, ff de reb. dub. contrarium respondetur quia cum peculium sit quid vniuersale, quāuis recipiat augmentum vel diminutionem, tamen est semper idem. Sed tunc quæsitum fuit, quid de eo, quod contingit post mortem testatoris, & videbatur, quod cuicūque legatum sit cum legatum cedat a morte testatoris, tale augmentum vel diminutio spectaret ad hęredem, sed contrarium deciditur in seruo, & ratio est, quia quando datur libertas seruo testamento, & sic directa, ita demū et competit, quando adittur hæreditas, & ideo proprie propter commodum serui non dicitur cedere, nisi tempore aditæ. l. hæredem, §. fin. ff. quando di. le. ced.

SYL.

Nota, quod legatum peculij recipit augmentum, & diminutionem viuo testatore.

vel cum instrumento a legatus fuerit. Nam fundo alienato b & instrumenti legatum extinguitur.

❡ Grex etiam in vna oue retinetur, & legato grege veniunt oues adiunctæ gregi post testamentum. Idem est in legato ædium. Aret.

❡ Si c grex legatus fuerit, & postea ad d vnam ouem peruenerit, quod superfuerit, vendicari potest. e Grege autem legato, etiā oues eas, quæ post testamentum factum gregi adijciuntur, legato cedere Iulianus ait. Est † enim gregis vnum corpus g ex distantibus capitibus, sicut ædium vnum corpus est ex cohærentibus lapidibus.

❡ Aedibus denique legatis, columnas & marmora, quæ post testām factum adiecta sunt, legato dicimus cedere. h

Idem quod augmentum peculij legati seruo, contingens post mortem ante aditã, cedit lucro serui. Item, quod dies legati peculij seruo cedit ab adita. Item, quod augmentum contingens ex rebus peculiaribus post mortem ante aditam spectat ad legatarium aliter non. Itẽ, quod verbum, extraneus, diuersimode accipitur.]

¶ Augmentum, vel diminutio peculij legati viuo testatore ad legatarium spectat, sed si post mortem ante aditam hæreditatem, cedit legato, si est legatum ipsi seruo: secus si extraneo. Aretinus.

¶ Si peculium legatum [a] fuerit, sine dubio quicquid peculio [b] accedit, vel decedit viuo testatore, legatarij lucro vel damno est. Quod si post mortem testatoris ante aditam hæreditatem aliquid seruus acquisierit, Iulianus ait, si quidem ipsi manumisso peculium legatum fuerit, omne, quod ante aditam hæreditatem acquisitum est, legatario [c] cedere: [d] quia [e] huiusmodi legati dies ab adita hæreditate cedit, sed si extraneo peculium legatum fuerit non cedere ea legato, nisi ex rebus peculiaribus auctum [f] fuerit. †

¶ Legata libertate non venit peculium, secus si manumittatur, & legato peculio non intelligitur legatum, quod dominus debet.

a ¶ Legatum fuerit. seruo, vel extraneo.

* ¶ Peculium serui est, quod seruus domini permissu separatum a rationibus domini cis habet, & ad ministrat. l. de posth. ff. de pecul.]

b ¶ Peculio. Nam & futurum peculium legari potest, vt ff. de pecu. leg. l. ei quoque & facit ad hoc supra pro xi. §.

c ¶ Legatario. eidem que manumisso. Accursius.

d ¶ Cedere. Nota tria tempora, ante mortem testatoris, & post, ante aditam hæreditatem, item & post. In primo, tempore scilicet quo nõ inuenitur cessisse dies legati, omnes sunt legatarij pares, nam quicquid eo tẽpore acquirit seruus talis, ei, cui hoc peculiũ est legatum, acquirit, siue ipsi seruo, siue alij extraneo sit relictum, quia non cedunt legata, similiter in tertio scilicet sunt pares. In secũdo distinguitur extraneus à seruo, vt hic, Nam quod legatum cedit extraneoà morte. hoc seruo ab adita hæreditate, quia nec libertas sibi prius debetur, vt C. de cadu. tolle. §. cum igitur, & §. in nouissimo. & §. libertatibus. Nam pura legata, vel in diem certam relicta, a morte cedunt, nisi in sex casibus, vbi ab adita hæreditate, vt C. de cadu. tolle. § cum igitur, & §. in nouissimo. & ff. quãdo di. lega ced. l. 2. † inter quos legatum seruo manumisso relictum est vnus, vt hic. Conditionalia vel in diem incertum relicta, ex die vel conditione existente cedunt, id est transmittuntur ad hæredes.

† Et hęc vera, qñ dies ẽ certa an & qñ si vero certa an,

SYL.

sed incerta quando

¶ Adde hoc verum in re de sui natura non transmissibili, quia tunc transit ab adita, vt in legato testamentum personalium, l. si post diem, ff. quan. dies leg. ced. & idem in realibus. l. receptũ in fi. ff. com. prædio. & in pluribus casibus nor. in d. §. in nouissimo.]

¶ Nam ante conditionem, vel diem venientem si decedit legatarius, non transmittitur, vt C. de cad. to. § fin autem. Nisi in tribus casibus. Prim^9, vt ff. de condit. & demonst. cõ di iones. Secundus, ff. eod. l. 1. §. Tertius, ff. quando di. leg. ced. si cũ præfinitione. Item verbum, cedere, duas habet significationes id est incipere deberi, vt ff. de verbor. signif. l. cedere. Item cedere quantũ ad transmissionem, vt accipitur, C. de cadu. tollen. per totum, & in vtraque potest hic accipi.

¶ Adde, quod dicitur cedere quatuor modis, aut quo ad transmissionẽ aut quo ad obligationem, aut quo ad petitionem, aut quo ad dominij translationem, de quo per doct. in l. 1. C. cõmun. de leg.

vt in die mortis, tunc si legatarij hẽ gatarij. hẽ pro puro, si extraneí vel hęrdis, habet pro conditionali, sicut qñ est dies penitus incerta, sed qñ oĩo est extitura, vt si sol, vel ante verbum Christus nasceẽ, hẽ pro puro, secũdum Ang. hic.

† alias fuerit peculium.

SYL.

e ¶ Quia. Bona est ratio, si enim prius cederet, idem esset quod in extraneo. Est & alia ratio, vt ff. de pecu. leg. l. denique, §. fi. vbi dicitur, quod verisimile est, eum omne augmẽtum ad ipsum pertinere voluisse cui &c.

f ¶ Auctum fuerit. s. peculium.

¶ Peculium autem. CASVS. Dubitabatur, an legata libertate deberetur peculium, & videbatur quod sic, quia seruo manumisso, si nõ adimitur, remanet peculium, & valet argumentum de actu inter viuos ad vltimas voluntates, sed contrarium respondetur, & ratio ponitur in gloss in versiculo, quamuis.

SYL.

Not. quod argu. de contractibus ad vltimas voluntates nõ valet, vbi est diuersa ratio. Item quòd manumissio inter viuos tribuit peculium, secus in vltima voluntate. Item, quòd in legato peculij seruo facto in dubio non continentur debita a domino ipsi seruo ratione peculij.

Itẽ, q. si legata est libertas seruo, si rationes reddiderit, censetur legatum peculium,

tio & hoc verum, quādo alternatiua esset expressa, secus si tacita, quia tunc hærede non eligente admittuntur omnes pariter ad legatum. l. si quis Titio. § si. ff. eod. Aut nō datur electio, & resoluitur in coniunctam & copulatiuam, & omnes pariter admittuntur. d. l. pen. nisi ponatur inter psonas, inter quas cadit affectio, l. cum pater, §. penult. ff. eo. 2.]

legata sit, siue coniunctim, [a] siue disiunctim, [b] si ambo perueniāt ad legatum, scinditur [c] inter eos legatum, si alter deficiat, quia aut spreuerit legatum, aut viuo [d] testatore decesserit, [e] vel alio quoque modo defecerit, [f] totum ad collegatarium pertinet. Coniunctim [g] autem legatur, veluti si quis dicat, Titio & Seio hominem. Stichum do lego. Disiunctim [h] ita: Titio Stichum hominem do lego: Seio hominem Stichum do lego: [i] Sed & si expresserit, Eundem hominem Stichum: æque disiunctim [k] legatum intelligitur.

a Coniunctim. Scilicet per copulatiuam coniunctionem, vt ff. de hære. instit. si ita quis.

b Disiunctim. id est separatim, vt infra prox. §.

c Scinditur. Viriliter, nisi simul duo coniuncti essent, qui locum vnius obtinent, vt ff. de hære. institu. Titius, & l. interdum.

d Viuo testatore. Nā si testatore mortuo legatarius decedat, ad hæredem suū legatū transmittit, vt C. de cadu. tol. §. cum igitur.

e Decesserit. Post testamentum tamen, vt differat à sequenti.

† Similis glo. est in l. hmōi. §. si Titio. ff. de le. 1. Legatū quandoque casibus deficit, & legatario accrescit.

f Defecerit, scilicet legatarius, vt per mortem ciuilem. † Vel dic legatum, quod tribus casibus deficit, & accrescit legatario præter duos qui ponūtur hic. Primus, si nō est collegatarius in rerum natura tēpore testamenti, vt C. de cad. tol. §. in primo. Secūdo si mihi & posthumo. qui postea aboriatur, vt ff. eod. l. si duobus, § fina. Tertius, si mihi & heredi suo legat, vt ff. eod. 1. plane vbi §. si duobus & sic sunt quinque casus. Econtra sunt tres casus, quibus deficit legatum, sed collegatario non accrescit. Primus, si mihi & seruo suo legat, vt ff. eod. 1. l. plane vbi. §. si coniunctim. Secundus, si mihi & tibi res tua legatur, vt ff. eod. 1. l. huiusmodi. §. si Titio. 1. Tertius, si mihi & non capaci legatur, vt ff. de legat 2. l. si Titio.

Legatū in tribus casibus deficit, nec legatario accrescit.

SYL. Adde & declara per duas regulas positas in l. huiusmodi. §. si Titio. ff. de legat. 1. per Bartol.

g Coniunctim. s. re & verbis, vt ff. de le. 3. l. re coniuncti.

SYL. Adde, quod hæc glo. communiter approbatur per docto. in l. re coniuncti, ff. eodem, tertio.]

h Disiunctim. scilicet verbis tantum, nā re sunt coniuncti.

i Do lego. Sed nonne dando Seio, adimit Titio, vt ff. de pupil. substitut. si quis eum, & de adimen. leg. l. 3. & l. sicut? Respond, sic, si probatur testatorem hoc scilicet adimere Titio, & dare Seio voluisse, non alias, vt ff. eo. 1. l. si pluribus. §. 1.

SYL. Adde, quod in hac materia ita dicendum est. Quando testator legat vni rem, quam alteri legauit sine commemoratione primi legati, & tunc ambo concurrunt. dicta lege si pluribus, quando vero testator legat cum aduersatiua sub commemoratione primi, censetur in totum ademptum, secūdum docto. in l. si Fortidianū. C. eodem, & idem, quando in diuersa uoluntate legat alteri sub cōmemoratione primi, eidem censetur ademptū, l. non ad ea. §. fin. de cond. & demonstr. q si vero legatur alteri res prius legata, sub commemoratione primi, totum videtur ademptum, quando vero in eadem voluntate rē legatam vni alteri legat sub commemoratione primi, censetur facta ademptio pro parte. l. Iul. de hæred. instit. & dict. l. si pluribus, & ita communiter tenetur, quamuis in hoc vltimo altas disputando contrarium defenderim.]

K Disiunctim. scilicet verbis tantum, re tamen coniuncti sunt, vt ff. de leg. 3. res coniuncti. Sunt & alij re & verbis disiuncti, vt si ita dicam, lego Titio dimidiam serui, Sempronio lego dimidiam eiusdem serui, vt ff. eo. 2. & l. & Proculo.

Legatariorum quidam sunt, coniuncti re tātum, alij verbis tātum, alij re, & verbis, alij prorsus disiuncti.

Nec obstat in eod. tit. l. Mæuio. in princ. quia illa intelligitur, quando vnam dimidiam vtrique legauit. Et in istis non habet locum accessio, id est ius accrescendi, vt dicta l. & Proculo. Sunt etiam re disiuncti, sed verbis coniuncti, vt si dico, lego tibi, & Sempronio, pro æquis portionibus. Sunt & alij re & verbis coniuncti, vt supra proxime.

Et coniuncti vtroque modo præferuntur disiunctis vtroque, vel altero tantum modo coniunctis. Coniunctis vero vno modo tātum, simul admittuntur scilicet re tantum coniuncti cum verbis tantum coniūctis, & & disiunctis re & verbis præferuntur, vt ff. de hære. instit. l. si ita quis hæredes, & ff. de leg. 3. l. re coniuncti. § pen. & §. si. Si gl. habes in l. 1. §. si. ff. de vsufruc. accrescen. Additio.

SYL. Si cui fundus. CASVS. Quærebatur, si pertenit proprietas fundi legati ad me ex causa onerosa, vsusfructus, autem ex causa lucra-

lucratiua, an possim petere fundum,& videbatur dicendum quod non, quia cum duæ causæ lucratiuæ non possint concurrere videbatur quod sola proprietas peti posset, vel eius æstimatio: tamen contrarium deciditur quia ipse vsusfructus est tam quam seruitus, vnde non impedit petitionem, sed bene in ponenda ratione æstimationis, debet eius haberi ratio vt dicitur in tex. No. summarium. item, quod quamuis appellatione fundi veniat plena proprietas, tamen libellus in quo peto fundum, cuius vsusfructus est apud me saluatur. Itē, quod vsusfructus, qui reuertitur ad proprietatē, quia finitur, dicitur reuerti ex causa lucratiua, quamuis proprietatem habeam ex titulo oneroso. ]

qui bona, §.& superficiarium,& ff. de bon. auct. iu. pos. in venditione, & ff. fam. ercisc. l.& puto.§.ij.& ff. de vsufr. l.4.& 5.

Adde, quod non est pars prædicatiua seu subiectatiua, sed integralis, secūdū gl. in l. recte, ff. de verb. SYL.

¶ Si ad legatarium peruenerit proprietas fundi eidem legati ex causa onerosa, & vsusfructus ex causa lucratiua, potest peti totus fundus, tamen officio iudicis æstimatio proprietatis tantum debetur. Aret.

¶ Si cui fundus alienus legatus sit, & emerit [a] proprietatem deducto vsufructu, & vsusfructus ad eum peruenerit,[b] & postea ex testamento agat, recte eum agere, & fundum [c] petere, [d] Iulianus † ait, quia vsusfructus [e] in petitione [f] seruitutis [g] locum obtinet, sed officio iudicis continetur, vt, deducto [h] vsufructu, iubeat æstimationem [i] præstari. [k]

¶ Legatum rei propriæ legatarij non valet, etiam si post testamentum sua esse desierit. Ang.

¶ Sed si † rem legatarij quis † legauerit, † inutile est legatum, [l] quia quod proprium est ipsius, amplius eius fieri non potest [m]

signi ita dicimus hic doct. sed in die, quod si loqueris de formali est pars subiectiua, si de causali est integralis.]

† Extat hoc Iuliani rhsum in l. non quocūque §. si fundus. ff. de leg. 1.

g Seruitutis. i. realis.

Adde, quod potest defendi, quia debetur à re personæ, tamē proprie dicitur personalis. SYL.

h Deducto vsufructu. i. æstimatione vsusfructus, quē .s. vsumfructū ex causa lucratiua habet, & ideo non debet plus habere, vt supr. eod. §. si res.

i Aestimatio. nē. s. proprietatis

† Concor. §. cū hoc §. c. inter dilectos, ast. fi. cū gl. 1. ver. meū. ext. de fid. instr.

K Præstari, scilicet an hærede suo. † alias qs ei.

a Emerit. s. legatarius.

b Peruenerit. s. morte vsufructuarij, vel capitis diminutione, vel simili causa, lucratiua tamen, vt sup. de vsufru. §. finitur, & sic factus est causa.

SYL. c Et fundum. i. proprietatem plenam, de iudicis tamen officio aliter fit, vt inf. sequit.

Adde, quod de hoc est casus in l. si Titio fundus, ff. de vsufr. lega.

d Petere. hic repete quod diximus, supra eod. §. si res.

e Quia vsusfructus. Dixit fundum peti, & sic in plena proprietate, sed opponitur plena proprietas constat ex duobus scilicet nuda proprietate & vsufructu & iam habet partem, id est, vsumfructum ex causa lucratiua, quomodo ergo petitur fundus in plena proprietate? Respon. vsusfructus hoc casu, cum fundus petitur in plena proprietate, nō obtinet partem dominij, sed vicem seruitutis prædialis, quæ non est pars rei, cum non possit esse sine re, & ideo non videtur peti ea pars rei, quæ obuenit ex causa lucratiua scilicet vsusfructus, & hoc de rigore, sed contra de æquitate, vt subijcit.

Vsusfructus an sit pars dñij.

Vsusfructus i multis locum dñij hēt.

f In petitione. C. tali. i. prædicti fundi per actionem ex testamento, alias in multis locum dominij habet, vt ff. de damno infect.

Sed si rem legatarij. CASVS. Fuit dubitatū, an res propria legari posset, ita quod saltem si postea propria esse desisset, valeret in æstimatione, & videbatur dicēdum quod sic, quia cum legatū rei alienæ valeat, & res legatarij testatori sit aliena, videbatur valere debere, cōtrarium deciditur ratione assignata in text. quia dominium non debet multiplicari. Potest & alia ratio dubitādi esse, supra prox. § dictū est, quod si emam rem legatam, valet nihilominus legatum, & tamē testamentum non capit vires nisi à morte, quo tempore res ipsa legatarij est, quo casu nō videtur differētia inter casum huius §. & præc. & sic videtur, quod saltem in casu isto debeatur æstimatio, si est legatarij ex titulo oneroso, sed contrarium dī, quia attenditur tēpus testamēti confecti, quia secundū illud tēpus debet iudicari voluntas testantis, & ideo si tunc res est sua, nō debetur, ratione assignata in tex. no. primo, quod legatum rei suæ non valet. Itē, quod illud, quod est meum non potest amplius effici meū. Item, quod legatum ab initio inualidum non reconualidatur, licet veniat ad casum a quo posset incipere,

† s. pure. SYL. nam sub legatarij conditione legari pōt mihi res mea. ff. de condit. & demonst.

l Legatum. ff. de lib. leg. 1 contra. Sol. ibi liberatio relinquitur, quæ nō erat debitoris.

m Non potest. sic infra de act. §. sic itaque, ff. de

ff.de leg.3.cum quis.1.respon. & ff.de excep. rei iud.l.& an eadem. §.actiones & de acqu. poss.l.3.§.ex pluribus.

** Declara tex.nostrum procedere, si res legata ita sit legatarij, vt ab eo auelli non possit, aliàs secus.

l.apud Iul. §.si Titius.& l.non quocunque.l.1. de leg.1. & vbi que doct. Item intelligas, si res sit plene sua. nam si quid deesset in ea perinde foret, ac si simpliciter rem alienam legasset, ideoque valeret legatū.Imo. & Alexand. in l. si domus, §. fina. eod. titu. Idem si legetur sub conditione glo. §.1.ver. sua.1 de inut.stipul.]

Et licet alienauerit [a] eam non debetur nec ipsa res, nec æstimatio eius.

¶ Valet legatum rei testantis, licet testator putauerit alienam.

¶ Si quis rem suam quasi [b] alienam legauerit, valet legatum. Nam plus valet quod in veritate est, quam quod in opinione. [c]

** ¶ Limitatur regula tex. nostri multis modis Soc. in reg.100.

† Hæc risto nō est bona, quantum ad conuara. SYL. lescentiā legati nihil refert

a ¶ Alienauerit. ff.de reg.Cato.l.1.in fi. contra.Sol.secundum B. † vbi viuo testatore alienauit, hic postea. Vel hic purum fuit, ibi conditionale, secundum Io. arg. ff.eod. cetera. §.2.

¶ Adde, quod secunda sol.vera est, quia legata conditionalia sunt suspensa ex conditione, ideo talis regula non potest in ea locum sibi vendicare.

SYL. an viuo testatore rē sibi legatā propriam alienauerit, an vero post ei⁹ mortē, ut l.cetera, §. 1.ff.del.1.

¶ Si quis rem suam. CASVS. Quærebatur, an si testator putans rem alienam, cum esset sua, legauerit, valeat legatum, & videtur dicendum, quod non, quia in superioribus semper vidimus animum legantis attendi. cuius contrarium deciditur ratione expressa in tex. No. quod error testatoris circa dominium rei suę, non vitiat, etiam si erret in eo, quod si verum esset, legatum esset inutile. Item, quod plus valet quod est in veritate, quam quod est in opinione. Item, quod dictio, quasi, relata ad personam disponentis, importat opin. illius. Item, quod semper debet fieri interpretatio, vt actus valeat.

b ¶ Quasi alienam. Id est credens alienam.

† Dic q ibi opinio prævalet fauore testi, ut ex eo adeat hæreditas & ita testā confirmetur.

c ¶ In opinione. No.sic ff. de man.vin si pater.§.quoties, & ff.de iur. & fac.ign. l.regula, §.qui ignorauit.argum.contra. ff.de acquir. hæred.is qui putat. † solu.ibi de re, quæ consistit in animo.

** ¶ Circa hoc Brocardum vide Præpos. Senen.1.quæstio.2.in fi.col. vbi plenissime distinguit.

** ¶ Bar.in d.l.is qui putat. post Accur. & Dinū ab eo relatos, concludit, q in iis, quæ consistunt in animo, potius attenditur opinio, quam veritas, aliàs secus.]

d ¶ Exitum.i. effectum, vt ff.quemadmod. test.ape.l.1.vel negare, ibi, publice enim expedit suprema hominum iudicia exitum habere.i.res talis legatario acquiri potest.

Sed & si legatarij esse putauerit, valere constat, quia exitum [d] voluntas defuncti habere potest.

¶ Alienatione rei legatæ à testatore facta nō admittitur legatum, nisi probetur animus adimendi. h. d.

¶ Si rem suam legauerit testator, postea quā eā alienauerit, [c] Cel-

¶ Si rem suā. CASVS. Quæsitū fuit, an alienatione rei legatæ legatum reuocatū censeretur, & videbatur dicē dum quod sic, quia alienatio ostendit intentionem testantis esse alium habere rē, quā legatarium. l. rem legatam, ff.de adi.le. Cōtrarium decidi tur cum distin ctione, de qua hic, ea ratione, quia potest deberi æstimatio, nec alienatio tendit necessario ad ademptionem, in datione enim est clara voluntas testantis, in alienatione est dubia, ideo certa dispositio per incertam tolli non debet. No. quod per alienationem aut pignorationem non adimitur legatum. Itē, quod in casibus, in quib⁹ hæres tenetur luere rem legatam, legatarius potest in libello concludere super ipsa luitione, id est, petere hæredem compelli, vt luat. Item quod per alienationem partis alia pars non censetur adepta. Item, quod idem iuris est in parte, quæ est in toto.] SYL.

¶ Adde, quod hic §.locum habeat in legato puro. nam si inesset conditio, vtique legatum alienatione perimeretur. l.6. de leg. 1. & l.scribit.§ vlt.de au.& arg.leg.

e ¶ Alienauerit. vendendo, sed donando in distincte videtur adimere, nec distinguitur, an valeat donatio, vel non, & etiam si reuocetur, vt ff.de adim.le l.cum seruus, & l.rem legatam, & l.legatum sub cond.§.1.

** ¶ Quid si locauerit ad longum tempus? Et videtur idem dicendum cum æquiparetur ea locatio vēditioni, glo.in l.vlt. vbi Bal. & alii, C.de pact.pig. plenius Tiraq.de retra. lignag.§.1 gl.14.nu.8 & trib.seq.

¶ Adde, quod hæc glo. communiter approbatur, disputando tamen Præpo.Senen.in 5. q.1.casu, tenet, quod eadem distinctio text. nostri adhibeatur in donatione, sicut in qualibet alia alienatione. Si ex alia causa a donatione, distingue animum, vt hic, & in dubio probat hæres mutatam voluntatem, vt ff. de leg.3.fideicommissa.§.si rem.& ff.cod. 2 l.Lucius.§.pen. & ff de proba. eum qui. SYL.

¶ Adde, quod hæc glo. intelligenda est in alienatione necessaria, & ratio, quare hæres SYL.

pro-

probat, est, quia habet iuris præsumptionē contra se, quam etiam legatarius nec allegare tenetur, quia non resultat ex facto suo, per docto. Alexand. in l. qui aliena. col. 4. de acquiren. hæredit.

sus putat si non adimendi animo [a] vendidit. nihilominus deberi, [b] idemque [c] Diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt.

¶ Iidem [d] rescripserunt eum, qui post testamentum factum prædia, quæ legata erant, pignori [e] dedit, ademisse legatum non videri, [f] & ideo legatarium cū herede eius agere posse, vt prædia a creditore luantur.

¶ Si vero [g] quis [h] partem rei legatæ alienauerit, pars, quæ non est alienata, omnino debetur, pars autem alienata ita debetur, si non adimendi animo alienata sit.

a ¶ Non adimendi animo. Qui anim⁹ ex hoc probatur, quia si necessitate reifamiliaris † non videtur reuocasse, aliàs sic, quæ distinctio in donationē nō cadit, vt ff de adim. leg. l. rē legatam, & no. C. eod. l. qui post.

* ¶ Quod sentit Accursi. de alienatione voluntaria, ita dēmum verum est, si vere alienatio, quæ per traditionē fit, interuenerit. l. traditionibus, C. de pact. aliàs ex nuda venditione non intelligeretur ademptum legatum l. prædia. §. liberto. de fun. instr. lega.

¶ Adde, quod vbi alienatio fit titulo oneroso non præsumitur testator habuisse animum adimendi. l. Lucius, ff. eod. 2. cum aliis allegatis per Alex. cons. 168 lib. 6. & consil. 157. lib. 7. Ioan. Dilec. de arte testan. titu. de mut. testamen. caut. 7.

b ¶ Deberi. s. rem legatario. arg. supra eod. §. non solum. vbi ab initio fuit aliena.

¶ Adde, vel æstimationem, secundum distinctionem gl. ibi.

c ¶ Idemque, s. iuris esse.

d ¶ Iidem. scilicet Imperatores Seuerus, & Antoninus.

* ¶ Extat adhuc horum Imper. rescriptum in l. qui post. C. de lega.

e ¶ Pignore dedit. Quid si rem obligatam creditori debitor legauerit, numquid valet legatum? Respond. sic, & nihilominus poterit petere debitum, nisi voluntas testatoris ostendatur volentis compensare, vt ff. de legat. 2. l. creditorem.

SYL. ¶ Adde hoc non procedere in eo, qui tenetur ex dispositione. l. vt in patre, qui tenetur dotare filiam. l. si cum dotem. §. si pater. & ibi Bart. ff. solut. matr.

f ¶ Nō videri. (i) Nisi sub dicta distinctione s. an habuit animum adimendi, vel non. Vel dic nullo modo, vt hic, & C. eo. qui post & hoc quia primo valuit relictū, aliàs contra. vt C. de do. inter vir. & vxo. si maritus, a. & ff. de dona. inter vi. & vxo. cum hic status, §. si maritus.

ADDITIO. (i) Nisi pro tanta pecunia esset pignorata, quod non sit verisimile eam redimi, vt l. qui habebat, ff. de leg. 3. Ang.

** ¶ Adde idē esse, & si testator tanti pignorasset rem quanti valeret, quia tunc non est verisimile, quod velit, aut speret redimere eam rem tāti pignoratam non magis, quam si ipsam penitus alienasset, vt voluerunt Cyn. Fulgos. Cast. Alex. & alij in l. qui post. C. de leg. & Bart. in l. rē legatam. in fi. de adi. legat. & ideo ne videatur inutiliter factum legatum, luenda erit ab hærede. SYL.

† Bene facit tex. in l. scribit. § Item. ff. de au. & arg. leg.

¶ Legatum liberationis valet, & potest fieri in perpetuum, & ad tempus. Et econtra non valet legatum factum a debitore suo creditori, nisi afferat sibi aliquam vtilitatem. Angel.

¶ Si quis debitori † suo liberationem

g ¶ Si vero. No. de toto † ad partem.

h ¶ Quis. s. testator.

¶ Si quis debitori. CASVS. Vertebatur q. an legatum liberationis factum debitori valeret, quia res sua eidē quasi legata videbatur, & deciditur quod valet, quia legata intelligitur liberatio, & remissio obligationis, quæ creditoris est & ideo nō habet locū §. sed si rem, sup. eo. sed tunc maior insurrexit dubitatio, an legatum factum creditori de credito valeat, & eadem ratione videbatur quod sic. Item, quia multiplicabantur actiones, qd nobis expedit. l. si actor. in prin. de iureiur. Contrarium dicitur, quia hoc legatum est contra substantiam legati, quę est donatio, vnde cum non afferat vtilitatem aut commodum, non debet dici legatum. Nec obstat multiplicatio actionū, quia nō consideratur, vbi nihil aliud afferrent. l. 1. §. lex Falcid. & ibi no. ff. ad l. Falcid. Nota, quod legatum liberationis valet. Item, quod prodest non solum legatario, sed hæredi, & cuicunque locum hæredis tenenti. Item, quod legata liberatione non solum competit legatario exceptio, si ab eo petatur, sed habet actionē ad petendum, vt creditoris hæres liberet eum per acceptilationem. Item, quod legatum factum a debitore creditori, si nullam afferat vtilitatem, est inutile. Item, quod legatum ab initio validum propter commodum

† Facit l. q. de iota ff. de rei vendit. SYL.

† i. a quo initio exigi pt l. debitor, ff. de verb. signi. aliàs secus l. si creditor, ff. de lib. legat.

modum repræsentationis, non fit inualidũ, quamuis viuo testatore deueniat ad eũ casum, a quo incipere non posset. Item, quod factum legitime nõ retractatur etiam si veniat ad casum, a quo incipere non potuisset.

gauerit a legatum vtile b est, & neque ab ipso debitore neque ab hærede eius potest hęres c petere, d neque ab alio, qui hæredis e loco sit, sed & potest a debitore conueniri, vt liberet f eum. Potest † etiam quis, vel ad tempus g iubere, ne hę res petat.

¶ Ex contrario, si debitor h creditori suo, i quod debet, legauerit, inutile est legatum, si nihil plus est in legato, quam in debito, quia nihil amplius k per legatum

a ¶ Legauerit. Quod tribus modis fit. Primus. Peti nolo vel. Quod debet, relinquo vel, Actionem remitto. & sic liberandus est legatarius ab omni debito, vt hic, & ff. de lib. leg. l. quas rationes, & l. Aurelio. 1. respon.

¶ alias ăt. SYL.

¶ Adde, quod communiter glo. tenetur, quod hoc modo relicta liberatio includat etiam dolum, quod falsum est, & ego alias legendo latissime reprobaui, & vide Præpo. Senen. in 6. qu. 5. casu, vbi latius explicat.] Secundus est, si negotium testatoris gessisset, & testator dixerit.

¶ Tenebitur pure uel grosso rationes reddere omissa scrupulosa inquisitione, ut l. si seruus uetitus, ff. de le. 1. SYL.

¶ Rationes reddere nolo. & hic ab omni liberatur, nisi ab eo, quod penes eum sit, & ab eo, quod dolo fecit, vt ff. de libe. le. l. Aurelio, §. si. cum suis concor. † Tertius si damnauit hæredem, ne exerceat actiones, quo casu si bonam causam habet testator, litis euentus, & sumptus ab aduersario facti legati videntur, vt ff. de lib. leg. petitor. si malã causam, nihil videtur legare, vt in eadem l. †

¶ Similem gl. habes in l. Aurelio, ff. d lib. le.

¶ Adde non esse differentiam inter hũc tertium modum, & secundum, vt patet ex ijs, quæ ponit Præpos. Senen. in 6. q. 5. casu, in 2. col. & seq.

b ¶ Vtile est. licet res sua sibi legari videatur, vt ff. de li. leg. l. 1. 1. respon. & est hoc verum, nisi testatore viuo exactio fiat, vt infr. eo. tit. §. tam autem, & ff. eo. 3. l. fideicõmissa, §. si rem.

* ¶ Adde multum interesse, vtrum legetur liberatio. an hæres iubeatur liberare debitorem, nam primo casu ipso iure debitor cẽsebitur testamento liberatus, secundo liberãdus erit ex contractu ab hærede. Bar. l. Aurelio, §. Caius, q. 4. ad fi. de lib. leg. Alex. l. si dignum. ad l. Falc. Alc. in rub. ff. eod. Notãdũ quoque est, quod si legatur res pignori data ipsi debitori, censetur remissum solum ius pignoris, non etiam debitum principale. l. 1. vbi glo. de lib. leg. Negus. de pig. 3. memb 6. part. nu. 20. facit l. Labeo, & l. postquam, de pac. secus si legetur chirographum, quia cẽsetur legatum etiam debitum, vt per Negusãn. vbi supra.]

c ¶ Hæres, vel hæres hæredis, vt ff. de liber. leg. l. 2. in fi.

d ¶ Petere. Cum effectu propter exceptionem, vt de libe. legat. l. 4. alias 3. §. non de effectu.

e ¶ Hæredis loco. sicut est bonorum possessor, & fideicommissarius vniuersalis. inf. de bon. pos. §. quos autem, & de fideicommiss. hæred. §. restituta.

f ¶ Vt liberet. Per acceptilationem, si solus est debitor, si hẽt correum socium, idem, aliàs correus non socius pacto est liberandus, vt ff. de li. le. l. 4. aliàs 3. §. nunc de effectu in fi.

¶ Adde circa primũ casum hoc verum, si liberatio fuit facta in perpetuum, si vero ad tempus tunc sufficit, quod legatarius officio iudicis cõsequatur, quod sibi silentium imponatur vsque ad illud tempus, l. Aurelius, §. centum, ff. eo. Circa secundum vero quando debitor habet correũ non socium: dic, quod ratio est, quia acceptilatio extingueret obligationem, & consequenter etiam correus liberaretur, dictum hoc verum, nisi legatum esset factum contemplatione vtriusque, vt per Barto. in d. §. nunc de effectu.] SYL.

g ¶ Ad tempus. vt ff. de libe. leg. non solum nostrum, §. 2.

h ¶ Si debitor. Secus si alius, quia interest creditoris plures reos habere, vt ff. de liber. leg. si quis decedens, §. fin. alias incip. Iulian. alias est l. 3.

¶ Adde hoc verum in vltimis voluntatibus vbi præcisè cogitur, secus in contractibus, vt declarat Bart. in d. §. fin. SYL.

¶ Adde, quod si debitor aliquid aliud legat creditori non id quod debet, ita demũ compensatur cum debito, si debitum sit necessariũ. ut si uxor legat uiro aliquam summam compẽsabitur legatum cum lucro, quod ex legis necessitate descendit, l. si cum dotem, §. si pater, ff. sol. matr. & ibi per doct. dixi autem, si legat aliquam summam, quia si relinqueret speciem, non fieret compensatio, ut per Bart. & alios doc. in l. huiusmodi, § cum pater, de leg. 1. cum debito autem uoluntario contracto facto hominis legatum non compensatur, l. 1. §. sciendum, C. de rei uxor. act. Doct. in d. §. si pater.

i ¶ Creditori suo scilicet ciuiliter & naturaliter, & cum effectu, & pure, alias ualet, ut ff. de lega. 1. l. si creditori, per totam l. & l. sin autem.

K ¶ Nihil amplius. Sed numquid hodie semper est plus, cum habeat statim rei legatę dominium, & hypothecariam aliarum rerum defuncti? Resp. non, ut ff. de leg. 3. l. 3, §. si rẽ, quia

SYL.

quia plus tantum quatuor modis dicitur. vt infra. de actio. §. plus autem. Et iste modus non est aliquis de ijs.

¶ Adde, quod dum primo glos. vult, quod propter solam dominij translationem legatum speciei nõ efficiatur vtile, communis opin. est in contrarium, dum vero secundo loco dicit, quòd propter commodum hypothecæ non valet legatum, communis opinio est cum gloss. contra quam disputando tenuit Præpo. Senen. quæstio. 8. in quarto casu.

† l. verbis ff. ad l. Falcid.

a ¶ Ei. scilicet creditori.

b ¶ Legauerit .s. debitor.

* ¶ Repræsentationem hoc text. accipe .i. præsentem solutionem. proprie autem repræsentare, est, ante diem soluere: quod apud Græcos dicitur, pro Kataballein, quãquam & repræsentari dicitur quod pure debetur, si præsenti statim pecunia soluatur, vt apud Tranquil. in Augusto. ]

habet. Quod si in diem vel sub conditione debitum, ei [a] pure legauerit, [b] vtile est legatum: propter repræsentationem. Quod si viuo testatore dies venerit, vel conditio extiterit, Papinianus † scripsit, vtile [c] esse nihilominus legatum, quia semel constitit: [d] quod & verum est. Non enim placuit sententia existimantium extinctum esse legatum, quia [e] in eam causam peruenerit, a qua incipere non potest. [f]

c ¶ Vtile esse. ff. de lega. 2. l. debitor. in prin. cõtra, vbi est inutile. Sol. hic corrigitur. Vel ibi dicit inutile, id est non vtile, cũ & aliam habeat actionem: † potest tamen & ista agi, vt hic.

† Ista est vera, quia ẽt sequitur

SYL.

Ber. in d. l. debitor. Angel.

¶ Adde, quod Præpo. Sen. in 7. q. 8. casus, reprobat omnes responsiones aliorum, & ipse ponit duas: primo, quod ibi vitiatur legatum quia erat detentum sub pignore, vnde bene veniente die non remanet vtilitas quo ad repræsentationem, nec quo ad hypo. secus quando non esset pignorata: quæ est falsa: quia tex. noster solum cõsiderat repræsentationem, non hypo. secundo, quod ibi intelligitur esse inutile, quo ad commodum medij temporis, & quod illa verba. Tota x. debeantur, ponantur post verbum, Quod si viuo, ante verbum. Sic & in dote, quæ est falsa, quia verba vnius orationis non debẽt in aliam transferri. Mihi alias visum fuit quod d. l. esset correcta, q̃a l. verbis. ad l. Falc. est Papin. & tex. noster approbat opin. Papi. & sic cõcordat, & ex verbis. Non. n. placuit, hic positis, colligitur fuisse qui contrarium tenuerunt, inter quos posuit esse Pau.

d ¶ Constitit. id est valuit.

e ¶ Quia ratio illius falsæ opinionis.

f ¶ Non potest. Nota arg. pro vtraque parte ad hanc regulam vt. ff. de verb. oblig. existimo, & l. pluribus. §. & si placeat. & de ijs quę pro non scrip. ha. l. si in metallum. §. item si seru. & de serui. l. pro parte.

ADDITIO. De isto brocardo dic, vt per Dynum in reg. factum legitime. de reg. iur. in 6. & per Bartol. in l. plurib. §. 1. ff. de verb. oblig.

¶ Legatum dotis factum a marito vxori valet, etiam si maritus nullam dotem habuit, dummodo in legato certum exprimatur.

¶ Sed si vxori maritus dotem legauerit, valet legatum: quia plenius est [g] le-

¶ Sed si vxori. CASVS. Quærebatur, an legatum dotis valeret: & videbatur dicendum, quòd nõ: quia cũ habeat vxor actionem ad dotẽ, nec multiplicatio actionum operetur validitatẽ, non videtur aliqđ commodum, & ideo debet censeri, vt dictum est supra §. prox. Cuius contrarium deciditur propter commodum repræsentationis, quia eist plus tempore legatum, §. plus. Insi. de actio. Not. quod legatum dotis factum a viro vxori valet propter commodum repræsentationis. Item, q̃ legatum sub falsa demonstratione debiti, si non exprimatur certa quantitas, vel aliter constet quid aut quantum legetur, non valet, si legans nullo modo est debitor. Item, quod falsa causa non vitiat legatum.

g ¶ Plenius est. s. in commodo repręsentationis, cũ legatũ statim, dos vero annua, bima, trima die † olim: hodie post annũ mobilia, sed immobilia statim. vt C. de rei vxo. actio. l. 1. §. cum autem. & ff. de dot. præleg. l. 1. §. verum est.

† .i. tribus annis. per singulos annos tertia pars.

SYL.

¶ Adde, q̃ hodie habet annum, etiam si habeat facultatem rei restituendæ statim, quãuis multi voluerint contrarium, moti, quia annus datur gratia miserationis, quia cum maritus in d. §. cũ autem. habeat dilationem in iuribus, quę semper sunt in facultate mariti, & ea solo verbo potest restituere, patet q̃ quamuis habeat facultatem rei restituendæ statim, oĩno habet annum prędictum. Item pro dote datur actio in quantũ maritus facere põt, vel eius hæres, vt ff. sol. mat. l. ẽt. j. resp.

l. 3. de an. dotis.

Dotis legatum a marito vxori factum valet.

SYL.

¶ Adde hoc verũ in hẽde filio cõi. secus in alijs. vt cõiter tenent doct. in d. l. etiam. At legatũ in solidum: nisi in Falcidia per beneficium inuentarij, vt in Auth. de hær. & Fal. §. si vero nõ fecerit. coll. 1. Item si qua pacta in præiudicium mulieris facta sunt, beneficio legati tolluntur, vt ff. de do. præle. l. 1. a. resp.

a ¶ Adde aliud commodum huius legati, quia non minuitur ob res donatas vxori a viro d.l.i.§.est & illud.de do.preleg.an autẽ deducātur impensę, dic quod sic,si dos simpliciter legetur, vt in no.§.aliud si leget quicquid ad eum dotis nomine peruenisset, qa intelligitur sine deductione impensarum, vt scribit Bartol.in l 3. C.de fal. cau. quo in loco etiam gloss. & Bald. in uerlam commodi huiusce legati do tis tractatur.]

a ¶ Dotem.i. illam dotem, quam non recepit.

b ¶ Instrumenta dotis, scilicet in quibus confessus fuit se recepisse dotem, quam non recepit, vt ff. de do. prælег.l.fina.§. fina. & l.cum scriptum,§. item et,quæ.

c ¶ In prælegando.i.legando abundat enim præ,vt ff.de dote præ.l.1.resp.

gatum, quam de dote actio. Sed si quam non † accepit dotem, a legauerit, Diui Seuerus & Antoninus rescripserunt, si quidem simpliciter legauerit, inutile esse legatum, si vero certa pecunia, vel certum corpus, aut instrumenta b dotis in prælegando c demonstrata sunt, valere legatum.

¶ Si res legata facto hæredis etiam ignorantis præstari non potest, hæres tenetur: secus si non suo facto. h.d. Ang.

¶ Si res d legata sine facto e hæredis perierit, f legatario decedit. g Et si seruus legatus, sine facto h hæredis manumissus i fuerit, non tenetur hæres. Si vero hæredis seruus legatus sit, & ipse eum manumiserit, teneri k ipsum Iulianus scripsit, nec interest, l

SYL. ¶ Si res legata CASVS. Quæsitum fuit an si res legata decedat,aut pereat cui pereat, & videbatur perire hæredi tanquam domino,l incendium,C. si cert. peta sed deciditur cōtrarium, ex eo, quia cum sine culpa hæredis res legata pereat, non est quod illi imputetur, cum non præstet. CASVS. In alijs partibus facile figuratur. No.quod debitor speciei legatæ liberatur, si illa intereat, vel fiat insolubilis, & desinat posse pręstari sine facto & culpa ipsius Item,quod debitor speciei legatæ non liberatur, si facto suo mediato,vel immediato interueniēte desinat posse præstari,siue sciente, siue ignoranter fecerit. Item, quod mora debitoris perpetuat obligationem.]

d ¶ Si res. Puta seruus Stichus.

e ¶ Sine facto.i.mora, quo casu de interitu tenetur,(1) vt ff. de verb.obl.si seruum. 1.respon.& de leg.1 cum res,§ fin.

SYL. ¶ Rationem vide per gl. in l. diuortio in gl. 3.ff.de neg.gest.]

Vel quia sine causa occidit,vt d.l.si serui. Aliud,si cum causa ,.vt ff.de leg.1. l.quid ergo,§.si hæres tenetur enim de dolo, & lata culpa , & leui , vt ff.eo.1. l.cum res , §.sed si culpa,& §.culpa.

ADDITIO. (1) De negligentia vero non tenetur debitor actione personali, nisi fuerit in mora,vel petatur res,quæ fuit creditoris, vel negligentia fit circa rem seu peremptionem substantiæ rei debitæ. Angelus.

f ¶ Perierit, Vel non compareat, quo casu caueat hęres de dando, si ad eum redierit, & suis sumptibus recuperatur,quādo post mortem fugit, aliás, id est, si in vita, sumptibus legatarij, vt ff. de lega 1. cum res.§.item si res.& de leg. 2.si quis seruum.

g ¶ Decedit, quia qui in specie tenetur, ei interitu liberatur, vt hic, & ff. de verbor. oblig.l.si ex legati.

** De materia huius, §. vide pulcherrimam distinctionem glos.inf.de lege Falcid. in §.quantitas.ver.solida.]

h ¶ Sine facto. in hoc quoque scilicet alieno seruo potest admitti culpa,puta non certificauit hæres dominū, qui si sciuisset se posse vendere, non manumisisset, scilicet forte cum videret eum velle manumittere, vt ff. eo.l.1.cum res §.sed si alienos & §.pen.& fi. item si fuerit in mora emendi,vt ff.de verb. oblig.si seruum, §.si autem alienus, & dic facto.i.culpa,vel mora.

i ¶ Manumissus. Nam manumissus similis est mortuo, vt ff.de solu si mihi alienum.

k ¶ Teneri.s.ad æstimationem, vt ff.eo.l.si quis inquilinos.§.1.& ff. qui & à quibus hæres. Sed hic non dicit tenere manumissionem,sed dicit, quod non minus valeat legatum,scilicet quo ad æstimationem.

ADDITIO. Et valet etiam manumissio, quia dominium serui hęredis non transit in legatarium, vt hic, & d.l.si quis inquilinos, secus in seruo hæreditario etiam sub conditione legato, l. si seruum qui sub conditione,ff.de manumis.Ang.

l ¶ Nec interest cur secus,vbi seruum indebitum sibi solutum quis manumiserit, vt ff.de cōd.indeb. in summa.§.si seruum,quæ est contra Io.respon. quia debuit scire,cum factum suum censeatur, vt in Auth.de iure-iu.a mo.i.respon.

¶ Adde, quod hæc ratio non est generalis, quia sine sua culpa posset hæres ignorare,si

in

In codicillis postea repertis legatus esset, l. 3. §. cum transactio. de transa. ideo dic, quod ideo est, quia natura conditionis indebiti est, vt quis teneatur tantum, quatenus est locupletior. l. si non sortem, §. libertus, ff. de condit. indeb. vnde cũ nihil lucri sentiat, qui indebitũ recipit, non habet locum, secus in hærede qui sentit commodũ ex hæreditate, & ita communiter resoluitur in d. l. in summa. & hic per Ang.

sciuerit, [a] an ignorauerit à se legatum esse. Sed & si alij donauerit [b] seruum, [c] & is cui donatus est, eum manumiserit, tenetur [d] hæres, quamuis ignorauerit [e] à se eum legatum esse.

a ¶ Sciuerit scilicet ipse hæres.

b ¶ Donauerit .s. hæres.

c ¶ Seruum. A testatore legatum, & erat hæredis.

d ¶ Tenetur. ad æstimationem, vt supra proxime dixi.

e ¶ Ignorauerit. s. hæres.

¶ Extincta persona primo legata, remanet legatum in accessoria, quando fit per dictionem, cum: secus in rebus. hoc dicit. Accursius.

SYL. ¶ Si quis ancillas. CASVS. Vertebatur dubitatio, an si quis legasset ancillam cum natis, ea extincta, extingueretur legatũ etiam partus, & videtur quod sic, quia cum essent coniuncti per dictionem, cum, tanquam accessorij, extincto principali videbatur accessorium extingui. l. cũ principalis. ff. de reg. iur. Sed contrarium deciditur, quia licet in his duobus primis exemplis nati, & vicarij videantur nominati per modum accessorij, tamen reuera non est ita, nam præpositio, cum, coniungit accessorie solum illas res, quarum vna alteri accedit, sed quando ponitur inter personas quarum natura est, vt vna alteri non accedat, tunc non coniungit accessorie, sed sunt duo legata separata, & ex his habes rationes diuersitatis secundi casus hic positi. No. quod legatum hominis per modum accessorij ad alium hominem principalem non extinguitur, licet extinguatur legatum hominis principalis. item, quod homo homini non accedit. Item, quod accessorium non debet esse maius suo principali. item, quod legatum rei accessoriæ ad hominem principaliter legatũ, si exprimatur verbis accessionem importantibus, extinguitur extincto legato hominis. Item, quod dictio, cum, quando ponitur inter res, quæ possunt vna alteri accedere, stat accessorie, alias secus. Item quod extincto principali extinguitur accessorium.

f ¶ Suis natis, aliàs suo nato.

g ¶ Cedunt. quia duo legata sunt separata, vt ff. de pecu. le. l. & si ancilla. quæ est l. 3. Sed contra, ff. de ventre inspi. l. 1. §. ex hoc. vbi dicitur, quod partus est portio viscerũ matris. Resp. ibi loquitur, donec in vtero est.

¶ † Si quis ancillas cũ suis [f] natis legauerit, etiam si ancillæ mortuæ fuerint, partus legato cedunt. [g] Idem [h] est, & si ordinarij [i] serui cum vicarijs legati fuerunt, quia licet mortui sint ordinarij, tamẽ vicarij legato cedunt. Sed si seruus fuerit cum peculio legatus, mortuo [k] seruo, vel manumisso, vel alienato, peculij legatum extinguitur. [l] Idem est, si fundus instructus, [m]

† aliàs sed si quis.

h ¶ Idem est. sic, ff. de pecu. leg. l. 4.

i ¶ Ordinarij. Qui sunt hi? Dic vt infra, quòd cum eo. §. cum autem.

* ¶ Declara, ut ibi annotatum est ex Alcia. in l. urbana. de uerb. signif.]

k ¶ Mortuo .s. uiuo testatore, non si post, ut ff. de pecul. lega. tunc inutile.

l ¶ Extinguitur, quia accessio est, ut ff. de pec. le. l. 1. & 2. Sed quare non ita in superiori casu? Resp. propter hominis dignitatẽ, quia non ita accedit, vt ff. de ædil. edi. Iustissime. in prin. † item quid si vicarij erant tantum in peculio, & legatus est eum peculio? Resp. idem, vt exprimere peculium noceat, vt ff. de cond. & demon. si in diem in fi.

ADDITIO. Idem & si aliæ res erant in peculio eadem ratione. Si vero leget ordinarium cum vicarijs & peculio, obtinet, quasi separet vicarios à peculio, vt l. si peculium §. si seruus, ff. de pe. leg.

m ¶ Instructus. Huic primo articulo cõtra dicitur, ff. de fund. instr. si cui. in fin. Sol. secũdum Rom. hic simpliciter propter rudes sic loquitur. Vel dic, quod fit idem, quod in partu & vicarijs, & quod sequitur. Cum instrumẽto, referatur ad proximum de peculio. Vel subtilius, refert inter instrumentum fundi, quod perit semper perempto legato fundi, & instrumentum patrisfamilias, quod non perit licet legatum fundi pereat, & hoc casu loquitur lex contraria, & alia contraria in eo. tit. l. 1. Argu. contra. ff. de fun. instruc. l. quæsitum, § sed si fundus, & §. instructo. quibus dicitur, si fundus instructus legatus sit, instrumentum patrisfamilias continetur, non agri, sed ibi subaudi, tantum.

¶ Adde, quòd hæc solu. tenenda, est quæ fuit Azo. aliæ enim falsæ sunt. ]

Vel dic illam esse Pauli sententiam in l. si cui istam Labeonis à Iustiniano probatam, & sic corrigitur illa.

* ¶ Instructi legatum, quid differat à lega-

† Sec9 aũt esset in fœtu aĩalliũ brutorũ, & in ijs quæ nõ ueniũt per modũ principalis & accessorij, ut si legetur equus cũ asino, quia duo legata cẽsent. Et hæc inducuntur ad q̃onem de ingrediẽte monasteriũ, ut ultiato ingressu si ualeat bonorũ dedicatio, nisi SYL. expresse, & sua dedicasset secũdũ doct. hic.

to Instrumenti, vide Ant. August. lib. Emēd. 2.c.4. ** qui etiam priorem Accursij interpretationem de voce, tantum, subaudienda in d.§ sed si fundus probat.

Instrm̄ quid.

a ¶ Instrumento. Est autem instrumentum apparatus rerū diutius permāsuratum, sine quibus nō posset exerceri possessio, vt ff. de fundo instruc. quæsitum. 1. respons. Et sunt instrumēta fūdi, quæ fructus quærendi, cogendi, seruandi gratia comparata sunt, vt ff. de fund. instruc. l. instrumenta, quæ sunt illa, ibi habes.

vel cum instrumento [a] legatus fuerit. Nam fundo aliena o [b] & instrumenti legatum extinguitur.

¶ Grex etiam in vna oue retinetur, & legato grege veniunt oues adiunctæ gregi post testamentum. Idem est in legato ædium. Aret.

¶ Si [c] grex legatus fuerit, & postea ad [d] vnam ouem peruenerit, quod superfuerit, vendicari potest.[e] Grege autem legato, [f] etiā oues eas, quæ post testamentum factum gregi adijciuntur, legato cedere Iulianus ait. Est † enim gregis vnum corpus [g] ex distantibus capitibus, sicut ædium vnum corpus est ex cohærentibus lapidibus.

¶ Aedibus denique legatis, columnas & marmora, quæ post testm̄ factum adiecta sunt, legato dicimus cedere.[h]

SYL.

b ¶ Alienatio. a testatore.

¶ Si grex. CASVS. Reuocabatur in dubium legato gregis facto, ex eo quod grex ad vnam tantum, vel pauciores oues redactus fuerat, an in remanētibus subsisteret legatum, & videbatur quod nō, quia ex quo nō erat amplius grex. l. oues, ff. de abige. & legat⁹ erat grex. videbatur extinctum legatum. Cōtrarium respōdetur, quia eo legato legatur quid totale, & ideo singulæ eius partes legatæ intelliguntur, & ideo vna sola ouis debetur, vt hic. Nota, quod si grex legatus ad vnā ouem reducatur, nihilominus debetur. An vero hoc idē fit quando deficit grex ante mortem testātis, disputat late Præp. Senen. in 1. q. 5. casu. Item, quod legatum vniuersale recipit augmentum, & diminutionem.

Item quid sit grex. Item domus ex quibus constet. ]

c ¶ Si grex. Qui ex decem ouibus constat, vel quatuor, vel quinque porcis, vt ff. de abigeis. oues.

SYL. ADDITIO. Tres autem homines constituunt collegium. l. Neratius, ff. de verbor. signific.

SYL. d ¶ Ad vnam ouem. sic. ff. quod cu. vni. l. sicut. §. fi. & ff. eo. tit. 1. l. si grege.

¶ Adde tamen, quod grex ad vnam ouem redactus non est grex, & tamen collegium ad num redactum remanet collegium, dicto §. fin. ]

e ¶ Vendicari, potest. ff quibus mod. vsusfructus amit l. si. contra. Solu. facilius perditur legatum vsusfructus, quā proprietatis, vt argumen, ff. eodem titu. repet. §. rei mutatione, & ff. eodem. l. si grege. in fi.

¶ Adde, quod solu. glo. communiter tenetur licet alias publice disputando contrarium tenuerim. ] SYL.

ADDITIO. Hoc verum est, quando est relictus vsusfructus, vt gregis, secus si singulorum capitum. Ang.

f ¶ Legato. Sic ff. eod l. grege. sic. inf. §. proxi Adde secus esse, si testator leget equos suos, nō enim debetur fœtus editus post testamentum. Ioan. D. lect. de arte testan. tit. de lega. caut. 10. † alias ā

g ¶ Corpus ex distantibus capitibus. Tria enim sunt corpora rerum. Vnū quod vno spiritu, id est elementatione continetur, vt homo, lapis. Secundum, quod ex cohærētibus constat, vt domus, & armarium. Tertium, quod ex distantibus corporibus, vt grex, & populus, vt hic, & ff. de vsucap. rerum mixtura. §. 1. & ff. de rei vēd. in rem, §. at in ijs.

h ¶ Cedere. Sed columna, vel tignum domus legati pure non potest, vt ff. de leg. 1. l. cetera. ne vrbs deformetur. †

† Facit l. est, ff. ne quid in lo. pub. SYL.

¶ Si peculium. CASVS. Quæstio fuerat, an quod accederet, vel decederet peculio legato, pertineret ad legatarium, & videbatur dicendum quod non, quasi de eo peculio testator voluerit intelligere, quod erat tempore testamenti, arg. l. si cognatis, ff. de reb. dub. contrarium respondetur quia cum peculium sit quid vniuersale, quāuis recipiat augmentum vel diminutionem, tamen est semper idem. Sed tunc quæsitum fuit, quid de eo, quod contingit post mortem testatoris, & videbatur, quod cuicūque legatum sit cum legatum cedat a morte testatoris, tale augmentum vel diminutio spectaret ad hęredem, sed contrarium deciditur in seruo, & ratio est, quia quando datur libertas seruo testamento, & sic directa, ita demū ei competit, quando aditur hæreditas, & ideo proprie propter commodum serui non dicitur cedere, nisi tempore aditæ. l. hæredem, §. fin. ff. quando di. le. ced.

Nota, quod legatum peculij recipit augmentum, & diminutionem viuo testatore.

Idem

SYL. ¶ Sed ea oĩa. CASVS non figuratur, quia §. hic ponit correctionem Iustin. ratio. n. dubitandi erat ius antiquum: ratio vero decidendi ponitur in versicu. inuenimus. Not. quòd filius datus in adoptionẽ extraneo retinet iura p̃ris naturalis. Itẽ, quòd adoptat⁹ ab extraneo ei succedit ab intestato. Item, q̃ adoptatus ab extraneo non habet remediũ contra testamẽtum patris adoptiui, si p̃tereatur, vel exhæredetur, ratio assignatur in text. Item, quod necessitas exhæredandi & instituendi prouenit ex† sanguine. Item, q̃ adoptatus ab ascendentibus transit hodie in potestatem sicut de iure antiquo. Item, quod duo vincula arctius ligant. Item, quod arrogatus transit in potestatem arrogantis, & ei succedit.]

† aliàs tertio.

¶ f Sed ea omnia. Quæ supra eodem, §. at ij. dicta sunt, & supra prox.

¶ g Aliquã, quasi dicat, quædã correximus, quædam retinuimus.

¶ h Constitutione, vt C. de adop. l. pen.

¶ Licet filius emancipatus adoptatus non possit venire ad bona patris naturalis per vnde liberi, vel vnde agnati, venit tamen per vnde cognati. h. d.

¶ Admonendi [a] tamẽ sumus: eos, qui in adoptiua familia sunt, quive post mortem naturalis parentis ab adoptiuo patre emancipati fuerint, intestato parente naturali mortuo, licet ea parte edicti: qua liberi ad bonorum [b] possessionem vocantur, non admittantur, alia tamen parte vocari, scilicet quæ cognati defuncti vocantur. Ex qua parte ita admittuntur, si neque sui hæredes liberi, neque emancipati [c] obstent, neque agnatus quidem vllus interueniat. Ante enim Prætor liberos vocat, tam suos hæredes, quã emancipatos: deinde legitimos [d] hæredes: † deinde proximos [e] cognatos.

¶ Adoptatus ab extraneo hodie non transit in potestatem suam: & ideo nec querelam habet, neque contra tabulas licet ab intestato succedat, sed quo ad patrem naturalem vetera iura seruantur, nisi fuerit adoptatus ab ascendente naturali. hoc dicit. Ang.

¶ Sed ea omnia [f] quidẽ antiquitati placuerunt. aliquã [g] autem emẽdationẽ a nostra constitutione [h] acceperunt quã super ijs p̃sonis † cõposuimus, quæ a patribus suis naturalibus [i] in adoptionem alijs dãtur. Inuenimus etẽm nõnullos [k] casus, in q̃bus filij & naturaliũ parentum successionem propter adoptionẽ amittebant, & adoptione facile per emãcipationem soluta, [l] ad neutrius [m] patris successionẽ vocabãtur. [n] Hoc solito more corrigentes, cõstitutionem [o] scripsimus, per quam definiuimus, quando parens naturalis filium suum adoptandum, alij dederit, integra omnia iura ita seruari, atque si in patris naturalis potestate permansisset, [p]

i ¶ Naturalibus, & legitimis. Accur.

k ¶ Nonnullos. Id est aliquos. Accur.

l ¶ Soluta, scilicet post mortẽ secus si ante, vt sup. eo. §. at ij. Accurs.

m ¶ Ad neutrius vt supra eod §. at ij. Accurs.

n ¶ Vocabantur. Hoc idem videtur etiam contingere hodie in casu, quẽ habemus infr. eodem §. versicu. nostra autem. C. de adopt. l. penultim. §. sed hæc. Sed dic, quod auus adoptans tenetur ei relinquere quartam, vt filio arrogato, vt infra eodem, §. in versiculo nostro, ibi, quemadmodum, &c. ¶ Attẽde, quia loquuntur in arrogato, non enim redit in casu illo ad successionẽ patris naturalis aliquo modo, quia iam alteri quæsita est hæreditas, & q̃a pater testatus est in re, nec debet decipi. [illegible] Sed hãc reprobat glo in d. l. pen. quia vbi destituitur omni remedio, sibi imputet, qui se emancipari permisit.

† aliàs exposuim⁹.

† Ista glo. nõ est Accurs.

o ¶ Constitutionem. l. prædictam.

p ¶ Permansisset. Numquid ergo nõ permãsit?

fit? Respond. immo per mansit, vt supra de adoptio § sed hodie. Sed hoc dicit referendo se ad factum, q.d. ac si de iure, & de facto in eius familia permansisset.

a ¶ Tantummodo. Numquid eum in ius vocabit sine venia? Item numquid alimenta tali filio dare tenetur? Rñ. non, per hanc literam, vt sup de adopti. §. sed hodie. † P. dicit contra.

† Opinionē istius ¶ Add: quo ad Veniam, quod tenetur petere quia nō potest negari, quod ei non debeatur reuerentia: & licet non sit in potestate, non obstat patet in matre: sed quo ad alimenta non tenetur, patet in versiculo tantūmodo. Nec ratio Ioā. Fab. obstat, quia acquirit naturali patri.]

SYL. gl. contra P. approbat Ang. hic quo ad primā quæst. in distincte, licet Ioā. Fabr. videatur sta. re cum P. Item quo ad secundam, nisi operaretur ipsi patri adoptiuo argu. l. in rebus, §. pſit. ff. cō mod. vel nisi pater naturalis egeret, & adoptatus non habeāt vñ se alere possit, arg. l. pe. ff. de lib. agno.

b ¶ Ab intestato. Id est simul cum alijs naturalibus vt C. de suis & legitimis. si testa. non tamē succedit alijs consanguineis sui patris adoptiui, vt C. de adopti. l. penultima, §. sed si quidem. in fine Accursius.

ADDITIO. Hoc verum de iure nouo: secus de iure antiquo, vt ff. de adopti. l. qui in adoptionem.

c ¶ Ab eo Scilicet adoptiuo patri.

d ¶ Neque iure ciuili. Quia nō est in potestate sua.

e ¶ Neque prætorio. Quia non est emancipatus ab eo, vt sup. de exhær. lib. in princ. & § emancipatus. & § fin.

f ¶ Inofficiosi supra de inofficio. testam. §. tam autem. contra Solu. illa intelligitur secundum distinctionem huius, §. vt ibi dicitur.

g ¶ Sabiniano senatusconf. Quod non habemus: sed dicebat, quod tres iuuenes arrogati essent b. m. ur, vt vnum eligeret: quo casu magna erat hæc solēnitas; vnde ex constitutione Diui Pij quartam ei dabat arrogator: quod hodie non est in vsu: immo idem hoc casu, vt & alias, vt hic, & C. de adopt. l. penult. §. quæ autem.

* ¶ Alciat. lib 4. Pater. cap. 3. hic legendum putat, Tribus manib⁹, quod scilicet, de patris naturalis manu in fiduciarij manum traderentur, qui deinde in manum, & potestatem adoptiui parentis dabat. Vnde in l. vltima. Cod. de adoptio. dicitur. per tres mancipationes adoptionem fieri. Verum Theophilus videtur legisse, maribus, vt plerique codices habent, intelligitque de dante in adoptionem vnum ex tribus suis filijs maribus.

nec penitus adoptio fuisset subsecuta: nisi in hoc tantummodo [a] casu, vt possit ab intestato [b] ad patris adoptiui venire successionem. Testamento autem ab eo [c] facto, neq; iure ciuili, [d] neque prætorio, [e] ex hæreditate eius aliquid persequi potest, neque contra tabulas bonorum possessione agnita, neque inofficiosi [f] querela instituta: cum nec necessitas patri adoptiuo imponatur, vel hæredem eū instituere, vel † exhæredatum eum facere, vt pote nullo vinculo naturali copulatum: neque si ex Sabiniano senatusconsulto [g] ex tribus maribus fuerit adoptatus. Nam & in huiusmodi casu neque quarta ei seruatur, nec vlla actio ad eius [h] persecutionem ei competit. Nostra autem constitutione [i] exceptus est is, quem parens [k] naturalis adoptandum susceperit. Vtroq; enim iure tam naturali, quam legitimo, in † hac persona concurrente, pristina iura † tali adoptioni seruauimus, [l] quemadmodum [m] si paterfamilias sese dederit ad arrogandum, quæ specialiter, & † sigillatim ex præfatæ constitutionis tenore possunt colligi.

† ali. hāc personā.
† aliàs in tali adoptione seruauimus.
† aliàs singulatim.

¶ Olim nepos ex filia, vel pronepos ex nepte, vocabantur ad hære-

h ¶ Ad eius. scilicet quartę.

i ¶ Constitutione, vt Cod. de adoptio. l. pen. §. si vero pater.

k ¶ Parens. Hoc in infinitum accipe, vt ff. de grad. l. iurisconsultus, §. parentes.

¶ Pro intellectu vide Præpo. Senen. in 3. casu, quæstio. fin. SYL.

l ¶ Seruauimus. Vt siue loco filij, siue nepotis adopteiur, habeatur ac si vere naturalis esset, scilicet, filio præcedente nepotem, vt C. de adoptio. l. pen. §. quæ autem in filio.

m ¶ Quemadmodum. Quasi dicat, sic transit, vt in hoc casu, qui sequitur. SYL.

¶ Item vetustas. CASVS non ponitur in §. correctorio iuris antiqui, ius enim vetus dubitationem faciebat nouum habet rationem expositam in tex. ibi, non passi sunt talem contra naturam iniuriam, & ibi, qui non solum naturæ, sed etiam veteris iuris suffragijs muniuntur. Not. quod iniuriam naturæ facit, qui plus diligit nepotes ex filio & descēdentes, quam ex femina. Item, quod appellatione nepotum veniunt nepotes tam ex masculis, quam ex feminis.

Item,

Item, quod stantibus descendentibus nullus transuersalis admittitur. Item, quod quando nepotes inter se succedunt, admittuntur in stirpes.]

a ¶ Item vetustas. Correximus ius antiquũ circa liberos primi gradus naturales, siue adoptiuos, nũc circa vlteriores.

b ¶ Solos nepotes. in hoc male.

c ¶ Anteponebat. In hoc bene.

d ¶ Vocabat. Scilicet vetustas, non ciuilis iuris auctoritas, vt supra, sed prætorij, vt inf. tit. 1. § sed quia.

e ¶ Materni. scilicet moriente masculo, de cuius bonis agitur, vt infr. §. proximo.

f ¶ Maternæ. scilicet morien te femina, vt inf. proxim. §. Accursius.

g ¶ Diui autem Principes, vt C. de suis, & legi. si defunct[9]: & C. de coll. l. illam.

h ¶ Donauerunt, scilicet Principes: sed non idẽ commodum, vt sequitur.

i ¶ Veteris iuris. Id est legis 12. tab.

K ¶ Muniunt. Nota duas rationes vincere vnam, vt sup. de adoptio. §. sed hodie, in fine.

** Declara, vt ibi annotaui-mus.]

l ¶ Diximus. f. q, nullo modo nisi in tertio ord'ne suc-cederent, vt sup. prox. hoc §.

m ¶ Paulo. Nota parum de tertia parte totius rei dici: sic in Authen. de exhib. & intro. reis. §. sancimus.

¶ Adde, quod aliàs etiã quarta pars dicitur munuscula. l. si quis in suo. in pri. C. de inoff. test. regulariter tamen dicitur arbitrio iudicis tanquam quid a iure indeterminarũ, sed determinãdum pro qualitate rerũ, personarum, loci, & materiæ de qua agitur.]

n ¶ Existimauerunt, scilicet Principes.

o ¶ Mortua sit. Not. duos casus. Si enim moritur femina, nepotes, vel neptes ex masculis vel feminis in nihilum olim, nisi post agnatos: hodie cum diminutione succedũt tertiæ partis. Si moritur masculus, nepotes ex filio tantum vocantur cum diminutione tertiæ partis, vt hic dicitur.

** Adde glo. in ver. huiusmodi. in l. illam, C. de colla.

p ¶ Iisque. f. qui descendunt ex femineo sexu.

q ¶ Vocat. Vt sup. eod. §. cum filius Accur.

r ¶ Partis tertiæ diminutione. Quod de hac diminutione tertiæ dicitur, corrigitur per sequentem §. secundum Mar, sed nos secundum Bartol. dici-

† Facit. maximũ vitiũ, ibi qũ.n tales differẽtias inducunt C. de lib. præte.

ditatem demum post agnatos: sed ex aliquibus constitutionibus vocabantur cum diminutione tertiæ partis simul cum alijs descendentibus: quam partem etiam minuebant agnati transuersales: hodie vero est secus. Existi tales descendentes succedunt in stirpes, non in capita, hoc dicit. Aret.

¶ Item [a] vetustas ex masculis progenitos plus diligens, solos [b] nepotes vel neptes, qui quæve ex virili sexu descendunt, ad suorum vocabat successionem, & iuri agnatorum eos anteponebat: [c] nepotes autem, qui ex filiabus nati sunt, & pronepotes ex neptibus, cognatorum loco connumerãs, post agnatorum lineam eos vocabat, [d] tam in aui vel proaui materni, [e] quam in auiæ, vel proauiæ, siue paternæ; siue maternæ [f] successionem. Dixi autem [g] Principes non passi sũt talem cõtra † naturam iniuriam sine competenti emendatione relinquere: sed cum nepotis, & pronepotis nomẽ commune sit vtriusque tam qui ex masculis, quam qui ex feminis descendunt, ideo eundem gradum, & ordinem successionis eis donauerunt. [h] Sed vt aliquid amplius sit eis, qui non solum naturæ, sed etiam veteris iuris [i] suffragijs muniuntur, [k] portionem nepotum, vel neptum, vel deinceps (de quibus supra diximus [l]) paulo [m] minuendam esse existimauerunt, [n] vt minus tertia parte acciperent, quam mater eorum, vel † auia fuerat acceptura, vel † pater eorum, vel † auus paternus siue maternus, quando femina mortua sit, [o] de cuius hæreditate agitur: iisque [p] (licet soli sint) adeuntibus, agnatos minime vocabãt. Et quẽadmodum lex 12. tabularum filio mortuo nepotes, vel pronepotes vel neptes, pronepotes vel pronepte in locum patris sui ad successionem aui sui vocat: [q] ita & principalis dispositio in locũ matris suæ, vel auiæ, eos cũ iam designata partis tertiæ [r] diminutione vocat.

SYL.

† Si agitur de hereditate patris auiæ.

† si agitur de hrẽditate auiæ paternæ.

† si agitur de hereditate pro auiæ paternæ, vel maternæ.

dicimus sequē.§.loqui in quadam alia parte, quæ debebatur agnatis, scilicet quartam nō autem de hac tertia:sed per authē. dicimus de hac tertia correctum,scilicet vt æqualiter hodie veniunt,vt in Authen.de trien.& sem. §.neq: illo.collatio.3. Accursius.

i ❡ Habeant . Immo in capita videtur diuidi,vt inf.ti.1 §.hoc etiam addendum,in fin. §.Sed ibi de collateralibus , hic de descendentibus loquitur.

ADDITIO No.q non tantum nepotes, sed pronepotes succedunt in stirpes , & veniunt per repræsentationē cuius contrarium videtur dici in Authēt. de hær. ab intest. venientibus, §. huiusmodi.Ang.

a ❡ Constitutionis . Quam nō habemus, vt sequitur . ·
* ❡ Extat tñ etiam hodie libro 5.C.Theodosiani, clausula subnexa sup. memoratæ. l. si defunctus . C.de suis & legi. in hæc verba . Quod si hic defunctus , de cuius bonis loquimur , habebit ex filia nepotes,& præterea filios non habebit : sed qui præferri nepotibus non possint , habebit agnatos . hi in quandam Falcidiam , & in dodrantem ne potes iure succedant , quæ quidem clausula omissa fuit in C. Iustiniani , vt dicitur hoc loco .
b ❡ Constitutione. Vt C. de suis & leg. l.fi.
c ❡ Transuersa linea . Sic in Authent.de nō eligen. §. cum igitur. circa fi. col.1.
d ❡ Ijs . scilicet nepotibus , & pronepotibus ex filia.

❡ Sed nos , cum adhuc dubitatio maneret inter agnatos , & memoratos nepotes, quartam partem substantiæ defuncti agnatis sibi vendicantibus ex cuiusdam constitutionis [a] auctoritate , memoratam quidem constitutionem a nostro Codice segregauimus,neque inseri eam ex Theodosiano Codice in eo concessimus: nostra autem cōstitutione [b] promulgata toti iuri eius derogatum est,& sanximus, talibus nepotibus ex filia , vel pronepotibus ex nepte , & deinceps , superstitibus , agnatos nullam partem mortui successionis sibi vendicare: ne ij,qui ex trāsuersa [c] linea veniunt, potiores ij [d] habeātur, qui recto iure descendunt . Quam constitutionem nostram obtinere , secundum sui vigorem , & tempora , [e] & tunc sancimus: ita tamen , [f] vt quemadmodum inter filios , & nepotes ex filio antiquitas statuit , [g] non in capita , sed in stirpes diuidi hæreditatem,similiter nos inter filios & nepotes ex filia fieri distributionem iubeamus , vel inter omnes nepotes, & neptes,& inter pronepotes, & proneptes , & aliās deinceps personas: vt vtraque progenies , matris vel patris , auiæ, vel aui portionem sine vlla diminutione [h] consequatur: vt si forte vnus duo ex vna parte,ex altera tres , aut quatuor extent , vnus aut duo dimidiam, alteri tres aut quatuor alteram dimidiam hæreditatis habeant. [i]

❡ De legitima agnatorum successione.

❡ Deficientibus suis,

De legitima agnatorum successione.

❡ Supra titulo proxim . dictum est, qualiter succedant sui hæredes siue liberi : verum quia post suos vocantur prius agnati , quam cognati, vt inf.eo.§.fin. & l. 1 .§. post suos.ff. de suis & leg.ideo post tit. præce. posuit istum Ateun. Continuatio.

Si nemo. Tot⁹ iste tit.diuiditur in 7.partes . Primo,qñ admittitur agnatus. Secundo . quis est agnat⁹. Tertio, vsque ad quotū gradū agnati veniūt, & vsq; ad quotas personas feminas deuoluantur,tam de iure vetustissimo, & de iure ptoris , quā etiam media iuris prudētia. 12. tab. & tempore Iustini. Quarto,quod generi agnatorum Imperator addidit vnū cognatū. Quinto, q l.12.tab prox.agnatus vocat, & quis dicat proximus. Sexto,q ex l.12.tab. proximo repudiante sequens non admittebatur,hodie vero sic.Septimo,q filij emancipati hæreditas est legitima patri . Secunda ibi,sunt autem.Tertia ibi, Ceterum. Quarta ibi, Hoc etiam addendum , Quinta ibi, Si plures Diuisio.

e ❡ Et tempora,vt in futuris casibus tantum valeat,vt C.de suis, & legi.l.vlt.Accur.
f ❡ Ita tamen, vt quemadmodū hoc, quod sequitur,est referendum supra ad vers.Diuidi. non ad proximum.
g ❡ Antiquitas statuit, sup. eo.§.cum filios .
h ❡ Diminutione.s. quartæ , quæ debebatur agnatis , non tertiæ, quæ debebatur patruis, vt supra proxim.§.diximus,

plures ſint. Sexta ibi, Placebat. Septima ibi, Ad legitimam.

¶ ... non figuratur in prin. tanquã l. tradente regulam notiſſimam in materia ſucceſſionum, & definiente, qui ſint agnati, ſed in verſic. 2. etiã. dubitatũ fuerat ex eo, quia ille, qui nondũ natus eſt, non poteſt dici agnatus morienti, quia non entis nullæ ſunt qualitates. ſed cõtrariũ dicitur, quod imo debet dici proximior, quia hic §. intelligẽdus eſt, vt intelligit gl. in eo, qui tẽpore mortis conceptus eſt, quo ſtante qui in vtero eſt, habetur fictione iuris pro iã nato quo ad commoda ſua: & reuera eſt in rerum natura, licet non ſit editus: & ſic quę dicuntur hic, locum habent in iam conceptio tpe mortis: quæ dñr in contrario, in non concepto, prout optime declarat Iuriſconſ. in l. 1. §. ſi. quis proximior, ff. vnde cognat. Not. quod prima cauſa ſucceſſionis eſt ſuorum qualitercunque ſit ſuus. item, quod deficientibus deſcendentibus ex leg. 12. tabula, vocantur priores agnati. Item qui ſint agnati. Item, quod ſufficit allegare librum. item qui ſit frater conſanguineus. item, quod qualitas adiuncta verbo debet determinari ſecundum tempus verbi. Item, quod inter naturalem & adoptiuum eſt agnatio. ]

† alias vſi legitimi, & non cognati.

† Quæ li. 1. Rheto. ad Herẽ. in hęc verba refert: ſi pſa. inteſta. moritſ, familia pecuniaq. eius agnatorũ, gentiliũq. eſto.

hæreditas defertur ad proximos agnatos, qui dicuntur coniuncti per maſculos etiam adoptiuos: dummodo ſint proximiores. hoc dicit.

SI nemo [a] ſuus [b] hæres, vel eorũ, quos inter ſuos hæredes prætor, [c] vel conſtitutiones [d] vocant, exiſtat, [e] qui ſucceſſionem [f] quoquo modo [g] amplectatur, tunc ex lege † duodecim tabularum ad agnatum [h] proximum [i] pertinet hæreditas.

¶ Sunt autem agnati [k] (vt primo quoque libro[l] tradidim⁹) cognati per virilis ſexus perſonas cognatione [m] coniuncti, quaſi a patre cõnati. Itaque ex eodẽ patre nati fratres, agnati, ſibi ſunt, qui & conſanguinei [n] vocantur: nec requiritur, an etiã eandem matrem habuerint. Item patruus fratris filio, & inuicem [o] is illi agnatus eſt. Eodem numero ſunt fratres patrueles, id eſt, qui ex duobus fratribus procreati ſunt: qui etiam conſobrini [p] vocantur. Qua ratione etiam ad plures gradus agnationis peruenire poterimus.

a ¶ Si nemo. et vnus, vt ff. de te. tu. ſi nemo.

b ¶ Suus, ſup. tit. 1. §. 1. Accurſ.

c ¶ Prætor. ſup. tit. 1. § emancipati.

d ¶ Conſtitutione, ſup. tit. 1. § 1. verſ. quibus connumerari. & §. item vetuſtas. verſicul. Diui.

e ¶ Exiſtat. Dico & amplectatur: nam hæc duo neceſſaria ſunt.

** ¶ Quod ait, exiſtat, intellige, ſi nec exiſtere ſperetur. lege ſecunda, in princip. ff. de ſu. & le. ]

f ¶ Succeſſionem, defuncti.

g ¶ Quoquo modo. [Scilicet ciuili, vel prætorio iure.

h ¶ Agnatum. Capite non minutum, vt ff. de ſuis & legi. hær. l. capitis.

Verba. L. 12. tab. extant in l. pronunciatio. §. 1. de verb. ſig. & lib. 1. Rhet. ad Heren.

i ¶ Proximũ. id eſt qui proximior eſt defuncto, infra eodẽ. §. ſi plures, & §. proximus. Intellige, ſcilicet tempore mortis, vt d. §. prox. & ſup. titu. 1. §. ita demum. & nor. gl. Bart. & alij in l. qui ſe patris, C. vnde liber.

** Vtrum probãda ſit proximitas, an ſufficiat probare ſe agnatum eſſe dicas, quod ſi extraneus poſſideat, ſatis erit pbare ſimpliciter ſe eſſe fratrem, aut alias agnatũ, ſi controuerſia ſit inter duos agnatos vtique qui obtinere velit, ei incũbit probare ſe propinquiorem eſſe. Alci. l. prox. de verb. ſig. & latius Tiraq. de retrac. §. 12. gloſ. 1. nu. 5. & 6.

k ¶ Sunt aũt agnati. Sic ff. de le. tu. l. ſũt ãt.

l ¶ Libro. Vt ſup. de leg. agn. tut. §. ſunt.

m ¶ Cognatione. Cognatio eſt genus, agnatio ſpecies. Vnde quiſquis eſt agnatus, eſt cognatus, ſed non conuertitur.

n ¶ Conſanguinei. Quaſi ex eodem ſanguine nati: ceteri agnati † non dicũtur cõſanguinei, vt ff. de ſuis, & legi. l. 2.

¶ Vterini enim non dicuntur conſanguinei l. poſt cõſanguineos, in princ. ff. de ſuis & le. declarat Bart. & Aret. in l. cum quidã. § quod dicitur. ff. de acq. hæred.

** Hic eſt, quod alibi dr cõſanguinitatis ius eẽ ſpẽm agnatiõis §. vulgo. inf. q ſuc. cog. alias cõſan. appellat̃ quoque mõ sãguine cõiũcti ſiue ex latere pr̃is, ſiue mr̃is, ſiue quocũque alio gradu & ſexu ſe attingãt, vt tot. tit. extra de cõſ. & aff. & ita intelligit cõis vſus loquẽdi Bar. & alij i l. cũ qdã. §. quod dr. de acq. hær. inde cõſanguinitas, p coniunctione sãguinis & pr̃ni & mr̃ni. l. 1. & l. cõſanguinit. C. de le. hær. & inf. ti. 2. in princ. verſ. cõſanguineis.

Cognatio eſt genus, & agnatio ſpecies.

† Vide gl. inf. de ſuc. ceſ. cogn. §. vulgo. i verſ. ſpẽs.

o ¶ Inuicem. ſ. filius fratris patruo.

p ¶ Etiam conſobrini. Impropriẽ, vt infr. de gra. cogna. §. 4.

a ¶ Iura consanguinitatis. Scilicet ad suos fratres prius natos: ad reliquos vero agnatos agnationis tantum ius acquiritur, vt supra proximo diximus. Et est verum hoc, si viuente eo, de cuius hæreditate agitur, concepti saltem erant, vt ff. de suis & legiti. hæred. Titius & ff. vnde cogna. l. 1. si quis proximior. Accursius.

** Adde §. cum autem. vbi gl. supra titu. 1. & latius Tiraqu. de retra. ligna. §. 1. gl. 9. num. lxxxj.

ADDITIO.

Alias ex persona sua non succedit, sed bene ex persona patris. Ang.

b ¶ Non tamen, quamuis agnati vocentur ad hæreditatem, non tamen &c.

ADDITIO.

Et sic no. secundum Ang. dispositionem, absolutam debere intelligi secundum ordinis prærogatiuam. Quod facit ad eum, qui accipit in emphyteusim vel cui legatur aliquid pro se & filijs suis, vt videantur esse vocati secundum ordinem charitatis.

c ¶ Dat lex. id est 12. tab.

d ¶ Sed ijs. Et omnibus ijs, vt infra eodem si plures.

e ¶ Certum. Quod est etiam, scilicet facto testamento, quod euanuit, quod dic, vt infr. §. proximus.

f ¶ Per adoptionem quoque, quasi dicat non solum iure naturali constituitur agnatio, sed etiam ciuili, vt per adoptionem. s. quamlibet iure isto, vt dig. ff. de adopt. l. prima, & supra de adopt. in princip. sed hodie per hoc tantum, ex qua transit in potestatem arrogatoris, vt supra titu. 1. §. sed ea. vet sic. nostra autem, sed tamen licet non fiat agnatus, scilicet hodie, quia non transit in potestatem extranei arrogantis: succedit tamen ab intestato patri tantum, non alijs patris agnatis, vt C. de adop. l. pen. §. sed si quidem. Accur.

** Animaduertas, quod Accur. confundit verbum arrogandi cum verbo adoptandi, nam arrogatus transit semper in potestatem arrogantis, §. pen. sup. de adop.

† alias proximiori.

† alias quin.

† alias agnatos.

¶ Ij etiam, qui post mortem patris nascuntur, iura consanguinitatis [a] nanciscuntur.

¶ Non tamen [b] omnibus simul agnatis dat [c] lex hæreditatem, sed ijs, [d] qui tunc † proximiores gradu sunt, cum certum [e] esse cœperit aliquem intestatum decessisse.

¶ Per adoptionem [f] quoque agnationis ius consistit: veluti inter filios naturales [g] & eos, quos pater eorum adoptauit: nec dubium est, quin improprie consanguinei appellentur. Item [h] si quis ex ceteris agnatis suis, veluti frater, aut patruus, aut denique is, qui longiore gradu est, adoptauerit aliquem † agnatus inter suos [i] † heredes esse non dubitatur.

¶ Agnata præter sororem ad successionem defuncti ab intestato per mediam iurisprudentiam excludebatur, licet beneficio Prætoris per. Vnde cognati suorum & agnatorum gradibus deficientibus, admittebatur: postea vero per constitutiones imperiales in successione: Vnde agnati sublata est differentia sexus: connumerantur autem inter agnatos descendentes ex sororibus etiam vterinis si primo gradu sunt. [h] [d]

¶ Ceterum [k] inter masculos quidem agnationis iure hæreditas, etsi longissimo [l] gradu

g ¶ Naturales. Et legitimos, non tamen emancipatos vt ff. de gra. co. l. si filium.

h ¶ Item si quis Non solum pater, de quo dict. §.

i ¶ Suos hæredes esse. Id est, agnascitur alijs agnatis adoptantis, & eis cognatus fit, vt ff. de adoptio. qui in adoptionem.

¶ Ceterum.

CASVS. non figuratur in l. corrigente. Habes n. in tex. rationes vniuscuiusque l. declarat. n. v. Itera. lus 12. tabu. quod pariter vocabat masculos agnatos & agnatas fem. .i. ex virili sexu descendentes, etiam vltra sorores, secundum ius ceterum media iurisprudentia, quæ restrinxit successionem agnatorum, vt vltra sororem non succederet, quia commodius erat &c. vt dicitur in tex. ideo sorores ex benignitate successibiles fecit. quia in 1. gradu, reliquas exclusit. Tertium fuit ius prætorium, quod compatiens feminis non vocauit eas inter agnatos, sed illis deficientibus inter cognatos. Quartum fuit constitutio Iustin. quod considerata identitate gradus & naturæ voluit, quod agnatæ, etiam vltra sorores, pariter succedant cum masculis. Quintum est ius authenticorum hodie vigens, quod remouit differentiam sexus, & pariter succedere voluit secundum gradus prærogatiuam. Not. collige ex prædictis & ex summario. Item, quod bona simplicitas est amica ll. Item, qui dicatur germanus.

† alias deest hæredes.

SYL.

k ¶ Ceterum. Id est certe. vel aliter, lex quidem 12. tab. deferebat hæreditatem agnatis proximis, sed media iurisprudentia cum distinctione: & ideo hic dixit ceterum, pro sed.

l ¶ Longissimo gradu. Id est decimo, vt inf. de succ. cognato. §. si.

a ¶ Fœ-

du sint, vltro citroque capit: Quod ad feminas [a] vero attinet, ita placebat, [b] vt ipsę consanguinitatis [c] iure tantum capiant hæreditatem, si sorores sint, vlterius non capiant: masculi autem earum [d] hę reditates, etiam longissimo gradu sint, admittantur. Qua de causa fratris tui, aut patrui tui filiæ, vel amitæ tuæ hæreditas ad te pertinebat, tua [e] vero ad illas non pertinebat. Quod ideo ita constitutum erat, quia commodius videbatur ita iura constitui, vt plerumque [f] hæreditates ad masculos [g] confluerent. Sed quia sane iniquum erat, in vniuersum eas [h] quasi extraneas repelli, Prætor eas ad bonorum possessionem admittit ea parte, qua proximitatis [i] nomine bonorum possessionem pollicetur: ex qua parte ita, scilicet admittuntur, si neque agnatus vllus, neque proximior cognatus interueniat. [k] Et hæc quidem [l] lex 12. tabularum nullo modo introduxit, sed simplicitatem [m] legibus amicam amplexa, simili modo omnes agnatos, siue masculos, siue feminas, cuiuscunque gradus, ad similitudinem suorum inuicem ad successionem vocabat. Media autem iurisprudētia, quæ erat quidem lege 12. tabul. iunior, [n] Imperiali autem dispositione † anterior, [o] subtilitate quadam excogitata, præfatam [p] differentiam inducebat, & penitus eas a successione agnatorum repellebat, omni [q] alia successione incognita: donec Prætores paulatim asperitatem iuris ciuilis [r] corrigentes, † siue quod deerat adimplentes, humano proposito alium ordinem suis edictis addiderunt, & cognationis linea proximitatis nomine introducta, per bonorum possessionem eas

a ¶ Feminas. Agnatas.

b ¶ Ita placebat. Not. Caute dicit placebat, & non placet, vt inf. eo. §. ver. nos vero. & hoc erat per mediam iurisprudentiam, nō per l. 12. tabu. neque per prętorem, vt inf. eo. §. vers. & hæc quidē, & vers. media.

c ¶ Cōsanguinitatis. i. agnationis.

** Pro hac expositione facit l. 1. C. de legi. hær.

d ¶ Earum. s. feminarum.

e ¶ Tua. s. hæreditas.

f ¶ Plerumq. hoc pp cōsanguineas sorores, de quibus modo dixit.

ADDITIO.

Et hinc sumit ratio statutorum communiter p Italiā, quod stātibus masculis feminę non succedāt, quia statuta ex parte masculorum sūt fauorabilia, & ex parte feminarū odiosa, vt hic per An.

g ¶ Ad masculos, sic, sup. titulo primo, §. itē vetustas.

* Quia nostra interest, & priuatim & publice, vt salua sit familiarium dignitas, l. 1. §. sed & si seruus. de vēt. inspi. quę ablque diuitijs cō seruari nō potest, Bal. in id multa allegās inter cons. Angel. consil. 68. repetito consil. 281. col. 2. facit. l. si in empt. ff. de mi.

h ¶ Eas, id est agnatas feminas.

i ¶ Proximitatis. Id est cognationis.

** Adde pro hac interpretatione text. in §. vlt. & ibi glos. infra de succ. cogna. & in ut. de ser. cogn. in princ. vbi etiam glo. In vsu n. iuris est, vt ꝓximitatis noīe de cognatione specialiter intelligamus, l. 1. & l. ad intestat. C. de leg. hær. & inf. hoc, §. ibi, & cognationis linea ꝓximitatis nomine introducta.]

K ¶ Interueniat. nec aliquis suorum, vt sup. tit. 1. §. admonendi. in fin. §.

l ¶ Et hæc q. dem. quæ. s. in §. ceterum, & §. sed quia. dicta sunt.

m ¶ Sed simplicitatem. remota differentia agnatorū inter masculos & feminas, sic sup. de fideicommiss. her. §. sed quia stipulationes.

n ¶ Iunior. Et sic no. quod lex 12. tabularum est vetustior, quam media iurisprudentia, & quam ius prætoriū.

* ¶ Virgilius. per mediā iurisprudētiam intelligit prudētium interpretationes, quas communi nomine ius ciuile vocamus.]

o ¶ Anterior, idest constitutione anteriori infr. scripta, quæ est. C. de leg. hæredit. l. lege 12. tabul. Accurs.

p ¶ Præfatam scilicet dicta. supra eodem, § ceterum.

q ¶ Omni. Nā ordo cognatorum non erat adhuc. Vel dic etiam deficientibus agnatis † ipsi tamen nō vocabantur.

r ¶ Iuris ciuilis. i. mediæ iurisprudentiæ, quod scilicet ciuile dicitur, vt ff. de orig. iur. l. 2. §. hæc disputatio. Accurs.

† alias antiquior.

† Epanorthosis.

† alias ipsæ.

a ¶ Iis. s. mulieribus agnatis vltra sorores,
b ¶ Vnde cognati sic dicta, quia per eam cognati vocantur. Accursius.
c ¶ Nos vero. Hic Iustinianus loquitur.
d ¶ Laudamus quidem prætores.

o ¶ Existimauimus, vt C. de leg. hæred. l. lege 12. tab. §. 1. & §. in his.
p ¶ Tantúmmodo, id est non vlterior. proximior tamen sic: vt ipsæ sorores, vel fratres, vterini vel vterinæ, vt sequitur, vt C. de leg. hæred. l. fin. §. sed neque.

adiuuabant, & pollicebantur ijs [a] bonorum possessionem, quę vnde cognati [b] appellatur. Nos [c] vero legem 12. tabul. sequentes, & eius vestigia in hac parte conseruantes, laudamus quidem Prætores [d] suæ humanitatis, non tamen eos in plenũ huic causæ [e] mederi inuenimus. Quare [f] etenim vno eodemque gradu naturali concurrente, & agnationis titulis [g] tam in masculis, quam in feminis, æqua lance constitutis, [h] masculis quidem dabatur [i] ad successionẽ venire omnium agnatorum, ex agnatis autem mulieribus nulli penitus, nisi soli sorori, ad agnatorum successionem patebat aditus? [k] Ideo nos in plenum omnia reducẽtes, & ad ius 12. tabularum eandem † dispositionem exequãtes, nostra constitutione [l] sancimus, omnes legitimas personas, id est per virilem sexum descendentes, siue masculini generis, siue feminini sint, simili [m] modo ad iura successionis legitim ab intestato vocari secundum sui gradus prærogatiuam: nec ideo excludendas, quia consanguinitatis [n] iura, sicut germanæ, non habent.

¶ Hoc etiam addendũ nostræ constõni existimauimus, [o] vt trãsferatur vnus tantummodo [p] gradus a iure cognationis in legitimam [q] successionem. vt non solum fratris filius & filia (secundum quod iã definiuimus †) ad successionem patrui vocẽtur, sed ẽt germanæ, [r] cõsanguineæ, vel sororis vterinæ [s] filius & filia soli, & nõ deinceps [t] personæ, vna cũ his ad iura auunculi sui perueniant: & mortuo eo, qui patruus quidem est sui frĩs filijs, auũculus autẽ sororis suæ soboli, simili mõ ab vtroque latere succedãt, tanquã [u] si omnes ex masculis descẽdentes, legitimo iure veniant. s. vbi

ADDITIO.
Nota quod ille est laudandus qui est inuentor alicuius ordinationis siue dispositionis, licet non æque perfecte adinuenerit, quia facile est inuentis addere, vt l. 1. C. de vet. iure enuc. Ang.
e ¶ Huic causse, id est expulsioni agnatorum.
f ¶ Quare. etenim. Bene dico fote prouidendum agnatis feminis, quare etenim, &c.
g ¶ Titulis, id est nominib. Accursius.
h ¶ Constitutis, id est ordinatis. Accursius.
* ¶ Aequa lance prouerbialiter dicimus de ijs, quæ similia sunt.]
i ¶ Dabatur. i. concedebatur. Accurs.
k ¶ Adit⁹. Certe non erat rõ iusta vel sufficiens licet aliqua sit, vt sup. eo. §. ceterum. in fine.
l ¶ Constitutione vt C. de legi. hæred. l. lege 12. tabul. Accurs.
m ¶ Simili modo. i. hinc inde. Vel dic ita feminæ vt mares.
¶ n In Consanguinitatis, Id est, licet non sint sorores, quæ germanæ vocantur, quasi ex eodem germine natæ.

q ¶ In legitimam successionem, scilicet agnatorũ.
r ¶ Germanæ Idest natæ ex eodẽ patre, & matre cum defuncto.
* ¶ Verius est hic intelligi de sorore ex eodem patre nata, licet non ex eadem matre, quod indicat verbum, consanguineæ dictioni germanæ annexum, Iustinia. enim modo germanæ modo sororis nomine vtitur, vt vitet tautologiá, non quod ex se diuersa significent.
s ¶ Vterinæ. i. natę ex eadem matre tãtum.
t ¶ Deinceps. i. vlteriores, siue in gradu remotiores.
u ¶ Tãquam.
ADDITIO.
No. ex hoc textu, ꝙ isti improprie sũt agnati: & ĩõ nõ cõprehenderẽtur in statutis loquentib⁹ de agnatis. Ang.
** Adde idẽ eẽ in frẽ vterino itaque si (v.g.) lex municipalis præferat agnatos quocũque gradu cognatis extenteque cõsanguineus, & frater vterinus, rñsũm est, vterinum non succedere, cessat. n. in eo agnationis conseruãdæ ratio; quæ sola legislatorem mouit, Bald. l. lege. C. de legi. hær.]

Inuentis addere facile est.

† Hinc not. Doc. quod illa interpretatio tanquã benignior amplectẽda, est, quare vertimur ad ius antiquius, & cõmune.

† Supra eo. §. sunt.

a ¶ Super-

frater & soror superstites [a] non sunt. His etenim personis pręcedentibus, & successionem admittentibus, ceteri gradus remanent penitus semoti, videlicet hæreditate non in stirpes, sed in capita [b] diuidenda.

¶ Lege 12. tabul. gradus proximior vocatur, & in eo gradu plures sunt, omnes admittuntur. h.d.

¶ Si plures [c] sint gradus agnatorum, aperte lex 12. tabul. proximum vocat. Itaque si (verbi gratia) sint defuncti frater, & alterius fratris filius, aut patruus, frater potior habetur. [d] Et quamuis singulari numero † vsa lex 12. tabul. proximum vocet, tamen dubium non est, quin si plures sint eiusdem gradus, omnes admittantur. Nam & proprie proximus ex pluribus gradibus intelligitur, & tamen non dubium est, quin licet vnus sit gradus agnatorum, pertineat ad eos hęreditas.

¶ Proximus inspicitur tempore testamenti destituti, quando testamentum factũ est, aliás autem tempore mortis testantis. Aret.

¶ Proximus [e] autem (si quidem nullo testamento facto quisquam decesserit) per hoc tempus requiritur, quo mortuus est is, de cuius hæreditate quæritur. [f] Quod si facto testamento quisquam decesserit, per hoc tempus requiritur, quo certum esse cœperit nullum ex testamento hęredẽ exiturum. Tunc enim [g]

Filijs tuis succedunt cũ patruo & in stirpes fit diuisio.

SYL.

† verba l. retulimus sup. tit. 1. §.1.

SYL.

a ¶ Superstites. Hoc corrigitur per auth. cessante. C. de leg. hær. quia cum his admittuntur. Itẽ & in alio, quod subijcitur, hic. §. corrigitur, quia in stirpes fit diuisio hodie, sed post hos filios fratrum fit diuisio in capita, vt in authẽ. de hær. ab intesta to veni. §. reliquum. colla. 9. & in authẽt. vt fratrum filij, § 1. coll. 9. Vel dic, quod dicitur in auth. in stirpes diuidi, verum est quãdo cum alijs s. patruis vocantur nepotes, aliás in capita, vt hic.

Dic quod in hoc articulo variæ fuerunt doctorum sententiæ, an scilicet quando filij pluriũ fratrum succedũt patruo succedant in stirpes vel in capita. Io. Fab. hic dicit communẽ opi. esse, q̃d inter filios fratrum hereditas in stirpes diuidatur, inter ceteros vlteriores gradus in capita. Bal. vero dicit hic opi. cõem esse glo. hic. Tu vero tene opin. glo. quam defende vt per Præposi. Senẽ. in 7. casu. q. 6. per totum. & ego aliás disputaui hanc conclusionem.

b ¶ in capita, sup. tit. 1. in fi. contra. Solu. ibi de descendentibus loquitur, hic de collateralibus.

¶ Si ergo vis scire, quando in capita, & quãdo in stirpes hęreditas deferatur, dic, q̃ quãdo descendentes vocantur ad hæreditatem ascendentium diuiditur in stirpes. § cum filius, sup. titu. 1. quando vero ascendentes soli vocantur, seruatur dispositio. §. consequens in auth. de hæred. ab intestato veni. quando vero ascendentes cum transuersalibus, diuisio fit in capita, §. si vero. d. auth. nisi essent ẽt præmortui fratris filij, qui vocantur ad partẽ patris, auth. vt fra. filij. quãdo vero succedunt plures collaterales in diuersis gradibus, fit diuisio in stirpes, quando vero sunt eiusdem gradus, est q. gl. præce. dic vt ibi.

** Varias opin. Doct. circa hoc refert Tiraq. in tract. de retra. lign. §. 11. gl. 12. quem omnino videas, quotiescunque inciderit aliqua quæstio huius rei, quia diligẽtissime omniũ hanc materiã pertractauit. ]

c ¶ Si plures sint sic i auth. de hære. ab intesta. veni. §. si vero neq. fratres. collat. 9. & ff. de suis & legi. hære. l. 2. §. hæreditas.

d ¶ Habetur, hoc corrigitur vt sup dixi per auth. cessante. Accur. Not. q̃ hæc correctio non habet locum in fideicõmissis, & sic in dispositione testamentaria. Rub. Alex. cõs. 37. 38. 39. & 40. ** Adde huic text. q̃ proximus est, quem nemo antecedit, & proximi appellatione etiam ille continetur, qui solus est. l. proximus. & l. proximi. de verb. sign.

¶ Proximus ãr. CASVS in §. regulam tradẽte non esset figurandus, tamen ratio dubitandi poterat esse ex eo, quia videbatur semper inspiciendũ tempus mortis illa ratione, quia quamuis testamentum destituatur, postea tamen re vera non dicitur tunc decedere intestatus, sed defertur hęreditas à morte. l. hæres quãdoque. ff. de acquiren. hæredita. cuius contrarium dicitur, quia tunc est inspicienda proximitas, quando hæreditas defertur. Nota summarium, & text. ]

e ¶ Proximus, sic sup. tit. 1. §. cum autem.

f ¶ Quæritur sic sup. eo. §. non tamen.

g ¶ Tunc enim, scilicet cum non aditur hæreditas ex testamento.

* ¶ Adde, q̃ in quibusdam vetustis codicib.

verba

verba textus ita se habent. Tunc enim etiã proprie &c. cui cõgruit quod scribit Vlpianus in l. 1. in princ. ff. de suis & legiti.

SYL. 3 Longo tempore. Id est post mortem.
Placebat. [illegible] solum literaliter figuratur in §. corrigẽte, pręsertim quia habet rões correctionis, ibi, cum satis absurdum. Nota summariũ, & bene attendantur verba text. quia sunt satis obscura.]
b Placebat. scilicet ex lege duodecim tabularum
c In eo genere scilicet iure successionis.
Successorium edictum. d Successionem non esse. Id est successorium edictum inter agnatos locum non habet scilicet de persona in personam, sed inter cognatos sic, vt ff. sequitur, & ff. de succ. edi. l. 1. §. quibus, sed de ordine in ordinem, seu capite in caput sic, † vt de liberis in agnatos, de agnatis in cognatos, & post in virum & vxorem, vt sequitur. vt ff. si tab. testa. nullę extabu. l. 1. 1. resp.
† aliàs successionilocum.
†[No. prouidentia, ord capitt siue ordo ẽ gradus & sũt quatuor, vñ liberi, vnde agnati, vñ SYL. cognati, & vñ vir, & vnum quodque decõrũ cõtinet sub se plures grad⁹, puta in Vñ libe. sunt primo filij, scdo nepotes, tertio prone
e An autẽ iste §. habeat locum in suis, est pulchra disputat. quã latè attingit post alios Lud. Gozad. in repe. l. q se patris. C. vn de li. in 24. col. & seq.]
e Nihilo magis. Id est non idcõ magis.

proprie quisque intestatus decessisse intelligitur. Quod quidem aliquando longo tempore [a] declaratur. In quo spacio temporis sępe accidit, vt proximiore mortuo proximus esse incipiat, qui moriente testatore non erat proximus.

¶ Hodie locus est successorio edicto de persona in personam, licet olim esset de ordine in ordinem. h. d.

¶ Placebat [b] autem in eo genere [c] percipiendarum hæreditatum † successionem [d] non esse, id est, vt quãuis proximus, qui secundum ea, quæ diximus, vocatur ad hæreditatẽ, aut spreuerit hæreditatem, aut antequam adeat decesserit, nihilo magis [e] legitimo iure sequentes admittantur. Quod iterum Prætores imperfecto iure corrigentes, non in totum sine adminiculo relinquebant sed ex cognatorum ordine eos vocabant, vt pote agnationis iure eis recluso. Sed nos [f] nihil perfectissimo iuri deesse cupientes, nostra constitutione, quam de iure patronatus humanitate suggerente protulimus, [g] sancimus successionem in agnatorum hæreditatibus non esse eis denegandam, cum satis [h] absurdum erat, quod cognatis à Pretore apertum [i] est, hoc agnatis esse reclusum, maxime [k] cum in † onere quidem tutelarum & primo gradu [l] deficiente, & sequens † succedit, & quod in onere obtinebat, non † erat in lucro permissum.

¶ Hodie parens præsumitur contracta fiducia emancipare semper, & ideo vocatur ad successionem, licet olim secus esset. hoc dicit.

¶ Ad legitimam [m] successionem nihilominus vocatur etiam parens, [n] qui contracta fiducia filiũ, vel filiam, nepotem, vel neptem, ac deinceps emãcipat, quod ex nostra constitutione [o] omnino inducitur, vt emancipationes liberorum semper videãtur quasi

f Sed nos loquitur Iustinia.
g Protulimus. C. in Græco.
h Cum satis. ratio prima.
i Apertum est. f. successorium edictum de persona in personam.
K Maxime. ratio secunda.
l Gradu. agnatorum.
m Ad legitimã. Est enim filius agnatus patri proximus, vt ff. de suis & le. l. filius. non tollitur per capitis diminutioné, sicut neque inter fratres, vt hic, & C. de legi. tut. l. 4. Accur.
Filius est agnatus patri.
SYL. Adde, quod docto. ex hoc text. inferunt patrẽ vt agnatum succedere filio emancipato, quòd est falsum, vt late probat & [illegible] interpretatur hũc tex. Prep. Sen. in 8. casu. q. 9.]
† alias onus.
† aliàs succedat.
† alias eẽ.
n Parens. secus, contra, vt sup ti. 1. §. emãcipati.

ADDITIO.
Et erat ratio diuersitatis quia pater multum conferebat filio per emancipationem se expoliãdo priuilegijs patriæ potestatis, ideo in recompensationem admittebantur ad eius hæreditatem. Ang.
o Constitutione, vt Cod. de emancipat. liber. l. finali. Hoc idem refertur, infra de bonor. possess. parag. quæ autem.

potes & deinceps, & eodẽ modo in quo libet capite.

a Con-

a ¶ Contracta fiducia. Sic dicendo: Ius succedendi in bonis tuis mihi reseruo. vel etiã sic. E mancipo te contracta fiducia.

SYL. * ¶ Declara vt dixi, sup.iii.de leg.par tut. & tit.sequen.iam in Commen. quam in Ann. nã fiducia vocatur is cõtractus, quem vulgo pactum de retrouendendo dicimus, itaque quoties pater in emancipatione, quæ olim per imaginarias venditiones fiebat, de quibus dixi late in Annot. & retuli. supra quibus modis ius pa.pot. sol. §. præterea cũ emptore illo imaginario paciscebatur de remãcipãdo sibi filio, vt scilicet ipse, non autem emptor illum manumitteret, contracta fiducia emãcipare dicebatur, quo casu pater naturalis, qui filium ita in seruilem casum deductũ recipiebat receptumq. manumittebat loco patroni habebatur, eademque iura in eius bonis acquirebat, quæ a l.12. tabu. tribuuntur patrono in bonis liberti. Hinc successio filiorum sic emãcipatorum hoc loco vocatur legitima, quia ex l.12. tabu. deferri intelligitur exemplo successionis libertorum. inf. de succ. lib. in princip. sicut & ipsa tutela, supra de leg. par.tut.]

† alias Tertyll.

contracta a fiducia fieri, cum apud veteres non aliter b hoc obtinebat, nisi specialiter contracta fiducia parens manumisisset.c

¶ De senatusconsulto †Tertulliano.

¶ Lege 12. tabularum mater non succedebat filio ab intestato, nec contra filius matri, sed ex constitutione senatusconsulti Tertulliani, si ingenua tres, libertina quatuor liberos enixa fuerat, illis ab intestato succedebat. Aretinus.

L Ex duodecim tabula. ita stricto iure vtebatur, & præponebat d Masculorum e progeniem, & eos qui per feminini sexus necessitudinem f sibi iunguntur, adeo expellebat, vt ne quidem inter matrem, & filium g filiamve vltro citroque hæreditatis capiendæ ius † daret, nisi quod Prætores ex proximitate cognatorum eas

b ¶ Non aliter. † quod non erat rectum, vt ff. de reg.iur.l.secũdum naturam, & sup. de legi.patro. tut. in fi. & inf. de emp. & vend. §. cum autem. circa med. nam qui sentit incõmodum, sentire debet commodum, vt dicunt iura superius allegata & econuerso. nõ est enim ferendus qui lucrum amplectitur, onus autem subire recusat, C. de cadu.toll.l. vnica.§. pro secundo. in fi.

† Ista gl. nõ est Accursij, sed additio parũ ad hunc text. pertinens.

c ¶ Manumisisset. Id est emancipasset. sic, ff. quando actio. de pecul. est an.l.prima, §. alienatio.

¶ Dic, quod stat pprie, quia de iure antiquo manumittebatur, qñ fiebat per imaginariã venditionem, vt alias suo loco declaraui.]

¶ De Senatusconsulto Tertulliano.

Continuatio. ¶ Post agnatos de quibus sup. succe dũt cognati, ideo sequebatur videre de cognatis; verum licet mater & filius sint cognati, tamé ex speciali prouisione sibi ad inuicem, vt agnati succedunt, vt inf. de succ. cognat. in princ. ideo post alios agnatos ante cognatos ponit de successione matris ad filium, & econtra Areti.

Differentia huius tit.iii. & sequẽtis notari potest in his versib. Matri dat Mestæ genitũ bona Tertullianum. Fili maternas ubi res dabit Orficianum. Versus.

L Ex duodecim. Diuisio.

¶ Totus iste titulus diuiditur in quinque partes. Primo, q; ex lege duodecim tabularum mater ad hæreditatem filij, & econtra nõ admittebatur. Secundo, qualiter admittebatur ex senatusconsulto Tertulliano. Tertio, quæ personæ præponebantur tunc matri. Quarto constitutionem Tertulliani remouet. Quinto remouet alias constitutiones. Secunda ibi, Et primus. Tertia ibi, Præferuntur. Quarta ibi, Sed nos. Quinta ibi, Sed cum antea.

† alias daretur.

¶ CASVS non figuratur aliter, quia hoc princip. refert iuris antiqui dispositionem, quod hodie tanquam correctum non est in consideratione. Nota summarium. Item, q; strictum iuris est, quod spreta æquitate & humanitate rigorem imitatur. Item, quod vbi rigor & æquitas scripta sunt, præfertur æquitas. Item, quod ius quibusdam matribus a Claudio tributum, non trahebatur ad omnes.] SYL.

d ¶ Præponebat. Improprie. (i) nã cognatos nullo modo vocabat, vt sequitur.

ADDITIO. (1) Nam proprie non dicitur præponi illi qui non sequitur, quamuis proprie proximus dicatur quẽ nemo sequitur, vt ff. vnde cog.l.1.§. prox. Ang.

e ¶ Masculorum progeniem. id est agnatos, vt sup. tit.1. in princ.

f ¶ Necessitudinem .i. cognationem, nam dicũtur cognati necessarij, vt ff. de iust. & iur.l.fi.

* ¶ Quid proprie significet necessitudo, & qualiter in iure accipiat, explicauimus. sup. de susp.tu. in Ann. post Aul.Gel.lib.13.c.3.

g ¶ Matrem & filium. qui adinuicem sunt cognati, vt inf. de succe.cog.§. vulgo.

a ¶ Iu-

Ius qñque dr̃ iniquũ.

a ¶ Iuris angustiæ. Not. ius dici angustiosum, alias iniquũ dicitur, vt inf. de suc. lib. in princ. & ff. quod quisque iu. l. 3. in princ.
b ¶ Postea. scilicet post legẽ 12. tab. & per Diuum Claudium, & per senatuscõsul. Tertul. vt sequitur.

** Ratio S.C. Tertull. fuit, vt mulieres magis operam darẽt liberis, eisque ciuitas repleretur, quod maxime veteres curabãt, & ob id multa fœcundis mulierib⁹ præmia constituebant. Hinc l. quoque Colũ. scribit, moris apud veteres fuisse, vt ancillis, quæ tres liberos peperissent, vacationem, † quæ plures, libertatem concederent. Eadem ratione, olim matronis, quæ filios progenuissent, lecticarum, ac margaritarum vsum permissum fuisse crediderim, cum alijs esset lege prohibitus, vt apud Eusebiũ relatum extat.

† sic l. fin. C. de insti. & subst.

personas ad successionem bonorum possessionis Vnde cognati accommodata, vocabant. Sed hæ iuris angustiæ a postea b emendatæ sunt. Et primus quidem Diuus Claudius matri ad solatium liberorum amissorum, c legitimam eorum d tulit hæreditatem. Postea autem senatusconsulto Tertulliano, quod Diui Adriani temporibus factum est, plenissime de tristi † successione matri, non etiam auiæ, e deferenda cautum est, vt mater ingenua trium liberorum ius habens, f libertina quatuor, ad bona filiorum g filiarumve admittatur † intestato mortuorum, licet in potestate † parentis h sit, vt scilicet cum alieno iuri subiecta est, iussu i eius adeat hæreditatem, cuius iuri subiecta est.

† alias in testatorũ.

† Concor. l. filij. ff. c.

¶ Filij defuncti excludunt matrem vsque in infinitum. Idem in patre, & fratre, qui etiam matrem excludunt. Soror autem defuncti vna cum matre admittitur. Aret.

¶ Præferuntur autem matri liberi k defuncti, l qui sui sunt, quive suorum m loco sũt,

c ¶ Amissorum. scilicet in acie principis, vt argu. sup. de excu. tu. in princip. vel dic, q̃ generaliter statuit, vt C. de inoffi. testa. liberi prima verior est.

SYL. ¶ Et ita est communis, si enim generaliter esset à Claudio prouisum, frustatoria esset dispositio Tertul.

** ¶ Tranquillus scribit Claud. Cęs. constituisse feminis ius quatuor liberorum.]

d ¶ Eorum. s. filiorum.

e ¶ Auiæ. Etiam hodie auia succedit sicut mater, vt in auth. de hæ. ab intest. veni. §. Consequens. coll. 9.

f ¶ Trium liberorum ius habens, i. tres habens filios, non autem in potestate, vt sup. de ado. §. feminæ. quos tres habere videtur, etiam si tergeminos peperit, secundum leõ. vt ff. de verb sig. l. ter enixa.

* De iure trium liberorũ Dio li. 55. in hunc sensum scribit, Liuia in numerum matrũ, quæ tres liberos peperissent, relata est, quibus n. fortuna seu virorum, seu mulierũ nõ permisit toties parere, harum quibusdã lex primum quidem per Senatum, nunc autem per Imp. in beneficij loco iura earum, quæ toties pepererũt, tribuit, vt neq; ipsæ sterilium pœnis subijciantur, & præmia fœcunditatum, præter pauca quædam, consequantur, quæ homines tantum, sed etiam Dij inuenerunt, ut si quis moriens aliquid eis reliquerit, id illæ accipiant.

** Extat etiam de iure trium liberorum pulcherrima epistola Pl. secundi lib. 10. epistola. epist. 2. Sed nec illud quoque prætereundum videtur, quod apud A. G. lib. 3. cap. 16. legi. hoc ius matribus profuisse, tam & si filij statim decessissent.]

g ¶ Filiorum, quod dic, vt supra de hæred. quæ ab intest. §. 1. & 2. & §. emancipati. & §. itẽ vetustãs. ver. Diui.

h Parentis. s. mater. Et ita no. de iure Romanorum vxorem alicuius esse in potestate parentis, (1) non mariti, nisi quo ad debitum carnis, aliud de iure Longobardorũ, vt hic, & C. de cond. inser. si vxor. & in Longobarda qualiter mulieri alienare permissum sit. l. 1. Tenetur tñ operari viro vxor, vt l. sicut. cum ibi notatis. ff. de oper. liber.

Vxor non est in potestate mariti.

ADDITIO. (1) Et ideo non potest testari, nec codicillari, etiam cum consensu patris. vt per Ang. hic.

† Anton. Aug. lib. 2. emenda. cap. 5. ait, hæc verba parenthesi inclusa, non esse in vetustis codicibus, & recte. nam alias verba sequentia essent superflua cum propioris sobrini, filij sunt ijdem, qui sobrini.

† alias sobrinæque

a ¶ Generata persona gradum. Hoc est verum si vna ab vna non si plures ab vna, vt ff.eo.iurisconsultus.§.transeamus.

¶ Et sic in linea directa non est differētia, sed fit computatio pariter secundum quod in hoc versu cōtinetur. Personas numera quot sunt a stipite dempto. id est quot sūt personæ generatæ a stipite computatis ēt omnibus intermedijs, & ijs, de quorū gradu & coniunctione quæritur, dempto tamen, id est nō computato stipite, tot sunt gradus, & toto gradu distant eæ, de quibus quærimus. quæ regula de iure ciuili etiam procedit in collateralibus, sed de iure canonico procedit solum inter ascendentes & descendentes.]

intelligere, quemadmodum vlteriores quoque gradus numerare debeamus, quippe semper generata [a] persona gradum adijcit, [b] vt longe [c] facilius sit respōdere quoto [d] gradu quisque sit, quam propria cognationis appellatione quenquam denotare.

¶ Et hoc est verum ex omni ordine graduum, secundum nos.†

¶ Sed secundum canones ex latere transuerso aliud est, nam quem nos dicimus in secūdo, ipsi dicunt in primo, & quem nos in quarto, ipsi in secundo, & sic de singulis vt in decret.35.q.5.c.2. Sed fuit eorum consideratio bona propter matrimonia † nostra etiam bona propter hæreditates, quæ per gradus deferuntur, vt infra de bonorum possessione, §.adhuc autem, & ff.eod.l.iuriscon.in princ.

¶ In linea ergo transuersali secundum cano. accipe hāc regulam, quoto gradu alteruter eorum, de quibus queritur, distat a stipite, si ambo æqualiter distēt, vel quoto gradu remotior a stipite distat, si distant inęqualiter, toto gradu inter se distinguuntur. Regula autem secundum ius ciuile est, vt computatis ijs de quibus quærimus, & omnibus intermedijs, a quibus ipsi procedunt, dēpto stipite: quot sunt personę, tot sunt gradus, & ita teneas, quia regulę verissimę sunt, & quę præstant facilem intellectum graduum, & eorum computationis.

ADDITIO. Idem in statutis & pactis, vbi de pacto non agitur, secundum Angel. hic. Et no. hanc glo. quæ allegatur quotidie, quod in concernentibus peccatum præualet ius canonicum etiam in terris imperij, & econtra in non concernentibus peccatū præualet ius ciuile etiam in terris ecclesiæ, vt per Ang.

b ¶ Adijcit. Hic potest colligi diffinitio gradus, vt dicatur: Gradus est numeratio singularum personarum cognatione vel affinitate sibi cōiunctarum, quoto gradu vna persona distat ab altera optime indicās Dictus quasi lapideus gradus, vt ff.eo.l.iuriscōsultus, §.gradus. Accur.

¶ Gl. male loquitur, qa numeratio est actus numerādi, nō genus, & gradus non est actus numerandi. Item dum ponit verbum gradus, in diffinitione, cum illud sit diffinitum. Vnde dic gradū cognationis. quātitatem esse propinquitatis, qua personę cognate inuicem distinguuntur.

¶ In gradibus agnationis, & cognationis similis est computatio; Et quia facilius ostenditur res ad oculum corporalem, quam intellectualem, ideo necessarium est hic arborem consanguinitatis inseri bi. Angelus Aretinus.

¶ Agnationis quoque

ADDITIO. Gradus secundum doct. aliter diffinitur.

¶ Gradus est distantia vnius personæ ab alia in linea consanguinitatis. Vel est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quota agnationis, vel cognationis, seu affinitatis distantia.

c ¶ Longe facilius sit. Propter duas rationes, & quia vltra trinepotem vel tritauum vocabula non inueniuntur specialia, sed superiores & inferiores vocantur, vt ff.eod. l. fina.§ parentes: & quia sunt plura negotia quam vocabula, vt ff. de præscript. verb.l.4. Sed vsque ad quem numerabimus? Respon. vsque ad septimum cognatorum, & vsque ad decimum agnatorum, vt ff. eod. l.non facile, & sup.titu.t § fin. nisi ratione demonstrandi vellemus vlterius numerare, non vtilitatis, licet decretistæ hic aliter dicant.

ADDITIO. Not. quod decretistæ contrarium dicunt solum in collaterali linea, non autem in directa. vt sup.dixi. Si vis ergo scire de duobus agnatis quoto gradu distant de iure ciuili, incipe ab vno, & computa ab illo ascendendo ad personam mediam, ex qua omnes descendunt, & postea descende ab illa vsque ad illam, quam vis computare, & apparebit quoto gradu sit. Sed de iure canonico incipias a persona, ex qua descendunt personæ, de quarum gradu agitur, verbi gratia, vis scire quoto gradu sunt filij duorum fratrum de iure canonico, incipe ab auo, & fac vnum gradum ad filium, & de filio ad nepotem ex alio fratre, qui similiter est in secundo gradu. Vnde quoto gradu quilibet distat a stipite, tali gradu sunt inter se, remotior autem addit gradum, vt in cap.ad sedem.35.quæst.5. Angel.

d ¶ Quoto gradu. Scilicet octauo, vel decimo,

† Et sic in directa linea ascendentium & descendentiū nō est differētia, quia vtroq. iure si psonę, de qb. agitur SYL. distant ęqualiter, toto gradu distant inter se, si inæqualiter toto gradu distāt, quoto distat remotior.

† Ipsi .n. incipiunt a psona ex qua descēdūt illi, de quo tamē gradu agitur. Sed de iure ciuili incipim9 ab vno ex istis, de qbus agit, extēdendo SYL. ad stipitē, & ab eo iterū descēdendo ad alium, & quoto gradu distat remotior, toto gradu distant inter se, vt hic per docto.

Negotia plura sūt, quam vocabula.

a ¶ Agnationis. Eodem modo. scilicet adiecta persona.

b ¶ Per aures. Vnde Horatius in arte poetica: Segnius irritant animos demissa per aures: Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus.

c ¶ Adipisci. Vnde quidam habent hic arborem.

ADDITIO.

Et in veritate esse debet, cum text. & glo. illã requirant.

Figura hæc arborea licet ad decimũ deberet gradũ agnatorum protendi, aut saltẽ vsque ad septimum cognatorum, cum vsque ad eum per leges deferantur successiones supra de succ. cog. §. fi. & ff. de gradi. l. non facile, eam tamen vsque ad quartum dũtaxat gradum impressori persuasimus extendendam, vt & gradus eodem modo [a] numerantur. Sed cum magis veritas oculata fide, quam per aures [b] animis hominum infigatur, ideo necessariũ duximus post † narrationem graduum eos etiam præsenti libro inscribi, quatenus possint & auribus, & oculorum inspectione adolescentes perfectissimam graduum doctrinam adipisci. [c]

† alias enarrationem.

aptiorem posset sedem occupare, & lectoribus quibusque faciliorẽ suipsius cognitionem exhibere. Nec id ipsum graduum notitiã quoquo pacto impedit, qui enim duorum, triumve computationem agnouerit. illam etiam in centesimũ vsque gradum & eo amplius (si opus sit) deducere poterit. Quippe semper ĝnata persona gradum adijcit, vt longe facilius sit respõdere, quoto gradu quisque sit, quam propria cognationis appellatione quenquã denotare, dicit §. hactenus. sup. eodem plura enim sunt negotia quam vocabula, vt ff. de præscriptis verbis. l. quarta.

SYL.

Sequitur arbor[cu]la.

IIII Abauus Abauia IIII

IIII Propatruus Proamita V
III Proauus Proauia III
IIII Proauunculus Promatera V

IIII Horũ filius filia VI
III Patruus magnus Amita magna IIII
II Auus Auia II
III Auunculus magnus Matera magna IIII
IIII Horum filius filia VI

IIII Horum nepos neptis VII
III Propior sobrinus propior sobrina V
II Patruus Amita III
I Pater Mater I
II Auunculus Matera III
III Propior sobrinus propior sobrina V
IIII Horum nepos neptis VII

IIII Horũ pnepos proneptis VIII
III Horũ filius filia VI
II Fr prüelis ut amitæ soror patruelis amit IIII
I Frater. II
I Soror II
II Cõsobrinus Cõsobrina IIII
III Horũ filius Filia VI
IIII Horũ pnepos proneptis VIII

IIII Horum nepos neptis VII
III Horũ filius filia V
II Fratris filius filia III
I Filius filia. I
II Sororis filius filia III
III Horum filius filia V
IIII Horum nepos neptis VII

IIII Horum nepos neptis VI
III Fratris nepos neptis IIII
II Nepos Neptis II
III Sororis nepos neptis IIII
IIII Horum nepos neptis VI

IIII Fratris pnepos pneptis V
III Pronepos Proneptis III
IIII Sororis pnepos pneptis V

IIII Abnepos Abneptis IIII

## ARBORIS CIVILIS declaratio peculiaris.



RADVS, lineæ, & conſanguinitatis, diffinitionibus omiſſis ſciendum, quod numeratio punctorũ, qui ſunt in cellulis, eſt numeratio graduum habito reſpectu ad cellulam vacuã à qua omnes ſumunt nomen exceptis ijs qui per genitiuum nominãtur. Hanc Ioann. Andr. nomine ſui bidelli Petrucium vult vocari. Puncta, quæ ſuperiora ſunt, computationem iuris canonici denotant: illa autem, quæ inferiorem locũ retinent, computationem ciuilis iuris exprimunt: quod canonico ſubeſſe ipſa graduum ſituatio declarat. Ex prædicta computatione ſi diligẽter inſpicitur, apparet, quod in aſcendentium & deſcendentium numeratione ius vtrinque concordat: quia in eis perſona adduæ perſonæ per carnis propagationem gradum adijcit.

Vt autem hæc arbor cunctis innoteſcat, notandæ ſunt tres regulæ.

¶ Prima; Aſcendentium & deſcendentium quot ſunt perſonę, de quibus quæritur, computatis intermedijs, vna dempta, tot ſunt gradus inter eas. Verbi gratia, abauus diſtat à Petrucio quatuor gradibus: & ſic de alijs.

¶ Secunda (ſecundum ius ciuile, cuius tantum gratia hæc arbor fuit hic impreſſa) talis eſt. Collateralium in linea æquali quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite, toto duplicato diſtant inter ſe, vel ſibi attinent: vt P. & pronepos propatrui diſtant octo gradibus, cum abauum ſtipitem facit. Nam ſecundum leges quælibet perſona gradum facit in collateralibus. Vnde duo fratres duos efficiunt gradus.

¶ Tertia. Collateralium in linea inæquali quot ſunt perſonæ (ſtipite dempto) tot ſunt gradus. Vnde Petrucius diſtat à propatruo quinque gradibus, ab eius filio ſex, & ſic de alijs.

¶ Non inutile forſitan iudicabitur, ſi quid de computationis diuerſitate inter ius ciuile & canonicum ſubiunxerimus. In legibus ob nihil aliud ipſa graduum mentio facta eſt, niſi vt hæreditas vel ſucceſſio ab vna ad alteram perſonã inter conſanguineos deferatur. In canonibus vero ob hoc progenies computatur, vt apte monſtretur vſque ad quotam generationem à conſanguineorum nuptijs ſit abſtinendum. Hac ergo de cauſa, quia hęreditates nequeunt deferri, niſi de vna ad alteram perſonam, idcirco curauit ſęcularis Imperator in ſingulis perſonis ſingulos perficere gradus: quia vero nuptiæ ſine duabus nõ valent fieri perſonis, ideo ſacri canones duas in vno gradu conſtituere perſonas. Hæc habent plene, cap. 2. 35. quæſtione quinta. & fermè per totam illam quæſtionem. Et hoc idem notat hic Chriſtophorus Porcus in verſiculo, Circa primum ibi, ſecunda differentia. & Ioannes And. in declaratione huius arboris.

Multa dies, variuſque labos, huiuſce parauit
Artis notitiam, quæ modo clara patet.

CHRISTOPHORI PORCII IN arborem, & ipsius intelligentiam quæstiones plurimum utiles.



RO declaratione iuris canonici & ciuilis, & etiam intelligentia huius materiæ : & eorum, quæ pertinent ad illam, quædam videnda sunt. Primo, qualiter fiat dinumeratio graduum de iure ciuili, & de iure canonico secundum vtriusque iuris rationum diuersitatem. Secundo, vsque ad quem gradum deferuntur hæreditas & tutelæ. Tertio vsque ad quem gradu copula matrimonialis impediatur. Quarto, vsque ad quem gradum possit Papa dispensare.

¶ Circa primũ dicite ꝙ quo ad lineã ascẽdentem nulla est differentia interius ciuile & ius canonicum, vtroque enim iure pater & mater sunt in primo gradu ascendentium, & similiter filius & filia descendentium : & sic supra & infra in infinitũ : quia in dinumeratione graduum in linea ascendentium & descendentium vtrumque ius habuit respectum ad stipitẽ, s. ad primũ patrem, vt hic, cũ glo. 35 q. 5. ad sedem. In linea transuersali inter ius ciuile & ius canonicũ duplex est dña. prima, quia iure ciuili frater & soror sunt in secũdo gradu, iure canonico sunt in primo Ratio differentiæ sumitur ex regula iuris ciuilis, quæ dicit, ꝙ vnaquæque persona adiecta nouũ gradũ generat, vt hic in vers. hactenus. vnde cum ego sim in primo gradu patri meo, si nascatur mihi frater vel soror, ex generatione huius personæ causatur nouus gradus, & cõsequẽter appellatur in secundo. Sed iure canonico ideo appellatur in primo, quia ius canonicũ non considerauit dinumeratione graduum in linea transuersali habito respectu ad stipitẽ. i. cõem patrem. sed cõsiderauit, ꝙ duo fratres, duæ sorores, tribuunt initiũ lineæ transuersali : ideo in primo gradu illius lineæ illos constituit. Secunda differentia est, quia iure ciuili regula traditur, quod in linea transuersali sola persona adiecta facit nouum gradum, vt hic : iure autẽ canonico pro regula traditur, vt ad causandum nouum gradum duæ personæ requirantur. d. cap. ad sedem. Ratio differentiæ, quia ius canonicũ dinumerat gradus ratione copulæ matrimonialis. Vnde cum ad causandum copulam matrimonialem requiritur concursus duarum personarum, ita ad causandum gradum quo ad eam Sed ius ciuile dinumerauit gradus, quo ad hæreditates & tutelas : vnde cum tutela & hæreditas defertur de vna persona in aliam, nimirum si vnaquæque persona generat nouum gradum. Ista fuit ratio posita in dict. capit. ad sedem. Quo igitur ad inhibendam vel permittendam copulam matrimonialem dinumerabantur gradus secundũ ius canonicum: quo asit ad tutelas & hæreditates deferendas cõnumerabãtur secundũ ius ciuile.

¶ Circa secundũ dicite ꝙ vsque ad 10. gradũ deferuntur hæreditates & tutelæ & vidistis. sup. in. t. §. fin. cũ sua glo. & sup. de capt. dimi. § fin. & de legi. agn. tu. in tex. & in gl.

¶ Circa tertium dicite, ꝙ olim erat prohibita copula matrimonialis vsque ad septimum gradum agnationis vel cognationis inclusiue : hodie autem est prohibita vsque ad quartum gradum inclusiue, dinumeratione facta secundum ius canonicum. c. nõ debet. extra de consang. & affin.

¶ Sed hic dubitatur. Pone, quod vnus sit quinto gradu transuersalium, alius sit in quarto, an impediatur copula matrimonialis? Si inspiciamus personam existentem in quarto gradu, illa impeditur : si inspiciamus personam existẽtem in quinto gradu, permittitur. Dicite, quod copula est permittenda, quia quoto gradu remotior distat à stipite, eodem gradu distat à quolibet descendente. c. fi. extra de consang. & affin. Illud tamen est palam, quòd inter ascendentes & descendentes est prohibita copula matrimonialis in infinitum. Vnde si Adam viueret, vxorem habere non posset. § ergo. & ibi gl. sup. de nupt.

¶ Sed quid de gradu affinitatis? Dicite quod licet olim ratione affinitatis esset prohibita vsque ad tertium gradum, vt aliqui dixere, veritas tamen hodie est, quod solum prohibetur quo ad gradum primum, vt no. glo. in c. non debet. extra de consang. & affin.

¶ Sed nunquid per coniunctionem illicitã causatur affinitas? In hoc articulo non parcam tu totũ verecundiæ? Archi. 35. quæst. 3. c. extraordinaria dixit per hanc dissolui matrimonium, & in hoc bene: sed non causari affinitatem propterea, quia affinitas est regularitas personarum ex nuptijs descendentium, l. non facile, §. affines, ff. de grad. vbi ergo non sunt nuptiæ, ibi non causatur affinitas. Sed glo. tenuit contrarium in §. affinitatis, sup. de nupt. quæ communiter cõprobatur per c. tuæ. & per c. Iordanæ. & per c. discretionẽ. extra de eo qui cogn. cõsang. vxo. suę. Stat igitur conclusio, quod per illicitam coniunctionem contrahitur affinitas. Sed quid si quis non intrauit claustra vuluæ, in circuitu tamen palpitauit, vel seras reserauit, sed opus non expleuit, an contrahatur affinitas glo. in d. cap. extraordinaria dicit, quod non. Item dicit illud, quod non dico. Dicit Inno. ꝙ ad causandum affinitatem requiritur concursus vtriusque sanguinis, sed tamen causa euitandi peccata, ius canonicũ & sancta mater ecclesia in dubio presumũt ex copula concursum vtriusque sanguinis & maris & feminæ interuenisse, c. iuuenis extra de sponsalibus.

¶ Addite prædictis, ꝙ si aliquis promiserit alicui illam accipere in vxorem, post modũ habeat copulam cũ ea fine alijs verbis intelli-

telligitur validum matrimonium extitisse contractum: nec cum alia cõtrahere posset, sed matrimonium postea contractum esset dissoluendum c. is qui fidem. extra de spon.

Circa quartũ dicite breuiter, quod in gradu ascendentium, & descendentiũ non posset Papa dispensare, vt copula matrimonialis contrahatur. Nõ posset enim Papa dispẽsare, quod filia patri copularetur. Idem in linea transuersali in gradu 1. vnde nõ posset Papa dispensare, quod frater sorori nubat. Item nec in gradu ij. linea existente inęqualiter, vnde non posset dispẽsare, quod neptis patruo nuberet, vel auunculo. In linea vero æquali bene posset dispensare, vt consanguinea consanguineo copularetur, ita communiter concluditur in c. literas. extra de restit. spol. facit c. gaudeamus. extra de diuor.

Sed an Papa posset dispẽsare, vt matrimonium semel contractum dissoluatur? Dicite breuiter, aut matrimoniũ fuit per copulam carnalem consummatum, aut nõ. Priore casu non potest, posteriore autẽ sic: quia primo casu effecti fuere duo in carne vna, secũdo vero non. Item quia matrimonium cõsummatum sortitur naturam ex cõstitutione diuina, contra quam Papa non potest dispensare c. proposuit. extra de conces. præb. Sed matrimonium non consummatũ sortitur naturam ex constitutione ecclesiæ cõtra quã Papa bene potest dispensare, ista est gl. ord. in c. ex publico, ext. de cõuer. cõiug.

Mrĩmonium semel contractũ an possit per Papã dissolui.

Sed numquid maritus & vxor possint se separare? Dicite, aut copula nõ est subsecuta: & tunc quilibet eorũ altero inuito põt separare matrimoniũ p ingressũ religionis. secus si copula fuerit subsecuta, nisi vterq. cõcordauerit, qđ vterq. pariter intret religionẽ vel aliter, qui remanet in sæculo, sit talis cõditionis, & qualitatis, ꝙ nulla suspicio fornicationis sinistra sit contra eũ: vt quia sit ætate cõfectus, c. quidã, c. verũ, c. vxoratus, c. cũ sis præditus. extra de conuer. coniuga.

Cognationis [illegible] studiosissimis quibuscunque [illegible] apta & vtilis materia.

CHristophorus Porcus iuris vtriusq. ꝓfessor acutissimus, quia difficultates aliquas circa cognationis spũalis materiam hic luculenter tractauit, eius mẽtem verbis ferme non mutatis referre nõ erit absonũ, neque à proposito alienũ: ꝗ verba talia sũt.

¶ Quæritur primo, an ratione cognationis spiritualis matrimonium impediatur. Circa quẽ articulum dicite breuiter, quod inter compatrem & cõmatrem impeditur matrimonium, ac etiam inter patrẽ spiritualem & filiam susceptam ex sacro fonte: & hoc, si ista cognatio spiritualis fuerit causata, siue per sanctum baptisma, siue per sanctum chrisma. 30. q. 4. c. si quis vnus.

¶ Addite pdictis, quod si maritus vel vxor tenuerint aliquem, vel aliquã ad baptismũ vel chrisma, quilibet eorum efficitur cõpater vel commater. d. c. si quis vnus. Et hoc verum, quando tempore cognationis spiritualis contractæ constabat inter eos matrimoniũ: secus si ex post facto fuerit cõtractum, c. Martinus, extra de cogn. spiri. cũ sua glo. E contra autem, si tenueris ad sacrum chrisma vel sanctum baptisma filiũ vel filiam meam ex alia muliere quam vxore, nõ efficitur tibi commater mea vxor. c. qui spiritualem. 30. q. 4. Ratio, quia in contrahenda cognatione spirituali maritus & vxor copulant sibi actiones, & non passiones. Quod igitur agit vnus coniugũ, intelligitur alius agere, quia sunt duo in carne vna, dict. cap. si quis vnus. in fine.

Cognatio spiritualis an cõtrahatur ex concubinatu.

Quæritur secundo, si fornicator teneat aliquem ad sacrum baptisma, an cõcubina efficiatur commater. videtur quod sic, nã sicut vxor in hoc casu efficitur cõmater, quia est eadẽ caro cum marito. d. c. si quis vnus. ita dicendum videtur & de cõcubina: quia qui adhęret meretrici, vnũ corpus efficitur cum ea. 32. q. 4. cap. in eo. Alij ibi tenuerunt contrarium; quorum sentẽtia magis placet: quia absurde dictum videretur, quod spiritualitas super re improbata causaretur, ex vtraque scriptura: & hominum opinione. Non obstat, quod concubina, & fornicator dicant᷑ duo in carne vna, quia illa verba exponuntur, id est duo conueniunt in eodem opere carnali: & ita exponit gl. in d. c. in eo.

Sed an vxore mea mortua potero mihi copulare eam, quæ fuit sibi commater ante matrimonium? Dicite quod sic. ca. post vxoris obitum, 30. q. 4.

Sed quid de filijs duorum compatrũ an poterunt simul matrimonio copulari? Dicite quod sic, siue nati fuerunt ante compaternitatem siue post: dummodo matrimonium non contrahatur cum eo, vel cũ ea, per quorum alterum deuentum fuit ad cõpaternitatem, c. 1. & c. super eo. de cognatio. spiri. Christophorus Porcus iuris vtriusq. doctor acutissimus.

Quæritur tertio ad propositum materiæ prætentus de quæstione quotidiana & apud vulgares satis dubia. Pone, qđ duo vel plures tenent aliquem in baptismo, nũquid isti inter se efficiantur compatres? Innocentius (& bene) dicit quod nõ: vnde possunt adinuicem contrahere matrimonium. Nã quẽadmodum compatres carnales, vt concubinarius & concubina, non prohibentur matrimonium contrahere, vt in c. tãta, qui filij sint legitimi. ita & isti, qui sunt compatres spirituales respectu baptizati, nõ debẽt prohiberi contrahere matrimoniũ. Et pro hoc facit text. & ibi gl. in c. si. 30. q. 4. vbi dicitur, quod maritus, & vxor non debent aliquẽ simul de sacro fonte leuare, ne infamẽtur de facto: nam vulgares existimant illos esse cõpatres. Hæc sunt verba Abbatis Siculi in ca. Martinus de cogna spirit. de hoc in summula pauperum. Masculus & mulier puerum

de

de fonte leuantes, legitime iungi poterunt, nec ſunt prohibendi.

¶ Quæritur quarto. Pone, quod tenui aliquã puellam in baptiſmo: volo contrahere cum eius ſorore, an poſſim? Dicendum quod ſic. pater enim ſpiritualis, ſi copuletur ſorori filiæ ſpiritualis, bene tenet matrimonium, 30. quæſt. 3. ca. vlt. vnde verſus. Duco meæ natæ germanam ſpiritualis.

¶ Quæritur quinto. Pone, quod filius meus tenuit in ſacris fontibus filiam: volo cum illa filia poſtquam ad annos nubiles peruenit, cõtrahere, an liceat? Dic quod ſic. Poteſt enim pater ſumere filiam ſpiritualem filij ſui carnalis, quia licet cognatio ſpiritualis de patre ad filios deſcendat vt c. 1. & c. ſuper eo. de cognat. ſpirit. non tamen aſcendit de filij ad patrem, cum iure cautum nõ reperiatur: & edictum de matrimonio prohibitorium eſt, adeo quod cuilibet licet contrahere, niſi expreſſe prohibeatur, c. cum apud. de ſponſa. & matri. Hoc notat Ioannes Teutonicus gloſſator Decreti. in c. fi. 30 q. 3. Hoc idẽ recitat & probat Ioan. And. in c. 1. de cogn. ſpirit. lib. 6. Vnde verſus: Eſſe mei nati coniunx mihi ſpiritualis Filia legitime poterit, nec iure vetatur. Deſcendũt & non aſcendunt talia vincla.

¶ Quæritur ſextò, an per procuratorẽ talis cognatio ſpiritualis poſſit cõtrahi. Pro ſolutione recurras ad Bart. in l. Gallus, §. forſitã, ff. de lib. & poſth. ad Angelum Aretinum in §. illud. ſupra de nupt. ad Ioann. Andr. in regula, poteſt quis per alium. de reg. iu. in 6. & ad Panor. in c. veniens de cogna. ſpi. Deciſionem tamen communem & magis approbatam potes notare per verſus ſequentes, in quib⁹ patet, quod licet matrimoniũ per procuratorem poſſit contrahi. c. fi. de procu. li. 6. non tamen cognatio ſpiritualis, vnde verſus. Procurator habet nodos vincire iugales, non tamen hos nexus domino dat ſpirituales. Adde, quod licet non debeat à principio quis admitti per procuratorem ad contrahẽdum hanc compaternitatẽ, ſi tamen admittatur, contrahitur ipſa compaternitas, vt tenet Abb. Panor. in d. c. veniens.

Cognatio ſpiritualis per procuratorem non contrahitur.

¶ Quæritur ſeptimo ex quot ſacramẽtis deſcendit cognatio ſpiritualis. Reſpond. quod cognatio ſpiritualis, quæ impedit matrimonium contrahendum, & dirimit poſt contractum, oritur ex datione duorum ſacramentorum duntaxat, quæ ſunt baptiſmus, & confirmatio: nõ autem ex aliorum datione ſeu miniſtratione: patet in c. fi. de cogna. ſpiri. lib. 6. ratio eſt, quia in baptiſmo renaſcimur, & chriſmatio frõtis ipſũ cõfirmat: quod nõ eſt in alijs ſacramentis. Ioan. And. in dict. cap. fin.

Cognatio ſpiritualis oritur ex duobus ſacramẽtis.

¶ Quæritur octauò & vltimo inter quot perſonas oritur impedimẽtum matrimonij ratione cognationis ſpiritualis. Reſpõd. quod ex hac cognatione 20. ſunt caſus prohibiti: decem ratione baptiſmi, & decem ratione confirmationis. Ratione n. baptiſmi cõtrahitur cognatio ſpiritualis impediens, & dirimens, vt dictum eſt.

Cognatio ſpiritualis oritur inter 20. perſonas.

¶ Primo inter has perſonas Baptizatum & baptizantem: Baptizatum & vxorem baptizantis prius cognitam. Baptizatum & filios baptizantis: Parentes baptizati & baptizantem: Parentes baptizati & vxorem baptizantis prius cognitam.

¶ Secundo inter has perſonas: videlicet inter baptizatum & ſuſcipiẽtem: Baptizatum & vxorem ſuſcipientis prius cognitam: baptizatum & filios ſuſcipientis. Parentes baptizati & ſuſcipientem: parẽtes baptizati & vxorem ſuſcipientis prius cognitam. Ecce decẽ caſus prohibiti ratione baptiſmi. Totidem in confirmatione reperies: in qua ſunt confirmatus, & confirmans, & tenens ante confirmationem, qui ſcilicet ponit faſciolam ſupra frontem poſt cõfirmationẽ epiſcopalem, de hoc vide textum cum gl. in c. 1. de cognatio. ſpi. lib. 6. Iſta clariſſime referantur per carmina ſequentia. Gignitur his ſacris cognatio ſpiritualis: Quæ ſunt baptiſmus, ac confirmatio frontis. Perſonaſque decem connectis quolibet horum. Baptizans: huius vxor ſi cognita primo. Ac eius nati ſunt abluto ſociati. Cum conſorte thori baptizans, atque parentes. Fonte ſacro loti ſunt tali fune ligati. Baptizans & ſuſcipiens hic æquiparantur. In cõfirmato totidem reperire licebit.

Verſus

Hęc nota diligenter, quia ſingularia ſunt, & [illegible] nec ſi plures caſus reperias qui matrimonium dirimant,

¶ De seruili cognatione.

Continuatio. ¶ Quia supra de cognatione & successione cognatorum liberæ conditionis dictum est, nūc quia naturali iure inspecto inter seruos etiam cadit cognatio, & dubitari posset an inter seruos esset successio, ideo de seruili cognatione mentio subdit. Nec obst quod inter illum titulum de successione cognatorum & istum sit titul. intermedius de gradibus, quia ex quo pertinet ad materiam horum titu. continuatio non vitiat. l. duos reos. §. fin. ff. de duobus reis. Porcus.

†aliâs promittitur.

Diuisio. ¶ Illud certū. ¶ Totus iste titul⁹ diuiditur in tres partes. Primo ponit, nūquid serui habeant ius cognationis contractæ in seruitute Secundo infert ex rationibus præpositis, videlicet quod non semper sequitur, quod qui prior est in gradu, potior sit in iure. Tertio illa melius declarat. Secunda ibi, Repetitis. Tertia ibi, Amotis.

SYL. ¶ Illud certum. CASVS. non signatur hic, cū ponatur correctio iuris antiqui, quo dispositum fuerat seruos successores habere non posse, nec cognationem habere, non tantum dum serui erant, sed etiam postea eis manumissis, quia iure patronatus omnia patrono quærebantur. Sed contrarium dispositum postea est: quia ipsa cognatio tanquā quid naturale in ipsis seruis esse potest sed fit impedimentum propter seruitutem effectu ipsius, & ab ipsa prouenientem. vnde illa cessante cessat etiam impedimentum: & ideo potest dari cognatio & successio. Nota summarium & alia vt per Ang. hic.

a ¶ Illud. aliàs est hic rubric. de seruili cognatione, alias non. Accur.

b ¶ Edicti. Sunt enim 4. partes successionis ab ante, vt ff. quis ord. in bon. poss. s. ser. l. t.

¶ De seruili cognatione.

¶ Filij manumissorum etiam in seruitute concepti, excluso patrono patri succedunt, & inuicem sibijpsis. h. d.

Illud[a] certum est, ad seruiles cognationes illam partem edicti, [b] qua proximitatis nomine [c] bonorum possessio † permittitur, nō pertinere: [d] Nam nec vlla antiqua lege talis cognatio computabatur. [e] Sed nostra constitutione, quam pro iure patronatus fecimus, (quod ius vsque ad nostra tempora [f] satis obscurum, atque nube plenum, & vndique confusum fuerat) & hoc humanitate suggerente concessimus: vt si quis in seruili constitutus cōsortio liberum † vel liberos habuerit, siue ex se talis cōditionis muliere: vel contra, serua mulier ex libero, vel seruo habuerit liberos cuiuscunque sexus; & ad libertatem his [g] peruenientibus, ij, qui ex seruili ventre nati sunt, libertatem meruerint: vel dum mulieres liberæ erant ipsi [h] in seruitute [i] eos habuerint, & postea ad libertatem peruenerint: [k] vt hi omnes ad successionem patris, vel matris veniant, [l] patronatus iure in hac parte sopito. Hos enim liberos non solum in suorum parentum successionem,

c ¶ Proximitatis noīe, id est cognationis, vt sequitur, & ff. vnde cog. l. t. §. pertinet.

d ¶ Non pertinere. Sed nec aliam aliquam, vt vel ipse succedat, vel ei succedatur, vt C. com. de succ. seruus, nisi in trib. casib⁹, vt C. ad Sylla. l. pen. & C. de suis & leg. l. apud hostes & Cod. ad Or. l. fin.

¶ Dic secundum Ange. q. in d. l. pen. & ī l. fin. erat liber legis auctoritate, ne mora alterius libertati nocet in l. apud hostes, illud procedit fictione post liminij, vt ibi nota.]

SYL.

e ¶ Computabatur. Hæc videtur mala ratio, cum magis iure pretorio, quod naturalē causā intuebat, deberet cōputari, vt su pr. de her. q̄ ab int. §. emācipa ti. q̄ ciuil. Sed dic, q. etiam ad alia, vt ad tutelas, & similia, nisi quo ad nuptias, vt supra de nup §. illud, & ff. de ri. nup. l adoptiuus, §. seruiles.

ADDITIO.

Not. quod in seruis quo ad matrimonium impediendum etiam post manumissionem dicitur esse cognatio, vt d. §. illud, quia etiam dicitur esse affinitas, vt d. §. seruiles. Ang.

¶ Sed nū quid dñs ex sui persona succedit cognatis serui? Respon. non, vt hic dr. Accur. † ADDITIO. Not. ergo non acquiri domino ab intestato sicut ex testamento: & est ratio, quia ius solum defert hereditatem ab intestato, secundum quod seruus nihil est. l. qd attinet. ff. de reg. iu. sed ex testamento defert voluntas testātis, quam ius sequitur. Aliud tamen est in monacho, & monasterio, vt l. Deo nobis. C. de episc. & cler.

† Similis glo est in d. l. seru⁹. C com. de succes.

f ¶ Nostra tempora. Loquitur Iustinianus.

g ¶ His. s. parentibus.

h ¶ Ipsi. s. parentes.

i ¶ In seruitute. i. donec serui erant.

k ¶ Peruenerint. Scilicet parentes.

l ¶ Veniant. aliud si liber factus seruum iterum

rum manumittatur, vt ff. vnde cog. l. is qui, contra.

SYL. ¶ Secus si restitutus. §. seruus. supra de capi. dimi. & declarat glo. in d. l. is qui.]

¶ Et supra de capi. dimi. §. quod autem, quia est ibi, quod ibi annotauimus. Sed nunquid etiam iste, qui est in l. is qui. hodie succederet ei naturali causa inspecta, vt C. de suis, & legitimis hæredi. Authent. in successione? Resp. non, secundum Ioan. qa prætor naturalē causam intuebatur, & tamē non vocabat eum, vt dictum est. Itē contra. C. de suis, & legitimis. l. ex libera. Solu. † hic nouum ius. Vel ibi loquitur, quādo nec de facto erat matrimoniū. ¶ Hæc gl. semper allegatur, quod spurius natus in figura matrimonij, licet de facto, potest legitimari per subsequens matrimonium, sec9 si nullo modo etiam de facto erat: de quo per Ang. hic. ¶ Vel ibi quo ad honores loquitur, hic quo ad successiones.

¶ Hæc nō est bona, qa nō apparet expresse de correctio. SYL. ne vt arg. l. pcipim9 in fi. C. de ap. Ang.

a ¶ In alterius successionem, id est parentes liberis, & econtra, excluso patrono: & hoc secundum omnes. Item libertum vnum alteri eidem fratri suo: & ita frater liberti præfertur patrono: & hoc secundum quosdam vt hic. Sed Ioannes contra: præfert enim patronum fratri, vt ff. de bonis liber. l. liberto, & ff. de suis & legitimis. l. intestato. & infra titulo primo, paragr. sed nostra; versicu. fin autem fine.

sed etiā alterum in alterius [a] successionem mutuam vocauimus, ex illa [b] lege specialiter eos vocantes: siue soli inueniantur qui in seruitute nati, & postea manumissi sunt, siue vna cum alijs, qui post libertatem parentum cōcepti sunt: siue ex eodem patre, siue ex eadem matre, siue ex alijs nuptijs, ad similitudinē eorū, qui ex iustis nuptijs procreati sunt.

¶ In successionibus ab intestato primo vocantur sui hæredes, & ij qui inter suos nominātur: qui etiam remotiori gradu constituti præcedunt omnes ascēdentes, vel collaterales, etiam proximiores. Aretin.

¶ Repetitis [c] itaque omnibus, quæ iam tradidimus, [d] apparet nō semper eos, qui parem gradum cognationis obtinent, pariter vocari: eoque amplius, † nec eum quidem qui proximior sit cognatus, semper potiorem esse. Cum enim prima causa sit suorum hæredū, & eorum, quos inter suos hæredes enumerauimus, [e] apparet pronepotem, vel abnepotem defuncti potiorem esse, quam fratrē, aut patrem matremque defuncti: cum alioquin pater quidem & mater (vt supra quoque tradidimus) primum gradum cognationis obtineant, frater vero secundum, pronepos autem tertio gradu sit cognationis, & abnepos quarto. Nec interest in potestate morientis fuerit, [f] an non, quod vel emancipatus, vel ex emancipato, aut femineo [g] sexu propagatus est.

¶ Post suos vocantur agnati, & post agna-

¶ Hæc opin. Ioann. communiter tenetur, vt per Ang. hic. ratio est, quia patronus si legitima ei non relinquatur habet contra tab. & potest impugnare iudiciū liberti quod non est in fratre, §. soror, sup. de inofficio. testa. SYL.

b ¶ Ex illa lege. Scilicet supradic. Græca.

¶ Repetitis itaque CASVS. Difficultatem faciebat ī hoc text. regula generalis tradita in §. si plures, sup. de leg. agn. succes. vbi habes, quod prior in gradu est potior in successione, sed hic cōtrarium dicitur, quia regula prædicta procedit cēteris paribus, & in ijs qui eiusdem sunt ordinis: sed quia causa successionis prima est liberorū, mox ascēdētium, tertio transuersalium, nec datur aditus ad secundam causam nisi deficiente prima. non potest habere locum regula nisi in existentibus in eadem causa successionis: & ita declara loco casus.]

SYL. † aliās ne.

e ¶ Repetitis itaque. Hic §. communis est ad omnes titu. sup hoc lib. 3. positos: & idē in sequenti proxim. §. sic & aliās supra de successio. cogna. §. vlt. & ad Orph §. fin.

d ¶ Tradidimus. A princ. 3. lib.

e ¶ Enumerauimus. Vt curiæ datos & emancipatos, vt sup. de hæred. quæ ab intest. §. 1. & §. emancipati.

f ¶ Fuerit. Hoc subdiuiditur.

g ¶ Ex femineo sexu. Quitamen cum diminutione tertiæ partis succedit huius legis tempore, supra de hæred. quæ ab intestat. §. item

item vetustas. vers. Diui. hodie sine diminutione, vt in Auth. de triē. & semis. §. necnon.

¶ Amotis. CASVS figuratio pendet ex ijs, quæ sup. dic. sunt in §. repetitis itaque ]

SYL. a ¶ Amotis. Id est, cessantibus suis fallit adhuc hæc regula, Qui prior est in gradu, &c. vt inf. eod. vers. toties.

b ¶ Integrum ius habet, idest capite minutus non est. sic supra de succ. cognat. primo respon. in fine, nam secus esset, si esset capite minutus: quia illæ successiones, quæ veniunt ex lege 12. tabularum, pereunt per minimam capitis diminutionem, vt supra ad Orphi. §. sciendum.

¶ .l. decimo. § vlt. sup. d' succ. cog.

c ¶ Plerumque. Propter fratrem, & sororem emancipatos, vt infra eodem §. ibi, exceptis. Item propter quosdā cognatos, qui vocantur vt agnati, vt sup. de leg. agnat. success. §. hoc etiam. Item propter patrem, qui filium emancipauit, vt supra de legi. agn. suc. §. fin.

primo pater & mater: secundo auus & auia: & sic deinceps: sic tamen vt fratres ex vtroque parente defuncto coniuncti cum his superioribus vocentur: licet quidam dicant cū patre & matre tantū eos vocari, & alios inferiores p fratres excludi: & pro nobis est Authen. de hæreditate ab intestato, §. si vero cum ascendentibus & sl. de su. & legiti. l. 2. §. hæreditas.

lus q est tertio gradu, præfert fratri consobrino qui est in quarto, l. ipercgl. inf. ti. 1. §. multis, in ver. vsq; ad quartū gradū aliter dicat: sed ibi dicemus. Ang.

¶ Hæc opin. cōmuniter tenetur hic, & in Authēt. defuncto. Cod. ad Tertul. ]

SYL. † alias suorū hæredū iure.

tos vocantur cognati proximi, exceptis fratribus, & sororibus emancipatis: qui licet cognati sint, tamen ceteros agnatos vlterioris gradus excludunt. Aretinus.

¶ Amotis [a] quoque suis hæredibus, & quos inter suos hæredes vocari diximus, agnatus, qui integrum [b] ius habet agnationis, etiam si longissimo † gradu sit, plerumque [c] potior habetur, quam proximior cognatus, Nam patrui nepos, [d] vel pronepos, [e] auunculo [f] vel materteræ præfertur. [g] Toties [h] igitur dicimus, aut potiorem haberi eum, qui proximiorem gradum cognationis obtinet, aut pariter vocari eos: qui cognati sunt, quoties neque † suorum hæredum, quique inter suos hæredes sunt, neque agnationis iure aliquis præferri debeat secundū ea, quæ tradidim⁹, [i] exceptis [h] fratre, & sorore emancipatis, qui ad successionem fratrum, vel sororum vocantur: qui & si capite diminuti sunt, tamen præferuntur [l] ceteris vlterioris gradus agnatis.

¶ De successione libertorum.

¶ Olim patronus habebat ex lege 12 tabularum ius in bonis liberti solum ab intestato, nullo suo hærede relicto. Ang.

¶ Superioribus cessantibus primo frater ex vtroque parente, & soror, & eorum filij. Secundo, & ex altero tantum & eorum filij. Tertio hæc regula, obtinet, vt qui prior est in gradu, &c. vt hic, & in Authen. de hæredit. ab intestat. §. reliquū, & §. si vero neque fratres, & Authen. vt fratrum filij, §. 1. coll. 9. Accursius.

ADDITIO Dic, quod hodie est sublata differentia agnationis, & cognationis, vt in dict. §. primo, in Authen. de hæred. ab intest. veni. Christoph.

d ¶ Nepos. Qui est in quinto gradu agnationis.

† No singulariter illā l. quia post nepotē, qñ concurrit cū patruo, vel auunculo, qui prior ē in gradu iure: nec assumit pso nā pris sui patet ibi, qp auūcu-

e ¶ Pronepos. Qui est in sexto gradu agnationis.

f ¶ Auunculo vel materteræ. Qui sunt in tertio gradu cognationis.

g ¶ Præfertur. In successione eius, qui tales habet agnatos.

h ¶ Toties. Nota regulam bonam, vt C. cōmun. de success. l. auunculo. † & C. vnde libe. l. 2. Et ad eius euidentiam nota tres esse ordines succedendi: scilicet inferiores, & superiores, & ex latere venientes, vt in Authen. de hæreditate ab intestato, in princip.

Primo descendentes in infinitum vocantur, vt supra de hæredit. quæ ab intestato, §. primo, & in Authent. de hæredit. ab intestato, §. 1. His cessantibus vocantur ascendētes,

i ¶ Tradidimus, vt sup. proxim. §. & hoc eo. §. Accursius.

K ¶ Exceptis. Excipit ab eo, quod sup. dixerat, qui integrum, &c.

l ¶ Præferuntur, vt supra de success. cogna. primo respon.

¶ De successione libertorum.

¶ Supra de successione ingenuorum visum est: & quia in bonis libertorum est dare successionem, ideo de his subdit. Cōtinuatio.

ADDITIO. Vnde nota, quod dicit hic Accurs. De successione libertorum, passiue accipi, id est qualiter succedatur eis, nō actiue, id est qualiter ipsi succedant alijs.

Nunc

Diuisio. NVnc de libertorum. ¶ Totus iste titulus diuiditur in tres partes. Primo circa successionem libertorum ponit duplex ius antiquum. Secũdo ponit suum statutum circa successionem: & quod vsque ad quintum gradum agnati patronorum succedunt liberto. Tertio ponit aliam nouam constitutionẽ, circa personas, & genera libertorum. Secunda ibi, Sed nostra. Tertia ibi, Sed hæc.

NVnc [a] de libertorum bonis videamus. Olim [b] itaque licebat liberto patronum suum impune [c] testamento præterire. Nam ita demum [d] lex duodecim tabularum ad hæreditatem liberti vocabat patronum, si intestatus mortuus esset libertus, hærede suo nullo relicto. Itaque intestato mortuo liberto, si is suum hæredem [e] reliquisset, patrono nihil [f] in bonis eius iuris erat. Et si quidem ex naturalibus [g] liberis aliquem suum hæredem reliquisset, nulla videbatur querela. [h] Si vero adoptiuus filius fuisset, aperte iniquum erat nihil iuris patrono superesse.

¶ Prætorio iure patronus in liberti bonis dimidiam habeat, non solum hærede instituto, sed etiam ab intestato, relicto filio adoptiuo. Ipsum tamen patronum excludebant liberi, siue essent in potestate, siue emancipati, siue etiam in adoptionem dati: dummodo instituti essent, aut præteriti bonorum possessionem perijssent. Angel.

¶ Qua de causa postea [i] prætoris edicto hæc iuris [k] iniquitas emendata est. Siue enim faciebat testamentum libertus, [l] iubebatur ita testari, vt patrono partem dimidiam [m] bonorum suorum relinqueret: & si aut nihil, aut minus parte dimidia reliquerat, dabatur patrono contra tabulas testamenti partis dimidiæ bonorum [n] possessio: siue intestatus moriebatur, suo hærede relicto filio adoptiuo, dabatur æque patrono contra hunc suum hæredem partis dimidiæ bonorum possessio.

¶ Prodesse autem liberto solebant [o] ad excludendum [p] patronum naturales [q] liberi, non solum quos in potestate mortis tempore habebat, sed etiam emancipati, & in adoptionem dati [r] si modo ex aliqua parte scripti hæredes erant, aut præteriti contra tabulas bonorum possessionẽ ex edicto prætorio petierant:

SYL. ¶ Casum figura literaliter, quia sumus in iure correcto. No. dispositionem iuris antiqui in successione libertorum. Item, quod contra tab. patrono competebat tantum pro dimidia.

a ¶ Nũc. quia hucusq; de bonis ingenuorũ dixit.

b ¶ Olim, scilicet lege 12. tabul. & hoc est primum ius: quatuor non sunt, vt hic, & infra §. 1. & §. postea, & §. sed nostra.

* ¶ Legis 12. tabu. verba (vt Riuallius ait) erant hæc: Si libertus ab intestato moriatur, nullum hæredem suũ relinquens, patronus ei succedito.

c ¶ Impune testamento. id est sine timore testamenti rumpendi, Accur.

¶ Ex hac glo. iũcto tex. no. quod rupta testi p̃ dici pœna.]

d ¶ Ita demum lex 12. tab. Et non aliter.

e ¶ Hæredem. Naturalem, vel adoptiuum, vt inf. innuit.

f ¶ Nihil, id est nullum, secundum Ioan.

g ¶ Ex naturalib. ad differẽtiã adoptiuorũ.

h ¶ Querela. id est non poterat patronus conqueri. Accursius.

i ¶ Qua de causa postea. Secundum ius.

k ¶ Iuris iniquitas. Dic vt supra ad Tertull. in principio.

l ¶ Libertus. nullum filiũ habens legitimum, & naturalem, vt infra eodem, paragrap prodesse.

m ¶ Dimidiã. Nisi in castris sint bona quæsita, vt ff. de bonis liber. l. tertia, §. patronus.

n ¶ Bonorum possessio. Vnde legitimi, vt infra de bonorum possess. §. cumque.

o ¶ Solebant. Hoc iure prætorio, nam de primo non erat dubium, vt supra ibi, itaque intestato, &c.

p ¶ Ad excludẽdum patronum. Scilicet in totum.

q ¶ Naturales. Et legitimi.

r ¶ In adoptionem dati. Si instituti erant, vt sequitur; alias nec Cõtra tabulas datur eis, vt ff. de contra tab. non pittauit, §. in adoptionem.



a ¶ Repel-

a¶ Repellebant. Quia pro mortuis habentur, vt ff. de coniug. cum emancipat. libe. l. i. sed & patruus (i) nec a iure ciuili respiciuntur, vt in Authent. de hæredit. & Falcid. § exhæredatos.

ADDITIO.

exhæredatum. Item, q præteritio matris habetur pro exhæredatione. Item quod legitima patronorum est tertia hodie, sicut liberorum, & parentum.]

e¶ Sed nostra constitutio. Quartum Ius.

nam exhæredati nullo modo repellebant ª patronum.

¶ Per legem Papiam patronus vocabatur ad successioné liberti vna cum filijs ipsius liberti pro virili, nisi tres, vel plures fuissent liberi, vel libertus minus centum aureis habuisset in bonis: siue decesserat in testatus, siue condito testamento Angel.

¶ Postea ᵇ vero lege Papia adaucta sunt iura patronorum qui locupletiores libertos habebant. Cautum ᶜ est enim vt ex bonis eius, qui sestertiorum centum milliū † patrimonium reliquerat, & pauciores quam tres liberos habebat, siue is testamento facto, siue in testatus mortuus erat, virilis pars patrono deberetur. ᵈ Itaque cum vnū quidē filiū filiāve hæredē reliquerat libertus, perinde pars dimidia debebatur patrono, ac si is sine vllo filio filiave intestatus decessisset: cum vero duos duasve hæredes reliquerat, tertia pars debebatur patrono: si tres reliquerat, repellebatur patronus.

¶ Hodie si libertus habeat minus quam centum aureos in bonis, & fuerit testatus, patronus excluditur. Si autem testatus non fuerit ei, succeditur in totum, non extantibus liberis. Si vero vltra centum aureos habuerit patronus, a liberis excluditur: liberis vero non extantibus succedit in totum ab intestato, sed facto testamento patronus habet tertiam sine onere. hoc dicit. Ang.

¶ Sed nostra ᵉ constitutio, quam pro † omni natione ᶠ Græca lingua compendioso tractatu habito cōposuimus, ᵍ ita hmōi cām definiuit vt si quidē libertus, vel liberta minores centenarijs sint, id est minus centum aureis habeant substantiā, (sic ʰ enim legis Papiæ summam interpretati sumus, † vt pro mille sestertijs

(i) Nisi quādo tractaf de portione sua cui accrescat: computaf. n. in numero filiorū, vt faciat augeri legitimam fratrum: secus in fratre minore, & filia dotata per statutum successione priuata, quia non prosunt, Ang.

b ¶ Postea. Tertium ius.

c ¶ Cautum. Scilicet lege Papia, & male, vt & alias. C. de cadu. toll. in pr in Acc.

** Sic appellata à C. Papio Cōsule eius latore c. quædā. distin. 2. cuius mētionem facit & M. Tull. de offic.]

d ¶ Deberetur. Ex lege Papia.

SYL. † .i. mille aureorū.

¶ Sed nostra constitutio.

CASVS pōt literaliter figurari, qa hec cōstitutio Iustin. vr esse quiddā ius posituū. Hæc. n. sua distinctio licet habeat rōné ī se resplēdētem tā filios, q̄ patronos, tñ q magis elegerit vnā summā q̄ aliā hoc intū fuit arbitrariū, & de quo aliquæ colorate pot⁹ rōnes quam fundamentales excogitari pñt. Not. igif totā hanc dispositioné. Itē no. q parla sunt filiū non esse, vel esse, &

f ¶ Omni natione. Alias omniū natione. alias omnium notitia.

* ¶ Theophilus legisse vr, omnium notione, vel omnium notitia, vt Accur. quoque legit: verba Theophili sunt, dia to pasin einæ prodiluo.

g ¶ Cōposuimus. & huius, vt credo, habeē mētio in multis locis, vt sup. titu. t. de seru. cogn. in princ. & sup. de legi. agnat. sue. §. fi.

h ¶ Sic. n. Interpositio est.

** Quasi velit dicere Iustin. quod disponebat l. Papia in liberto possidēte mille sestertios, eum disposuisse ī eo, qui sua tempestate vnum aureum possidebat, nā si intelligeremus, q senserit, tempore quo lata est l. Papia, mille sestertios vno aureo æstimatos fuisse, eum nimię imperitiæ antiquitatis argueremus, cum nemo vel mediocriter doctus ignoret, mille sestertios valuisse decem aureos sicuti singula sestertia neut. gen. & consequenter centum mille sestertios æque, ac dena sestertia, id est mille aureos. Itaque Iustin. tetra-

† allàs omnium.

† Vide in hūc locū Budæ. lib. 2. de Asse. & Alciat. lib. 3. Dispu. c. 9.

rettraxit summam l. Papiæ ad decimã partem. cum suo tempore longe minores diuitiæ essent, quam ætate August.

a ¶ Nullum locũ. Et in hoc non corrigitur lex Papia. Et nota, ꝙ prodest paupertas filio liberti. sic & alias C. d Episc. & cleric. si quis ad §. fin aur.

ADDITIO. Not. ꝙ paupertas prodest, de quo in l. cũ nõ facile. ff. si cui plusquam per l. Falci. & in d. l. si quis ad declinandam, §. 1. & in Authẽt. cui relictũ. C. de indi. vid. tollen. Ang.

† Idem si sint centenarij, secũdum glo. in l. 1. C. de bonor. pos. cõtra tab. lib.

** Adde, quod in multis fauetur paupertati, eiusque gratia sæpe a generali lege recedimus. hinc est, ꝙ in multitudine causarũ, in primis pauperum controuersias iudex definiet. ca. in primis, 2. q. 1. Eorum alimoniæ, si in carcere detineantur, prouidebit. l. iudices. C. de episc. & cler. ta bellionem, vt documenta illis ẽt gratuito edat, ex officio coget. l. tam dementis. C. de episc. aud. Si quis ob inopiam nõ appellauerit, vel post prouocationẽ fatalia labi permiserit, eum restituit. §. alij. in Auth. de ijs q ingre. multã ẽt, si eius portio collitigatori debeat abolebit. l. illicitas in fi. de off. præs.]

vnus aureus computetur) nullum locum[a] habeat patronus in eorum successione: si tamen testamentum fecerint.[b] Sin autem intestati decesserint, nullo liberorum relicto, tunc patronatus ius, quod erat ex lege 12. tabularum, integrum reseruauit.[c] Cum vero maiores † centenarijs sint, si hæredes vel bonorum[d] possessores liberos habeant,[e] siue vnũ, siue plures cuiuscunque sexꝰ, vel gradus ad eos,[f] successiones parentum deduximus patronis omnibus[g] modis vna cum sua progenie semotis. Sin autem sine liberis decesserint: siquidem intestati, ad omnem hæreditatem patronos patronasque vocauimus[h] si vero testamentum quidẽ fecerint:[i] patronos autẽ aut patronas præterierint, cũ nullos liberos haberẽt, vel habẽtes eos exhæredauerint, vel mater[k] siue auus maternus eos præterierint, ita quòd nõ possint[l] argui inofficiosi eorum testamenta, tunc ex nostra constitutione[m] per bonorum possessionẽ contra tabulas non dimidiam, vt antea,[n] sed tertiam partem bonorum liberti consequantur:[o] vel quod deest, eis ex constitutione[p] nostra repleatur,[q] si quando

b ¶ Fecerint. Scilicet isti liberti minores centenarijs.

c ¶ Reseruauit. s. nostra cõstitutio. s. vt in tota succedat, vt sup. eo. in princ.

d ¶ Bonorũ possessores. Id est filios emancipatos, vt sup. de her. q ab intest. §. emãcipati.

e ¶ Habeant, scilicet liberti.

f ¶ Ad eos. Scilicet liberos libertinorum, qui tamen hæredes instituti si se abstinuerint, vel misti hæreditate, in integrum restituti fuerint, dabitur patrono ius succedendi, vt ff. de bon. lib. & si ex modica. §. si filius.

g ¶ Omnibus modis. Sed numquid econtra moriente filio, qui est libertus, præponitur pater patrono? Respond. sic, vt sup. tit. 1. de ser. cogn. in fi. 1. respon.

ADDITIO. Not. quod sicut patronus excluditur per filios liberti, ita etiã per parentes liberti: & idem not. gl. sup. tit. 1. in fi, in verbo, in alterius. Angel.

h ¶ Vocabimus. Etiam ante fratres liberti. quod dic, vt supra tit. 1. in fin. 1. respon.

i ¶ Fecerint. scilicet ad extraneos.

K ¶ Mater siue auus. Quorum preteritio pro exhæredatione habetur, vt sup. de exhære. lib. 4. mater.

l ¶ Non possint. Quia iusta causa ingratitudinis intercessit, quæ sunt decimaquarta, vt in Authent. ut cũ de appellat. cognos. §. causas. quo casu nullo iure agunt, vt in Authent. de immensis do. §. fin. in fi. Sed quid si filium emancipatum pater prætereat sine causa vnde Contra tabulas habet, non aũt querelã? vr̃ admitti patronus. Sed respõ. hic large accipi inoff. ut etiam contineat cõtra tab. sic. C. famil. ercisc. l. filij. Accur.

Testm̃ inofficiosũ qñq. continet exhęredationẽ & prætertionem.

¶ Dic, quod pốtest etiam dici inofficiosum testamentum, in quo filius fuit præteritus, gl. in l. filij, C. famil. ercisc. in l. cũ in adoptiuis. in princip. C. de adop. quia inofficiositas tribus modis committitur, secundum Bald. in l. pater filium, ff. de inoff. testam. SYL.

ADDITIO. Nec obst. ꝙ hodie ad instar filij in potestate præteriti videatur posse dicere nullum &c. cũ sit sublata differẽtia emancipationis & patriæ potestatis, quia illud est verũ ab intestato, non autem ex testõ. Ang.

m ¶ Constitutione. s. Græca.

n ¶ Vt antea. Sicut erat de iure prætorio, vt sup. eo § qua de causa. Accur.

o ¶ Consequantur. s. quocunque tit. relicti, vt ff. de bon lib. l. 3. §. fin.

p ¶ Constitutione. s. condictione ex l. Græca vt ff. de condict. ex leg. l. 1.

q ¶ Repleatur. Præter hoc ius succedendi est & aliud ius patronatus, scilicet, vt nõ vocet ab eo in ius sine venia, vt C. de i ius voc. l. 2.

Ius patronatus in multis cõsistit.

Item vt alat eum, vt ff. de libe. agno. si quis à liberis §. Solét. Itẽ vt turpem actionem, vel exceptionem contra eum non proponat, vt ff. de excep. do apud Celsum, §. aduersus, & ff. de obseq. l. honori. & l. parés. Item vt possit eum in seruitutem reuocare, vt in Authent. vt lib. de cete. §. 1. coll 6. Item, vt vbi eum inuenerit, faciat ei reuerentiam, vt ff. de in ius voc. generaliter. Et hæc iura multis modis perduntur. Primo si patronus remiserit, vt in Authẽ. vt lib. de cetero, §. illud (i) Item si compulit libertum iurare ne accipiat vxorem, vel libertam, ne nubat, vt ff. de iure patron. qui contra legem. & l. adigere. Item si denegat ei alimẽta, vt ff. de bo. libe. si patronus. Item propter tertiæ partis concessionem, vt hic. & ff. de bon. lib. etiam, §. totius. Item si alteruter eorum relegatus fuerit, vel deportatus, vt ff. de iure patron. siue. Item si natalibus restitutus est libertus, vt ff. de bon. lib l. etiam. §. 1. Item si mercedem pro futuris operis ab initio liberto extorsit, vt ff. de liber. agno. l. siquis, §. si quis. Item si libertus domini mortem vindicauerit, vt ff. de iure patron. l. pen. Item si patronus eum capitis accusauerit, vt ff. de bon. liber. qui cum maior. 1. resp. Itẽ si non suis nũntiis empius est, vel à principe factionem liberam testamenti impetrauerit, vt ff. de bon. lib. l. etiam. §. 2. Accur.

Ius patronatus multipliciter perditur.

minus tertia parte bonorum suorum libertus, vel liberta eis reliquerit: ita sine onere, [a] vt nec liberis [b] liberti, libertæve ex ea parte legata vel fideicommissa prǽstentur: [c] sed ad cohæredes [d] eorum hoc onus redundet.

¶ Liberto non tantum patronus succedit, sed etiam cõiuncti ipsi patrono vsque ad quintum gradum, in capita tamen, & qui proximior est patrono, præfertur. Angel.

SYL. ¶ Adde gl. in l. fi. C. de bon. lib. & ibi doc. & signa hanc gl. ad quam semper recurritur.

ADDITIO. Dic hoc verum ad ius succedendi: remanet tamen sibi ius reuerentiæ, quãuis remiserit sibi ius patronatus: ac etiã tali casu ex iniuria, nõ verbali, sed illata in personã tantum, potest etiam eũ in seruitutem reuocare. l. fin. C. de lib. & eo. lib. Angel.

a ¶ Sine onere. Sic in Auth. de hęred. & Falc. §. non autem.

b ¶ Liberis liberti, libertæve. Quibus dantur alias legata, etiam rupto testamento per contra tab. vt ff de lega. præstan. contra tab. bon. poss. pen. l. 1.

c ¶ Præstentur. Sed cum filij sint, quare non excludunt patronum, vt supra eodem, §. ver. cum vero maiores? Respond, Hi filij erant ingrati, vt supra eodem §. versic. si vero. Vel dic, quod hi liberi erant nepotes, qui & liberi dicuntur, vt ff. de verbor. signif. liberorũ, & eos præcedit eorum pater, & eis talia legata dabantur, vt ff. de leg. præstan. l. 1. §. generaliter.

d ¶ Ad cohæredes. Sed nunquid in solidum tenebuntur cohæredes? Respondet nõ, vt ff. de leg. 3. l. fin. §. final. & de vulg. substi. & si contra tabulas.

¶ Multis alijs casibus [e] à nobis in præfata constitutione congregatis, quos necessarios esse ad huiusmodi dispositionem iuris perspeximus, vt tam patroni patronæque, [f] quam liberi [g] eorum, necnon qui ex transuerso latere veniunt, vsque ad † quintum [h] gradum, ad successio-

¶ Multis alijs casibus.

SYL. CASVS. Quæsitũ fuerat, an patroni tãtum ius in bonis libertorum haberent, an vero etiam descendentes, vel coniuncti patrono, & videbatur, quod patronus tantum, quia cum hæc successio detur intuitu libertatis concessæ, videbatur solum residere in persona ipsius, vel saltem filiorum, quibus debentur ex iure patronatus obsequia: vel saltem si transmittendum erat hoc ius, debuerat etiam in eos, qui hæredes erant illius cuius contrarium dicitur hic, quia quãuis maior reuerentia debeatur patrono, quã ceteris tamen eo deficiente, illi, qui sanguine coniunctiores sunt, in maxima reuerentia esse debent liberto in memoriam receptæ libertatis vnde hoc potius iure sanguinis quam successionis procedit: quia tamen successio ipsa datur intuitu libertatis tam concessæ, datur ad instar iurium sanguinis, & ideo in aliquo diuersificatur ab ordinario iure succedendi. Ratio autem, quare sit restricta successio ad quintum gradum, ponitur per Iustin. inf. de bon. poss. §. cumque antea. Not. summarium.

e ¶ Multis alijs casibus. Qui sequuntur statim.

f ¶ Patronæq;, vt ff. de bonis liber. patron. t.

ADDITIO. Ex qua l. not. quod licet filij patroni, vt succedant liberto, non sit necesse quod sint hæredes patris debent tamen esse tales, qui patri, vel matri succedere possint. Ang. Aret.

g ¶ Liberi. Vt ff. de bonis liber. si pater exhæredato, & l. si ex patronis, §. Iulianus.

h ¶ Vsque ad quintum gradum. Numquid filius trinepotis ipsius patroni, vel etiam ipse trinepos admittetur, Videtur quod non, quia

nem libertorum libertatumve vocentur; [a] sicut ex ea constitutione intelligendum est.† Et si eiusdem patroni vel patronæ, vel duorum duarumve, vel plurium liberi † sunt: qui proximior est, ad liberti vel libertæ vocetur successionem & in capita, [b] non in stirpes diuidatur successio, eodem modo & in ijs, qui ex transuerso latere veniunt, [c] seruando. Plene [d] enim consonantia iura ingenuitatis & libertinitatis in successionibus fecimus.

¶ Differentia inter libertos est hodie sublata: & ideo prædicta procedunt in omnibus libertis, quia hodie omnis manumissus efficitur ciuis Romanus. Aretin.

¶ Sed hæc de ijs libertinis hodie dicenda sunt, qui in ciuitatem Romanam peruenerunt, [e] cum nec sint alij liberti, simul & Dedititijs & Latinis sublatis, † cum Latinorum legitimæ successiones nullæ penitus erant, quia licet vt liberi vitam suam peragebant, attamen ipso vltimo spiritu simul animam atque libertatem amittebant, & quasi seruorum † bona eorum iure quodammodo [f] peculij ex lege Iunia Norbana manumissores detinebant. Postea vero senatusconsulto Largiano cautum fuerat, vt liberi manumissoris non nominatim [g] exhæredati extraneis hæredibus eorũ [h] in bonis latinorum præponerentur. Quibus [i] etiam superuenit Diui Traiani edictum quod eundem hominem, si inuito vel ignorante patrono ad ciuitatẽ [k] Romanam venire ex beneficio principis festinaret, faciebat quidẽ viuũ ciuem Romanũ, Latinum vero moriẽtẽ. Sed nostra constõne [l] propter huiusmõi cõditionum vices, & alias difficultates, cum ipsis Latinis etiã legem Iuniã, & senatuscõsultũ † Largianũ, & edictũ D. Traiani in perpetuũ deleri [m] cẽsuimus, vt oẽs liberti

quia hic dicit vsque ad quintum gradum si quis tamen velit contradicere, illud pro se inducet, quod omnes descendentes in sui patris loco succedunt, vt supra de hærede quæ ab intesta. §. cum filius, & in authent. de hæredit. ab intestat. §. 1.

SYL. ¶ Et hæc est vera, & communiter tenetur, quòd descendentes in infinitũ, transuersales vsque ad quintum gradum succedant secundũ Christoph. hic & Ioann. de Pla.

* Hanc tamen gloss. improbat & declarat Aretin. in dic. §. cum filius, in 3. not.]

a ¶ Vocentur per nostram constitutionẽ. licet olim per bonorum possessionem tanquam ex familia vocarentur vt inf. de bon. possess. §. sunt autem. versic. quinto.

b ¶ In capita. Cum eodem gradu plures inueniantur, alias patruus nepotẽ ex fratre excludit, vt ff. de bon. libe. si libertus præterito, §. si libertus.

c ¶ Veniunt. scilicet ab ipsis patronis.

d ¶ Plene enim. Propter tria dicit plene & quia hic vsque ad quintum gradum succedunt, vt hic dicitur: alias vsque ad decimum, vel sextum, vt supra de successio. eodem, §. final. Item quia hic in capita succedunt, vt hic dicitur, alias nõ ita, vt supra de hæred. quæ ab intest. §. & quia placuit, alias est versic. in § cũ filius. † Item quia vnus patroni filius excludit nepotes ex altero, quod non est ita in ingenuis, licet M. contradixerit, vt ff. de bon. lib. si libertus præterito, §. si libertus, & de leg. tut l. tutela, § si duo.

¶ Sed hæc. CASVS non ponitur, quia refert correctionẽ iuris antiqui ex rationibus alias sup. in tit. de liber. deductis. Nota omnem differentiã libertinorũ sublatã esse. Itẽ no. antiquã spẽm libertorũ, itẽ. ꝙ dictio, quasi. & dictio: quodãmodo: important improprietatem. Itẽ, quòd l. censetur perpetua.

e ¶ Peruenerunt. i. qui facti sũt plene liberi.

f ¶ Quodammõ, non. n. est vere peculiũ, cum sint liberi, vt C. de inof. test. l. fi. in fi.

g ¶ Noĩatim. quid hoc sit, dic, vt supr. de exhær. lib. §. 1.

h ¶ Eorum. l. manumissorũ.

i ¶ Quibus. l. latinis.

K ¶ Ad ciuitatem Romanã scilicet vt ciuis Romanus efficeretur imperando ius aureorum annulorum, vel natales: quod inuito patrono non est faciendum, vt ff. de natu. re. l. 3. in fin. & l. penult. & fi.

l ¶ Constitutione, vt C. de la. lib. tol. per totũ.

m ¶ In perpetuum deleri.

† alias vt.

† alias fiat,

Successio libertinorũ, & ingenuorum tripliciter differt.

† alias & Latinorũ.

† Et est rõ: qa in successione ingenuorũ plures descendentes ex vno habentur, vt vnus secus in successione liberti vt hic fallit in patronis ecclesiæ, vt in c. cum plures, de iure patronatus.

† alias simul cum aĩal libertatẽ amittebant.

† alias ita bona.

ADDITIO. No. qd qn fit derogatio alicuius iuris, intelligitur esse perpetua, quia lex semper loquitur, & est in viridi obseruantia, vt l. Arriani. C. de haete. An.

a ¶ Quibusdam adiectionibus. f. 10. vel 11. casibus, vt C. de la. lib. tol. p totum.

SYL. * ¶ Aliter interpretatur Alcit. libro 1. Parer. cap 16 accipit. n. adiectiones pro modis assequendi ius Romanae ciuitatis familiarumque Romanarum.]

¶ De assignatione libertorum.

¶ Supra visu est quéadmodu patroni & eorum liberi succedat libertis: verū quia liberti interdū consueuerunt assignati liberis patronorū ideo de hac assignatione sub dit. Porcus.

Continuatio.

† alias vt quamuis. * ¶ Assignare libertum est testificari cuius ex liberis libertum eum esse velit. l. assignare. ff. de verbo. signif.

Diuisio. IN summa. ¶ Tot⁹ iste titulus diuiditus in tres partes. Primo, q pater potest vni ex liberis libertum assignare, & ille solus liberto succedit. Secundo declarat quibus liberis hic fieri potest. Tertio, quibus verbis & in qua voluntate. Secunda ibi: Datur autem. Tertia ibi, nec interest.

SYL. ¶ CASVS non figuratur in declaratione terminorū habentiū rationē manifesti, q ius patronatus possit, tanq apud se existens & in cōmercio, distrahi, vt iubet, & assignari vni ex filia, sicut & legari possunt alia. Ratio autem dubitandi ea excogitari poterat, quod in iure patronatus non succeditur titulo hæreditario, sed iure filiationis: succedunt enim filij vt filij, non vt hæredes. l. vt iurisiurandi. d. §. si liberi. ff. de ope. lib. Tamē assignatio concessa est, quia l. operatur non operante patrono, & non aliter. Not. summarium. Itē, res de facili tedit ad naturam suam pri stinam. Item, quod cessante impedimento cessat effectus ipsius.]

ciuitate Romana fruātur: & mirabili modo quibusdam adiectionibus [a] ipsas vias, quæ in Latinitatem ducebant, ad ciuitatem Romanā capiendam trāsposuimus.

¶ De assignatione libertorum.

Assignato liberto vni ex patroni liberis, siue filijs, siue nepotibus in potestate, ille solus liberto succedit, exclusis alijs etiam in eo gradu constitutis. Aret.

IN summa (quod ad bona liberorum attinet) admonendi sumus censuisse senatum, [b] † quamuis ad omnes patroni liberos, qui eiusdem gradus sunt, æqualiter bona libertorum pertineāt [c] tamen licere parenti, vni ex liberis assignare libertum, vt post mortem eius [d] solus is patronus habeatur, cui assignatus est: & ceteri liberi, qui ipsi quoque ad eadem bona, nulla assignatione interueniente, pariter admitterētur, nihil iuris in his bonis habeant, sed ita demum pristinum ius recipiant, si is, cui assignatus est, decesserit nullis liberis relictis. Nec tantū libertū, sed etiam libertam: & non tantum filio, [c] nepotive, sed ēt filiæ, neptive assignare permittitur.

¶ Vni ex liberis in potestate potest libertus assignari in omni voluntate, & quibuscunque verbis.

¶ Datur autē hæc assignandi facultas ei, qui duos, pluresve liberos [f] in ptāte habebit, vt eis, quos in potestate habet, assignare libertum libertamve liceat. Vnde quærebatur, si eum, cui assignauit postea emācipauerit, nū [g] euanescat [h] assignatio: † Sed placuit euanescere: quod & Iuliano, & alijs plerisque visum est.

b ¶ Senatum. Cuius verba sunt. ff. eo. l. 1.

c ¶ Pertineāt. Nulla scilicet facta assignatione.

d ¶ Eius scilicet patroni.

e ¶ Filio. Etiam posthumo, vt ff. eo. l. fin.

SYL. ¶ Datur autem. CASVS non figuratur nisi vt sup. Nota collige. per tex.]

f ¶ Pluresve liberos. Nam in vno nō est necesse.

g ¶ Num. id est an.

h ¶ Euanescat. ff. eodem l. vtrum ei. cōtra. Sol. secundum Pla. ibi: valet assignatio facta emācipato, vt ibi, licet emancipatione hoc p datur, si antea facta fuerit assignatio, vt hic argu. ff. de arbit. non distinguemus. §. sacerdotio. Vel dic secundum Azo. q in l. contraria non dicit fieri assignationem in emācipatum, sed an soli fieri in potestate possit. sed nec in d. l. de arbit. dicit solui cōpromissum, sed non cōpelli sententiā dicere. Accurs.

SYL. ¶ Prima solu. verior est, secūdū Christoph. quia quando assignatio fit filio emancipato, pater est iam certus de conditione ipsius: & valet: sed si fuit in potestate, existente eo emancipato, euanesc.]

a ¶ Qui-

† Qd fa- a ¶ Quibuscunque verbis etiam nutu, † vt cit vt obli ff. eod. l. 1 §. assignare. & pure vel sub condi gatus assi- tione, vt ff. eod. assignare. gnare redi ** Quid si paterfam. assignauerit in testō li t⁹. non te- bertos suos vni ex filijs, deinde codicillis neq́ trade post aliqd' ié re fundos pus factis ll- nec dñiū bertatē Titio eorū, sed legauerit, num sufficiat di is quoque assi- cere, super gnatus erit? & tali fundo videtur quod reciplatis, non, cum non ḋ quo hic sit verisimile p lo. Fab. de eo testatorē † alias ēt. intellexisse, qa † ali. Suil cum assignatio lo Russo scripta est, ad & Hosto huc libertas rio Scapu non erat. Sed la Cōsuli- Scæuolæ. l. C. bus sed in aliud visū est. l. 1. ff. eo. l. Scæuola. de legit' Vel- verb. sign. vbi leio Ruf- videas Alciat. fo, & Ho- circa rationē sterio Sca decidendi. pula Cōs. ¶ De bonorū idq. recti⁹, possessionib. vt ex Pād. Supra visū Flor. atte- est de hrēditati stat'. Ant. bus, quæ ex te- Aug. lib. 3. stō, & ab inte- eméd. c. 8. stato deferuntur iure ciuili & partim iure pretorio: verū quia ptor interdum emendauit, interdum confirmauit ius ciuile in successione testati, & intestati, dando bonorum possessionem, ideo subdit de bonorum possessionibus.

¶ Nec interest, an testamento quis assignet, an sine testamēto: Sed † & quibuscunque verbis [a] patronis hoc permittitur facere ex ipso senatusconsulto, quod Claudiani temporibus factum est † Sabellio Ruso & Asterio Scapula Consulibus.

## ¶ De bonorum possessionibus.

¶ Non solum emendandi, sed confirmandi iuris ciuilis causa bo. pos. inuentæ sunt a Prætore: qui vocat suos & agnatos. h. d.

IVs bonorū possessionis [b] introductū est a Prætore emendandi [c] veteris iuris gratia. Nec solum in intestatorum hæreditatibus vetus ius eo modo Prætor emendauit, [d] sicut supra dictū est, sed in eorum quoque, qui testamento facto decessērint; Nam si alienus [e] posthumus hæres fuerit institutus, quamuis hæreditatem iure ciuili adire nō poterat, [f] cum institutio non valebat, honorario [g] tamen iure bonorū possessor [h] efficiebatur, videlicet cū a Prętore adiuuabat'.

IVs. ¶ Totus iste titulus diuiditur in quatuor partes. Primo ponit causas, propter quas fuit introducta bonorum possessio de iure prætorio. Secundo ponit quas bonorū possessiones prætor facit. Tertio Imperator quasdam corrigit & emendat. Quarto, quātum tempus & quale statutum sit ad agnoscendam bonorum possessionem. Secunda ibi, Sunt autem bonorū. Tertia ibi, Sed eas quidem Quarta ibi, Cum igitur plures.

¶ ius bonorū. CASVS non videbatur figurare posse in tit. tradente principia bonor. pos. Attamen in exēplo posito in princ. dū dr̄, quod emendandi gratia fuit introductū ius bon. pos. iō dubitādi erat, quia posthumus alienus tanquā non ens nō videtur adhuc esse talis, vt in eo cadere possit institō, sed contrarium decidit pretor ex eo quia cō ceptus quo ad commoda habetur pro iam nato l. qui in vtero. ff. de statu homin. si tu vis subtilius inuestigare intelligentiam huius tex. preter mentē doc. vide Fort. in l. Gallus. §. 1. in 7. & 8. col. ff. de libe. & posth. No. summarium. Item quid sit emēdare. Itē, q̄ de iure antiquo posthumus alienus nō poterat hrs institui. Item ex fine q̄, nā interest admitti ex pluribus capitib⁹ ad successionē.

b ¶ Ius bonorum possessionis. i. bonorū possessio, quæ est ius psequēdi retinendiq. Patrimonij, q̄ cuiusque, eum is moritur, fuerit, vt ff. eodē, l. 3. §. bonorū. — Bonorū possessio quid est.

c ¶ Emendandi, id est supplendi: quia minus plene dixerat ius ciuile nō cognoscens emancipatos, vt supra de hæred. quæ ab intestato. §. emancipati sic ff. ad legem Rho. de iactu. l. vltim. § 1. & fin. Vel dic emendandi. p̄prie, vt ī agnatis feminis, vbi ius pretorium contra ius ciuile induxit, vt supra de legiti. agnat. suc. §. sed quia. & In posthumo, vt infra versic. proxim.

¶ Dic, q̄ aliter resoluit Fortu. in l. Gallus. in prin. in 10. col. ff. de lib. & posth. vt s. emendetur in vniuerso. l. 12. tab. tanquam quæ p̄termisisset, non quæ contrariū disposuisset.

* Et ad hanc glo. circa verbum, emendare, vide Deciū in l. edita. col. 5. in ff. C. de eden.]

d ¶ Emendauit expone, vt sup.

e ¶ Alienus posthumus quis sit, dic vt supra de leg. §. posthumo.

f ¶ Non poterat. sup. de leg. §. posthumus, contra. Sol. vt ibi.

g ¶ Honoratio. ff. eod. non est, §. vbicunque contra. Sed hic specialiter ex illa regula excipitur per ipsum prætorem, & quo ad hoc derogatur illi regulæ generali, quia nō est dubium, quin generi per speciem derogetur, vt ff. de pœn. l. sanctio. — Gnī p spe ciem derogatur.

¶ Communis sol doct. est, quod regula illa loquitur, quando in odium ipsius aliquis prohibetur succedere, non ex rigore iuris ciuilis, vt in posthumo. Tamen sol. gloss. ibi semper plus placuit, quod ius ciuile non resistebat institutioni posthumi alieni, quāuis non assisteret: & ita, dum essem scholaris, disputando defendebam.]

h ¶ Bonorum possessor. secundum tabu.

a ¶ Sed & is.s.posthumus alienus.
b ¶ Constitutione.s.Græca, vt sup. de lega. §.posthumus.
c ¶ Non incognitus:sed cognitus. Nã constitutiones sunt de iure ciuili, vt ff.de iustitia & iure ius autem ciuile.
d ¶ Neque emendandi, vt supra eo.i.respon. Et dic emendandi. id est supplendi.
e ¶ Neque impugnandi, vt sup.prox.resp. Et dic.i.corrigendi.
f ¶ Veteris iuris.s.ciuilis.
g ¶ Bonorum possessionem. Nota tres vias prætoris.
h ¶ Remota. Quare ergo fecit prætor? Respond. vt successoribus vias ampliaret, vt infra eod. §. quos sic. & ff. de le.2.cum filius, §.varijs. Aret.contra ff. na.cau. stab. l. idem alias incip.& ita §.sed an sit,& §. sed si gratis.

ADDITIO. Dic, quod immo cõcordãt: qa ibi & si nõ necessariũ, vtile tñ fuit prætorem se intromittere: quia qui recipit, oĩno tenetur, vt ibi: quod non semper erat de iure ciuili, secũdũ Ange.hic.

† alias iure.

Sed & is [a] a nostra constitutione [b] hodie recte hæres instituitur, quasi & † iuri ciuili nõ incognitus. [c]

¶ Aliquando tamen neque emendandi, [d] neque impugnandi [e] veteris iuris, [f] sed magis confirmandi gratia, Prætor pollicetur bonorum possessionẽ, Nam illis quoque, qui recte testamento facto hæredes instituti sunt, dat secundum tabulas bonorũ possessionẽ. [g] Item ab intestato suos hæredes, & agnatos ad bonorũ possessionem vocat. Sed & remota [h] quoque bonorum possessione, ad eos pertinet hæreditas iure ciuili.

¶ Prætor solus non facit quem hæredem, sed loco hæredis. Aretinus.

¶ Quos autem solus vocat Prætor ad hæreditatem, [i] hæredes quidem ipso iure nõ fiunt: nam Prætor hæredem facere non † potest: per legem enim tantum, vel similem iuris constitutionem hæredes fiunt. veluti per senatusconsultum, [k] & constitutiones principales, sed cum eis Prætor dat bonorum possessionem, loco hæredum constituuntur, [l] & vocantur bonorum possessores.

¶ Prætor ampliat successionis materiam vlterius, quam fit per l. 12.tabularum, hoc dicit. Aretinus.

¶ Adhuc ãt & alios cõplures [m] gradus Prætor fecit in bonorum possessionibus dandis, dũ id agebat, ne quis [n] sine successore moreretur. Nam [o] angustissimis finibus constiturũ

postea recipiebantur, efficiebãtur portio iuris ciuilis, ita cõmuniter tenent doc.in rubr. C.qui admi. vel dic quod ipsa simplici vocatione nõ efficiũtur hæredes, sed statim ꝙ est eis data bon.posses. sũt in omnibus loco hæredũ, prout intelligit hunc text. Fortu. in l.iurisgen.§.ꝑior alt. col. 4. ff. de pact. vbi videndum est pro declaratione huius text. quia loquitur satis subtiliter.

* Aliam tamẽ huius rei rationem tradit Alcia. li.3. Paret. c.3. quæ verior videtur.

† Rõnẽ affert Alci. lib. 3. Parer. c.3.

i ¶ Ad hæreditatem.i.ad successionem: vt emancipatos abintestato, & cognatos.
K ¶ Per senatusconsultum. Ter. & Orph.
l ¶ Constituũtur, vt Cod. de suis & legit. hæred.l.fin.

** Non ergo propriè hæredes sunt. Attamen cum non solum quoad nomen, sed etiam quoad effectũ pro hæredib. habeantur, ꝗlibet dispositio de hærede verba faciens bonorũ quoq. possessorẽ cõplectetur. l.in cõdit. §. si patronus, de cõd. & dem. l.1.§.bonorum ad Treb. qđ procedit etiã si mã.odiosa, pœnalisq.sit, Alciat.l.hęreditatis.2. de verb.sig.]

SYL. ¶ Quos autem CASVS sic figurari potest. Visum est, sup.in §.prætorũ edicta. de iur. nat.gen.& ciui. ꝙ prætorũ edicta sunt portio iuris ciuilis vnde videbatur dicendũ qđ pariter illi efficerẽtur hæredes ipso iure, qui ab edicto prætoris vocabantur, sicut ij, qui vocabãtur ab aliqua alia parte iuris ciuilis. arg.l.quę de tota ff.de rei vendi. Contrariũ dr, assignatur aũt cõis ratio, quia prætores non habent ius condendi. l. per prius, sed Per posterius.i.sequente receptione, vel cõprobatione iuris ciuilis, proponebant enim ꝑtores edicta durãte suo magistratu, quæ si

ADDIT. Idẽ in succedẽtibus ex constõne alicui⁹ baronis vel marchionis: qa cẽsẽr eẽ ius ꝑtoriũ. Et no.ꝙ nõ hñt nisi actiones viles nec ciuiles efficiuntur pretoriæ sm.Angel.

¶ Adhuc autem. CASVS non figuratur quia procedit enumerando bon. pos.a prætore introductas, quas no.] SYL.

m ¶ Complures. quam lex 12. tabularum, vel quam dixerat.
n ¶ Ne quis, sic. ff. de interro. actio. & quia.
o ¶ Nam angustissimis, nam sui hæredes

&

& agnati tantum succedebant de iure ciuili ius integrum habentes, quia non sunt emãcipati, de alijs enim non dicitur. vt supra de hær. quæ ab intesta. §. 1. & de lega. agna. suc. in princip.

a ¶ Sunt autẽ, præteritis liberis, siue emancipatis, siue nõ vt C. de lib. p̃te. maximam. circa princip. Accur.

per legem 12. tabu. ius percipiendarum hæreditatum, Prætor ex bono & æquo dilatauit.

ADDITIO.

Non tamẽ datur exhæredatis. Item nec institutis, nisi commisso edicto per preteritos, vt l. nõ putauit. in princ. & §. fi. ff de cõtra tab. licet ad huc dictus p̃teritus non petat, nec amplius petere possit Contra tabulas, secundum. Ang.

¶ Decem bonorum possessiones hic numerantur, quarum duæ primæ competunt testamẽto facto reliquæ vero ab intestato. Ang.

¶ Sunt autem bonorũ possessiones ex testamento quidem hę: Prima, quæ præteritis liberis a datur, vocatur-

Liberi p̃teriti habẽt duo remedia ad impugnandũ testm̃.

b ¶ Contra tabulas. Sed quare datur suis Contra tabulas, cum ipso iure nullum sit testamentum, vt sup. de exhær. lib. in princ. Resp. duas habet vias, vnam de iure ciuili, per quam potest dicere nullum. aliam de iure pretorio per quã non dicit nullum sed annullandum, cum nec fieri, nec definere possit hæres de iure prætorio, vt C. de li. præte. l. fi. & sup. eod. §. quos autem.

SYL. ¶ Adde pro intelligentia huius opin. quod quamuis articulus sit valde disputabilis, tamen communis doct. resolu. est, quod testamentum, in quo filius in potestate est prteritus, sit ipso iure nullum ut l. posthumo. C. de bon. poss. contra tab. Datur tamen contra tab. d. iteo modo ad rumpendum. Nam si præteritus sit emancipatus. tunc datur procul dubio ad rumpendum testm̃; quia testm̃ valet iure ciuili, si preterit⁹ sit filius in potestate, tũc licet sit nullum, tamen datur ad rũpendũ, prout de facto processit, & ad declarandum nullum. Non enim erat necessaria filijs in potestate talis bo. possessio, sed occasione emancipatorum ipsis etiam concessa fuit sub vna determinatione. §. eadem, sup. de hære. quæ ab intesta. & ita resoluit pluribus verbis Deci. in d. l. posthumo. in 3. dub. in 11. col. & ita tene.]

Bonorũ possessio cont. tab. & sec. tab. cõpetũt ex testamento.

¶ Item quare Contra tabulas dicitur ex testamento, cum magis contra testamentum dici deberet, cum rumpit testamẽtum, vt C. de coll. vt liberis? Resp. ideo sic dicitur, quia sine testamẽto competere non potest, Item quare hanc præmisit cum Secũdum tab. dignior sit? Resp. quia donec ista compet it illa dari nõ potest, vt ff. de cõtra tab. l. illud. §. fi. & de secun. tabul. l. 1. §. æquissimum, 1. respon. alias est l. a.

que Contra tabulas. b Secunda, quam omnibus iure scriptis hæredibus Prætor pollicetur, ideoque vocatur Secundum † tabulas. c Et cum de † testatis prius locutus † est, ad intestatos transitum fecit. d Et primo loco e suis hæredibus, & ijs, qui ex edicto Prætoris inter suos hæredes connumerantur, f dat bonorum possessionem, quæ vocatur Vnde liberi. g

† aliàs tabulas testamenti.
† alias testamẽtis.
† alias esta

SYL. c Respectu ergo bon. pos. cõtra tab. non est dignior, respectu aliarũ, qa datur, secũdũ volũtatem testantis, dĩ dignior put declarat Deci. in rub. C. de contra tab. in fin.] ¶ Item nũquid hęc parenti datur cont. tab. si filii emãcipati? Resp. sic ad instar patroni, vt ff. si à pa. quis fu. manu. l. 1. & arg. ff. d bo. dam. l. si sic. ff. si tab. test. nul. ext. l. 1.

c ¶ Secundum tabulas sic ff. si ta. te. nulle ext. l. 1. Item hoc quando testamentum factum est in scriptis. alias secundum nuncupationem, vt C. de secun. tab. l. 1.

d ¶ Fecit. sic. ff. si tab. te. nullæ exta. l. 1.

e ¶ Primo loco. s. inter eas, quæ ab intestato deferuntur. Et no. hunc ordinem, qui sequitur in edicto fuisse. licet non in obseruãdo, vt inf. sequitur.

f ¶ Connumerantur, vt sup. de hæred. quæ ab intest. §. emancipati.

g ¶ Vnde liberi. Quid erit contra filio emãcipato mortuo? Resp. pater habet bonorum possessionem Vnde parentes, vel Vnde liberi vtiliter, cum æqua rõne vocem pfem ad hęreditatem filij, vt ff. de inof. te. nam et si & si. vnde li. scripto. Vel dic Vnde legitimi cũ semper contracta fiducia eum emãcipet, vt sup. de leg. agna. suc. § fin.

Pater quo iure venit ad bona filij emancipati.

¶ Cõis conclusio doc. citramon. est cõtra gl. hic. Tenet. n. q. detur vtilis Vn liberi, vel Vn parentes, vltramon. tenent contrarium, quæ opi. disputãdo sustineri pt, vt per Lud. Goz. in l. qui se pris. col. 36. C. vn lib. post alios, in quo aduerte, quia maxima est vtilitas. Nã si pr venit per Vn liberi, poterit venire ex triplici cap. & sic hẽt tres annos vtiles ad succedẽdũ filio. s. per Vn liberi, per Vnde agnati, & per Vnde cognati. l. 1. §. sed videndum, ff. de suc. edict. alias haberet tantum duos.]

SYL. ¶ Item numquid filio in bonis matris datur hæc bonorum possessio? Respond. non, vt C. de suis & legi. hæred. l. fina. Item nunquid in alijs vlterioribus ex linea descẽdentibus

bus supradicta sortiantur, scilicet vltra filios? Respond. sic, cum omnes inferiores dicantur liberi, vt ff. de verbor. significatio. l. liberorum.

a ¶ Secundo legitimis. i. agnatis, & eis, qui eorũ loco sũt, vt sup. de legi. agnat. suc. §. 1. & §. hoc etiam & ff. vnde leg. l. 2. §. hæc autem. 2. & l. 3.

b ¶ Tertio 10. personis, quas extraneo manumissori. id est ei qui emebat filiũ à patre, & postea eũ manumittebar. † Nam sic fiebat olim emancipatio. vt supr. quib⁹ modis ius patrie potest. solui. §. præterea. Vel melius, vt infr. eod. §. quę autem.

† Placet Fab. & Ange.

† alias forte.

* ¶ Pro vera declaratione vide Annot. nostras, sup. tit. de leg. par. tut. & titu. seq. & quæ docuimus ex Caio. sup. in d. §. præterea.

SYL.

† alias patroni pro naq. liberis eoriiq. parentib.

† Vide Alc. lib. 1 Parer. c. 3.

Bonorum possessio tanq̃ ex familia cui datur.

c ¶ Quarto cognatis. Qui iure ciuili non vocãtur, vt ff. vnde cogn. l. 1. 1. respon. & supra de leg. agn. succ. 1. resp.

d ¶ Quinto tãquam ex familia. quæ dabatur patrono, liberto moriente intestato. sequens dabatur idem, liberto moriente cum testamento, secundum quosdam. Vel dic, quod † hæc familiæ. i. agnatis transuersalibus patroni datur vsque ad quintum gradum, vt ff. de ver. sign. pronunciatio, §. familiæ & inf. eod. §. cunque, & sup de succ. lib. §. multis, sequens patrono, & descendentibus, & ascẽdentibus vsque ad quintum gradum prima enim nõ valet, cum hic tractetur tantum de ijs, quæ ab intestato deferuntur.

† Idé Ioã. Fa. Ang. & Ias.

* ¶ Vide Alci. lib. 1. Parer. c. 12. qui hunc locũm intelligit in istre gentilitatis, quod vero sequitur de cognatis manumissoris, intelligit

Secundo, legitimis [a] hæredibus. Tertio, [b] decem personis, quas extraneo manumissori præferebat. Sũt autem decem personæ hæ, pater, mater, auus, auia, tã paterni, quam materni: item filius, filia, nepos, neptis, tam ex filio, quã ex filia, frater, † soror, consanguinei, vel vterini, Quarto, cognatis [c] proximis, Quinto, tãquam ex [d] familia, Sexto, [e] † patrono patronæque, liberisque eorum, & parentibus, Septimo, [f] viro & vxori. Octauo, † cognatis manumissoris.

¶ Bonorum possessiones contra tabulas, & secũdum tabulas, item Vnde liberi, & vnde legitimi siue agnati, hodie sũt necessariæ. Are.

¶ Sed eas [g] quidẽ prætoria introduxit iurisdictio, à nobis tamen nihil incuriosum [h] prætermissum est, sed nostris constitutionibus [i] omnia corrigentes, contra tabulas quidem, & secundum tabulas, bonorum possessiones admisimus, vtpote necessarias [k] constitutas, necnon ab intestato Vnde liberi, & Vnde legitimi, bonorum possessiones.

¶ Bonorum possessio Vnde decem personæ, est hodie sublata, & in eius locum bonorum possessio, Vnde cognati, est collocata. Ang.

¶ Quæ autem in Prætoris edicto, quinto locò [l] posita fuerat, id est, Vnde decem personæ, eam pio proposito, & compendioso sermone superuacuam ostendimus. Cũ enim præfata bonorũ possessio decẽ personas ꝑponebat extraneo manumissori [m]

tes stirpis, cuius meminit Cicer. libro primo de Orato.]

e ¶ Sexto patrono. Quare primo agnati patroni vocantur, quam ipsi patroni? Respõd. † Hic ordinem edicti seruat, non qualiter succedi de facto debeat, & hic error in alijs casibus inuenitur.

† Idẽ An.

f ¶ Septimo. Deficiente parentela, etiam fisco excluso, vt C. vnde vir, & vxor. l. 1.

* ¶ Idem vide tur Alcia. loco supr. citato.

SYL.

¶ Sed eas. CASVS non figuratur nisi literaliter in l. corrigente, quę habet in se rationem correctionis. ibi, cũ enim. No. sum ma. Item, quod sit puacua sunt eradicanda. Item, quod sublato fundamẽto tollitur ędificatum.

g ¶ Sed eas. scilicet supradictas decem bonorum possessiones.

h ¶ Incuriosum. id est sine cura.

i ¶ Constitutionibus. quæ remãserunt in græco. Accursius.

¶ De quibus, vide Alc. lib. 6. Parer. cap. 14.

prope finem.

K ¶ Necessarias. id est vtiles, sic, ff. de offic. præf. præt. l. 1. in princ.

ADDITIO. Dic, immo aliquæ sunt necessariæ, vt inf eo. §. fi. & c. Ang.

l ¶ Quæ autem. Quinto loco. Scilicet connumeratis bonorum possessionibus ex testamento & ab intestato.

m ¶ Manumissori. Expone vt supra, §. sunt vers. 3. Vel dic quod extraneus manumissor est ipse pater, quando non contracta fiducia emancipat. Sed si quæras quare sibi ipsi præfertur? Respõ. sane intelligas, vt pater auum emãcipantem nepotem præcedat, vel si ipse pater

pater emancipauit, inueniuntur tamen nouem personæ, quæ eum præcedunt.
* Declara vt docui in Anno. in locis sup. adductis.]
* Appellat extraneum manumissorem, imaginarium illum emptorem filij emancipandi, qui post tres patris naturalis venditiones, q vt scribit Theophilus supra quibus modis ius pat. po. sol. in emancipationibus antiquitas interueniebat, ipse tertia manumissione talem filium emptum quodammodo in seruilem causam deductum manumittebat. i. n. manumissor pp eiusmodi libertatis datione acquirebat iura legitimæ successionis in filio instar patroni. ita vt omnib⁹ cognatis ab intestato præferretur. quod ius postea Prætor restrinxit & decem personas ei anteposuit.]
a Constitutio. C de emancipationi. liberorum. l. fi.
b Manumissoribus. i. emãcipatoribus.
c Contracta fiducia. id est saluo iure succedendi.
* Hoc declaraui. supra de legit. agn. succ. §. fi. Contracta enim fiducia emãcipare dicebatur pater, eum id pacto agebit cum imaginario filij emptore, vt sibi patri tandem filium remanciparet, vt non emptor, sed pater manumitteret, sicq. haberet omnia iura, quæ alioqui cõpetijssent emptori, si ipse manumisisset.
d Manumissionem. i. emancipationem.

† alias nõ est liberi.

SYL.

nostra constitutio, a quam de emancipatione liberorum fecimus, omnibus parentibus, eisdemque manumissoribus, b contracta fiducia c manumissionem d facere dedit, e vt ipsa manumissio f eorum hoc in se habeat priuilegium, & superuacua fiat supradicta g bonorum possessio. Sublata igitur prædicta quinta bonorum possessione, in gradum eius sextam antea bonorum possessionem induximus, & quintam fecimus, quã Prætor proximis cognatis pollicetur.

¶ Bonorum possessio Tanquam ex familia, & Vnde liberi, & parentes patroni, sunt sublatæ. Ang. Aret.

¶ Cumque antea fuerat septimo loco bonorum possessio Tamquã ex familia, & octauo Vnde † liberi patroni patronæque, & parentes eorum, vtrãque per constitutionem h nostram, quam de iure patronatus fecimus, penitus euacuauimus. Cum enim ad similitudinem successionis ingenuorum, libertinorum successiones † posuimus, i (quas vsque ad quintum gradum tantummodo coarctauimus, vt sit aliqua inter ingenuos & libertinos differentia) sufficit k eis tam contra tabulas bonorum possessio, quam Vnde legitimi, & Vnde cognati, ex quibus possunt sua iura vendicare, omni scrupulositate, & inextricabili errore istarum duarum bonorum possessionum † resoluto.

¶ Etiam hodie viget bonorum possessio Vnde vir, & vxor, & textũ locum occupat. Et bonorum possessione, vnde cognati manumissoris, prorsus sublata, remanent tantum sex bonorum possessiones ordinariæ. Ang.

¶ Aliam vero bonorum possessionem, quę Vnde vir & vxor appellatur, & nouo loco inter veteres bonorum possessiones posita fuerat, & in suo vigore seruauimus & altiore l loco, id est sexto

e Dedit. i. cõcessit.
f Manumissio. i. emancipatio.
g Supradicta bonorum possessio. Vnde decem personæ.
Cumque antea. CASVS literaliter figurandus est, qa correctiones enumerat, quarum ratio est superfluitas non necessaria, quæ ponitur in illis verbis, sufficit eis &c. Nõ ergo iura, & bo. poss. antiquas esse sublatas. Item quod hodie sex sũt bono. possession. & septima, quę sequitur.
h Constitutionẽ nostrã. De qua habuimus mentionem, supra de successio. liber. §. sed nostra.
i Posuimus. Vt sup. de succes. lib. §. multis.
k Sufficit eis .s. tam cognatis quam agnatis patroni.
ADDITIO. Qui excludunt agnatos, & cognatos ipsius liberti, vt l. libertо fine liberis, ff. de bo. li. nec eis fit iniuria, quia si stetissent in seruitute, non habuissent cognationem.
l Aliã vero. Altiore. Hinc tra-

† alias posuerimus.

† alias resoluta.

Digniores altiori loco sedere debent.

trahe, quod digniores altiori loco sedere debent: (i) & est altior, qui proximior domino est.

Vide Cassan. in Catal. glo. mun. in prima par. q 11. & 12. & Gramm. decis. 64. nu. 10. & 11. Tyrones vero posteriori, vt C. de tyro. l. fi. lib 12. & ff. de aqua plu. ar. l. 1. §. pen. & C. de of. rec. p. l. potiores. Accursius.

ADDITIO. (i) Et ad hoc implorari potest officium iudicis, non autem agi actione iniuriarum secundum Io. Fab. hic.

† alias veteri.

† aliàs quoque.

eam posuimus, decima [a] † vero bonorum possesione, quæ erat Vnde cognati manumissoris, propter causas enumeratas [b] merito sublata, vt sex tantummodo bonorum possesiones ordinariæ permanerent, suo vigore pollentes.

¶ Si lex dat alicui bonorum possessionem de nouo, ex testamento, vel ab intestato, illa dicitur septima extraordinaria. Angelus.

a ¶ Decima. Bene dico sexto poni, & hoc dico sublata decima. Accu.

b ¶ Enumeratas. sup. eod. §. cumque.

c ¶ Septima. Introduxerũt. vt ff. vt ex leg. & senatuscons. l. 1. 1. respon.

Bonorum possessio septima extraordinaria, vt cõpetat, duo sunt SYL. necessaria.

d ¶ Vt detur. s. bonorum possessio. Et nota duo esse necessaria, vt hæc bono. pos. cõpetat. s. vt lege caueatur, vt bonorũ possessio detur, & q; de iure ciuili non possit succedere, aliàs competit Vnde legitimi, vt ff. vnde leg. l. 3. & ff. vt ex legi & se. cõ l. 1. §. fi. ¶ Dic tu secundum Ias. in l. certum. C. vnde leg. quatuor necessaria, primo, quod deferatur ex ll. nouis, & senatusconsultis, secũdo, q; tales sint, ll. ciuiles, & non prætoriæ, tertio q; per illas ll. nouas deferatur bo. pos. expresse & specialiter, non autem in indiuiduo nec nominatim, quarto, quod non sit vocatus per l. 12. tabu. ad hæreditatem. quæ colliguntur ex dictis omnium doct.

Bonorum possessio septima qñ habet locum.

e ¶ Lege. Ponunt quidam exemplũ ex testamento, vt C. de inoffi. testa. l. 3. §. sed cum eã. ex eo quod filius natus in puerperio, institutus præsumitur. Ab intestato ponunt exemplũ in agnatis feminis, & in quibusdam cognatis, qui efficiuntur agnatis similes, vt supra de legi. agna. succ. §. hoc etiam. Vtrũque reprobo, † quia nulla lex expresse dat supradictis bonorum possessionem, sed eos succedere dicit, ergo non datur hæc septima, sed Vnde legitimi vt ff. vnde le. l. 3. Pone ergo exemplum ex testamento in posthumo alieno instituto, vt supra eod §. 1. Item tam ex testamento quam ab intestato pone exemplum in eo, qui decessit apud hostes, in cuius bonis datur bono. pos. l. noua Cornelia, vt ff. de bono. possessio. l. tertia, §. sed & eius.

† Placet Alexan. in l. fin. C. vñ leg. in 4. columna.

¶ Hæc exempla reprobantes per doct. maximè per Ale. in l. certum. C. vnde leg vbi Ias. ponit alia exempla, quæ etiam iudicio meo difficile saluari posũt tamen non est materia p iuuenibus.] SYL.

¶ Septima eas secuta, quam optima ratione Prætores introduxerũt. [c] Nouissime enim † permittitur edicto ijs etiam bonorũ possessio, quibus vt detur, [d] lege, [e] vel senatusconsulto, [f] vel constitutione [g] comprehensum est, quã neque bonorum possessionibus, quæ ab intestato veniunt, neque ijs, quæ ex testamento sunt, Prætor stabili iure connumerauit, sed quasi vltimum & extraordinarium [h] auxilium

† alias promittitur.

f ¶ Senatusconsulto Orph. & Tertu. vt ff. vnde legi. l. 2. in princ. & § fin. nam eis datur bon. poss. ibi, & non succedebant de iure ciuili, vt sup. ad Tertul. in principio. debet ergo dari hæc, vt ff. vnde leg. lege tertia.

g ¶ Constitutione. Ponunt exemplum supra de leg. agn. succes. §. hoc etiam. Item C. de eman. lib. l. fin Sed hoc reprobo. cum lege non caueatur eis dari bon. poss. vnde habent Vnde legitimi, vt ff. vnde le. l. 3. Potest tamen dici, quod ibi subaudiatur, maxime. Vel melius dic, si aliqua noua constitudo fieret de nouo, quæ daret bonorum possess. ex ea daretur hæc septima.

h ¶ Extraordinarium. Nota duobus modis fieri bonorum possessionem extraordinariam, quia vaga, vt hic.

¶ Item, quia non tribuit ius vt Carboniana, & si venter mittatur in possessionem, & illa quæ datur gratia agnoscendæ iuris, quæ dantur sine causæ cognitione, vt ff. de Car. edic. l. 3. §. causæ. & de ventre in pos. mit. l. vbicunque, §. interdum. & ff. de inof. testament. Papinian §. r. & aliæ cum causæ cognitione, (i) vt ff. de bo. poss. l. 3. §. si causa. & quis ordo in bonorum possess. ser. l. 3. §. dies, & §. in bonorum.

Carboniana possessio ius nõ tribuit.

ADDITIO. (1) Hodie autem sine petitione, & sine causæ cognitione, & datione coram iudice agnoscuntur, arg. l. penul. & fi. & quod ibi no. per glo. & doct. C. qui admit ad bon. pos. &c. Ang.

¶ Cum igitur. CASVS. in regula generali si non ponitur, quæ habet suã rationem ibi, ne actiones &c. Ideo autem ius accrescendi introductũ est in bonor. pos. quia

indu-

Inductum est in hæreditatibus ab intestato poterat tamen pro ratione dubitãdi: allegari, quod aditio hæreditatis durat perpetuo, id est 30. annis, vnde eadem ratione videbatur durare ius agnoscẽdi bono. poss. Tamen restrictũ est ex causa prędicta quia etiam q̧ haberet ius deliberandi, hæres tamen põt statui tempus à iudice ad instãtiam, creditorum ad deliberandum, nõ minus c. dierũ & regulariter anni, vel triũ mensium, secũdũ alios, ideo quod necesse erat facere iudicem in hærede, ĩ bon. poss. taxatum est edicto. Not. qđ non debet præiudicari creditoribus differendo solutionem, & alia vt per doct. hic.]

a ¶ Plures. Quia decem. quarum sex remanserunt ordinariæ, vt supra eodem, §. aliam vsq; ad §. septima.

b ¶ Disposuisset. Alio modo in edicto, quã de facto competit, vt diximus, supr. eod. titu §. sunt autem. ver. 6.

(prout res exegit) accõmodauit, scilicet ijs, qui ex legibus, senatusconsultis, constitutionibusve principum, ex nouo iure, vel ex testamento, vel ab intestato veniunt.

¶ Liberi, & parentes habent annum ad petendam bonorum possessionem, alij agnati habent centum dies, & portio deficiens accrescit pari in gradu, vel ad alium deuoluitur per successorium edictum. Aret.

¶ Cum igitur plures [a] species successionum Prætor introduxisset, easque per ordinem disposuisset, [b] & in vnaquaque specie successionis sæpe plures extent dispari gradu personæ, ne actiones creditorum differrentur, [c] sed haberent quos cõuenirent, & ne facile in † possessionem bonorum defuncti mitterẽtur, & eo modo sibi consulerẽt, ideo petendæ bonorum possessioni certum tempus præfiniuit. Liberis itaque & parentibus, tam naturalibus, [d] quam adoptiuis in petenda bonorum possessione anni [e] spacium, ceteris autem agnatis, vel cognatis, centum dierum dedit. Et si intra hoc tempus aliquis bonorum possessionem non petierit, eiusdem gradus personis accrescit, [f] vel si nullus sit deinceps ceteris bonorum possessionem perinde ex successorio edicto [g] pollicetur, [h] ac si is, qui præcedebat, ex eo numero non esset. [i]

h ¶ Pollicetur. Scilicet prætor.

i ¶ Non esset. Exclusus tamen tanquam filius admitti potest vt agnatus, & exclusus vt agnatus admittitur vt cognatus, vt sibi succedare videatur, vt ff. de succes. edic. l. 1. §. sed videndum.

ADDITIO.

Tu dic, q̧ simplex repudiatio, vel relata ad hæreditatẽ, concernit omne ius, & omnes vias succedendi, quando habet substãtiũ, secus si ad ius adeundi, quia ad illud tantum refertur, quod exprimitur, nisi esset adiecta causa generalis, puta quia hæreditas est damnosa, vel similis. nam ex tali ratione repudiatio ad vtrumque refertur, secundum Ang. Are. hic.

** Sed nũquid audiẽdi sint remotiores si nõ expectato tempore præfinito a Prætore. de quo sup. hoc §. petant proximioribus statui certum aliquod tempus arbitrio iudicis ad petendum seu agnoscendum bon. poss. Et videtur dicendum quod sic, ex deductis per Tiraqu. de retract. ligna. §. primo gl. decima. nu. 57. 58. & 59.]

† Not. q̧ Inst. supra dixit bon. possess. significare ius succedendi, hic vero conuerso ordine verborum dicit po. bo. significare nudum factũ solã que naturalé detentionem.

c ¶ Differrentur. Sic ff. de successio. edi. l. 1. 1. respon.

d ¶ Naturalibus. & emãcipatis, & emancipantibus, vt ff. de succ. edic. l. 1. §. fin.

e ¶ Anni. In honorem sanguinis, immo nõ videntur coarctandi, cum velut ad propria bona veniant, vt ff. eo. l. 1. §. largius. & de lib. & posth. l. in suis.

f ¶ Accrescit. Partes enim non petentium accrescunt petentibus, † vt C. quando non pe. par. pe. accres. l. 1.

g ¶ Ex successorio edicto. Hoc intellige in cognatis. sed inter agnatos successorium edictum locum non habebat, sed hodie vtrũque locũ habet, vt sup. de legit. agnator. succes. §. placebat.

† Et hoc verum ẽt ipso iure qñ eodem iure succedunt, sec9 si diuerso, vt hic per Ang.

¶ Si quis itaque. CASVS ita potest figurari. SYL.

¶ Quærebatur, an tempus secundo in gradu inciperet currere statim primo repudiante, an vero expectandum sit tempus, quo terminus primo constitutus à l. finitet. & videbatur expectandũ vsq. ad finẽ termini primi, quia in præiudicium sequentis non vĩ posse primum renunciare dilationi & tẽpori dato ad agnoscendum, iux. ea, quæ ponit Bar. in l. si arrogator. col. 7 ff. de adop. Cõtrariũ dicitur eo, quia cessat causa dilationis, quæ erat tẽps cõstitutũ primo, iõ repudiante statĩ admit-

admittitur sequens, quia frustra expectatur tempus cuius euentus nihil operatur. l. aliquando. in fi. ad Velleian. not. regulam text. nostri.

a ¶ Repudiauerit, intra suum tempus.

b ¶ Admittuntur, vt C. eod. l. final.

¶ In petenda. SYL. CASVS. in regulis generalibus in materia bon. pos. non figuratur, quarum ratio est, quia licet aliàs tẽpus sit continuum regulariter, l. 1. ff. de diuer. & temp. præscri. tamen quia sicut nõ admittitur ad adeundum, qui nescit sibi delatã hæreditatem, & ex quo capite, ita nec admittitur ad petendum bono. poss. cum ergo agere non possit, non debet posse ei currere præscriptio. l. 1. C. de anno. excep. quod autem sine solennitate hodie bon. poss. agnosci possit, hoc à principibus introductũ est: solum in memoriam decreti, quod olim interponebatur, est introductum vt fiat, coram iudice, & sic quasi æquiparata est aditioni. quę quoquo modo fiat, valet, i. pro hęrede, ff. de acq. hær. No summar.

¶ **Primo repudiante bonorum possessionem, statim sequenti incipit currere tempus. Ang. Aret.**

¶ Si quis itaque delatam sibi bonorũ possessionem repudiauerit, [a] non quousque tempus bonorum possessioni præfinitum excesserit, expectatur, sed statim ceteri ex eodem edicto admittuntur. [b]

¶ **Tempus petendi bonorum possessionem est vtile, & hodie bonorum possessio potest qualitercunque sine solennitate peti. Aret.**

¶ In petenda autem bonorum possessione dies vtiles [c] singuli cõsiderantur. Sed bene anteriores principes [d] & huic causæ prouiderunt, ne quis pro petenda [e] bonorum possessione† curet, sed† quocunque modo admittentis eam † iudicium (intra statuta tamen tempora) ostenderit, † [f] plenum habeat earũ beneficium.

## ¶ De acquisitione per arrogationem.

¶ **Olim omnia bona arrogati acquirebantur arrogatori, exceptis ijs, quæ per capitis diminutionem perdũtur, hodie vero acquiritur solus vsusfructus, vt par sit patri naturali. Aret.**

c ¶ Dies vtiles. In quibus tria concurrere oportet scilicet quod iudicis copia sit. Item actoris. Item rei, vt ff. de diuer. & temp. præscri. l. 1. & si quis or. in bonor. poss. ser. l. 1. in princ. & §. dies.

ADDITIO. Hoc verum intellige de iure antiquo. Itẽ in illis bon. pos. que tribuũt ius, secus in alijs, vt est bo. pos. quę datur gratia litis agnoscendæ. Item Carboniana, & quæ ventris nomine, de quibus, an tribuant ius in pos. & an hodie procedãt, & in eis locum habeat iste. tex. vide. Io. Fab. hic. Hodie autem indistinctè in omnibus bo. poss. dies dicũtur, vtiles, etiam si iudex pro tribunali non sedeat, & incipiunt currere à die scientiæ, & currunt quãdiu non dubitat, an sibi competat bono. poss. secundum Angelum.

d ¶ Principis, C. qui admit. ad bono. poss. l. pen. & fin.

e ¶ Pro petenda. Erat enim alia edictalis, quæ ex edicto mortui prætoris competebat, hanc non erat necesse peti, vt ff. de bon. poss. l. 3. §. sed si nemo. Alia decretalis, quę a prętore viuo decernitur: (i) & hoc olim solẽ niter hodie sufficit quocunq. modo dicat, se velle agnoscere, quæ iudicialis dici potest, quia in iudicis præsẽtia agnoscitur, vt hic, & Cod. qui admitti ad bon. pos. l. pe. & fin. Item numquid hodie bonorũ possessiones locum habent? Resp. sic, nam & eas proponere quis potest, & contra tab. necessaria etiam est filio emancipato & præterito. Item Vnde vir & vxor necessaria videtur, & vt olim aliæ non erant necessariæ, sic nec hodie, eis tamen vti possumus. Alij contra, cum nouus modus succedendi sit inuentus, vt in Authen. de hæred. ab intest. per totum.

Bonorũ possessio ẽ duplex.

† aliàs curat.

† aliàs sed si quocunque mõ admittendi eã, voluntatem demõstrarit, & iudicium intra &c.

† aliàs iudicium.

† hoc est declarauerit.

* ¶ Tu dic secundum Alcia. in l. delata. ff. de verb. sig. bo. possessiones edictales esse quas ordinarias vocamus, de quibus hoc tit. tractatur, quæ ius tribuũt, decretales autem extraordinarias, quæ sunt facti, nec Prætoris edicto deferuntur, sed causa cognita eius decreto dantur, vt Carboniana, & quæ litis agnoscendæ gratia decernitur.] SYL.

ADDITIO Hodie tamẽ recessit ab aula, quia nec decreto, nec partis citatione opus est, vt d. l. fi. secundum Ang.

f ¶ Ostenderit. Coram quocunque iudice.

¶ De acquisitione per arrogationem.

¶ Quia bona, quæ nobis acquirũtur tit. vniuersali, aut acquiruntur per aditionẽ hæreditatis, aut per bo. poss. aut per arrogationẽ, aut per aditionem bonorum causa libertatum Continuatio.

tatum

tatum conseruandarum, §.fin. sup. per quas personas no.acquir.ideo viso. sup.de hered. & bon.poss.sequitur videre de acquisitione per arrogationem. Porcus.

Diuisio. ES St & alterius. ¶ Totus iste tit.diuiditur in tres partes. Primo, vnde fuit introducta acquisitio per arrogationem. Secundo postea illud declarat tã de iure antiquo, quã moderno. & quid arrogatori acquiratur. Tertio, an arrogator teneatur ad debita arrogati. Secunda ibi, Ecce enim. Tertia ibi, Sed ex diuerso.

SYL. CASVS in l. corrigente, vel correctionẽ referente non ponitur nisi literaliter, cuius ratio est, ne plus iuris habeat ciuilis pater, quam naturalis, authent. itaque, C.cõm. de suc. Not.ꝙ dictum est in summario.]

a ¶ Successio. vt ff. ꝓ socio. l.actione, §.societas.

b ¶ Consensu.s. arrogãtis & arrogati.

* ¶ Alij interpretantur pro motibus:& consuetudine, quæ sententia & Theophilo, Græco interpreti, placuisse videtur. ]

c ¶ Omnes res. Et etiam filij, vt sup. de adoptio. §. illud. No ex hoc loco, quod appellatione rerum corporalium & incorporaliũ, non continentur res debitę, ꝙ est singulare.

d ¶ Antea. id est, iure veteri.

e ¶ Per capitis diminutionem, scilicet minimam. nam dando se in arrogationem, minimam capitis diminutionem patiuntur, vt sup.de capi.dimi.§.minima.

* ¶ Adde, quod nec societas transit ad arrogatorẽ, sed ipse arrogatus permanet soci⁹, ne alioquin inuitus, quis socius fiat cui non vult l.actione. §. societas. ff. pro soc.]

ES St & alterius generis per vniuersitatẽ successio, a quæ neque lege 12. tabularum, neque Prætoris edicto, sed eo iure, quod consensu b receptum est, introducta est. Ecce enim cum paterfamilias sese in arrogationem dat, omnes res c eius corporales, & incorporales, quæque ei debitæ sunt, arrogatori antea d quidem pleno iure acquirebantur, exceptis ijs, quę per capitis e diminutionem pereunt, quales sunt operarum f obligationes, & ius agnationis: g ( vsus etenim & vsusfructus, licet his antea connumerabantur, attamen capitis diminutione minima eos tolli prohibuit nostra constitutio. h ) Nunc autem i nos eandem acquisitionem, quæ per arrogationem fiebat, coarctauimus ad similitudinem naturaliũ k parentum. Nihil enim aliud, nisi tantummodo vsusfructus, tam naturalibus parentibus, quam adoptiuis, per filiosfamilias acquiritur in ijs rebus, que extrinsecus l filijs obueniunt, dominio eis integro seruato.

¶ Arrogator succedit arrogato, nisi sint certę personæ, quæ ipsum excludunt. Ang.

¶ Mortuo autem filio arrogato in adoptiua familia, etiam dominium rerum eius ad arrogatorem pertransit, nisi supersint aliæ personæ, m quæ ex constitutione nostra patrem in ijs, quæ acqui-

f ¶ Operarum. Hoc intellige de operis, quæ a libertis debentur, & non transeunt ad hæredem extraneum, vt sunt obsequiales, quæ in faciendo consistũt scilicet assurgere, & familia, vt ff. de ope. libe. l. liberti. Item in fabrilibus incertis, vt ff. de op. libe. si operarũ iudicio. Aliud si conduxerit ille arrogatus operas alicuius, nam istæ arrogatori quę runtur.

Operarũ fequiales dẽnt liberti pronis.

g ¶ Ius agnationis. Ius succedendi, quod quis per agnationem consequitur, & hoc hod e est, vt inf. eod. §. mortuo.

* Hoc tamen secundũ Ang. nõ est verum, quia stante ęquiparatione cognationis & agnationis, sublata agnatione remanet cognatio, & ĩõ agnat⁹ retinet successionẽ patris naturalis. ¶ Item ius petendæ bonorũ possessio.perit, si ante eam petitam ad arrogandum se dederit. Aliud si iam perijt, vt ff. vnde li. l. fi. & de cõtra tab. l. 3. §. si emancipatus. Accur.

SYL.

sius Floren.

ADDITIO. Ius tamen adeundi de iure ciuili indistincte retinet, & forte etiam inuitus adire cogi poterit ad instar naturalis.

h ¶ Constitutio. C. de vsufr. l. corruptionẽ.

i ¶ Nunc autem. Aduersatur ei quod supra dixerat, quod omnes res acquirebantur arroganti.

K¶ Naturalium parentum. Vbi in aduentitijs tantum vsusfructus quæritur, vt C. de bonis, quæ lib. cum oportet.

l ¶ Quæ extrinsecus. i. in aduentitijs.

¶ Mortuo autem. CASVS nõ ponitur in regula gñali No. qñ succedat arrogator, & quę sint personæ excludentes. dic vt in gl.]

SYL.

m ¶ Aliæ personæ, Vt descendentes ex filio arroga-

Arrogato, q perso næ succedere dent. arrogato, vt C. cõia de succes. l. fi. vbi est cõstitutio, de qua hic fit mentio. Itẽ si hic arrogatus esset impubes, & impubes decederet, admitterentur etiã alij ex stipulatione, vt ff. de adopt. l. nõ aliter, & l. his verbis, & l. hæc autem. & sup. de adopt. §. cum autẽ. Sed quid in patre naturali, a quo hic arrogatus erat emancipatus? Respon. Placẽ. eum præferri arrogãti. (i) sed hodie fratres vtrinq; coniũcti vocãtur cũ arrogãte. vt in Auth. de hære. ab intest. §. cõsequens. col. 9. ADDITIO. Quod verum intellige, vbi arrogatus est sibi in secũdo gradu, vt quia est arrogatus tanquã nepos, aliàs secus, secundum Ang. hic.

a ¶ Non possunt. Vt in aduenticijs, profectitia enim sibi non auferuntur.

SYL. ¶ Sed ex diuerso.

CASUS. Quærebatur, an arrogator de debitis ante contractis teneatur & videtur, quod sic, quia cum bona omnia transeant in eum, debet teneri, vt fiscus, l. 3. C. ad l. Iul. de vi. item in eo, cui bona addicuntur gratia conseruandarum libertatũ, quia vtilibus tenetur l. 3. ff. de fideic. lib. Tamen contrarium dicitur hic, non tamen, q non possit conueniri, sed habet facultatem reluendi se, permittendo bona arrogati possideri, prout dicitur etiam in fisco. l. 1. §. an bona. ff. de iu. fis. & ibi Bart.]

b ¶ Conuenitur de facto. nam non tenetur de iure, sed de ijs, quæ contraxit postquã fuit arrogatus, tenetur de peculio, vt ff. de pecu. in arrogatorẽ. (i) & si tunc non defendat pater, in bonis ipsius patris fit missio, vt ff. quibus ex causis in pos. eatur. Fulcinius. §. si quis. Accurs.

ADDITIO. (i) Quod verum, si contraxit de peculio, alioquin si sibi hæreditas delata fuerit, distinguitur, an iussu patris quæsiuerit, vel non, & an filius repudiet, & pater adiuerit pro se, & eeõtra, sicut fit in naturali legitimo, vt l. fi. §. 1. C. de bo. quæ lib. Ang.

ri non possunt, [a] antecedant.

¶ Arrogator non tenetur nomine proprio ad debita arrogati prius contracta, sed nomine fuij tenetur. Ang.

¶ Sed ex diuerso, pro eo, quod is debuit, qui se in adoptionem dedit, ipso quidem iure arrogator non tenetur, sed nomine filij conuenitur, [b] & si noluerit eum defendere, permittitur creditoribus per competentes nostros magistratus, bona, quæ eius cum vsufructu futura fuissent, si se alieno iuri non subiecisset, possidere, & legitimo modo ea disponere.

¶ De eo cui libertatis causa bona addicuntur.

¶ De eo, cui libertatis causa bona addicuntur.

¶ Si hæreditas illius, qui libertates reliquit, non adeatur, potest ille, cui libertas est relicta, vel alius, petere sibi addici bona defuncti, & satisfacere creditoribus & erit tanquam successor defuncti, & serui, quibus libertas directo, vel per fideicommissum est relicta, etiam liberi, etiam si bona forent a fisco occupata. Angel.

Continuatio.

¶ Supra visum est de acquisitione, quæ fit per arrogationem. & sic tit. vniuersali, verum quia est, & alia quæ fit per addictionẽ bonorum libertatum cõseruandarum causa. §. fin. supra per quas personas no. acq. ideo subdit de eo, cui libertatis causa bona addicuntur. Christ.

SYL. ¶ Addicere quid proprie significet, declarat Bud. in anno. ad Pand. titu. de in diem addi. est enim hoc titu. addici idẽ fere, quod adiudicari, vn de Pretoris verba erant, Do, dico, addico.

ACcessit nouus [c] casus successionis ex constitutione [d] Diui Marci. Nam si ij, qui libertatem acceperũt [e] a domino in testã, [f] ex quo nõ aditã hæreditas, [h]

Diuisio.

ACcessit nouus casus &c. ¶ Totus iste titulus diuiditur i quatuor partes. Primo ponit acquisitionem causa libertatis conseruandæ. Secundo illud per rescriptum Diui Marci probat. Tertio verba dicti rescripti interpretatur. Quarto illud supplet. Secunda ibi, Et ita Diui. Tertia ibi, Hoc rescripto. Quarta ibi, Sed cum multas.

c ¶ Nouus. Et est hic quartus succedendi modus, vt supra, per quas personas nob. acqui. §. fin.

d ¶ Ex constitutione Diui Marci. Cuius verba sunt inf. eo. §. si Virginio.

e ¶ Acceperunt. destinatione.

f ¶ In testamento. Idem priuilegium datur cuilibet petendi bona hac contemplatione, vt C. de testamen. manu. lege finali. Accursius.

ADDITIO. Et is præfertur, qui præuenit, vt ibi in dicta lege finali, paragr. sancimus.

g ¶ Non aditur. s. ab hærede.

h ¶ Hæreditas, quomodo ergo valet, quod in eo

in eo relictum est, vt C. de fideicomm. l. eam quam. Resp. hic speciale est.

a ¶ Venire i. vendi.

* ¶ Dic idem esse, & si bona ipsa iam venierint, nam fauore libertatum sustinendarum, eiusmodi vénditio rescinditur intra annum d. l. vlt. §. 1. de testamen. man.

b ¶ Idoneæ. fideiussoribus, vel pignorib9 vel fide habita. vt ff. de fideicommis. liber. l. quarta. §. addici.

SYL. ¶ Et sic verborum cautio, quæ sui natura importat nudam cautioné, propter adiectum verbum, idonea, exigit fideiussores. vel pignora, & ita cómuniter interpretatur, patitur tñ plures exceptiones, de quibus late per Ias. in l. sancimus. C. de ver. sign.]

† aliàs venundari.

c ¶ Creditoribus. Vel omnibus, vel vni nomine omniũ, (i) vt ff. de fideicomm. lib. l. 4. §. creditoribus.

ADDITIO.

(i) Not. casum vbi priuatus potest stipulari pro altero, contra l. stipulatio ista. §. alteri, ff. de verbor. obligat. & in §. alteri, infra de verborum obligation. & est ratio fauore libertatis, vt facilius possit dari expedimentum, quo libertatem serui consequantur. Ang.

velint bona sibi addici libertatũ conseruandarum causa, audiuntur. Et ita Diui Marci rescripto. ad Pompilium Rufum cõtinetur. Verba rescripti ita se habent.

¶ Si Virginio Valenti, qui testamento suo libertatem quibusdam ascripsit, nemine successore ab intestato existente, in ea causa bona eius esse cœperunt, vt † venire [a] debeant, is, cuius de ea re notio est, aditus, rationem desiderij tui habebit, vt libertatum tam earum quæ directo, quã earum, quæ per speciem fideicommissi relictæ sunt, tuendarum gratia addicantur tibi, si idoneæ [b] creditoribus [c] caueris de solido, quod cuique debetur, soluendo. Et ij quidem, quibus directa libertas data est, perinde liberi erũt, ac si hæreditas adita [d] esset, ij autem, quos hæres manumittere rogatus est, a te libertatem consequentur, ita, vt si non alia conditione velis tibi bona addici, quam vt ij etiam, qui directo libertatem acceperunt, tui [e] liberti fiant. Nam huic [f] etiam voluntati tuæ, si ij, quorum de statu agitur, consentiant, [g] auctoritatem nostram † accommodamus. [h] Et ne huius rescriptionis nostræ emolumentum alia ratione irritum fiat, si fiscus bona agnoscere voluerit, & ij, qui rebus nostris attendunt, [i] sciant commodo pecuniario præferendam [k] esse libertatis causam, & ita bona cogenda, [l] vt libertas ijs salua sit, qui eam adipisci potuerint, ac si hæreditas ex testamento adita [m] esset.

† aliàs accommodauimus.

d ¶ Adita esset. Not. mirabile, quod ex hac pactione serui fiunt liberi, vt orcini, vt hic, & ff. de fideicommis. lib. l. quarta, §. secundo, qui ad. Qui fiūt orcini, & vnde dicantur, dictum est, supra de sing. re. per fideicom. reli. § pen.

e ¶ Tui liberti fiant. subaudi, hoc tibi concedimus, sed operas neque ordinis, neque ab eo manumissis imponet, vt ff. de ope. lib. l. si quis hac l.

f ¶ Nam huic. Subaudi, concedimus.

** Nõ est opus aliquid subaudire, cum huc referantur verba illa sequentia, auctoritatẽ nostrã accommodamus.].

g ¶ Consentiant, Aliàs in seruitute remanent, & quem nolunt habere patronum, habebunt dominum, C. de manu. testa. l. fin. §. 4.

ADDITIO.

Vide quod no. in d. l. fin. quia quod dicitur hic, obtinet vbi extraneus petit addici, secus si sit aliqs de illis, cui sit relicta libertas. quoniam etiã potest petere dissentientibus alijs. Angel.

h ¶ Accommodamus, de fideicommiss. lib. l. quarta, §. 2. qui.

i ¶ Attendunt vt procuratores nostri.

k ¶ Præferendam. hoc est, quia cõpetent libertates.

l ¶ Cogenda. .i. accipienda per fiscum.

** Cogere. præter alia, est corradere, & in vnum colligere. vtuntur peculiariter Iurisconsulti, cum loquuntur de bonis in fiscum transferendis. l. Diuus, & l. in fraudem, §. eius. de iure fisci.]

m ¶ Adita esset. Olim prius fiscus admittebatur bonis non aditis ab alio, & etiam aditis, dummodo essent bona soluendo, alias aditio ab alio facta valebat, vt ff. de fideicõ. l. 4. § pen. hodie indistinctè admittuntur, vt C. de test. ma. l. fin. §. pen.

** ~ hæc eadē rō mouit quoq. Iust.sup. tit.2.§.cū igitur. Successor anomal⁹.

a ¶ Hoc rescripto. Veneant.i. vendantur.
b ¶ Eā. Libertatem. Accurs.
c ¶ Successor. Nūquid ex testamento, vel ab intestato erit iste hæres? Resp. neutrum dici potest. Dic ergo hunc anomalum successorē esse, sicut illum, qui succedit heredi nō implēti defuncti voluntatē, vt in Authē. de hær.& Falci.§. in omnib. collat.1. & iura sepulchrorū habet, vt bonorū possessor, vt ff. de fideicomm. lib.l 4. §.is autem cui.

SYL. ** ¶ Hanc glos. multum commendat Bar.in eo. Authent. §. & hoc ad fi. & de isto hærede anomalo vide Zasium in intelle.sing.fol.1.
d ¶ Neminē. hæredem ab intestato.
ADDITIO. Puta quia repudiauit, vel lapsus est terminus pfixus ad instantiam petentis bona sibi addici, sed si solum ad instātiam creditorū fuisset præfixus, haberetur pro hrde. Ang.
e ¶ Si is, qui. Fieri. Et respondeo sic, vt ff.de fideicom.lib.l. 4 §.1. Accur.
f ¶ Sed cū Diuisiones. i.casus.
g ¶ Constitutio. C.de te mā. l.fi.
h ¶ Spēs.i.cas⁹.

¶ Bonis addictis cessat venditio ipsorum. Aret.

¶ Hoc rescripto subuētum est & libertatibus, & defunctis, † ne bona eorum a creditoribus possideantur, & veneāt. [a] Certe si fuerint hac de causa bona addicta, cessat bonorum venditio: existit enim defuncti defensor, & quidem idoneus, qui de solido creditoribus cauet.

¶ Addictio bonorum tunc demum habet locum, cū defunctus reliquit libertates ex testamento, vel ab intestato. Ang

¶ In primis hoc rescriptū toties locum habet, quoties testamento libertates datæ sūt. Quid ergo si quis intestatus decedens, codicillis libertates dederit, neque adita sit ab intestato hæreditas, an fauor constitutionis debebit locum habere? Certe si intestatus decesserit, & codicillis dederit libertatē, competere eā [b] nemini dubium est. Tūc enim constitutioni locum esse verba ostendunt, cū nemo successor [c] ab intestato existat. Ergo quamdiu incertum erit, vtrum existat, annō, cessabit constitutio, si vero certū esse cœperit neminem [d] existere, tunc erit constitutioni locus.

Licet ille, qui repudiauerit hæreditatem, possit in integrū restitui, & iterum adire, tamen addictio semel facta, & libertates non cessabunt.

¶ Si is, qui in integrum restitui potest, abstinuerit hæreditate, † an quāuis potest in integrum restitui, † pōt admitti constitutio, & bonorum addictio fieri? [e] Quid ergo, si post addictionem libertatū cōseruandarū causa factam, in integrū sit restitutus. Vtiq; non erit dicēdum reuocari libertates, quia semel competierunt. †

Si libertates datæ fuerint inter viuos datur addictio bonorum, sed reuocatur in dubiū, an datæ fuerint in fraudem creditorum. Aret.

¶ Hæc constitutio, libertatū tuendarum causa introducta est. Ergo si libertates nullæ sunt datæ, cessat hæc constitutio. Quid ergo si viuus dederit libertates, vel mortis causa, & ne de hoc quæratur vtrum in fraudem creditorum, an non factum sit, idcirco velint sibi addici bona an audiēdi sit? Et magis est vt audiri debeant, † & si deficiant verba constitutionis.

Supplet rescriptum Diui Marci. Angel.

¶ Sed cum multas diuisiones [f] eiusmodi constitutioni deesse perspeximus, lata est a nobis plenissima constitutio, [g] in qua multæ species [h] collatæ sunt, quibus ius huiusmodi successionis plenissimum est effectum, quas ex † ipsius lectione con-

**
† in nonnullis veterib. exēplarib. deest an, q̄ lectio forte melior & probabilior est. ita .n. tollitur interrogatio sequēs suspēsiua sine respōsione.
† aliàs possit.
† Et sic collige ex hoc tex. secundū Ang. q̄ cōcurrentibus duobus remedijs extraordinarijs, potentius habetur, q̄ habuit effectum.
† no. locū esse legis dispōni, nā etsi verba deficiant, dummodo vigeat eius ratio.
† no. q̄ sæpe verbū venditio ponitur p emptione & ecōtra, & aduerte q̄ fortius dico, q̄ licet simpliciter dicat vnū intelligitur de vtroque, quia sunt correlatiua, vt l.fi. C.de indi. viduit.tol. & l.1.ff.de acceptilat. Ang.
† aliàs q̄.
**
† aliàs ipsa.

¶ De successionibus sublatis. Rube.

Cõtinuatio. ¶ Supra visum est de multiplici specie successionum, sed quia sunt quædam, quæ hodie sunt sublatæ, vt est illa, quæ fiebat p bonorum venditionem, vel senatuscõsultum Claudianum, ideo subdit de successionibus sublatis. Christoph.

Diuisio. Erant ante. ¶ Totus iste tit. diuiditur in duas partes. Primo tollit venditiones, & successiones, quæ ex eis fiebant. Secundo, quæ fiebant ex senatuscõsulto Claudiano. Secunda ibi, Erat.

stitutionis potest quis cognoscere.

¶ De successionib. sublatis, quæ fiebant per bonorum venditiones, & ex senatuscons. Claudiano.

¶ Succeßio facta per venditionem bonorum debitoris est hodie sublata. Aret.

Erant † ante prædictam succeßionẽ olim, & aliæ per vniuersitatem succeßiones; qualis fuerat bonorum emptio, [a] quæ de bonis debitoris vendendis, per multas ambages [b] fuerat introducta, & tunc locum habebat, quando iudicia ordinaria [c] in vsu fuerant, † sed cum extraordinarijs iudicijs posteritas vsa est, ideo cum ipsis ordinarijs iudicijs etiam bonorum venditiones expirauerunt, [d] & tantummodo creditoribus datur officio iudicis bona [e] poßidere, & prout vtile eis visum est, ea disponere, quod ex latioribus Digestorum libris [f] perfectius apparebit.

¶ Succeßio, quæ fiebat per senatusconsultum Claudianum, est hodie sublata. Ang.

¶ Erat & ex senatusconsulto Claudiano miserabilis per vniuersitatem acquisitio, cum libera mulier seruili amore bacchata, [g] ipsam libertatem per senatuscõnsultum amittebat, & cum libertate substantiam, [h] quod indignum nostris temporibus esse existimantes, & a nostra ciuitate deleri, & non inseri nostris Digestis concesimus.

** †aliàs etant autẽ præter dictã succ.

a ¶ Emptio. id est venditio, † vt sequitur, sic & ff. de act. empt. veteres. Accur.

ADDITIO. Quod facit, vt pœnale dispositum in vno, puta vendente habeat locum etiam in emente, cum fini cor relatiua.

b ¶ Ambages. Nam proponebat creditor actionem, & si cadebat a syllaba, cadebat a causa, si vero non cadebat, bona debitoris absentis, vel præsentis vendebat sua auctoritate, quod hodie non est, vt hic, & Codic. de formu. & impe. lege prima, & secunda.

† concor. §. vlt. inf. de interdi.

c ¶ Ordinaria. id est solennia.

* ¶ Hoc est in quibus conceptio formularum obseruabatur. l. actio. ff. de negotijs gestis.

d ¶ Expirauerunt. id est recesserunt.

e ¶ Bona. Scilicet omnia, vt ff. quibus ex cau. in pos. eat. l. 1. sed hodie pro mẽsura debiti declarati, vt in Authẽ. de exhi. & introi. re. §. si vero collat. 5.

ADDITIO. Dic hoc verum, quando agitur personali, secus si agatur etiam hodie reali, vel hypothecaria, quia iura antiqua remanent incorrecta, & sic fit missio in solidũ in pos. vt not. glo. in auth. et qui. C. de bon. auctori. iu. pos. & in l. 3. C. de procur.

f ¶ Libris. vt ff. quib. ex cau. in possessio ea. per totum. & de bonis auct. iud. pos. per totum.

g ¶ Erat. Bacchata. i. capta, vel decepta. Vt .n. vino quis ca pitur, vel baccho, ita & amore. Item furore amoris nil vehementius inuenitur, vt in Authen. quib. mo. nat. effic. legi. §. illud. collat. 6.

Ebrius & mulier luxuriosa çquiparantur.

** Bacchati. n. veteres dici voluerunt, & quicquid vehementius commouetur. No. Marc.

ADDITIO. Et maxime, in iuuenibus, vnde ver. Militat in teneris annis amor hospes amœnus. Et in canicie ridiculosa venus. Facit c. cum in iuuentute. extra de presumptio.

h ¶ Substantiam. Si coniungebat se alieno seruo contra domini nunciationem, vt C. ad senatuscons. Claudianum. l. 1.

* ¶ Corn. Tacitus, lib. 12. scribit Cl. Cæsarem retulisse ad patres de pœna feminarum, quæ seruis coniungerentur, statutumque fuisse, vt ignaro domino ad id prolapsa, in seruitutem sui consensisse intelligeretur, & qui nati essent, pro libertis haberentur.]

Continuatio Ang. ¶ De obligationibus.

Hic incipit tertia pars principalis diuisionis totius istius operis gratia commodioris diuisionis. & etiam materiarum facit, lege Caius, §.1 ff. de lega.3. cum si. ibi no. quoniā hic tractatur de tertia parte, siue de tertia materia, i qua versatur ius nostrum, quoniam versatur circa tria, aut circa personas, aut circa res, aut circa actiones & obligationes, vt supra de iur.na.gen.& ciui. §.fin. Vsque huc tractauit de personis, & rebus, vt dicit glo. rub. igitur aliam & tertiam partem faciemus de obligationibus & actionibus, & per consequens de tertia materia totius iuris ciuilis. Aretin.

¶ De obligationibus.

¶ Continuat, & diffinit obligationem. Angel. Aret.

Continuatio Acc. ¶ De obligationibus. Dictum est sup. de personis, lib.1. de rebus in secundo, & tertio vsque huc. Nūc de actionibus debet dicere, vt sup. de iu. natu. §. fi. sed quia obligatio mater est actionis, vt ff. de proc. licet. §. ea obligatio. ideo præmittitur de his obligationibus, & ideo dicit hic, Nunc &c. Accur.

¶ Aduerte, quia hoc dictum est falsum. Si.n. esset mater, posita matre poneretur filia, qa sunt correlatiua, quod tamen est falsum, qa est dare obligationem sine actione, l. nisi. l. si tutor.2 §.fin. ff. de tut.& ra. distra. vbi statim, q tutor incipit administrare, nascitur obligatio, & tamen actio non oritur nisi finita tutela. Nec obst §. licet, quia verbum, parit, non stat proprie, sed prout stat in l. si bene collocatæ, ff. de vsur. in cap. si perfodiens de hom. in c. dilecto. de præben. * Limitanda itaque est gl. vt procedat in actione personali, non in reali. item in actione natiua, non in datiua, quæ datur à lege sine vlla obligatione, las. inf. de actio. in prin. in 3. col. ad fi.

Nunc transeamus. ¶ Totus iste tit. diuiditur in quatuor partes. Primo ponit diffinitionem obligationis. Secundo ponit vnam diuisionem obligationū. Tertio ponit secundam diuisionem. Quarto illam diuisionem in aliam subdiuidit. Secunda, ibi, Omnium autem. Tertia ibi, Sequens. Quarta ibi, Prius est.

SYL. ¶ CASVS ita figurari potest. Cum simus aggressi tractatum de obligationibus, prius est, vt cognoscatur id, de quo disputatur, & eius diuisiones, vt ordinate in ipsa materia procedi possit, ad quod respōdetur prout in text. & casus est literalis. Not. quid sit obligatio. item, quod est ius. Item, quod eius vigore quis dicatur victus. Item, quod astringit ex virtute sibi à iure ciuili tributa. Item, quod obligationes aut ciuiles sunt, aut prætoriæ, & quæ sint ciuiles, & quæ prætoriæ. Item, quod sunt ex cōtractu, vel quasi, delicto, vel quasi, & illæ, quæ ex contractu sunt contrahuntur aut re, aut verbis, aut literis, aut consensu.]

NVnc transeamus ad obligationes. Obligatio [a] est iuris [b] vinculum, quo necessitate [c] astringimur ali-

a ¶ Obligatio. Videtur, quod nulla obligatio diffiniatur. Nā ciuilis sola non habet effectum exigendi, vt patet in obligatione literarum ante biennium, vt infra de lit. oblig. ¶ Hæc opi. cōmunis est, quā uis Vltramon. velint, nec naturalem, nec ciuilem natam, de quo in l. eum quis, C. de iuris & facti ign. Item patet in obligatione ciuili, & naturali simul, nam si pactum fieret de non petēdo, tollitur naturalis & remanet ciuilis, vt ff. de solu. Stichum, aut Pamphilum, §. naturalis. & tamen non habet effectum istum, vt inf. de excep §. præterea. item nec, naturalis quia nec per eam fit exactio, licet impediatur repetitio. † vt ff. de don. l. hoc iure, §. pen. & ff. de cond. indeb. l. index. & l. Iulianus. Sed dic, quod simul vtraque hic diffinit. Itē si bona est diffinitio, ergo conuertitur cum suo diffinito vbicumque ergo est iuris vinculū, est obligatio, & econtra, vbi non est tale iuris vinculum, non est obligatio, ergo nec fideiussor adhiberi potest, vt ff. de verb. obl. l. 1. §.2. in fi. quod est falsum, quia naturali obligationi accedit, vt inf. de fideiuss. in princ. Sed dicas. quod hic est deceptio, nam si dicas non est obligatio, scilicet ciuilis, & naturalis, vera est si dicas obligatio, scilicet nulla, etiam naturalis, falsa est, & sic vis est in dictione, obligatio. Vbicumque enim dico, quod naturali obligatione quis tenetur, intelligo de iure gentium, quia conuenit solis hominibus, & omnibus.

Obligatio nū, quædā est ciuilis tantū, quædā natura lis tātum, quædā ciuilis, & naturalis simul.

† Secus est in ciuili, qa nō impedit repetitionē l. C. de pact. Diffinitio bona conuertitur creditori. cum suo diffinito.

SYL. ¶ Adde, q hæc opin. communis est, contra quam disputando tenet Fortu. in l. si vnus, §. pactus, in 7. col. ff. de pact. vbi tenet, quod hic sola ciuilis diffiniatur.]

b ¶ Iuris vinculum. i. ius vinciens, & sic est res incorporalis, vt sup. de rebus corp. & incorp. in §. vt enim boues funibus vsualiter ligantur, sic homines verbis ligantur & intellectualiter, vt ff. de verb. sign. l. rei, § 1. † ADDITIO iuxta illud: Verba ligant homines, taurorum cornua funes. Cornu bos capitur, voce ligatur homo.

† Fortasse voluit allegare l. nominis & re. §. 1. eo. tit. vel l. obligamur, ff. de act. & obl.

c ¶ Necessitate. Tunc enim vere debitor est cum necesse habet soluere, vt ff. de verb. sig. l. debitor, & ita secundum hoc nulla obligatio. cui opponitur exceptio, diffinitur hic l. non videtur cœpisse. de reg. iur. quod verum est, si apponatur exceptio, ideo quia desijt esse vinculum naturale, vel ciuile, nā quædam exceptiones proponuntur ēt, qñ vtrumque vinculum adest, vt Macedon. & Velleia.

SYL. Obligatio effectualis hēt radicē naturalē, & ciuilē.

¶ Rationem assignat Bart. in l. 1. in pen. col. ff. de condict. indeb.

¶ Sunt. n. effectualis obligationis duæ radi-

ces,

ces, vna naturalis.s.quæ consensu nascitur, quę inter omnes fieri potest, et inter seruos & hæc naturalis dr, vt ff. de pact.l.1.§. adeo. hæc radix est cōtrario cōsensu tollitur, vt ff. de sol.l. Stichum.§.naturalis, quia nil tā naturale, &c.vt ff. de re.iu.l.nihil tā naturale, sed hæc naturalis vim nō habet exigēdi impedit tn̄ soluti repetitionem, vt d̄ fideius.l fideiussor. §.fideiuss. Huic q̄sque accedit ciuilis ēt radix, quæ illi n̄ali faciem dat, vel formam, vel vestē, vt possit parere actionem. Et hęc ciuilis tollitur contrario ciuili actu, non naturali, vt per acceptilationem, vt inf. qui. mo. tol.obli.§.1.alias §. item per acceptilationem. Item per sn̄iam remanente naturali, sed hoc non est ipso iure, sed per exceptionem, vt ff. de cond. indeb. l.Iulianus. sn̄ia.n. est de iu. ciu.cum omnia iudicia sint de iu. ciu. vt diximus.sup.de in.na.§. ius autem.in glos.vt sunt &c.per l ff.de orig.iu.l.2. §.hæc disputatio.

Obligatio ciuilis tollitur p acceptilationem, & sententiā.

cui⁹ rei a soluēdę scd̄m b nostræ ciuitatis iura.

¶ Ponit primam diuisionem obligationum, quia aliquæ sunt ciuiles, aliquæ prætoriæ, na.i. secundū leges, et sic ciuilis & naturalis hic simul diffinitur.

SYL. ¶ Hæc gl. communiter approbat̃, q̄ quicquid voluerit gl.in l.1.ff.de cond.indeb.

Obligatio ciuilis quibusdā personis non adhæret.

¶ Et hæc ciuilis non adhæret seruis, cū nil sint inspecto iu.ciu.ff. de reg.iur.l. seruitutē & l. q̄ attinet. Item filio contra patrem, vel contra non nascitur, vt ff. de cond.indeb.l. frater à fratre §. quęsitum. cum inter eos nō possit esse iudiciū, vt ff. de iudi.l.lis, iu.ciu. impediente ratione patriæ potestatis, vt sup. de patria po.§.ius autem.Accur.

SYL. ¶ Adde, quòd vera ratio est, quia inspecto iure ciuili filius est eadem persona cum patre, & econtrario, & ideo actio & passio in eod. subiecto non cadit, quæ talis vnitas nō est considerata secundum ius gen. hoc autē verum de iu.antiquo, exceptis castrēsib. vel quasi, & hodie aduentitijs, de quibus videnda essent, quæ ponit Bar. in l.si quis pro eo. §.item si filius.ff.de fideius.]

ADDITIO. Hodie tn̄ in aduentitijs forte nascit̃ ciuilis obligatio, q̄uis durante p̄ria potestate contra eum non exerceatur. Ang.

a ¶ Rei. Vel etiam facti, quia verbum rei generale est, vt ff. si certum peta.l.1.in fin. & ff.de verb sign.l.tel.

* ¶ Adde, q̄ & verbum, soluendæ, positum in hoc tex. pertinet ad omnē satisfactionē, non ad eam tantum, quę nummis fit.l.solutionis ff.de sol.& l.solutionis de verb sign.]

ADDITIO. No.appellatione rei factum contineri, ex quo dixerunt aliqui, q̄ si statuto caueatur, q̄ pro quacūque re petita soluatur solidus p̄ libra, q̄ habebit locū in facto petito, q̄ verū limitat hic Bal.q̄n tale factū petitum erat æstimabile, vt librū scrib̄i, domum ædificari, & fossam fodi. Si autē esset inæstimabile, vt facere vxorem consentire, tunc nihil esset soluendū, quia verba statuti debent intelligi in casu possibili, hoc est, quo res æstimari possit. leg.nō solum, si de actio.& obligatio.& l.si ideo, C. ad Syllan, Christop.

b ¶ Secundum. Illud, secundum potest referri ad totā diffinitionē, quasi dicat, obligatio sic diffinitur secundum iura Romana.

¶ Adde, q̄ hęc expositio est bona, quia est vltima d̄riaperficiens diffinitionem quæ respicit causā formalem, & excludit illud iuris vinculū, quo quis astringitur alicuius soluendæ rei non sm̄ nostræ ciuitatis iura, quæ verba importantia vt vinculum obligationis, licet habeat naturalem causam, velut primam materiā & præexistentem, tn̄ formaliter causetur secundum nostræ ciuitatis iura, ita vt ciuilis obligatio naturali iuncta, tanquam cām formalis materiali, & masfeminæ, efficiat vinculum necessitate astringens, secūdum nostræ ciuitatis iura, vnde tenetur seruus domino operari, & tamen non est hæc obligatio, sed vinculum iuris gentium, quod ius ciuile recipit, nihil tamen ei adiungit aut tribuit formale. SYL.

¶ Vel dic, q̄ refertur tm̄ ad principiū.s. iuris vin.& q̄ dicit, quo astringimur.s.q̄sq.vt q̄n est ciui. & nat.q̄sque nō, vt q̄n est naturalis sola, vel ciuilis sola.& sm̄ hoc q̄libet diffinitur, hic nō etiam naturalis vel ciu. sola. Vel dic, q̄ ponitur remotiue hæc dictio, sm̄ q.d. illa obligatio est iu. vinc. quæ est sm̄ ius, nō cōtra ius, ff.de verb.ob.q̄aliter & l. veluti, & sm̄ hoc refert̃ ad primū. Vel dic, q̄ refert tm̄ ad illā dictionem, soluēdæ. nam sm̄ ius sunt faciendæ solutiones, vt res æque bona soluatur, vt ff. si cert.pet.l.cum quid.& ff.cō mo.l 3.§. si reddita. Item congruo loco & tpe, vt ff. de sol l.si soluturus. Itē de euictione promitti, alias non vr̄ soluere, vt ff.de verb. oblig.l.Iulianus, §. qui fundum. & ff. de cond.causa data, l.fin.& de euictio.l.2.

** Adde, q̄ & si res soluta potest auferri, vt quia alteri pignorata, vel sub conditione legata, non vr̄ soluta.l. si rē.l.qui res. de sol.l. non q̄, de lega.1. Idem, si non eo.tit.habuerim, quo mihi debebatur, sed pretiū præstiterim, q̄ docet Alcia.l.Labeo.& Sabinus de verb.sig. Itē per cōpetentes actiones & iudices fiat solutio, aliter nō valet sn̄ia, hæc solutio fieri, debet, vt C.si a non compe.iud.l.si.

SYL. * Istā vltimā partē gl. dicit singulare las. in §.1. col.pe. nu.167, inf. de actio.& Soc.in rub ff. solut. matr.col 7. ad hoc, quod sn̄ia lata sup inepto libello sit ipso iure nulla.]

** Intellige glos. quando ex facie libelli apparet, q̄ nullo modo competit ius agendi, vt si dicatur, peto tale fundū, quia rex est in Francia, Bart, Alex.in l.edi. C.de eden. vel si quis agendo rei vēdicatione contra Titium, narret eū nō possidere, Abb.c.cū di.in 3.no. de empt.& vēd, secus āt est, q̄n narrat̃ quidē

 apta

apta causa in libello, sed exprimitur inepta actio, veluti si dicam mutuani Titio cētum ideo peto eum mihi cōdemnari actione ex locato. nam tunc communis opin. doct. est, quod sustineatur talis libellus, vtresque habeat sen entia super eo ferenda. Alexan. l. 1. col. fin ff. de eden. & ita distinguit nouissime Maranta in sua practica in 3. par. 6. par. num. 67. 68. & 69.

a ¶ Omnium. Summa i. prima, vel summa .i. breuis. sic sup. de iure perso. in princ. est enim quandoque maior, vt inf. eo. §. fin.

** Summa .i. præcipua potiorque, & qua nulla sit superior.

Diuisionis diffinitio. b ¶ Diuisio. Diuisio est innumerabilis materiæ breuis compositio, & diuisio ad multa facit, vt diximus in procemio. §. penul.

¶ Omnium autem obligationum summa [a] diuisio [b] in duo genera deducitur, namque aut ciuiles sunt, aut prætoriæ. Ciuiles sunt, quæ aut legibus [c] constitutæ, aut certo iure ciuili cōprobatæ [d] sunt. Prætoriæ sunt, quas Prætor ex sua iurisdictione constituit, [e] quæ etiam honorariæ [f] vocantur.

¶ Ponit secundam diuisionem obligationum, quæ est quadruplex.

¶ Sequens [g] diuisio in quatuor species diuiditur. Aut enim ex contractu [h] sunt, aut † quasi ex contractu, [i] aut ex maleficio, [k] aut † quasi ex maleficio. [l]

¶ Obligationes ex cōtractu sunt in quadruplici differentia. Angel.

¶ Prius est, vt de ijs, quæ ex contractu [m] sunt, dispiciamus. Harum æque [n] quatuor sunt species, aut enim re [o] contrahuntur, aut verbis, [p] aut literis, [q] aut consensu, [r] de quibus singulis dispiciamus.

gerebant, quod dic vt supra de iu. natu. §. prætorum.

g ¶ Sequens diuisio. s. obligationum.

h ¶ Ex contractu, vt infr. vsque ad titu. de obl. quæ ex quasi contractu.

i ¶ Quasi ex contractu. vt inf. de obligat. ex quasi cōtractu. Sequentes duo titu. vsque ad quartū lib. sunt communes scilicet per quas perso. no. ob. acq. & quot mo. toll. oblig.

† alias ex quasi.

† alias ex quasi.

k ¶ Ex maleficio vt infr. de obli. ex malefi. vsque ad tit. de obl. ex quasi malefi.

l ¶ Quasi ex maleficio, vt infr. de obli. ex quasi maleficio. Et subaudi, aut ex varijs figuris causarum, vt ff. de actio. & obliga. l. 1. in princip..

* ¶ Decipitur Accur. nam in d. l. 1. per obligationes, quæ nascuntur ex varijs causarū figuris intelliguntur quæ sunt ex quasi contractu, & ex quasi maleficio quam interpretationem & veriorem & crebriori calculo receptam ait Ias. infr. tit. de actio. §. 1. in glo. super. ver. alijs. ]

SYL. ¶ Tu rectius dic, quod diuisio est alicuius totius vniuersalis, aut integralis sufficiens & distincta partium assignatio. ]

¶ Adde legendum hoc loco, deducitur pro diuiditur, vt in l. idem. ff. de rei ven. nō aūt deducitur, qui error & alibi irrepsit, vt docet Bud. in Pand. in l. testium. de test.

c ¶ Legibus. vt legis Aquiliæ obligatio, vt inf. de leg. Aquil. in princ. Item de pauperie per legem 12. tabularum, vt ff. si qua pau. fe. d. l. prima. 1. resp. Itē furti nec manifesti, vt inf. de noxa. §. sunt autem. secus autē est de furto manifesto, quia illa obligatio est propria, vt inf. d. perpe. & tēp act. §. furti quoque.

d ¶ Iure ciuili comprobatæ, vt sūt obligationes iure gentium inuentæ, vt sup. de iur. nat. §. ius autem, quæ a iure ciuili sunt comprobatæ, vt ff. de iust. & iu. l. ius ciuile.

SYL. * ¶ Vide Fort. in l. iuris gentium in 1. not. in princ. ff. de pact. ]

e ¶ Constituit. Vt obligatio de furto manifesto, vt inf. de perpe. & temp. act. §. 1. Itē ex rapina, & vbicunque prætor aliquā obligationem inducit, vt patet per multos titulos, vt ff. de iust. & iur. l. ius autem ciuile. §. ius prætorium.

f ¶ Honorariæ, quia prætores honores

m ¶ Prius est. Ex cōtractu proprie ponitur, quo ad illos contractus, vbi hinc inde nascitur obligatio improprie quo ad alios, vt ff. de verb. sig. l. Labeo 2. sic ff. si cer. pet. l. certi cōdictio. in princ. & de offi. proc. & leg. l. 2.

ADDITIO. Not. appellatione contractus intelligi proprie cōtractū vltro citroq. obligatorium. Ex quo dixit Bald. quod si statuto caueatur, quod qui non petierit debitum ex contractu infra decem annos, cadat à iure suo, non habet locum in creditore ex mutuo, quia ille non est proprie contractus, cum solum recipiens obligetur, nō autem numerans. Christoph.

n ¶ Aeque, vt sup. Accurs.

o ¶ Re contrahuntur. vt inf. tit. prox.

p ¶ Verbis. vt inf. tit. 2. vsque ad tit. de lit. obligat.

q ¶ Literis, vt inf. de lit. oblig.

r ¶ Consensu vt inf. de oblig ex cōsen. cū seq. tit. Sed quę est differentia inter actionē & obligationem, & contractum? Respond.

† Contractus obligatio, & actio differunt,

con-

contractus est verborum conceptio vel cõsensus, vt patet, ff. de verbo. obliga. l. stipulationũ, § stipulatio. & est facti, vt ff. de cur. fur. i consilio. in fin.

¶ Adde, quod non est verum, conceptioné verborum esse qualitatem & formam essentialem omniũ contractuum, sed illorum tãtũ, qui verbis perficiuntur. vt stipulatio, nam aliorum essentialis forma est consensus, aut res, aut literæ, vt hic dicitur, & verba in eis interueniunt. vt causa instrumentalis accidẽtalis, & ideo sine eis esse possũt. l. mutus. ff. de iure dotium. & declarat hic Ang. & no. quod illa verba posita in gl. vel consensus. non sunt Accursij, sed sunt additionalia & imperfecta, quia consensus sine alia forma non diceretur contractus eo modo quo hic accipitur. sed esset conuentio seu pactum simplex. l. 1. ff. de pact.]

¶ Obligatio est, quæ inde nascitur, vt arg. ff. si cer. pe. l. 2. circa finem, Actio est quod postea inde surgit, & sic nullum est alterũ vt ff. de proc. licet. §. ea. & inf. tit. 2. in prin. & hæc duo sunt iuris, vt in diffinitionibus pater.

** Hinc fluxit quod vulgo iactatur. Ex cõtractu actionem dari, ex obligatione vero nasci.]

## ¶ Quib. modis re contrahitur obligatio.

¶ Obligatio ex mutuo contrahitur re, & in ijs rebus, quæ ponde re, numero, vel mensura constituunt. Et dicitur mutuum, quia de meo tuum fit. Angelus Aretin.

RE contrahitur [a] obligatio, veluti mutui datione. Mutui[b] similiter non contrahitur mutuum, nisi ita dentur, vt factæ accipientium non eædem reddantur, sed aliæ non diuersi generis sed eiusdem, & hæc est alia finalis causa eiusdẽ. Item qui mutuum accipit debet rem eiusdẽ generis æque bonam reddere. Item nota mutui etymologiam. Item, q. ex cõtractu mutui oritur certi cõdictio.

a ¶ Re contrahitur i primis nota vestiri pactum id, quod est nudum. 6. modis (i) Re, vt hic Verbis, vt inf. tit. 1. Literis, vt inf de liter. oblig. Consensu, vt inf. de oblig ex consen. Cohærentia cõtractus, vt si iuxta contractum apponatur aliquod pactum ante vel post, vt C. de pact. petens. & ff. de pact. l. Iuris gen. §. quinimmo. Item interuētu rei, vt in contractibus innominatis, ex quibus nascitur actio demum re secuta, vt C. de rerum per mu. ex placito. — Pactũ nudũ sex modis vestitur.

¶ Adde, quod ille tex. non probat nisi a contrario sensu, bonus tex. in l. 1. §. item emptio in 2. resp. ff. de rer. permu.] — SYL.

¶ Sed quid differt ea, quæ vestitur re, ab ea, quæ interuentu rei vestitur? Resp. prima habet vestimentum & robur statim, cũ nascitur, nam tacite agitur, vt reddatur mutuum vel commodatum, ff. si cer. pet. cũ quid. sed in alia dudum forte postea, quando res traditur. C. de pact. petens. & C. de re. permuta. ex placito. Et adde duos modos, vt no. d. §. quinimmo. scilicet quando vestitur legis auxilio, quod est, quoties nudum pactum actionem parit, vt in donatione, vt ff. de pactis. legitima. Item rei principio, vt in pollicitatione facta reipublicæ, vt ff. de pollic. l. 1. Accursius.

ADDITIO Item vestitur pactum auctoritate legis, vt C. de donat. si quis argẽtum, sed iste modus comprehenditur sub prædictis. Item iureiurando, vt ff. de ope. libe. vt iurandi.

¶ Adde sm Ias. in l. iuris gẽt. §. quinimmo. in 6. col. ff. de pact. quod vestitur etiam cohærentia voluntariæ traditionis. l. lege. C. de pact. Item implemento conditionis. l. cum ad præsens. ff. si cer. pet.* Et de istis vestimẽtis vide Fortu. in d. §. quinimmo col. 23. vbi late hanc materiam persequitur.] — SYL.

ADDITIO (i) Et dicitur pactum nudũ, quod stat in puris finibus conuentionis, alias si transit in proprium nomen contractus, vel formam seu solennitatem, vel causam, per quam robur & efficaciam assumit, erit vestitum. Ang.

** Pactum nudum quod dicatur, colligitur ex l. si tibi. C. de loca. & cond. vbi est pulcherrimus tex. ad hoc.

b ¶ Mutui. Nota, quod quatuor debent esse

## ¶ Quibus modis re contrahitur obligatio.

Continuatio. — Continuatio istius titu. ad præcedentem patet, sup. tit. prox. in fi. Arei.

Diuisio. — RE contrahitur. ¶ Totus iste titulus diuiditur in quinque partes. Primo ponit de mutuo. Secundo de indebito soluto. Tertio, de commodato. Quarto, de deposito. Quinto, de pignore dato. Secunda ibi, in §. is quoque. Tertia ibi, Item is. Quarta ibi, Præterea. Quinta ibi, in §. Creditor quoque.

¶ Re contrahitur. CASVS non est aliter figurandus, cũ stetur in declaratione terminorum. Declarat enim, qualiter re obligatio cõtrahatur, & in quibus mutuum cõsistat, & ad quid detur, & vnde dicatur, & quæ actio ex eo nascatur. Not. mutuum re contrahi. Item, quod res existentes in pondere, numero, vel mensura, sunt illæ, in quibus mutuum consistit. item, quod in his rebus ita demum mutuum contrahitur, quando dantur ad pondus, numerum, vel mensuram, & hæc est forma antecedens ipsius. Item in prædictis rebus non contrahitur etiam mutuum, nisi ita dentur vt accipientium fiant, & hæc est vna ex causis finalibus ipsius, Item in prædictis rebus si

Mutuo quatuor sunt necessaria.

esse in mutuo. Natura, vt ad hoc sit inuenta, vt mensuretur, vel ponderetur, vel numeretur, sicut est in pecunia, vt ff. de contrahen. empt. l. 1. Item cōsuetudo. Item aptitudo, vt ad numerum, vel ad pondus suę naturę aptetur. Itē actus, scilicet vt detur secundum naturā suā, nā si dedero pecuniam in sacculo non numeratam, vt tantundem reddas, non erit mutuum, sed innominatus contractus. Vide hos casus. ff. si cert. peta. l. 2. §. 2.

autem † datio in ijs rebus consistit, quæ pondere,[a] numero, mensurave constant, veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata, ære, argento, auro, quas res aut numerando,[b] aut metiendo,[c] aut appendendo[d] in hoc damus, vt accipientium fiant. Et † quandoque[e] nobis non eædem res, sed aliæ eiusdem naturæ, & qualitatis[f] redduntur. † Vnde[g] etiam mutuum appellatum est, quia ita a me tibi datur, vt ex meo tuum fiat,[h] & ex eo contractu nascitur actio, quæ vocatur condictio.[i]

¶ Si soluitur non debitum per errorem, re contrahitur obligatio, sicut ex mutuo, pupillus tamen sine tutoris auctoritate non obligatur. Aret.

¶ Is † quoque, qui nō debitum accepit ab

† alias qm.

a ¶ Pondere. ff. si certum petat. l. 2. §. item mutuum contra. Solut. ibi large accipitur nomen pecuniæ, vt ff. de leg. 1. talis. Accursius.

† alias ide.

b ¶ Numerādo. Vt pecuniam.

c ¶ Metiendo, vt vinum, oleum, frumentum.

Cōsuetudo & alia tria a mutuo sūt cōsideranda.

d ¶ Appendendo. Vt ære, & argento, & auro. Sed quid si librum ad pondus dedero? Respon. non est mutuum, quia consideratur consuetudo, & aptitudo, & natura rei talis. sic. ff. eod. l. 2. § 1. Item quid si pecuniam in sacculo vt speciem? Respon. non est mutuum, quia actus mutuo similis exigitur, vt ff. de leg. 1. plane. §. 2.

e ¶ Et quandoque incidenter enim quandoque eadem, quia nō indiget ea, vt arg. ff. si cert. pet. l. qui pecuniam, sed cum accipit, eius debet esse propositi, vt aliud reddat, vt ff. si cert. pet. l. 2. in princ. Accur.

¶ Adde, quod sēper placuit intellectus Decij in l. 2. ff. eod. quod intelligamus quādoque. i. aliquo tempore, per tex. in l. res in dotem. ff. so. mat. qui tamen fuit antea Fulg. in d. l. 2. *facit l. 1. in §. 1. ff. quod quisque iur.]

SYL.

* ¶ Ant. Aug. lib. 3. emend. c. 7. hunc locum ita ex antiquis codicibus legendum, & distinguendum ait. Quas res aut numerando, aut metiendo, aut appendendo in hoc damus, vt accipientiū fiant, & quandoque nobis non eædem res, sed aliæ eiusdem naturę & qualitatis reddantur. inde etiam mutuum appellatum est. interpretaturque, quādoque pro quandocunque, hoc est, quandocunque reddendæ sunt, ita reddantur. quam scripturam & interpretationem comprobat etiam auctoritate tum Caij, tum Pauli. Quod vero, quandoque, prō quandocunque vsurpetur extant exempla. l. res. de iu. do. l. si vini. de vsufru. ea. re. & alibi passim.]

f ¶ Qualitatis. i. bonitatis, quod tacite semper præsumitur agi. vt ff. si cert. peta. l. cum quid, §. 2.

Mutuum vnde cōponitur.

g ¶ Vn. Quia fit accipientis. Accur.

h ¶ Tuū fiat. Cōponitur .n. ex integro & corrupto, vt hic, & ff. si cer. pe. l. 2. §. appellata. Et no. q̄ licet deseruire nomini, quia nomina debēt esse consonantia rebus, vt supra de dona. §. est & aliud. Et no. reconciliari mutuum tribus modis, vt no. ff. si cer. pe. l. 2. § 2. & infra eo. §. item is. in gloss.

† Facit ad hunc §. c. vlt. cū gl. 1. ab me. ext. de sol. vbi optima glo. in materia repetitionis indebiti.

¶ Adde, quod ex æquitate quandoque & ex causa mutuum contrahitur, licet non fiat de meo tuum, cuius exemplum ponit Deci. in l. cum filiusf. prope fin. ff. eo. Sed quid si res ita detur, vt fiat accipiētis, vt tamen eadem reddatur? vide Alc. lib. 2. Parad. cap. 21.

ADDITIO. Quibus adde duos alios modos .s. propter superuenientiam dominij in mutuantem ex causa de præterito, vt l. proinde, ff. si cer. pet. Item ratihabitione secuta, vt l. si procurator. ff. de cond. indeb. & hæc vera in mutuo mere naturali, alias in mere ciuili cursu biennij. Item ciuile, cui natura cooperatur, reconciliatur stipulatione, siue præcedat, siue sequatur, vt per Ang hic.

Cōdictio certi spālis.

i ¶ Condictio. Scilicet certi specialis, quæ de mutuo datur, quæ appellatur a quibusdam. Si certum petatur, vt ff. de triti. l. 1. Sed dic, quod condictio certi ex mutuo specialis dicatur. Est & alia generalis, quæ datur ex omni causa, & omni contractu, ex quo certum petitur, vt ff. eod. l. certi condictio. in princip.

Cōdictio certi gnalis.

SYL.

¶ Hæc opin. communiter approbatur in l. certi condictio. in princ. ff. eodem, quamuis vltramon. tenuerint vnam esse certi condictionem.]

¶ Sed numquid ad interesse datur certi cōdictio? Quidam dicunt q̄ non, vt ff. si quis in ius voc. non ie. l. si. Nos dicimus quod sic, & quod d. l. dicitur, incerti cōdictio, dic, id est certi condictio, quæ datur ad interesse, quod est incertum, & est ratio, quia licet

prima

prima facie sit incertum, certificatur tamen per iudicem, vt infra de actio. §. curare. † secus si ad factum, quia etiam in sententia nō certificatur quātitas, vt ff de verb. oblig. vbi autem. § qui id quod. & ff. de re iudic. si quis ab alio. §. fina.

† Et, p hoc allegat Ang. hic ca. sū i l. 2. C. de mutil. stip. Non est. n. ī potestate actoris quā titas inter esse, sed spectat ad iudicem.

† alias p. ide ab eo cōdici potest. alias perinde ci condici, &c.

¶ Hæc opin. cōmuniter tenetur i d. l. cer. ti condictio. in princ. quando interesse petitur simpliciter.

¶ Is quoque.

CASVS.

Quærebatur, an aliter re cōtraheretur obligatio, quam ex mutuo & respondetur quod sic, ex receptione indebiti soluti per errorem, cuius tamen contrarium videbatur, tum quia qui soluit magis distrahere intendit, quam contrahere: tum quia non soluit animo sibi obligandi illum: vnde non videtur, quod aliquo modo possit nasci obligatio sine consensu. Tamen contrarium dicitur, eo quia solutum est per errorem & sponte, obligatio autem, sicut in quolibet quasi cōtractu, subintelligitur à l. & oritur ex ipsa re soluta. Nota quando quis obligetur ex indebito recepto. Item, quod soluenti datur condictio indebiti. Item, quod valet argumentum de mutuo ad indebitum. Item, quod pupillus sine tutoris auctoritate non obligatur. Item, quod licet solutio indebiti effectu producat obligationem, quæ ipso effectu considerato dicitur obligatio ex contractu, tamen inspecta intentione agentium talis actus non est contractus, sed distractus.]

eo, qui per errorem [a] soluit, re obligatur: daturque agenti contra eum propter repetitionem condictitia [b] actio. Nam † perinde ei, [c] & ab eo [d] condici potest, si apparet [e] eum dare oportere, ac si mutuum accepisset. [f] Vnde [g] pupillus, si ei sine tutoris auctoritate indebitum per errorem datum est, non tenebitur indebiti condictione, non magis quā

a ¶ Per errorem. Aliud si ex certa scientia, vt ff. de condict. indeb. l. 1. & ff. de reg. iu. cuius per errorem, & C. de iuris & fac. ignoran. cū quis. Accurs.

* ¶ Adde, idem esse licet sciens indebitum soluit hāc mente, vt postea repeteret, l. quod quis. ff. de condict. indebit.

Item intellige, hoc loco agi de errore facti, non iuris, l. si per ignorantiam, & l. seq. Cod. eodem.]

ADDITIO. Ex quo not. modum concludendi esse, quod indebitum soluit per errorem iuris, vel facti, prout fuerit: & est necesse hoc exprimere: nisi qualitas personæ agentis esset causa dandę condictionis vt in pupillo, in demente, vel furioso. Ang.

Cōdictio īdebiti ad quid dat. SYL.

b ¶ Condictitia actio. Id est condictio indebiti, quæ datur propter indebita soluta si facta sint accipientis, vt ff. eodem. l. indebiti. §. primo.

¶ Condicuntur enim respectu dominij quatenus dominium translatum est, l. si pœnę, paragr. si falso. digest. de condictio. indebit. & ibi gl.]

¶ Aliàs nulla condictio datur, nisi dominium sit translatum, vt ff. vsufruct. quemadmo. ca. l. si. & infra de actio. §. sic itaque, & §. appellamus.

¶ Intellige ratione ipsius. d. ll. nam ratione ne possessionis translatæ cōpetit cōdictio d. l. indebiti §. sed & si nūmi vbi vide Bart. in prima not. omnino, ff. de cōd. indeb. qui enim actutus est condictione indebiti, si diffidit de probatione domini, debet petere tantummodo possessionem, & libellum de possessione sola concipere.] SYL.

¶ Item ad augmenta naturalia, vt ff. eo. l. indebiti, non ad ciuilia, vt C. eo. l. 1.

¶ Intellige, nisi debitor ageret de lucro eiusdis accessionis: nam ad accessiones, in quarum præstatione non agit de damno vitando, tenetur, d. §. sed & si nūmi. vel sic. sed & si possessionem.

¶ Et in quantum locupletior est accipiens, si bona fide percepit, vt ff. eodem. si nō fortem §. libertus, alias si sciens acceperit, in totum, vt ff. eodem, l. in summa. § si seruum, & quandoque furti, vt ff. de cond. furt. l. quoniam. Vel dic vt ibi.

c ¶ Ei, cui solutum est.

* ¶ Similis locutio est inf. quod cum eo. §. fine. Est autem condicere idem quod repetere.]

d ¶ Ab eo. s. qui soluit.

e ¶ Si apparet. Si, id est quia. Sed videtur hic dici, quod primo appareat indebitum, & sic probetur, antequam actio proponatur: & ita ante litem contestatam: quod est falsum, nisi in casu, vt C. de testi. in authen. si quis. Sed respōd. hoc verbum, potest, quod hic est, intelligitur cum effectu, scilicet vt condemnetur reus.

* ¶ Adde, hæc verba, si apparet &c. esse verba veteris condicendi formulæ, & ideo oriosa, siue enuncupatiue accipienda sunt: sicuti & Theophilus innuit.

f ¶ Accepisset. Vnde tenetur nisi in casibus: vt si soluitur ex causa, quæ inficiatione crescit, vt C. eodem. ea quæ. Item ex causa pietatis, vt ff. eodem cum is, §. si mulier.

Item trāsactionis, vt ff. eodem in summa. Item rei iudicatæ, vt C. eodem, l. 1. Itē scientiæ, vt ff. eodem, l. 1. & hic dicitur. Item iuramenti, vt infra de actio. §. item si quis postulante. Et alias vt not. inf. de oblig. ex qua si contract. §. fi. & etiam in l. eleganter, §. fi. ff. de cond. indebi.

g ¶ Vnde pupil. Sed si pupillo solueris indebitum per errorē, credens teneri nō poteris

contra

contra pupillum agere condictione indebiti, nec certi condictione ex mutuo, sed ista obligatio non videtur ex condictione descendere: quia soluit pupillo per errorem.]

¶ Hæc est inepta additio, quam dispungere tamen noluimus, sed aduertere.]

* ¶ Adde, quod illatio quam facit hic Imp. pendet ex parificatione mutui, & indebiti solutí superius facta.]

a ¶ Mutui, quia neutra, nisi sit factus locupletior.

b ¶ Datione. Sed qualiter tenetur ex mutuo?

mutui [a] datione. [b] Sed hæc species obligationis non videtur ex contractu [c] consistere: cũ is, qui soluendi animo dat, magis velit negotium distrahere, quam contrahere.

¶ Qui accepit commodatum, obligatur re: & differt à mutuo, quia in commodato non trãsfertur dominium, nec tenetur de casu fortuito, nisi culpa eius præcedat casum: & hoc si gratis concedit, alias si cum mercede, esset locatio visus. Aretinus.

ctis vero agetur ad exhibendum, l. 2 eod. tit. aut condictione sine causa, l. 1. vlt. respon. de cond. sine causa.

¶ Vel quia sit salua pecunia, vel in aliã rem versa, vt ff. de sol. in pupillo. tunc enim tenetur & ciuiliter & naturaliter, & cum effectu vt, ff. eod. l. naturaliter, §. fin. & l. seq. & ff. com. leg. 3 His ergo eisdem modis & de indebito tenetur, vt hic dicitur. Et nota similitudinem inter mutuum & indebitum, quod valet ad multa, vt ff. eodem dum indebiti §. primo & secundo. vbi reconciliatur indebitum eisdem modis, quibus mutuum.

† Vide si. mi. gl. in l. pupill⁹. ff. d reg. iu. et

SYL.

§ l. 1. ff. de noua.

† Scilicet

SYL.

actione ex eo contractu, è si ad eũ aliquid peruenit: tenet tũc cõ dictione si ne cã, vel ad exhibẽ dũ vt l. 3 i pti. ff. sini Ang. hic.

tuo? † Distingue, aut est infans & tunc nullo modo tenetur, † vt ff. eodem, l. quod pupillus, & ff. de action. & oblig. l. pupillus.

¶ Adde idem in proximo infantiæ, §. pupillus, inst. de inut. stip. & cõmuniter tenetur.]

¶ Aut maior infante & tunc si tutori promittat, nullo iure debetur, vt ff. de auctor. tut. pupillus.

¶ Ratio est, quia l. prohibet, & resistit. d. l. pupillus. vnde nec naturalis nascitur, vt not. in l. cum lex. ff. de fideiuss. & est communis.

¶ Si alij promittat, & sine tutore, naturaliter tantum tenetur, vt ff. de noua. l. 1. si cum tutore, etiã ciuiliter & naturaliter obligatur: sed restituitur, vt ff. de auct. tut. l. impuberes, & C. si tut. vel cur. inter. per to.

¶ Intellige in actibus, in quibus tutoris auctoritas sufficit: secus in cõtractibus rerum prohibitarum alienari sine decreto. sunt. n. ipso iure nulli etiam interueniente tutoris auct. l. & si is. l. & si prædiũ, C de præd. mi. & dum dr restitui, dic quod hoc est verũ, si læsus sit, etiam si interuenisset auctoritas tu dicis, l. si quidem, 2. resp. C. de præd mi.]

¶ Et in adulto habẽte curatorem idẽ quod in pupillo, vt C. de in integr. restitut. min. l. si curatorem: alıter, id est si curatorem non habet ciuiliter & naturaliter tenetur, (i) sed restituitur, & hæc omnia sunt vera, nisi factus sit locupletior.

¶ Aduerte tamen, quod quando, l. resistit contractui, vt dictum est, sup. licet locupletior factus teneatur ciuiliter & naturaliter, tamen contractus à princ. fuit nullus, nec produxit aliquam obligationem, etiam naturalem: et consequenter non potest tractu tẽporis conualescere. vnde obligatio in d. casibus nõ pt dici descendere ex contractu, sed est fundata super l. nam hoc natura, ff. de condit. indeb. in alijs vero casibus, quia actus a princ non est nullus, potest conuenıri actione ciuili ex illo contractu, l. 3 in princ. ff. com. In prædi-

c ¶ Ex contractu, nec est, immo ex quasi cõ tractu, vt infr. de oblig. ex quasi contract. §. item is. Aliquid tamen tacite geritur. propter quod est positus hic casus inter obligationes ex contractu, vt ff. e. si in area. 2. resp. & ff. com. si is qui. §. vlt.

¶ Aduerte, quia gl. non videtur intelligere, nam verum est, quod in solutione indebiti tacite nascitur obligatio, non tamen ex tacito negotio, sed expresso, d. l. si in area. de quo vi denda essent, quæ subtiliter considerat Fort. in l. 1. §. 1. in 4. no. ff de pact. SYL.

¶ Item is cui. CASVS. Quærebatur, an cõmodatarius, qui re quoque obligatur, teneretur, * mutuo accipiẽs, & videbatur quod sic: vterque enim re obligatur: vtrique res traditur: & vterque de re restituẽda tenetur: & ita sit gratia mutuatarij mutuũ, sicut commodatum gratia commodatarij. Respondetur tamen contrariũ, quod immo mutuo accipiẽs tenetur de casu, de quo commodatarius nõ tenetur. Item quia in mutuo transfertur dominium, in commodato non: & sic in effectu in hoc tantum distat, teneri enim vel nõ teneri, de casu, hic est effectus dominij, quia res perit dño. l. incendium, C. si cert. petat. & hæc sint loco positionis casus: in declaratio nibus enim terminorum nõ solet figurari. SYL.

No. quod finalis causa cõmodati est datio vtẽdi gratia. Item, quod cõmodatarius re obligatur, & tenetur actione commodati. Item quod dominium nõ transfertur in commodatarium. Item quod tenetur ad idẽ indiuiduum restituendũ. Item, quod mutuatarius tenetur de casu, commodatarius, de omni culpa. Item quod qui culpã in alienis rebus committit, nõ excusatur, quod in suis sit ita solitus versari. Item, quod commodatarius tenetur de omni casu contingente propter culpam

culpam suam. Itē, quod de forma essentiali cōmodati est liberalitas, & vt gratis det. Item, quod cōuentio rei ad vtendum dande mercede in pecunia cōstituta est locatio: in alia vero re, quam pecunia, est cōtractus innominatus,

pere declarat Bar. in d.l.3 §. si reddita. ]
** Declara gl. procedere, nisi sit deterior facta sine culpa commodatarij, illa vtendo ad id, quod fuit commodata, vt ait pulcher tex. in l.vlt. ff. commod. ]

¶ Item is, [a] cui res aliqua vtenda datur, [b] idest commodatur, re obligatur, & tenetur commodati actione. Sed is ab eo, qui mutuum accepit, longe distat. Namque [c] non ita res dat, vt eius fiat: [d] & ob id de ea ipsa re [e] restituenda [f] tenetur. Et is quidem, [g] qui mutuum [h] accepit, si quolibet fortuito casu amiserit quod accepit, veluti incendio, ruina naufragio, [i] aut latronum, hostiumve incursu, nihilominus obligatus remanet. At is, qui vtendam accepit sane quidem exactam [k] diligentiam custodiendę rei pręstare iubetur:

l.1.§. si quis seruum, ff. deposi. Item incendium computari inter casus fortuitos. Item quod qui alias non tenetur de casu, si culpa sua incidat in casum tunc tenetur etiam de casu. ]

a ¶ Itē is cui. q.d. nō solum in duobus superioribus casibus. l. quādo aliquis accipit mutuum, vel quando accipit in debitū, obligatur re, sed etiam in hoc casu. Accur.

Ista gl. nō est Accur.

b ¶ Datur. Id est traditur, quia dare est dominium transferre. vt l. vbi autem. §. si. ff. de verb. oblig. & infra de actio. §. sic itaque quod non fit in re commodata Christoph.

* ¶ Non ab re addidit Imp. hæc verba, i. cōmodatur: ne forte intelligeremus de precario, quod est simile commodato. nam & qui precario concedit, rem vtendā permittit, sicut & commodans: & vterq. sic tradit, vt non faciat rem accipiētis l 1. ff. de preca. Differunt tamen in multis, vt annotat Accurs. ibi. & inter alia in hoc, quia precarium reuocari potest quandocunque, cōmodatū autem non nisi expleto vsu in quē conceditur. l. in commodato, §. sicut, ff. comm. sufficit tamen tantum temporis prætęrijsse, quo potuerit perficere vsum ad quem fuit commodata, etiam si inciderit impedimentū, vt ibidem not. Bart. post gloss. Item cōmodatum debet esse gratuitum, & datur ad certum vsum etiam tempore siue expresse, siue tacite præfinitum: quod nō est in precario, quod conceditur ad libitū cōcedentis. Bar. d.l.1. & Deci. l. contractus. de regu. iur. Vnde non male diffiniunt quidam, commodatū esse gratuitam rei concessionem ad certum vsum tempore limitatum, vt mox ipso vsu finito eadē res eiusdē qualitatis reddatur. ]

c ¶ Namque. Prima differentia inter mutuum & commodatum.

d ¶ Vt eius fiat. Quod est in mutuo.

e ¶ De ea ipsa re. Quod non est in mutuo.

f ¶ Restituenda. Etiam non deteriore: alias non videtur reddita: vnde tenetur ad interesse, vt ff. com. l.3 § si reddita.

¶ Qua autem actione prosequi debeamus interesse deteriorationis, & libellum conci-

g ¶ Et is quidem. Secunda differentia.

h ¶ Mutuum accepit. Hic nota, mutuum esse triplex. Naturale tantum scilicet quando fit numeratio sine stipulatione de soluendo. Ciuile tantum, quando stipulatio interuenit de soluendo sine numeratione. Ciuile & naturale, quādo numerario & stipulatio interuenit, vt ff. si cer. pet. l 2. Item nota, quod deficit mutuum ratione: vt in fure, vt ff. eo. l.2. §. mutui. & §. appellata, & ratione personæ, vt ff. si cert. pet. l. si a furioso & ratione dissensus, vt ff. si cert. pet. l. si ego pecuniam, & l. si & me, & Titium. Reconciliatur † autem mutuum consumptione, vt ff. si cert. petat. l. nam & si fur. stipulatione, vt C. si cert. pet. l. quāuis. vsucapione, ad instar alienæ pecuniæ datæ in dotem, vt ff. de iure do. l. Proculus.

Mutuum est triplex.

Mutuum deficit tripliciter.

Mutuum reconciliatur pluribus modis.

SYL.

¶ Adde, quod hæc non est glo. Accurs. sed additio transferens importune materiam mutui ad hunc locum. ]

** Adde, quod consumptio fieri intelligitur non solum expendendo, sed etiā immiscendo cum alijs, glos. §. nunc ver. consumpti supra quibus ali. li. ]

† Similis gloss. in §. nunc. in ver. condicti sup. qb. alie. lic.

i ¶ Naufragio. Hic not. fortuitos casus melius quam in aliqua lege: sic enumerātur aliqui casus. C. de pign. actio. quæ fortuitis.

¶ Adde meliorē tex. in l. in rebus. in princip. ff. eodem.

SYL.

K ¶ Exactam. † Alias exactissimam: & sic ponitur positiuus pro superlatiuo.

† Similis est glo. in l. in re C. mand.

¶ Adde, quod aliqui tex. emendati habent, exactam. Expone ergo diligentiam exactā, id est solertiam, non vulgarem, neq mediocrem, sed hominis diligentissimi, diuersimode ergo accipitur hic & inf. eodem. §. si. vt ibidem dicit gl. & pro litera, quæ hēt exactissimam, est text. in l.1. §. is vero qui. si de actio. & oblig. vbi ponuntur verba tex. nostri & dicitur, exactissimam. ]

¶ Et distingue, quia interdum solus dolus venit in commodato: vt si commodo vxori meæ, vt compta veniant ad me, vt ff. eo si vt certo. §. nunc videndum, & §. interdum. Quandoque dolus, & culpa leuis, vt si commodo

modo tibi scyphum, vt communes amici inuitentur ad cœnam, vt ff. eod. in rebus, §. hoc ita Interdum leuissima, & hoc generaliter, vt hic. Interdum, casus, vt si culpa præcedit casum, vt hic sequitur, & ff. eod. in rebus, in princ. verſ. alioquin:

& dominium nõ transferebatur, quo tamen non obstante cõtrarium dr̃ ratione allegata in text. & quia cõmodatum fit gratia cõmodatarij, depositũ vero gratia deponentis. Not. ꝙ ad essentiam depositi requiritur res:

Commodatarius de quibus tenetur.

ADDITIO. Si quæratur, an commodato commodatarius teneatur de dolo, lata culpa, vel leui, dic ex mente docto. in dicta l. si vt certo, quòd si contractus celebratur gratia dantis, tunc recipiens tenetur solum de dolo & lata culpa. Sed si gratia recipientis tantũ, tunc tenet̃ de dolo & omni culpa, sed non de casu fortuito, nisi culpa præcedat casum, vt hic. Si gratia vtriusque tunc de dolo, & lata culpa, & leui. Quid si res commodata sit æstimata, antequam commodetur? Dic quod æstimatio semper addit vnã speciem obligationis primæ, vt per gl. & Bart. in d. l. si vt certo &c. secundum Iac. & Christoph. Porcum.

† Vis maior q̃ sit, enarrat Budæ. in Anno. ad Pand. in l. si merces, §. vis. de loca. Græci vocant re cubian.

nec sufficit ei [a] tantam diligentiam adhibuisse, quantam suis rebus adhibere solitus est, si modo alius diligentior poterat eam rem custodire: sed propter † maiorem vim, maioresve casus [b] non tenetur: si modo non ipsius culpa is casus interuenit. Alioquin si id, quod tibi commodatum est domi peregre tecum ferre malueris, & vel incursu hostium, prædonumve, vel naufragio amiseris, dubium non est, quin de restituenda ea re tenearis. Commodata autem res tunc proprie intelligitur, si nulla mercede [c] accepta, vel constituta res tibi vtenda data est: alioqui mercede interueniente, locatus tibi vsus rei videtur: Gratuitum enim debet esse cõmodatum. [d]

¶ Depositarius obligatur re, & tenetur de dolo. h. d. Aret.

¶ Præterea [e] & is apud quem res aliqua deponitur, [f] re obligatur, teneturque actione depositi: quia & ipse de ea re, quã accepit, restituẽda tenet̃. Sed is ex eo solo tenet̃, si quid † dolo [g]

quia re contra hit̃ obligatio ex deposito. Item ex eo nascitur actio depositi. Item depositarius tenetur ad idem in diuiduum restituendũ. Itẽ tenetur solum de dolo, & lata culpa, nec regulariter tenet̃ de leui, aut leuissima. Itẽ negligentia depositarij imputatur deponenti. Item mala electio dicitur in culpa. Item ibi, ex eo solo tenetur, ꝙ taxatiua excludit casum æquiparatum, secundũ Ang. hic.

e ¶ Præterea. Id est preter supradictos modos accipiens depositum re obligatur. Vnde si deposui penes te rẽ meã mihi obligaris, & possum agere contra te actione depositi ad rem mihi restituendam, & teneris ex solo dolo, si dolum commiseris: sed si negligenter custodieris non teneris. Et ideo si depositarius rem sibi depositam per negligentiam suam amiserit furto, debet sibi imputare qui custodiendam rem suam amico suo tradidit negligenti, vt dicitur in fi. huius §.

† Concor. text. in §. sed is. inf. de oblig. q̃ ex delict.

* ¶ Adde, commodatarium non solum teneri adhibere diligentiam rei commodatę, sed etiam illis rebus quæ rei commodatæ accedunt, d. l. si vt certo, §. vsque adeo. Item sciendum, impensas cibariorum pertinere ad cõmodatarium. d. l. in rebus, §. possunt.

** Adde, quod in dubio commodatum censetur factum rogatu commodatarij. Bart. d. l. si vt certo. § interdum, & Aret. hic.

a ¶ Ei s. commodatario.

b ¶ Casus, scilicet alios.

c ¶ Mercede. Sic inf. loc. §. 1 sic inf. man. §. fi.

Additio. Cómodati declaratio ĝnalis.

d ¶ Commodatum. Commodatũ est, si dedi tibi rem meam, vt vtaris, nec inde accepi mercedem: si vero merces interueniat, erit locatio & conductio. gratuitũ .n. debet esse commodatũ: ideo teneris ad exactissimã diligentiã, sic infra locati, §. 1. sic. inf. man. §. fi. Suprascripta gl. non est Accurſ.

SYL.

¶ Præterea. CASVS Rõnem dubitandi faciebat casus præcedens, in quo re obligabat̃,

f ¶ Deponitur. Id est custodienda datur, vt ff. depositi, l. 1.

g ¶ Dolo. nota in deposito solũ dolum venire, vt hic, & ff depos. l 1. §. Illud. Itẽ venit lata culpa, quæ pro dolo accipitur, vt ff. eod. quod Nerua. Quãdoque leuissima, vt si hoc fuerit pactũ, vt ff eod. l 1. §. sæpe. item si fuit in culpa, quia portauit rem depositã per locum periculosum, vt ff. com. l. in rebus. §. 1. & l. si vt certo, §. interdum. item mora facta in restitutione, vt ff. depos. l. si in Asia. §. fin. Et hic, & superior similiter tenetur de casu.

¶ Adde gl. in l. 1. §. sæpe, ff depo. cui adde aliũ casum, qui ponitur in tex. vt ibidẽ not. Barr.

SYL.

** Intellige tex. nr̃m ĩ deposito gr̃a deponentis facto, sicuti plerumque fit: si .n. fiat gratia depo-

depositarij, vel vtriusque, idem dicendum quòd in commodato, Bartol.l.quod Nerua. col.vlt.versic.12. quarto ff. eo. Dec.l. contractus,nu.1.& 2.de reg.iu. ]

a ¶ Culpæ autem f.leuis. ✝

✝ Pro hac expositione facit gl. in ver. ex culpa. in l. in vēditione. ff. de bo. aucto. iu. possit.

commiserit; culpæ a autem nomine, id est, desidiæ, ac negligentiæ, non tenetur. Itaque securus est, qui parum diligēter custoditam rem furto amisit: quia qui negligenti amico rem custodiendam tradit, non ei, sed suæ facilitati id imputare b debet. c

¶ Creditor ex pignore recepto obligatur re, & tenetur solum de leui culpa. Ang.

¶ Creditor d quoq; qui pignus accepit, e re obligatꝰ, quia & ipse de ea re, quā accipit restituenda

* ¶ Obserua ex hac glos.qđ appellatione culpæ,cū profertur à lege,intelligitur de leui vt annotat Deci. in l.contractus. nu.19. de reg. iur. qđ est verum nisi subiecta materia aliam exigat interpretationem, vt ex Bal.& Alexād. tradit idē Dec. eo in loco, culpam autem leuem sic definit Alciat. in l.latæ.de verb sign. vt sit negligentia, qua quis in rebus alienis eam curam non adhibet, quam ceteri patresfam.solēt, tametsi in suis minime diligentior sit.]

b ¶ Imputare, sic infr.pro socio,§ fi.& ff de mino.l.cum mandato.§.fin.

** Adde notabiliter,tex.nostrum non habere locum,cum sit depositum in pecunia numerata,& cōuenit, vt tantundē restituatur, tunc.n.egreditur fines depositi,& cōparatur mutuo:& iō depositarius non excusatur ob casum,veluti obligatus in gñe, quod perire nō pōt,l.Lucius.ff.depo.l.incendiū.C.si cert. pet.& tradit latius Dec.d.l.contractus, nu.5.

Dolꝰ. Culpa lata: Culpa leuis: Culpa leuissima.

c ¶ Debet. Hic nota aliud esse dolum: vt qñ est machinatio studiosa, vt ff.de do.l.1.§.2. aliud latam culpam: vt nō intelligere quod omnes intelligunt, vt ff. de iur.& facti igno. l.regula,§.si filius, & de verborum sign.l.latæ, aliud leuem: vt desidiæ,& negligentiæ, vt hic. aliud leuissimam, vt si quocumque modo potuit præuidere, & non præuidit, Vnde furtum fieri ✝ non potest sine leuissima culpa, vt ff. pro soc.l. cum duobus, §. damna. versic. quod si vel incendium ✝ nasci: licet non noceat in culpabilibus, vt ff.de offi. præfe.vigi.l.3.§.1 & ff. de peri.& commo rei vend.l.si vendita,&sup. proximo,§.

✝ An furtum dicatꝰ casus fortuitus, vid. Ias. in §. sed istæ. col.8. inf. SYL. de actio.

✝ Circa dictū glo. de incendio, vid. omnino Thomam Gramma. in 3. dec.

¶ Adde,ꝙ istę illationes non sunt generaliter veræ. de furto vide bo.gl. in l.cum duobus,§.damna.in ver.subreptum, ff. pro soc. incendium vero numeratur inter casus fortuitos.vt no. Ang.sup.prox.§.Sed considera, quia casus pōt accipi duobus modis: vno, qñ habet culpā antecedentem,aut concomitantē: & tale plerūque dr̄ incendium,l.3.§.1. ff. de offi. pręfe. vigi.altero,qñ contingit sine culpa ipsius, de cuius obligatione quæritur: & hoc modo proprie dicitur casus,quo ad illam. Verificatur ergo secundum d. modum primum quæ hic dicuntur per gl.

¶ Adde, quod leuis culpa tā in rebus cōmunibus att cōsideratur,q̄ in reb. alienis, quod eleganter declarat Dec.d.l.contractus.nu.35. ¶ Aliud casum fortuitum, qui .f. præuideri non pōt,vt sup.prox.§.& C.de pign.actio. l. quæ fortuitis.

* ¶ Adde pulcherrimū text. in l.2.§.si eo tempore, ff.de admi.re.ad ciuit.perti.] SYL.

¶ Creditor.

CASVS.

Rationē dubitandi faciebāt præcedētes dispositiones: in quibus re obligatio cōtrahebatur, dominiū non transferebatur, & gratia recipientis fiebant:vt in commodato. Pari.n. ratione videbatur materia pignoris accepti decidēda, recipitur.n. pignus,vt sibi sit cautum:& sic gratia recipientis.Contrarium deciditur, quod immo recipiens non tenetur nisi de leui,ratio est, quia in eo non tm̄ recipiētis, sed dantis cōmodū versatur: & sic celebratur gr̄a vtriusque. Quēadmodū ergo in dictis casibus qñ hi cōtractus celebrantur gratia vtriusque cōtrahentiū.non tenetur recipiens nisi de leui,vt not.glo.in §. itē is cui.in verb.exactā,sup.eo.tit. ita in casu isto. Not. ꝙ obligatio pignoris ex parte creditoris recipientis cōtrahitur re: ex parte debitoris dantis constituitur solo consensu, & ex solo pacto nudo iure prætorio nascit̄ actio.l.si tibi,§.de pignore,ff.de pact.Item,ꝙ creditor tenetur actione pignoratitia ( intellige directa ) ad restitutionem eiusdem rei, quam accepit: cōtraria vero pignoratitia tenetur ipse debitor creditori. Itē, ꝙ cōtractus pignoris dr̄ celebrari gratia vtriusque.Itē, ꝙ in ijs contractibus,qui gratia vtriusque celebrantur,venit regulariter leuis culpa. Itē, ꝙ creditor nō amittit ius crediti, q̄uis amiserit pignꝰ casu fortuito,aut culpa leuissima.

d ¶ Creditor. Creditorem accipe ex omni causa, vt in authent.de fideiuss.§.fin,& ff.de verb.sign.l.si cui.

e ¶ Accepit. Nota caute poni, accepit: aliter non dicitur re obligari,sed pignus creditori etiam nuda conuentione tenetur, vt ff.de pignor.actio. l.1. & hypothecaria sibi nascitur ad pignus illud persequendum, vt inf.de actio.§.Item Seruiana.Accur.

* ¶ De differentia pignoratitię, & hypothecariæ, vide Bart. in l.si rem § proprie, ff. de pign. actio.& in l. pignore,C. de pig.& Are. in §.Actionum inf.de actio.& latius Neguf. tract.de pig.1.memb.7.part. SYL.

* ¶ Inter pignus & hypothecam quæ dr̄ia sit, vide tex. & ibi glo.in dict.§.Item seruiana.

na. versic. inter pignus. infra de actio.
ADDITIO. Pro hac gl. vide tex. in l. grege, §. & in superficiarijs. ff. de pign.

Actio hypothecaria, & actio tutelæ, quãdo nascũtur.

a ¶ Actione pignoratitia. Quæ nascitur demum soluta pecunia, vel alias satisfacto, vt ff. de pignor. action. si rem, §. omnis. Sic in actione tutel. quæ demum finita tutela nascitur, vt ff. de tutel. & rat. distra. si tutor. §. fin. l. sequen. licet quidam dicãt etiam prius eam nasci, sed non intentari, vt not. in d. §. omnis.

tenetur actione a pignoratitia. Sed quia pignus vtriusque gratia datur, & debitoris, quo magis pecunia ei credatur, & creditoris, quo magis ei in tuto sit creditum: placuit sufficere, † si ad eam rem custodiendam, exactam b diligentiam adhibeat: quam c si præstiterit, & aliquo fortuito d casu rem amiserit, securum esse,

† aliàs qui ac.

SYL. ¶ Adde, quod vera est prima determinatio per §. omnis, quod nascitur tunc, cum solutioni vel alio, quolibet modo dissolutum sit pignus: non tamen nascitur ex ipsa satisfactione, sed ex contractu pignoris re iam antea celebrata. nascitur ergo hodie, sed contractu præexistente. vt ibi declarant Bart. & alij. Si tamen exercendi ingenij gratia videre vis circa hoc, vide Fortu. in l. iuris gent. in prin. col. 31. ff. de pact.

** Adde duplicem esse pignoratitiã: vnam directam, quæ datur debitori ad repetendũ pignus soluto debito, vt hic: alteram contrariam, quæ datur creditori, veluti si ei res aliena, vel alij obligata, data fuerit. l. Tutor. de pig. actio item pro expensis factis in pignore. l. si necessaria, ff. eod. & in pluribus alijs casib⁹, de quibus late Neguf. d. tractat. mẽbr. 7. par. n. 13. & plurib. seq. & has duas species act. pignor. tangit etiam gl. infra de actionibus, §. actionum, ver. pignoratia.]

b ¶ Exactam. proprie ponitur, non pro superlatiuo, vt supra eo. §. at is, nõ enim tenetur de leuissima, vt ff. de pign. actio. l. si cum venderet, §. venit, & l. seq. Accurs.

** Hoc verum in pignore conuentionali, secus in prætorio vel iudiciali, in quo creditor solum de lata culpa tenetur. l. prætor. §. est præterea. de bon. auct. iud. poss. Bar. l. 1. ff. de pign. act.]

c ¶ Quam. Scilicet exactam diligentiam.

d ¶ Fortuito casu. Sed quis probabit hũc casum? Respon. creditor probat se amisisse, vt C. de pig. act. l. si creditor. Item debitor probabit dolum, vel culpam creditorem commisisse, vt ff. de prob. l. in exceptionib. & l. quoties, §. qui dolo. Sed tertio creditor probat casum, si vult euadere. licet Bulgarus aliter distinxerit, vt not. d. l. si creditor. Accurs.

¶ Adde, quod ordo probationis est iste, quod primo debet constare rem, quæ petitur, fuisse penes illum, à quo petitur, & si conuentus negat, onus actori incũbit: nec potest actor aliam à reo probationem exigere, quam iuramenti. Hoc constituto, vera, & communis est responsio gl. quod onus spectat ad creditorem, d. l. si creditor, siue sit actor, siue reus. Probata igitur amissione, cum dolus non præsumatur, clarum est illius probationem, incumbere dicenti. de culpa autem distinguendum est, vt per Bart. in l. si quis ex argentarijs, §. an vero, ff. de edẽ.]

e nec impediri creditum petere.

¶ De verborum obligationibus.

¶ Per stipulationem cõtrahitur verbis obligatio: ex qua oritur certi condictio, si est certum in stipulationem deductum: alias actio ex stipulatu. Aret.

VErbis obligatio contrahitur ex interrogatione f & re-

e ¶ Securum esse. Repete placuit.

¶ De verborum obligationibus.

Cõtinuatio. ¶ ista rubr. continuatur ad præcedentia, vt patet in textu, supra, de oblig. in fi. Aret.

Diuisio. VErbis. ¶ Totus iste tit. diuiditur in quatuor partes. Primo ponit qualiter obligatio verbis contrahitur, & quæ actio ex ea resultet. Secundo quibus verbis olim & hodie concipitur. Tertio, quot modis stipulatio fieri potest. Quarto, illud per exempla declarat. Secunda ibi, in hac re. Tertia ibi, Omnis stipulatio. Quarta ibi, Pute veluti.

SYL. ¶ Verbis obligatio. CASVS in declaratione simplicium terminorum non figuratur nisi literaliter. Not. quod ad essentiam stipulationis requiruntur verba interrogantis & respondentis. Item, quod in stipulationem deduci potest non solum datio, sed factum. Item, quod ex stipulatione certæ rei oritur certi cõdictio: incertæ vero, actio ex stipulatu. Item, quod stipulatio dr à stipulo, quod apud veteres significat firmum.

f ¶ Ex interrogatione. s. præcedente, & responsione sequente, vt hic, & C. de vsur. l. 1. alias non valeret.

SYL. ¶ Sunt. n. hæc formula stipulationis: primo, interrogatio & respõsio: secundo, ordo. s. vt interrogatio præcedat: tertio, verborum auditus: quarto, intelligentia verborum. s. consensus, qui est basis & fundamentum omnium contractuum, probantur hæc omnia ex tex. nostro, & ex l. 1. ff. eod.

** Adde secundum Alciat. lib. 8. Paret. c. 2. quod licet nostri Doct. vnam tantum speciẽ ponant obligationũ, quæ verbis contrahuntur illa, s. quæ oritur ex stipulatione, Caius in

lib.

lib.Instit.2.alia addit, quæ dictio dotis vocatur, quæ hodie abolita videtur. Affert, & tertiam, quæ ex iureiurando oritur, quod libertus patrono præstat, cum donum, munus operam daturum se iurat: quam tamé subijcit non tã verborum solennitate, quam religione confirmari.]

sponsione, cum quid dari, [a] fierive [b] nobis stipulamur, [c] ex qua [d] duæ proficiscuntur actiones, tam cõdictio [e] certi, si certa sit stipulatio: quam ex stipulatu, [f] si incerta [g] sit: quę [h] hoc nomine inde vtitur, quod stipulum [i] apud veteres firmum [k] appellabatur, forte a stipite descendens.

¶ [illegible] ex [illegible] terrogat[illegible] sit, dum [illegible] ligant. h.d. Aret.

¶ In hac [l] re olim ta-

a ¶ Dari, scilicet certum, quod appareat quid, quale. vel quantum sit in obligatione, vt ff. eo. stipulationum quædam certæ. & l.seq. Accur.

b ¶ Fierive. Vel etiam non fieri, vt ff.eod. vbi autem, §. id quod & inf.eo.§.fi.Accur.

¶ Adde satis fuisse dicere, dari fierive: quia facti appellatio comprehendit non facta l.2 §.itẽ si in facto.ff.eo.late Dec.in l.id quod. num.2.de re.iur.

c ¶ Stipulamur. Est autem stipulatio verborum conceptio, qua aliquid dare, vel facere promittimus, &c. ff.eodem.leg.quinta. §.stipulatio.

d ¶ Ex qua.s.obligatione verborum.

Cõdictio triticaria.

e ¶ Cõdictio s.certi generalis: de qua dic vt supra titu.1.diximus circa princip. Item, & Triticaria locum habet, vbi petitur certum, vel incertum, nisi petatur pecunia numerata, vt ff.de tritica, lege prima.

f ¶ Ex stipulatu. Si autem incertum quid mihi debeatur, non ex stipulatione, sed ex alio contractu, agitur conditione incerti. nã dico, quod est proprium nomen actionis, vt ff.de condict.indeb.l.sed & si me.§.1.vbi de hoc notaui.Accur.

g ¶ Si incerta.nisi in casu.vt C. de rei vxo. actio.in princ.Sed quid si promitto aliquid in genere? Resp.non valet: nam dando muscam liberarer. Oportet.n.quod aliqua certitudo ibi sit, vt homo, vel equus, quę certis finibus contineatur, alias non valet, vt ff.eo. l.ita stipulatus.in prin.& ff.de iure do.cum post.§.gener a socero.Accurs.

¶ Adde, quod quamuis doct. excipiant certos casus, puta studij, dotis, alimentorum, & intelligant incerta valere, male sentiunt. Ex quo enim secũdum qualitatem regionis, & personarum dispositum est tam à iure hæc deberi, non sunt omnino incerta illa incertitudine, quæ vitiat: sed sunt incerta incertitudine, quæ certificari potest, quod nota.

h ¶ Quæ.s.stipulatio.

i ¶ Stipulum. Alludit vocabulo, sic sup. de testam.in princ.& ff.de acquiren.pos.l.1.in princip. nam nomina consonantia debent esse rebus, vt supra de do.§.est, & allud.

* ¶ De etymologia verbi stipulatio, vide Alciat.lib.1.Parer.cap.39. * qui mauult hic legere, apo tu stiptu hoc est firmo, & solido. quid enim (inquit) commune habet stipes seu truncus cũ contractu? SYL.

* ¶ Sed Iustinianus potius deducere voluit a verbo stipulo, secutus Iulium Paulũ Iurisconsultũ, qui libro sentẽtiarum, cap. 8.ita scriptum reliquit: Obligationum firmandarũ gratia stipulationes inductæ sunt, quæ quadam verborũ solennitate concipiuntur, & appellatę, quod per eas firmitas obligationum constringitur Stipulum enim veteres firmum appellauerunt.hæc Paulus. Varro autem stipulationem, a stipe, id est pecunia deducit: quã etymologiam. Festus etiam probat: dicens, stipem esse nummum signatũ, testimonio est & id quod datur in stipẽdium militi, & cum spondetur pecunia.quod stipulari dr.] Inuestituræ forma.

K ¶ Firmum. Nam & baculum vel stipitẽ paleæ dabat vnus alteri pro inuestitura, vt hodie fit in Marchia, sed in Longobardia bibunt: alibi per mantellum inuestiunt. sic, ff. de pac.l.1.§.1.Accur.

* ¶ Adde, quod inuestitura est præcedentia actus confirmatio.Dyn.in reg. beneficium. de reg.iur.in 6.]

ADDITIO Ista tamen inuestitura non est necessaria de iure ciuili, sed de consuetudine sic. Idem in beneficialibus de iure canonico, per eam tamẽ possessio non acquiritur, vt hic per Doct.

¶ In hac re. CASVS figurari non solet in l.corrigente. Erat enim ratio dubitandi ius antiquum: iuris autem noui dispositio ideo inducta est, quia quamuis verba sint de substantia stipulationis, satis est, quod sint talia: quæ deseruiant intentioni contrahentiũ, siue vnius sint, siue diuersæ linguæ. Nota, quod verba stipulationis possunt concipi qualibet lingua quam contrahentes intelligant, quod intellige siue per se, siue per interpretem, lege prima in fine.ff.eodem. SYL.

Item, quod diuersitas linguæ non vitiat stipulationem. Item, quod contrahẽtes aliena lingua stipulari possunt. Item, quod verborum solennitas sublata est. Item, quod in eis attenditur mens & intentio cõtrahentis idoneis verbis expressa.

l ¶ In hac re, Scilicet stipulatione contrahenda.

a ¶ Pa-

lia verba tradita fuerunt: Spondes? spondeo. promittis? promitto. fide promittis? fide promitto. fideiubes? fideiubeo. dabis? dabo. facies? faciam. [a] Vtrum autem Latina, an Græca, vel qualibet alia lingua [b] stipulatio concipiatur, nihil interest: scilicet si vterque stipulantium [c] intellectum eius linguæ habeat: nec necesse est eadem lingua vtrumque vti, sed sufficit congruenter ad interrogata respõdere quinetiam duo Græci Latina lingua obligationem contrahere possunt. Sed hæc solennia [d] verba olim quidem in vsu fuerunt: postea autẽ Leonina constitutio [e] lata est, quæ solennitate verborum sublata, sensum [f] & consonantem intellectum ab vtraque parte solũ desideret, † licet quibuscũque [g] verbis expressum † sit.

¶ S[illegible] est pura, [illegible] si ve[illegible] in diem, non potest peti, nisi præterea tota illa dies. Aretinus.

¶ Omnis stipulatio, aut pure, aut in diem, aut sub conditione fit. Pure, veluti, Quinque aureos dare spondes? idque confestim [h] peti potest. In

a ¶ Faciam: Quæ omnia dici debebant in stipulatione, vel aliqua de his. sic supra de singu. reb per fideicomm. relict. §. fi. Sed hodie, vel vnum ex his, vel etiam aliud dummodo aptum sufficit, vt inf. eod. §. sed hæc. qui continuari debet cũ isto §. vel olim per idem fiebat responsum, hodie etiam per aliud.

b ¶ Lingua. Vt Assyria, Latina, Græca, vel alia, vt ff. eo. l. 1. §. fin.

[illegible]

Dummodo se intelligant: aliàs erit necessarius interpres. Idem in Teutonico, cuius lingua non intelligitur, quia iudex eum interrogabit per interpretem. Et si ipse iudex & notarius, vel etiam notarius solus sit interpres, sufficit. Imò ipsius scriptura, vel instrumẽtum faceret fidem etiam contra nuncium, vel testem dicẽtes aliter denunciasse, vel deposuisse quàm scriptum sit. & hæc vera in iudicijs ciuilibus, secus in criminalibus, vt Ang. hic.

c ¶ Stipulantium. Proprie & Improprie dicitur, sic in Authẽ. de æquali. do. §. 1. collat 7. & sic improprie etiam promittens dicitur stipulari, vt hic, & ff. de condit. indeb. l. si non sortem. §. si decem.

¶ Adde, quod æquiuocat gl. quia secundum Grammaticos, stipulor, est verbum cõmune, & æque proprie pro promissione accipitur: Iuue. Quantum vis stipulare, & protinus accipe quod do. & Sueton. lib. 4. Prætorum, Lectoria, quæ vetat minorem xxv. anni stipulari. Plau. Nisi dolo malo stipulatus sis. quod ratione manifesta probatur, quia si stipulatio est interrogatio, & responsio simul iuncta, quare non tam bene debet dici stipulator promittens, sicut interrogãs, cum in ea vterque sit agens, * & idem videtur Fortun. in l. iuris gentium, in princip. col. 20. ff. de pact.

d ¶ Sed hæc, quæ diximus sup. eo. §. in hac.

e ¶ Constitutio, vt C. de contrahen. & commit. stip. l. omnes.

f ¶ Sensum. aliàs consensum, scilicet verbis expressum ab vtroque, & in cõtinenti, vt ff. eod. l. 1. in princ. & §. qui præsens. & §. si quis ita interroget. licet verba inutilia fuerit serta, vt ff. eod. quæ extrinsecus. aliàs si diceret verba expressa non exigi, non differret ab ijs cõtractibus, qui consensu contrahuntur, vt inf. de oblig. ex cõsensu. 1. respõ. Accursius.

† alias q. buscũque tandẽ verbis expressum sit.

† alias est, Stipulatio fieri dẽt verbis aptis.

g ¶ Quibuscunque. Habilibus tamẽ ad hoc. Quid. n. si dicam, a, & velim repræsentare, promittis, tu dicas, b, & velis repræsentare, promitto, non valet, vt ff. de consti. pec. qui autem. §. fin. & l. seq. & ff. de mune. & ho. vt gradatim, §. & si lege.

¶ Adde, quod ratio est, quia tunc constaret solo consensu stipulatio, quæ tamen verba require sup. eod. in prin. * & ista gl. communiter recipitur a doct. secundum Ias. in l. 1. §. eadem. col. 1. ff. eod. SYL.

¶ Omnis stipulatio. [illegible] nõ figuratur, quia termini sunt, & clari. ideo autem cum adijcitur dies, nisi elapso toto die non petitur, quia dilatio fuit adiecta fauore debitoris, cui suum ius auferri nõ debet, peteretur enim plus tempore, §. plus, inf. de actio. No. diuisionem qualitatum ipsius stipulationis respicientium causam formalẽ ipsius. Item, quod pura est, quæ neque diem, neque conditionem habet. Item, quod ex stipulatione pura statim oritur obligatio, & actio. Item, quod stipulatio in diem est, quæ habet diẽ appositum gratia differendę solutionis. Item, quod ex stipulatione in diem obligatio statim nascitur, non tamen potest effectualiter intentari, nisi totus dies præterierit. SYL.

Obligatus pure an possit statim conueniri.

h ¶ Confestim. id est statim, vt ff. eod. l. eum qui calendis, §. fin & hoc nisi ratione loci sit in diem, vt inf. eo. §. loca.

¶ Hæc

SYL. ¶ Hæc tamen respectu conceptionis verborum est pura, licet inspecta mente & sententia sit in diem d. §. loca.]
** Dictum gl. de tacito tempore ratione loci habet locum etiam respectu fideiussoris, l. si testamēto, §. fin. & l. si vt proponitur. de fideiuss.

Vel ratione rei, quæ adhuc non est in rerum natura, vt inf. de excep. §. antep. & ff. eo. interdum in princ. (i) & ff. de cond. & demon. l. 1. §. fin.

diem, ᵃ cum adiecto die, quo pecunia soluatur, stipulatio fit: veluti, Decem aureos primis ᵇ calendis Martijs dare spondes? Id autem, quod in diem ᶜ stipulamur, statim quidem debetur: sed peti prius, quam ᵈ dies venerit, non potest. ᵉ At ne eo ᶠ quidē ipso die, in quē stipulatio facta ē, ᵍ peti pōt: † quia totus is dies arbitrio soluentis tribui ʰ debet. Neq;

** Addc, ex qualitate actus quandoque tempus tacite intelligi. Et ideo si quis promittit dotem puellæ, tacite intelligitur, cū erit nubilis ætatis, vt hic ait Christopho. Porc. per l. qui filium. vbi pup. edu. d. b. quod alijs pulcherrimis exemplis ostendit. Dec. l. in omnibus, oblig. de reg. iur.] Sed ad quid sit promissio, cum non in continenti soluitur? Respond. non est sic praue intelligendum verbum, confestim, vt veniat statim cum sacco paratus, vt ff. de solut. quod dicimus. sed ali quod spacium puta x. dierum dandum est, vt inf. de inuti. stipu. §. fin. ff. de consti. pecu. promissor. Sic etiam fere vbique consuetudo interpretatur, vt infra 10 dies fiant præcepta a potestatibus, quæ est bona legum interpres, vt ff. de leg. & senatus. l. si de interpretatione, & c. cum dilectus. extra de consue.

Consuetudo est legum interpres.

SYL. ¶ Adde, quod hæc glo. falsa est in taxatione 10. dierum: vetus loquitur glos. in § fin. inf. de inuti. stipu. arbitrio enim iudicis statuitur, l. ratum. ff. de solu.]

ADDITIO Nō est tamen ibi nata actio, vel obligatio: quia cum sit incertum, an fructus nascantur vel non, dies, quæ tacite inest habetur pro conditione, vt l. 1. ff. de condit. & demonst. Angel.

Stipulatio an possit fieri sub conditione.

a ¶ In diem. Scilicet fit stipulatio. Sed nunquid stipulatio est actus ciuilis? Respon. sic; vt inf. de actio. §. de constituta. ergo non debet recipere diem, nec etiam conditionem, vt ff. de regul. iur. actus. Sed dic, quod hic actus ibi non computatur: sic in nouatione, vt dicitur, ff. de nouat. l. nouatio. Et illa regula, actus, habet locum in suis numeratis casibus.
** Pro intelligentia. d. l. actus. lege quæ ibi scribit Decius.]
b ¶ Primis superflue hoc dicitur, ff. eo. cum qui calendis. in princ.

In diē & ad diē ienen differunt.

c ¶ In diem. Aliud si ad diem: nam tunc vsque ad diem tenetur, & nō post, vt ff. de act. & oblig. l. obligationum fere. §. 1. & dic, qđ idem est dicere, ex die, quod in diem, vt d. l. in princ. & hic.
d ¶ Prius quam, Nam cessit, sed non venit dies: quod dic, vt ff. de verb. sign. cedere.
e ¶ Non potest. sic ff. si cert. pet. certi conditio. in princ. & si petat, repellitur per exceptionem, vt inf de excep. §. præterea.
** Adde secūdum Alciat. in d. l. cedere, quod in obligatione in diem expressam receptior est opin. ante diem & obligationem, & actionem ortā esse, sed obstare exceptionē, † cuius sententię ratio est, quia tempus adiectum, ipso iure effectum obligationis non tollit. d. l. obligationum. §. placet.]

†Concor. text. in §. appellatur infra de excep.

SYL. ¶ Hanc glo. disputatiue reprobat Fort. in l. item quia. col. 9. in princ. ff. de pact.
f ¶ Ne eo quidem ipso. Nisi ab initio sic dicat. Hodie dare spondes? quo casu pura est, vt ff. eod. l. liber homo. §. decem, sed si est pura, ergo peti nō potest ante 10. dies, ita enim determinatur verbū confestim, sup. eod. §. omnis. & in d. l. ff. eo. liber homo. dic, φ eadē die, ergo male. Sed ibi expresse est dies.

Cōfestim determinatur per 10. dies.

SYL. ¶ Adde glo. veram, quia in dubio talis adiectio non videtur apposita gratia differendæ solutionis, sed repræsentandæ promissionis aut solennitatis accelerandę. d. §. decē. secus si aliter de mente constaret, vt dicit ibi Bar. & sequuntur doct.]
g ¶ Facta est, s. vt soluatur.
** Adde, quod regulariter cum simpliciter de aliquo die actū est, intelligitur de die naturali 24. horarū, vt docet Tiraqu. post alios in tract. de retrac. legn. §. 1. gl. 1. nu. 7.]
h ¶ Tribui debet. Hic not. q. de facto. Iudex statuit terminū peremptorium partibus ad audiendam sententiam: puta diem Iouis: vna partium non veniente eadem die quæro quando debeat ea snīa ferri, an die statuta, vel sequenti? Et vī φ nō die statuta, quia vt in cōtractib⁹, tota illa dies vī sua, vt hic, & pro hoc est, ff. de fer. l. more Romano, per quam legem etiam si media nocte venisset, satis sufficeret, vnde patet, quod ea die ferri non debuit. Item alia rōne, quia post peremptorium debet eam partem absentem citare iudex, vt ff de iudic. & l post edictū, & inter vnam citationem, & aliam dēt esse spacium decem dierum olim, vt ff. de iud. l. per interuallum. hodie 30. dierum, vt in Authent. de litti. §. omnē. colla. 8. & secundum consuetudinem Bononien. vnius diei. Vnde patet, quod in die peremptorij non debet ferri. Sed in d. l. l. & post edictū, exponitur, debet, id est potest. Item vī contra, φ in die peremptorij debeat iudicari, vt C. qn prouo. non est necess. l. cum non eo die. Item si sit ita prope sero, vt certum sit eam partē ab-

Snīa die pfixa dēt ferri etiā absente altera partium.

plius non posse venire, debet iudicare in die peremptorij, vt ff.de verb.obli. l.cum stipulatus sum mihi a Proculo.& l.liber homo. in fi. Et est verior opinio.

¶ Adde hoc esse hodie expressum in c.consuluit, de offi. deleg & tenent communiter doct. in dic. §. decem.]

¶ Sed tamen post vesperas statim, vel in ipsis vesperis debet ferri, vt in Auth. de iudi.§. sedebunt,coll.6.sed nec in nocte debet ferri sentētia:& ita paulo post excessum vesperarū debet iudicari. Et ita quidam electi, ad quoddā consiliū de facto iudicauerunt.

SYL. ¶ Adde, q̄ ita communiter tenetur in d.ca. consuluit & in d.§.decē.nisi accēdantur tria luminaria, secundū Batt.in l.nō minorem, C.de transac. vbi quid in interlocutoria, de qua Angel.hic etiā, q̄ ferri potest de nocte.]

* ¶ Adde, quod aliud est in contractibus, nam etiam noctu fieri possunt.l.non minorem,C.de transactio.]

a ¶ Datum non esse,i. non est hoc verum incommutabiliter.

b ¶ Priusquam,vt ff.eo.quicquid,§.fin.& de pig.actio. si necessarias,§.si annua.

Ad hoc pertinet illud Spurinę aruspicis de fato C.Iulij Cæsaris, venisse,non præterijsse idus Martias, de quo meminit Sueto. in C. Iulio Cæsare & Valerius lib.7.c.11.

SYL. ¶ At si ita stipuleris. CASVS. Proponebat stipulatione hoc modo contracta . Promittis 10.annua quoad viuam ? quærebatur an talis obligatio pura esset,& ad heredē transiret, & videbatur conditionalis vltra primū annum, sicut & sunt legata,l. in singulos ff. de ann. leg. & quod ad heredem non transiret, vt ibi dicitur : contrarium tamen decidītur ea ratione , quia ex quo limitauimus ad tempus vitæ,nō potest vlterius peti: quia ita censetur taciè conuentum,ne post tempus petatur. transmittitur ergo obligatio, qa tps nō est modus tollendę obligationis.l. obligationū fere.§. placet ff de act & oblig. sed daf exceptio ex tacita cōuētione,vt dixi. quare aūt secus fit in legato , videbimus in gl. Not.q̄ stipulatio annua pura est, qa tps apponit̄ gr̄a multiplicādæ obligationis. Itē q̄ licet stipulatio annua limitetur tēpore vitæ stipulatoris, tñ ipso iure est perpetua , & transit ad hr̄des. Itē,q̄ obligatio non potest limitari tempore . Itē, q̄ quamuis ipso iure trāseat ad hr̄des tñ de æquitate daf exceptio.

Promitto 10. aureos, & singulis annis. c ¶ Annuos , aliud si dixeris,singulis annis. Nam primo casu in initio cuiuscunque anni , secundo in fine committitur stipulatio: quia sic est i legato sic relicto , vt C.qn dies leg.ced.l.1.& ff quando dies leg.ced.l.nec semel;vnde versus;Annua si debes tunc respiciens caput anni.Anno si debes in fine tenebēris anni,vt dices,inf.de inuti.stip. §.qui hoc anno.& ff.eo.l.qui hoc anno.

SYL. ¶ Rō est, quia in primo casu tēpus non apponitur gratia solutionis differendæ, sed ad multiplicandā obligationē:in secundo vero tēpus apponit̄ gratia differendæ solutionis . Excipe tñ a primo casu relictum respectu certæ necessitatis , d. l.nec semel,§. si in habitationem. Item relictum fructuum , vel pecunię ex fructibus percipiendis.l. Firmior, §. pater, ff. quando dies leg.ced.]

enim certum est eo die in quē promissum est, datum a nō esse priusquam b is præterierit. ¶ Stipulatio annua quo ad quis viuet , pura & perpetua est , sed post mortē stipulatoris obstat exceptio hæredis . Aretin.

¶ At si ita stipuleris, Decē aureos annuos , c

¶ Sed nūquid est vna stipulatio , vel plures? Rñ.vna est,vt ff.eo. si Stichū,§.1.licet legata sic relicta sint plura, vt ff. de do.cau.mor.l. senatus.§.fin.Sed quæ est rō? Rñ quia semel in stipulatione inspicitur cōditio stipulātis vt si sit filius, acqrat patri, & vna est actio. vt ff.eod. si filius , sed in legatis pluries considerat,scilicet singulis annis,cum singulis annis cedat dies legati , & plures sint actiones , vt ff. de an.leg.l.cū in annos, & qn dies leg.ced.l.cū i annos. Sed M.dicebat hāc esse differentiā: quia in stipulatione est vna verborum cōceptio. sed quantum ad rei veritatem plures sunt, sicut legata: & facit pro eo.ff.eod. pluribus,§ 1. Sed ibi certe per alia verba fuit facta.f. per hæc annua bima trima die, vel dic, q̄ ibi quorundam sententia recitatur.Nec obst. q̄ vna est conceptio.

SYL. ¶ Adde, quod rationes differentiæ assignatę in glo.sunt potius illationes:vnitas.n.actionis: est effectus vnitatis stipulationis . non actio. Vnde ab alijs assignatur ratio , quod cum stipulatio pendeat a cōsensu duorum, est firmior,& non ita multiplicabilis, sicut legatum : sicut videmus debilius legatum, quod efficitur caducum per mortem legatarij:qd non est in stipulatione. Vel quia legata dātur ob benemerita.l. nec adiectit.ff.pro socio. & regulantur a mente testantis ; quæ videtur esse , vt hic habeat , donec viuit , & non vltra:& ideo subest conditio, si viuat : secus in stipulationibus , vbi nō merita ,sed sonus verborum attēditur.l.quicquid astringendæ,ff. de verborum obligat. vel quia in legatis in dubio fit interpretatio pro hærede contra legatarium, in stipulatione cōtra promissorem.l.veteribus ff.de pactis.

* Alciat.autem lib.parad.1. ca.15.ait, in stipulatione quam maxime verba operari , in legatis voluntatem & præstationes;quocirca cum stipulationis verba ita cōcepta sint, vt vnum dictum vnamve formam cōprehendant,merito vna est stipulatio: in legatis vero non verba , sed præstationes, quæ plurimæ sunt, & voluntas, quæ multas dationes

tiones ordinauit, considerantur.]
a ¶Quoad viuam.i.donec viuam.
b ¶Pure facta, scilicet ratione primi anni: sed ratione sequentium est in diem quo ad quid, quia ante annum non debetur, & conditionalis quo ad aliud: nam alias non debetur, nisi viuam, argu.ff. eodem l. hoc iure & l.in illa Vel dic, quod est pura abnegatiue, id est non conditionalis.
¶Adde, quod glos. est falsa, quia si illa verba facerent conditionem, sequeretur, quod obligatio, qua post mortem stipulatoris tenetur promissor ipso iure heredi nō posset nasci. est ergo conditionalis inspecto effectu propter æquitatem pacti.

quoad viuam, [a] dare spondes?& pure [b] facta obligatio intelligitur, & perpetuatur: [c] quia ad tempus non potest deberi: sed hæres petendo, pacti exceptione summouebitur.

¶ Stipulatio collata in aliquem futurum euentum incertum, est conditionalis. Arec.

¶Sub conditione stipulatio fit, cum in [d] aliquem casum differ-

c ¶Perpetuat. id est donec viuat.sic.ff.pro soc.l.1.secundum quosdam. Immo d.c. per omnia sæcula etiam post mortem: nam tempore non tollitur obligatio ipso, scilicet iure,(i) vt sequitur. & fi. de actio.& obl.l.obligationum fere, §.placet, & ff.de seruit.seruitutes, sed per exceptionem, vt sequitur, sed hæres petendo, &c. & fi.de action.& oblig. l. obligationum fere, §. placet, & ff.de serui. l.seruitutes.
ADDITIO (i) Nisi expresse vel tacite ex stipulantis paupertate pro alimentis deducta censerentur:& ita secundum Bart.potest saluari glo.in l.si Stichum, & huiusmodi.ff. eo.licet sit magna diuinatio. Vel dic, quod quoties agitur de multiplicanda obligatione, infinitas est euitanda, vt fideicommissa, §.si decem ff.de le.3.Ang.

SYL. ¶Sub conditione. CASVS non figurabitur nisi literaliter, quia est declaratio notissimi termini, in quo nulla est difficultas. Not.quòd in stipulatione conditionali obligationis natiuitas differtur in euentum conditionis. Item, quòd stipulatio conditionalis est illa, quæ differtur in aliquem casum futurum, vel non futurum, & quòd fit per coniunctionem, si.
* ¶Adde, q. stipulatio dicitur cōmitti, cum ex ea agi potest, & peti quod in stipulationem deductum fuit.]
d ¶In aliquem casum.i.in aliquam fortunam inopinatā, vt possit se habere ad esse, & nō esse, quod in futuris tantum est, vt infra eo.§.conditiones.
e ¶Differtur obligatio. Nam ante euentum conditionis obligatio cessat, vt fi.si certum petatur.l.non omnis, & sic ea pendente non est debitor, sicut nec hæres sub conditione institutus interim est hæres, vt ff.familiæ erciscūdę, si maritus.
¶Adde, quod nec pure institutus dicitur hęres antea ditam. l. hæres quandoque.ff. de acq. hær.
¶Argu. contra. C. de constit.pec. l 2. in eo, quod dicit. cōditionale debitū posse constitui, quòd nō posset, nisi esset debitum, ut ff. de consti. pec. l.1. Sed dic, q. sufficit debitum spe. Item nec illud interim debetur, vt ff.de consti.pec.id quod.hē arg. contra, fi.ex quib.cau.in pos.ea.l.in possess. & ff.de ver.sig.l.creditores. Sed tōnē spei creditores dicuntur, vt inf.eo.§.ex cōditionali.
* ¶Adde text. in l cōdōnales, & seq.de verb. sig. & l. is cui.de actio. & oblig. post euentum tantum conditionis censetur vsq;à principio creditores fuisse, quia conditio retrotrahitur in contractibus quod in legatis regulariter non est, Alc. in l. creditorum.de verb.signif.
ADDITIO. Impropriē est, propriē autē creditor est, qui fidē alterius credēdo secut⁹ est, & ita intelligitur statutū de eo, qui credidit faciens mentionem, secus si de creditore simpliciter, quia intelligitur quomodocunq; alium habeat obligatum, dummodo non in diem, vel sub conditione. Ang. Creditor, proprie quis dicatur.

tur. [e] obligatio: vt si aliquid factum fuerit, vel non fuerit, committatur stipulatio: veluti, si Titius Consul fuerit factus, quinque aureos dare spondes?

¶ Conditio negatiua impletur morte.h.d.

¶Si quis ita stipuletur, Si [f] in Capitolium non ascendero, dare spondes?[g] perinde erit, ac si stipulatus esset, cum † morietur, [h] sibi dari.

¶Si quis ita. CASVS Quærebatur, si promissum sit, si nō ascenderis Capitoliū, qn̄ hæc conditio verificaretur & videbatur q. in vita, q̄ primū ascendere potuit, & non ascendit, quia videtur eius animi esse cuius cōtrarium ostēdit, quia cum sit in potestate mea quotidie ascendere, non pōt verba stipulationis verificari: nisi secuta morte: & ideo est, ac si promissum esset, cum morietur. No.summa.] SYL.
f ¶Si in Capitolium non ascendero, supra posuit in affirmatiua conditione, & negatiua nunc in negatiua tantum.
g ¶Dare spondes, scilicet 5.aureos, vel aliquid aliud.
h ¶Cum morietur. Similes sunt istæ duæ

 stipu-

stipulationes, in hoc, quia mortuo stipulante in vtroque casu committitur, vt hæredes agant: nam potest obligatio ab hærede sic incipere, C. vt actio. ab hæred. & contra hæredes. l. prima, dissimiles in hoc, quia prima conditionalis: secūda in diē, quem diē certū est euenire, vt ff. de condictio. indeb. nā si, licet nesciamus quando, vt ff. de condit. & demon. l. r. & in Auth. de nupt. §. deinceps. collat. 4. ¶. Adde, quod non est intelligenda in diem vt supra, eodē §. omnis, sed ī diem incertū: quia aliàs diceretur nata obligatio, & actio, quod est falsū, l. dies incertus ff. de condit. & demonstr.

¶ Ex conditionali.

colum. 5. C. de pac. num. 19. Alciat. vero lib. 3. de verb. signif. aliam affert rationem, quia scilicet firmius vnicuiq; acquisitum id censetur, quod propria ope cōsecutus est quam quod alieno beneficio adipiscitur. gloss. l. 1. Cod. si aduers. vend.]

¶ Stipulatio conditionalis transmittitur ad hæredes. Aret.

¶ Ex conditionali stipulatione tantū † spes [a] est debitum iri: eamque ipsam spem in hæredem † trāsmittimus, [b] si prius quam conditio extet, mori nobis contigerit.[c]

¶ Locus solutionis adiectus afficit stipulationem in illam diē, qua verisimiliter possit ad locum perueniri, & impossibilitas vitiat stipulationem. Angel.

¶ Loca [d] etiam inseri stipulationi solent: veluti, † Carthagini dare spondes? quæ stipulatio licet pure fieri videatur, † tamen re ipsa habet tempus [e] adiectum, quo promissor vtatur ad pecuniā Carthagini dandam. Et ideo si quis Romæ ita stipuletur, Hodie Carthagini dare spondes? inutilis erit stipulatio, cum impossibilis [f] sit repromissio. †

¶ Loca etiam inseri.

CASVS. Quia ex pura stipulatione statim agi pōt, §. omnis, sup. eo. dubitabatur, an si in pura stipulatione sit adiectus locus, quo dari præstari ve quid debeat per hoc impediatur natiuitas obligationis, & actionis, & videbatur, quòd non, quia (vt dicit hic text.) pura est: dicit tamen contrarium ratione assignata in tex. nō enim est verisimile contrahentes voluisse impossibile l. non solum. de actio. & obligat. ideo coniectura fit, quod voluerunt tn. esse aliquod tempus, quo ad locum perueniri possit. Et hinc est, quod si promisi dare hodie Carthagini, quia mens apparet, vitiatur ratione impossibilitatis. Not. summar.

¶ Concor. l. condōnales. ff. de verb. sign.

† Sic econuerso, si promissor pēdente conditione moriatur eius hæres remanet obligatus l. si quis Titius, ff. eo.

† aliàs Carthagine.

† Sic & Paulus, l. interdum, ff. eod.

CASVS. Quærebatur an stipulatio conditionalis præmoriente stipulatore, ante conditionis euentum transiret ad hæredes, & videbatur quod non, quia cum ante euētum conditionis non sit nata, nec obligatio, nec actio, non vī posse in alium trāsferri, quod quis non habet l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur. max. cum hoc videamus in legatis, vt præmoriente legatario non transmittatur spes legati conditionalis. l. 1. §. sin autē sub conditione C. de cad. tol. contrar ū decīditur ex rōne posita in glo. in vers. cōtigerit. q̄ cōmuniter approbatur, quāuis & aliæ assignentur. Not. quod spes futuri debiti ex contractu conditionali transmittitur ad hæredes.

a ¶ Spes est, non autem cessit, vel venit dies: sed in pura statim cedit, & venit, ff. de verb. signific. cedere, sed in illa, quæ est in diem, statim cedit dies legati, sed non venit, sup. eo. §. in diem.

Diē cedere, & venire, differūt.

b ¶ Transmittimus. Sic C. de ijs, qui ante apertas tabulas. l. 1.

c ¶ Contigerit. Sed quare legatarius conditionalis legati spem ad hæredem nō transmittit, vt C. de ca. tol. §. sin autem? Respond. in stipulatione interuenit factum stipulantis volentis sibi prospicere, & sic hæredi, vt ff. de probat. l. si pactum, quod non est in legatario, cuius nullum factum interuenit: & eodem modo respōde in hæreditate conditionali.

Legatari⁹ condōnalis legati spem non transmittit.

* ¶ Circa hanc rationem vide Dec. in l. 1.

d ¶ Loca etiam. Non solum conditio, vel dies.

e ¶ Tempus. Quod bonus iudex arbitratur quod vt dic, digest. eodem, continuus, §. cum ita.

ADDITIO. Nota, quod licet in actibus iudiciarijs tempus itinerandi, sit statutum certum, vt 20. milliarium singulo die, vt l. 1. ff. si quis cautio. (& dic vt ibi per Bar. & docto.) tamen in contractibus nō est determinatum, sed totum residet in pectore iudicis: qui multa debet considerare, & locum, & periculum, & qualitatem personæ, vt l. continuus, §. 1. & ibi vide Bart. & Imol. ff. eod. Angelus.

f ¶ Impossibilis. Ratione enim impossibilitatis stipulatio vitiatur, vt infra de inutilitat. stipulationi, §. si impossibilis, nisi vterque haberet ibi procuratorē, & egisset quilibet cum suo, vt eadem die fieret solutio, vt ff. eodem, l. fin. §. si inter eos.

¶ Adde hoc non procedere in contractibus bonæ fidei, vel etiam stricti iuris habentibus naturam bonæ fidei, l. insulam, §. 1. ff. loca, l. si mihi, & tibi. §. si qs seruos. ff. de leg. 1.

SYL.

¶ Con-

SYL. ¶ Conditiones. CASVS non figuratur in notissima regula: nisi rationem dubitandi dicas esse ignorantiam nostram, quæ videtur suspendere quousque sciatur: quod tamen est falsum, quia conditio refertur ad veritatem rei, quæ licet incerta nobis sit, legi tamen est certa. Nota, quod conditio de præsenti, vel de præterito falsa statim infirmat obligationem, sicut vera facit statim stipulationẽ validam.

Item nota, quòd certa in contractibus non suspendunt obligationem, dummodo sint certa in rerum natura.]

¶ Conditio de præterito, vel de præsenti, nõ suspendit obligationẽ. Aretin.

¶ Conditiones, quæ ad præsens vel præteritũ tempus referuntur, aut statim infirmant obligationem, aut omnino non differunt: veluti, Si Titius Consul [a] fuit: vel, Si Mæuius viuit, dare spondes? Nam si ea ita non sunt, nihil valet stipulatio: sin autem ita se habẽt, statim valet. Quæ enim per rerum naturã [b] sunt certa, non morãtur [c] obligationem, licet apud nos incerta [d] sint.

¶ Etiam facta possunt in stipulationem deduci: in quib. vtile est adijcere pęnam, ne alias stipulator habeat probare interesse. Aret.

¶ Non solum [e] res in stipulatum deduci

*¶ Hic addi possunt quæ scribit Bar. in l. cum quidam. §. suum de acquir. hæred. vbi dicit, quod lex certa est de omni eo, de quo potest esse certus homo, licet apud hunc vel illum hominem particularem id sit incertum: non enim de eo, de quo solus Deus est certus, quale est id quod pẽdet a futuro euentu, quia illud scit solus Deus, & de hoc est lex incerta.

ADDITIO.

(i) Not. ex glos. conditiones in futurum collatas, quæ necessariam habẽt existẽtiam, nõ differre obligationem: quod verum limita, si proferantur per tale quid, quod tempus significat: promitto cũ morieris, §. ita autem, infra de inut. stip. Christophor.

a ¶ Consul fuit. sic, ff. si certum pet. itaque, & l. cum ad præsens tempus. patet etiam in l. conditio. ff. de verb oblig.

Natura ẽ duplex. b ¶ Naturam. Ergo nec futurã morantur obligationem: nam etiam illa per rerũ naturam certa sunt, vt ff. de iudic. sed & si testificatur, §. fin. contra, sed dic, quod aliud est esse certum per rerũ naturam, id est per naturalem cursum naturæ: per quam sola præterita, & præsentia sunt certa: & ita hic accipitur, & etiam illa futura certa sunt, quæ non habent se ad vtrumlibet, vt, si moriar, nam & hæc non morantur obligationem, vt ff. de condit. indeb. nam si. & l. præced. & seq. & ff. de noua. si pupillus, §. qui conditione. (i)

SYL. Adde, quod glo. est falsa, quia in diem incertum suspendit. l. dies incertus, de condit. & demonst. & l. quodcunque, §. final. ff. eodẽ. quamuis videretur dicẽdum, quod promittendo, si moriar, ista sit pura, quia certum est me moriturum: promittendo, cum moriar, suspendatur obligatio, quia videtur facta adiectio causa differendę solutionis.]

¶ Et aliud est in natura rerum, i. in scientia Dei, in qua omnia quæ sunt, vel fuerunt vel futura sunt. (teste Boethio) tanquã præsentia sunt. Item & alias, sunt mille anni ante oculos eius tanquam hesterna dies quæ præterijt, & dicitur, prima, natura naturata. sed secunda, natura naturans, quod idem est, quod ipse Deus.

SYL. ¶ Adde, quod hanc glo. disputatiue reprobat Fort. in l. iurisgentium, §. & ideo, 16. col. ff. de pact.]

c ¶ Non morantur, id est non suspendunt siue differunt. Accur.

d ¶ Incerta sint. ff. de reg. iuris, l. in totum contra. Solu. illa loquitur in ijs, vbi præsens solennitas exigitur, vt vij. testes in testamento, vt supra de testament. §. primo. Vel loquitur in illis casibus, vbi certa scientia, & intellectus de præsenti exigitur in contractibus puris, vt C. de donatio. nec ignorans. hic autem in conditionali.

¶ Vltima verior, & patet ex verbis, l. in totum. SYL.

¶ Non solum. CASVS in notissima regula non ponitur nisi literaliter. Hoc tamen vnum aduertendum putaui, quòd ideo pœna non apponitur in stipulatione rerum, quia ad ea præstanda cogitur præcise promissor: quod cum non sit in stipulatione facti, vel non facti, * quia soluendo id, quod interest, liberatur, lege stipulationes non diuiduntur. ff. eodem.] vtile consilium est opponere. Nota etiam facta in stipulationem deduci; & dicuntur facta etiã non facta.

Item, quod vtile est in his stipulationibus subijcere pœnam. ratio assignatur hic, & alia ponitur in l. fi. de præto. stipulatio.

Item, quòd petenti interesse incũbit onus probandi quantitatem certam.

e ¶ Non solum de stipulationibus, quæ in dando consistunt, hucusque diximus: nunc de ijs quæ in facto consistunt. Accursius.

a ¶ Pœnam subijcere. Sic.s.consiliú simile ff. de præto stip l.fin.
b ¶ Quantitas.ff.de arbi.l.non autem, contra.Solutio. non interest quo ad hoc, vt valeat compromissum: interest tamé, quo ad vtilitatem stipulationis.

possunt, sed etiam facta: vt si stipulemur aliquid fieri: & in huiusmodi stipulationibus optimum erit pœnam [a] subijcere, ne quantitas [b] stipulationis in incerto sit, ac necesse sit actori probare [c] quod eius intersit. Itaque si quis, vt fiat aliquid, stipuletur, ita adijci pœna debet. Si ita factum non erit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare spondes? Sed si quædam [d] fieri, quædam non [e] fieri, vna eademque conceptione stipuletur quis, clausula [f] erit huiusmodi adijcienda. Si aduersus ea factum erit; [g] siue quid † ita factum [h] non fuerit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare spondes?

c ¶ Probare, sed quomodo interesse probatur? Respõ. per testes, vt hic innuitur, & Co. de sent. quæ pro eo. l. 1.§.1. nisi petatur ex dolo alterius. tunc per solum sacramentum: vt ff. quod vi, aut clá. l.semper. §.in hoc interdicto. & §.seq. & C. vnde vi. l. si quando. & C.de iu. do. impe.l.1.
d ¶ Quædam fieri. Puta ire Romam.
e ¶ Quædam non fieri. puta per Floren. nõ ire.
f ¶ Clausula. s.pœnalis. Accursius.

SYL.

g ¶ Factú erit. Hoc redditur secũdo dicto. ¶ Adde, q si voluisset singula singulis referre, non præposterasset. Vnde dicat vtráuis conceptionem debere ad vtrumq. referri, ita vt vnaquæuis earũ sufficiat in pœnali stipulatione subiecta stipulationi vtriusq. s.facti & non facti, licet etiam ambæ conceptiones subijci possent.
h ¶ Factum non fuerit. Hoc refertur ad primum. Et si ex vno capite sit pœna cõmissa, non committetur plus, vt ff. de arb. l. si duo, §.si. nisi hoc actum sit, vt pluries committatur, vt ff. de transactio. qui fidem.
ADDITIO. Item nisi sit apposita super facto iterabili, vel continente plura capitula, si ratione interesse petatur, secundum Ioannem Fab. hic. Et nota, quod iuramentum de non contrauenendo habet vim istius clausulæ. Item facit, vt actus valeat eo meliori modo, quo potest. Ang.

¶ De duobus reis stipulandi & promittendi.

Cõtinuatio.

¶ Quia in stipulatione, de qua dictum est supra titulo primo, plures personæ interueniunt quandoque, quarum quædam dicuntur rei stipulandi, aliæ rei promittendi, ideo dicit de duobus reis stipulandi ac promittendi: Accursius.

Diuisio.

ET stipulandi. ¶ Totus iste tit. diuidit in 4. partes. Primò ponit de duobus reis stipulãdi, qualiter fiant. Secundo de duobus reis promittendi. Tertio ponitur effectus ipsius obligationis plurium reorum. Quarto tedit ad duos reos promittẽdi. Secũda ibi. §. duo pluresve. Tertia ibi, Ex huiusmodi. Quarta ibi, Ex duobus.

† alias deest ita.

## ¶ De duobus reis stipulandi & promittendi.

¶ Duo rei stipulandi fiunt, quando separatim interrogant debitoré, & ipse simul vtrique respondet. Angelus Aretin.

ET stipulandi [i] & promittendi duo pluresve rei fieri pos-

SYL.

¶ Et stipulandi. CASVS in declaratione terminorũ non figuratur nisi literaliter. & Impeta. ipse literaliter format casum exemplificando: verba.n. & modus constituendi est clarus. Not. quòd in constitutione plurium reorum stipulandi debet præcedere omnium interrogatio, & sequi promissoris responsio vna omnibus. lié, q duo stipulatores, qbus separatim promissor distinctis actibus promittendi rñdet, non sũt duo rei stipulandi: quæ intellige in dubio.

Reus stipulandi. Reus promittendi.

i ¶ Et stipulandi. Hic dicitur reus stipulandi, ille, qui rem aliquam, vt pecuniam stipulatur: a re, non a reatu dictus. Et econtra reus promittẽdi, qui aliquam rem promittit, vt ff. eodem. l.1. alias reus tantum debitor dicitur, vt patet. C. de iur. calum. l.2. alias dicit reus, qui conuenitur, vt C. de iud. l. properandum, §.& si quidem, & dic vt ff. eo. l.1. Potest dici & alio respectu reus stipulandi, & promittendi, vt dicitur in gl. Accur.
* ¶ Ex his apparet reos hic non longe aliter accipi, atque apud Cicer. qui lib.2. de Orato. Reos.( inquit ) appello non eos modo qui arguuntur, sed omne quorum de re disceptatur, & rursus paulo post, reos appello, quorum res est. Sic in l.5.§. conuentionalei, ff. de verborum obligat. reorum verbo intelliguntur contrahentes, & tam stipulator, quam promissor. Dicitur & reus debendi, & reus credendi, vt reus debendi accipiatur pro obligato ex quocunque contractu

tractū vel obligatione quis debeat: qua de re differte Alciat. in l. nominis. de verborum significat.

a ¶ Spondeo. Hoc adiecto, vt fiat duo rei in solidū, etiam iure veteri, vt ff. eod. l. reos. §. fin. & §. cum in tabulis.

SYL. ¶ Adde, vel si aliter constat contrahentes voluisse facere duos reos, quia erunt nihilominus, vt patet ex communi opinio. post Bart. in l. 2. ff. eod. in 1. & 2. quæst.

Reorū debendi vel credendi conslitō an per interuallū impediatur.

b ¶ Spondeat. Ex interuallo: puta si diuerterunt ad alios actus extraneos, vt ff. eod. l. duos §. fi. alias si non est extraneus actus, contradiceret. dict. l. ei, quod modo dixerat. ibi, nā si prius, & quod dr, ff. eo l. 3. Accurs.

SYL. ¶ Dic, q magnum interuallum, nedū vitiat cōstitutionem duorum reorum, sed impedit respōdentem obligari. leg. si ex duob. in princip. vbi Bart. ff. eodem. Hoc si intercedat inter interrogationem, & responsionem: secus si inter vnam obligationem perfectam & aliam, & constat de voluntate. l. 3. in princip ff. eod. secus in modico tempore non interueniente actu extrinseco. Longum autem aut breue spacium taxandum est arbitrio iudicis vt no. in l. continuus. ff. de verborum obligat.

c ¶ Nec creduntur duo rei, scilicet vt vna sit obligatio, & vnius rei, sed sunt creditores duo, & diuersarum rerum, vt infra eod. §. ex huiusmodi.

¶ Duo pluresve. CASVS similiter non ponitur, quia text. exemplificat. Nota, qualiter constituantur duo pluresve rei promittendi.]

SYL. d ¶ Spondeo. Hoc acto, vt fiant duo rei, & in solidum, vt ff eo. reos, §. fi.

SYL. ¶ Ex huiusmodi. CASVM figurare non expedit, cū regula clara sit. Statim enim qd tenentur in solidum, vel habent obligatos in solidum plures reos debendi sequitur, qd solutio vel receptio vnius alium liberat, vt infert Iurisconsul. in l. 2. ff. eodē. Notabilia clara sunt, quod duo rei debent, vel eis debetur in solidū: & quod solutio vel receptio vnius liberat omnes.]

sunt. Stipulandi ita, si post omnium interrogationem promissor respondeat, Spondeo, [a] vt puta cum duobus separatim stipulantibus ita promissor respondeat, Vtrique vestrum dare spondeo. Nam si prius Titio spoponderit, deinde alio interroganti spondeat, [b] alia atque alia erit obligatio, nec creduntur [c] duo rei stipulandi esse.

¶ Si duo promittant eidem eandem pecuniam, efficiuntur duo rei promittendi. Angelus.

¶ Duo pluresve rei promittendi ita fiunt: Mæui, decem aureos dare spondes? & Sei, eosdem decem aureos dare spondes? si respondeant singuli separatim, Spondeo. [d]

¶ Nam duorum reorum est, vt quilibet teneatur in solidum: sed vnius solutione & receptione tollitur obligatio vtriusque. Aretinus.

¶ Ex huiusmodi obligationibus, [e] & stipulationibus, solidum singulis debetur: & promittentes singuli in solidum tenentur. In vtraque [f] tamen obligatione vna res vertitur: & vel alter [g] debitum accipiendo, vel alter [h] soluendo, omniū perimit [i] obligationem, & omnes liberat. [k]

¶ Diuersitas temporis

e ¶ Obligationibus. Hoc [...]ur ad reos [...]mittendi: & quod sequitur, ex stipulationibus, ad reos stipulandi, vt probat, inf. statim.

f ¶ In vtraque i. vtriusq. obligatione: nam vna est quo ad vnum effectū vt ff eo. l. 3. in fin. sed plures sunt, quia plures tenentur, vt hic.

Obligatio eadem pōt esse vna, & plures.

¶ Dic plures et distincte essentialiter l. eā dē. in fi. ff. eod.

g ¶ Alter. s. reorū stipulandi.

h ¶ Alter. s. reorū promittendi.

i ¶ Perimit obligationem. ille, qui accipit.

K ¶ Liberat. il le, qui soluit. Similis lectio seu implicatio verborum est ff. de arbi. l. si duo. Vel dic, quod quilibet istorum refertur ad vtrumque supradictum. Et possunt fieri in stipulatione duo rei, & in quolibet genere obligandi, vt ff. eo l. eandem.

¶ Intellige, dummodo constet contrahentes id agere velle.

¶ Adde, quod duo rei in solidum obligati videntur inuicem fideiubere, & ideo si alter solidū soluat, potest actione mandati consequi dimidiū soluti ab altero correo. Bart. in l. reos ff. eo. M. Ant. Natta conf. 658. vol. 3.

¶ Ex duobus. CASVS Fuit dubitatū, an si ex pluribus reis alter simpliciter & pure, alter sub conditione vel in diem promittat videtur constitutio duorum reorum, & videbatur, q sic, quia clarum est imparitatem viciare talem constitutionē. l. eandem. §. sed si quis, ff. eo., item quia cū debeāt in solidum vel eis debeatur, non possunt pariter conueniri, q alterius nata erit obligatio, & actio, alte-

alterius non. Contrarium tamen responde-tur, ratio autem est, quia disparitas est in qualitate, non in substantia. Item a princi-pio speratur, quod reducatur ad æqualitatē: quo casu talis imparitas nō videtur quo ad l. imparitas ab initio, & ideo cessat ratio du-bitandi. No. summar. item q; dies vel con ditio alterius non erit im-[illegible] dimento, [illegible] minus ab alio petatur.]

[illegible]

¶ Ex † duobus reis promittendi, alius pure, alius in diem vel sub cōditione obligari potest: [a] nec impedimento erit dies, aut conditio, quo minus [b] ab eo, qui pure obligatus est, petatur.

a ¶ Potest. Sed nonne est hic imparitas, quę esse non debet, vt ff. eodem, l. eandē, §. sed si quis? Respondeo secundum M. q. ibi regulariter dicitur, fallit hic, & ff. eod si ex duobus, §. fi. Alij vt P. dicunt, quod hic nō est imparitas, cum adueniente, conditione vel die ambo æqualiter teneantur, sed adhuc medio tempore remanet imparitas. Quare dic, quod in quantitate debita, vel re quæ debetur, nō potest esse imparitas, vt ibi, sed in alijs, potest vt hic, & ff. eo. l. si ex duob. §. fin.

Obligatio an possit imparitatem continere.

¶ Dic rationem, vt dixi in positione casus.

SYL. ¶ Adde, quòd decisio huius text. non habet locum in pluribus fideiussoribus, quorum vnus pure, alius in diem, vel sub conditione acceptus sit, nam qui pure fideiussit, pendente conditione non nisi pro virili conueniri potest, l. si plures, ff. de fideiuss.

b ¶ Quo minus. Sed adueniente conditione socium poterit conuenire mandati, secū dum quosdam vel verius neg. gest. vt C. eo. l. 1. Patet ergo cōstitui posse pure duos reos debēdi & quemlibet in solidum conueniri, vt C. eo. l. 1. Hodie contra, etiam si hoc actū est expressum; nisi altero absente, vel inope existente, vt in Auth. de duobus re. § 1. & in authen. hoc ita eo. titu. C. nisi renunciatum fuerit illi constitutioni, vt C. de pact. l. pen. & ff. de mino. l. itidex.

Rei debendi in solidum non possunt cōueniri.

Intellige absentem qui abest a ciuitate seu iurisdictione iudicis, sub qua facta est obligatio. Marsi. in rubr. de fideiuss. nu. 14.

¶ De stipulatione seruorum.

Cōtinuatio. ¶ Supra tit. 1. & titu. præced. dictum est de stipulatione liberarum personarum: verū quia interdum serui stipulantur, ideo de his tractaturus intitulauit, de stipulatione seruorum.

Diuisio. Seruus. ¶ Totus iste tit. diuiditur in tres partes. Primo, quod seruus stipulando acquirit domino, in cuiuscunque persona stipulatio concipiatur. Secundo excipit a regula, quod factum non acquiritur. Tertio si sint plures domini, pro dominicis portionibus acquiritur. Secunda ibi, Sed cum factum. Tertia ibi, Seruus communis.

¶ Seruus. [illegible] Dubitabatur, an seruus stipulari posset, & stipulando cui acquireret: & vī q; non possit stipulari, cum stipulatio sit actus merus ciuilis, §. de con stitutu, infr. de actio. quorum solet esse incapax seruus, l. quod attinet, ff. de regu. iur. cuius contrarium dicitur, quia in ipsa stipulatione non cōsideratur vt seruus, sed stipulatur ex persona domini. Tunc dubitabatur quid in seruo hæreditario ante aditam: nam tunc non potest sumere vires ex persona domini, qui non est & si dicatur hæreditas repræsentat defunctum: hoc est per fictionem vnde non videtur, quod alia fictio possit superinduci, quod factum serui dicatur factum hæredis. Sed contrarium respōdetur ex ratione posita in text. quia hæreditas &c. Nec ratio duarum fictionum obst. quia non procedunt ex eodem fonte. l. sub conditione ff. de sol. Not. seruum ex persona domini ius stipulādi habere. Item, quod hæreditas est persona imaginaria sustinens vices defuncti. Item quod seruus hæreditarius acquirit stipulando hæreditati. Item, quod quicquid hæreditati acquiritur, hæredi postea adeunti quæsitum est.]

SYL.

¶ [illegible]

¶ [illegible]

Seruus ex persona domini [c] ius stipulandi habet.

¶ Sed & hæreditas in plerisque [d] personæ

c ¶ Domini. Qui dominus caput est serui, vt infra de noxa. §. omnis. ex sua enim persona nihil potest, vt ff. de reg. iur. l. seruitutem, & l. quod attinet. nisi ex quo manumittitur; tunc enim incipit habere caput, vt ff. de capi. dimi. l. hodie.

Dns est caput serui.

d ¶ In plerisque. Hoc propterea dicitur, quia hæreditati furtum fieri non potest, nisi in tribus casibus, vt ff. de fur. hæreditariæ & l. sequen. Item propter vsumfruct. qui seruo hæreditario promitti non potest, vt hæreditati quærantur, vt ff. eo. l. vsusfructus.

¶ Adde, quòd ratio est, quia persona ficta non est capax illius iuris, quod si prius defuncto quæsitum esset, morte extingueretur, vel quia vsusfructus non potest esse sine persona vera, aut ficta, certa tamē & permanente, & constante ex viris, vt puta collegio, vel populo.

Hæditati furtū fieri nō pōt nisi in tribus casibus.

¶ Adde, quod ratio illa est, quia hæreditas non sustinet personam defuncti in ijs, quæ

quæ facti sunt, quia quæ facti sunt, in hæreditarijs rebus non sunt, vt animaduertit glo. in d. l. vsusfructus, & Alcia. l. nihil. de verbo. signific.

a ¶ Defuncti. Non hæredis, vt hic, & supra de hæred. insti. §. seruus, & ff. de acquiré. rer. domi. hæreditas. Et quæ sit ratio, quare personam defuncti, & non hæredis, dic vt d. §. seruus.

b ¶ Hæreditati. Sic ff. de iniu. l. 1. §. quoties autem.

SYL. ¶ Siue autem domino. CASVS non ponitur in manifesta regula & clara, quá quodammodo exéplificat imperat. hic. Not. quod quocúque modo seru⁹ stipulationem conceperit, domino acquirit. Itē quod filij in potestate stipulando æquiparantur seruis. Item, quod valet argumentum de filio ad seruum & conuerso.]

† Sic ff. e. l. j. á princ.

defuncti [a] vicem sustinet, ideoque, quod seruus hæreditarius ante aditam hæreditatem stipulatur, acquirit hæreditati, [b] ac per hoc etiam hęredi postea facto acquiritur.

¶ Seruus siue filiusfamilias à quocunque stipuletur, & in cuiuscunque persona stipulationem concipiat, acquirit domino & patri. Aret.

¶ Siue † autem domino, siue sibi, [c] siue conseruo suo, siue impersonaliter [d] seruus stipuletur, domino acquirit. Idem iuris est & in liberis, qui in potestate patris sunt, ex quibus causis acquirere [e] possunt.

¶ Si seruus stipulatur ire, agere licere, solus ipse non etiam dominus eius ire potest. Aretinus.

¶ Sed cum factum [f] in stipulatione continebitur, omnimodo [g] persona stipulantis continetur, [h] veluti si seruus stipuletur, vt sibi ire [i] agere liceat ipse enim tantum prohiberi non debet, non etiam [k] dominus eius.

c ¶ Siue sibi. Nisi in casibus, vt cum factum est in stipulatione, quo casu domino nō acquiritur, vt inf. prox §. & cum operas a liberto stipulatur, vt ff. eo. l. antepe. (1)

SYL. ¶ Intellige de incertis, & ratio ponitur in l. operæ in rerum. in 1. & vltimo respon. ff. de ope. libe. quicquid voluerit glo. in l. seruus patroni. eo. tit.]

¶ Et in alijs casibus quos no. ff. eod. l. 1. & 1. seq. † Sed nunquid frater potest stipulari fratri suo in eadem potestate existenti? Dic q. sic, quia seruus cóseruo suo stipulari potest vt hic, igitur frater fratri, argum. C. de diuersis rescript. l. 1. Item quia vox filij vox patris intelligitur. & vox serui vox domini intelligitur, vt inf. de inutil. stipul. §. ei vero qui. & §. post mortem.

† Qd seq. tur nō est Accursius.

ADDITIO (1) Nec valet talis stipulatio, quia cum personæ cohæreat, de persona serui in dominum transire non potest. Itē quia operas nemo nisi dominus stipulatur, valeret tamen si eas vel impersonaliter, vel domino stipularetur, vt per Ang. hic.

d ¶ Impersonaliter. Nullius facta mentione, id est, vel pprio nomine, vel appellatiuo vel facta mentione de nomine appellatiuo, sed non proprio, vt su. de exhær. lib. §. 1. Ac.

SYL. ¶ Absona est hæc expositio, quia verbum, impersonaliter, excludit etiam appellatiui mentionem, vt declaratur in l. proinde, ff. eo. tit.]

ADDITIO. Idem per omnia dici potest in monacho stipulante. Angel.

e ¶ Acquirere. Vt ex causa profectitia & aduentitia isto iure, quod dic vt supr. per quas perso. nob. acqui. §. 1.

SYL. ¶ Sed cum factum. CASVS. Fuit dubitatú quid in stipulatione meri facti, & ex regula generali, supra eo. in princip. idé videbatur, cuius contrarium decidit, quia cum facta sint naturalia, eorú est capax seruus, l. cum proponas, C. de hær. insti. No. quod stipulatio meri facti explicandi à seruo non potest per alium explicari. Item quod stipulatio itineris & actus in seruo est merum factum.]

f ¶ Sed cum factum. Sed si stipulatur seruus sibi scribi librum, & sic factū, nonne acquirit domino? Respond. sic, & quod hic dicit, sed cum factum &c. id est à seruo faciendū, & non ab alio, vel etiam á domino.

SYL. ¶ Adde tñ secus esse, si dñs ipse seruo stipuletur ire agere, quia inutilis est stipulatio. l. quod dicitur patrem. ff. de verb. obl.

g ¶ Omnimodo. sic ff. de vsu & habi. plenū §. si vsus. Acc.

h ¶ Cōtinetur. sic ff. de conditio. & demon. qui hæredi. Accur.

i ¶ Ire agere. hæc verba expone vt sup. de seruit. in prin. & ff. de serui rusti. præd. l. j. Et no. quia hic per verba loquitur, aliud si per nomē puta iter, tunc enim domino acquiritur, vt ff. eo. l. si communis.

Stipulatur ire, & stipulari iter se differūt

K ¶ Non et dñs. subaudi, prohiberi nō dēt, quasi diceret, dēt prohiberi. Sed cōtra sup. per quas pers. no. acqui. §. non solum & in. de iis qui sunt sui vel alie. iu. §. 1. Sed non est contra, quia & hic acquiritur dño commodū, nam ad sui domini vtilitatem ibit seruus.

a ¶ Ser-

a ¶ Seruus communis stipulando. impersonaliter, vel sibi, vel dominis suis sub nomine appellatiuo, aliud si propria nomina expressit, nã tũc acquirit pro virili, nõ proportione dominij. Sed quid si proprium nomen & appellatiuum? Respõ. si preponat proprium, pro virili, si appellatiuum preponat pro dominica, vt ff. de stipu. seruo. l si communis seruus ita. & ff de statulib. l. ita. §. 1. Accur.

SYL. ¶ Adde hęc vera esse in dubio, secus si cõstaret de intentione agentiũ. d l. si communis seruus. quæ probať ex coniecturis collectis ibi & hic per doct.]

b ¶ Nominatim. Proprio nomine vt su. de exhære. lib. §. 1. vel appellatiuo, dum modo intelligatur de quo domino dicat, vt C. de liberis præteritis. l. 2. & 3. & ff si certum pet. l certum. Accur.

¶ Seruus communis acquirit dominis suis pro portione dominica, nisi iussu vnius, aut vni fuerit stipulatus. Aret.

¶ Seruus a communis stipulando, vnicuique dominorum pro portione dominij acquirit, nisi iussu vnius eorum, aut nominatim b alicui eorum stipulatus c est, tunc enim soli ei acquiritur.

¶ Seruus communis stipulando rem, quæ non potest vni ex dominis acquiri, acquirit in solidum alteri. Aret.

¶ Quod seruus communis stipulatur, si alteri ex dominis acquiri non potest, † in solidum alteri acquiritur, veluti si res, quam dari stipulatus est vnius d domini sit.

† aliàs solidum.

c ¶ Stipulatus est hoc disiunctim. i. diuisim eraudi. Sed quid si vnus iussit seruo, & ipse alteri stipulatus est nominatim? Distingue ex cuius re, vt si ex rei iubentis, sibi quęratur aliàs nominato. vt C. per quas pers. no. acqu. l. fi. §. fi. & ff. eo. proinde. §. fi. & l. seq. licet antiqui aliter distinguebant.

d ¶ Quod seruus. Vnius domini sit. Nã cũ sua sit, amplius quęri ei non potest, vt su. de leg. §. sed si rem. & infr. de actio. §. sic itaque restat ergo, vt soli alteri quęratur. Aliud si ex re vnius stipuletur. tunc omnibus quęritur. sed Communi diuidundo iudicio redditur. id est, cum ager Cõmuni diuidun. pro isto seruo, potest etiã deducere quod socius suus lucratus erat ex stipulatione facta ex rebus suis, & redditur illi, ex cuius re quæritur, vt ff. eo. si ex re. §. 1.

¶ De diuisione stipulationum.

Cõtinuatio. ¶ Supra dictum est de stipulationum materia, verũ quia earum multiplex est species, ideo subdit de diuisione stipulationum. Porcus.

Diuisio. STipulationum. ¶ Totus iste titulus diuiditur in duas partes principales. Primo ponit diuisionem stipulationis. Secundo illam per exẽpla declarat. Secunda ibi, Iudiciales.

¶ Stipulationũ. CASVS non figuratur nisi literaliter ĩ declaratione, definitione, & exẽplificatione terminorum, est enim textus p se clarus. Nota igitur diuisionẽ stipulationum, & earum species, & exẽpla.]

SYL.

¶ De diuisione stipulationum.

¶ Iudiciales stipulationes sunt, quæ à mero iudicis officio: Prætoriæ à Prætoris oriuntur, conuentionales à conuentione partium, communes quæ ab vtrisque. hoc dicit.

STipulationũ e aliæ sunt iudiciales, f aliæ prætoriæ, g aliæ

e ¶ Stipulationum. simile p omnia, ff. de verb. oblig. stipulationũ. 2.

f ¶ Iudiciales. quando iudex cognoscit d aliqua causa, & pendente causa principali ĩcidẽter facit interponere cautionem, & dicuntur iudiciales à iudice.

SYL. * ¶ Alio modo declarat Alc. li. Parad. 1. c. 1. qui eas stipulationes iudiciales dictas validis argumentis asseuerat, quæ non coram Prætore, sed apud alios iudices expedirentur, tametsi ex edicto Prætoris descenderent.

g ¶ Prætorię, quando non aditur iudex alia de causa, sed principaliter, vt talis cautio interponatur, veluti damni infecti, & cautio legatorum præstandorum, & talis est differentia inter ea, quæ dicta sunt.

SYL. * ¶ Alciatus vero d. c. 1. eas ait prętorias esse. quæ solius Prætoris iurisdictioni relinquuntur, nec alterius iudicis notioni suppositæ sunt.]

¶ Sed cũ hic ponantur prætoriæ, vt species opposita iudiciali, quare, ff. de præt. stip. l. 1. in princ. ponitur vt genus, scilicet pretorię? Resp ibi aliter accipitur iudicialis. s. a iudicio, hic à iudice, vt ff. mand. l. Lucius.

SYL. ¶ Dic quod fuit hæc gl. male collocata, quia ab illo ver. sed cum hic. vsque in fi gl. est Accur. & debet stare, inf. post gl. in ver. cõmunes. & circa d. l. contrariam dic, quod ibi nõ ponitur diuisio omnium stipulationum,

sed

sed dũtaxat prætoriarum, vnde illa est subdiuisio secundi mẽbri diuisionis hic post. tẽ, iudicialiter ergo ibi stricte sumit pro ijs, quæ a prætore introductæ sunt, vt iudicium sit ratum, id est effectum suum cõsequatur.

ADDITIO. Gloss. ista non intellexit bene differentiam, sed melius dixit. inf. eodem in verbo, veniunt. Christ.

conuentionales, [a] aliæ communes, [b] tam prætoriæ, quam iudiciales.

¶ Iudiciales [c] sunt dũtaxat, quæ a mero iudicis officio proficiscuntur, veluti de dolo [d] cautio, vel de persequendo seruo [e] qui in fuga est, restituendo ve [f] pretio.

Cautio rẽ pupilli saluam fore est cõis.

a ¶ Cõuentionales, quæ ex conuentione partium fiũt, & de his certum est, & plenum.

b ¶ Communes. Vt nũ, rẽ pupilli saluam fore, quia principaliter potest adiri iudex, vt interponatur cautio, cum pupillus habet tutorem, qui non satisfedit rem pupilli saluam fore, & sic dicetur prætoria. potest vero adiri iudex non principaliter vt cautio illa interponatur, sed ex alia causa, veluti cum pupillus non habet tutorem, potest petere coram iudice, & iudex, qui dat tutorem, ex officio suo facit interponi cautionem, rem pupilli saluam fore, & ita dicitur iudicialis. Item quidam dicunt illam cautionem, rem ratã haberi, esse communem, quia quandoque interponitur a procuratore actoris, quandoque a procuratore rei, vt ff. de procurat. l. Pomponius, §. sed & is qui. Vel alia ratione dicitur communis, veluti cum procuratorio nomine quis alium conuenit, iudex ex officio suo debet facere, vt cautio, rem ratã haberi, interponatur, & tunc est iudicialis. Prætoria est quando quis promisit mihi, quod promitteret rem ratam haberi, modo volo, quod promittatur, & sic principaliter ob istam stipulationem vado ad prætorem, vt ipsa interponatur.

Cautio rẽ ratam hñi est cõis.

¶ Hæc gl. in antiquis codicibus Accurs. non reperitur, & est additio quædam.

SYL. * Vtcunque tamen sit, adde secundum Alc. loco sup. relato, communes stipulationes esse, quæ tam apud Prætorem quam coram alijs iudicibus expedirentur.

ADDITIO. Residuum glo. quæ in alijs impressionibus hic communiter ponitur, in fi. gl. huius. tit. habetur.

c ¶ Iudiciales. s. stipulationes.

d ¶ De dolo cautio. Vt si ago pignoratitia, caueas ne seruum meum dolo perdideris, vel rei iuis in aliquo læseris, vt ff. de pig. actio. creditor. Item si rei ven. agam. pro re. quã vsucepisti iam lite contestata, caues, ne dolo alienaueris, vel manumiseris seruũ, vt ff. de rei vend. si post, sic & ff. mand. si procuratorẽ. §. pen. & l. seq.

e ¶ De persequendo seruo, vt si meum mihi abstulisti seruum, quem postea perdideris, caueas de eo persequendo, vel eius pretio restituendo, vt ff. quod metus cau. si cum exceptione. §. q. si homo. item emptor, q. redhibet, & non habet seruum, quem reddere debet, quia aufugit, debet cauere de persequendo seruũ, & si habere potest, restituat venditori. vt ff. de ædil. edic. l. redhibere, §. fin. sic & ff. de conditio. causa da. sic pecuniam, §. pen.

¶ Prætoriæ [g] sunt, quæ a mero [h] Prætoris officio proficiscuntur, veluti dãmni [i] infecti vel legatorum. [k] Prætorias autem stipulationes sic exaudiri oportet, vt in ijs etiam contineantur ædilitiæ, [l] nam & hæ a iurisdictione Prætoris veniunt. [m]

f ¶ Ve. pro vel.

g ¶ Prætoriæ stipulationes.

h ¶ A mero. i. puro, sic quod non iudicis officio. s. tali quali in superiori casu, vt statim dicam. Accur.

SYL. ¶ Hanc gl. pro sing allegat Ang. in l. vt ff. de verb. oblig.]

i ¶ Damni infecti. vt ff. de dam. infect. l. prætor ait. §. in eum qui. Dicitur & alio respectu prætoria illa, quæ ab initio exigitur, siue sit prætoria inuentione, siue ciuilis siue quocunque modo inuenta, ex eo .s. quod prætor eam approbat, vt ff. de verbor. signif. l. lege, & hoc sensu comprehendit prætorias, & iudiciales, & communes, & omnes præter conuentionales, & ita accipitur, ff. de præt. stip. l. 1. sic est de adoptione, vt ff. de adopt. l. 2.

SYL. ¶ Adde, quod in quantũ gl. vult prætoriam stipulationem duobus modis accipi, non bene sentit hic, & in l. 1. ff. de prætor. stipul. dic ergo eo modo sumi hic & in l. 1. sed solum diuersificatur significatio iudicialis, quæ hic accipitur, vt species compar. & coæqua prætoriæ, ibi vt species subiecta.]

k ¶ Vel legatorum. vt ff. vt lega. vel fideicom. no. ca. l. 1. 1. resp.

l ¶ Ædilitiæ. s. stipulationes, vt si animal tibi vendo, de vitijs eius cauere debeo, vt ff. de ædil. edi. l. itaque & l. si venditor.

* ¶ Eiusmodi cautionis priscam formulã in emendis ouibus tradit M. Varro. lib. 2. c. 2. de re rust.]

m ¶ Veniunt cum Aediles erant ex Prætoribus, vt sup. de iu. na. §. proponebant.

* ¶ Errat Accur. putãs Aediles fuisse ex Prætoribus, leg. 2. § deinde cum placuisset, ff. de orig. iur. siquidem, vt in Commẽ. admonui in § Prætorũ, sup. de iur. na. gen. & ciu. ideo dicitur

¶ Conuentionales sũt, quæ ex conuentione vtriusque partis concipiuntur, hoc est, neque iussu iudicis, neque iussu prætoris, sed ex conuentione contrahentium, quarum [a] totidem genera sunt, quot (pene [b] dixerim) rerum contrahendarum. [c]

¶ Communes [d] sunt, veluti rem saluam fore pupillo, (nam & Prætor [e] iubet rem saluam fore pupillo caueri, & interdum iudex, [f] si aliter hæc res expediri [g] non potest) vel de rato [h] stipulatio.

dicitur ędilitias stipulationes à iurisdictione Prætoris proficisci, quia in colligendis Prætorum edictis, vt perpetuum edictũ cõstitueretur, atque ita illud ius, quod Prætorium vocamus, componeretur, recepta sunt etiam Aediliũ curulium edicta, quippe quę instar Pretoriorum edictorũ proponi solerent.] Sed quæ erit intelligibilis differentia inter prętorias & iudiciales, cum hoc titu. accipitur prætoria vt iudicialis? Respõdeo, quia prætoria à Prætore mortuo inducta est, sed iudicialis à Iurisconsultis alijs. Item in prætoria inuenies iudicem ob hoc ipsum principaliter adiri, sed in iudiciali per consequentiam. vt patet ex supra dictis exemplis. Item iudiciales vagæ sunt per totum corpus iuris, sed prætoriæ, licet & ipsæ sint vagæ, comprehensæ tamen sunt simul in vno tit. vt ff. de præt. stip l. 1. item potes notare quartam differentiam, vt notatur, ff. de verb. oblig. l. 5. §. 2. Accur.

Stipulationes prætorię & iudiciales multipliciter different.

ADDITIO Hanc differentiam Ioã. addit. dicens, quia prætoriæ sunt quæ per solũ iudicem ordinarium interponũtur, † & iudiciales, quæ per quemlibet alium iudicem.

†Hãc quoque dãnãt aliqui vt per io. Fabr. hic, qa cautio de dam. infe. quãuis sit prætoris p quemlibet etiã minimũ magistratũ expediri potest, vt l. 1. SYL. & l. 4. §. 1. ff. de dam. infec. Nisi forte dicas SYL. ibi speciale propter periculũ moræ. An.

a ¶ Quarum. s. conuentionalium.

b ¶ Pene. ideo dicit. pene, quia in quibusdam valet alius contractus, vt venditio in libero homine & similibus, vt ff. de cõtrahen. empt. l. & liberi, & inf. de contrahend. empt. §. fi. in quibusdam non valet stipulatio, vt infra tit. 1. 1. respon. & §. 1.

c ¶ Rerum contrahendarũ, scilicet esse genera id est quot possumus dicere esse genera contractuum, tot sunt genera stipulationum. id est vbicunque potest contrahi, ibi potest stipulatio interuenire, nam stipulatio proprie non est contractus, vt ff. de ver. signif. l. Labeo.

¶ intellige large, non proprie, vt declarant doct. in l. 5. ff. de verb. oblig.

d ¶ Communes. abnegatiue lege. i. nõ prętoriæ tantum, vel iudiciales tantum, vel cõuentionales tantum.

¶ Hoc non erat addendum ex ratione, infra dicenda super gl. fin.

¶ Sed partim ex vno, partim ex altero naturam accipiunt, nam si non cauerit tutor pupillo, hoc ipsum peti potest, & quo ad hoc habet naturam prætoriæ, si petitur tutor, & per consequens pstatur satisdatio, & in hoc habet naturã iudicialis, vt supra de satisd. tut. §. 1. Sed de hoc dic plenius, vt ff. de verb. oblig. l. 5. §. prætoriæ. vbi est hic titulus de verbo ad verbum. item si petatur hęc satisdatio ab altero tutorum, vel curatorum, ex consequentia petitur, & nõ præcise, vnde & in hoc habet naturam iudicialis, vt ff. de administr. tut. l. 3. 1. respõ. & sup. de satisda. tut. vel cur. §. 1 & 2. vel dic cõmunes alio mõ, vt infr. eo. §. sed secundum hoc omnis prætoria potest esse cõmunis.

ADDITIO. Dic, quod hæc glo. secuta fuit errorẽ suũ qđ illa appellat᷑ cautio p̃toria, pp quã interponendam iudex principaliter aditur, illa vero appellatur iudicialis, propter quam interponendam iudex non principaliter, sed in consequentiam aditur, quæ opi. ibi fuit reprobata secundum Christoph.

e ¶ Prætor. scilicet mortuus, cuius verba non habemus, sed sententiam, vt sup. de satisd. tut. in princ. & §. 1.

f ¶ Iudex. s. viuus.

g ¶ Non potest. Quia sponte non vult satisdare ex præcepto mortui prætoris, vnde inuitus compellitur a iudice viuo. SYL.

¶ Non bene exponit, quia omnis prætoria esset communis, quod est falsum.]

h ¶ De rato. Hæc est communis alia causa, quam superior. Nam hæc est conuentionalis quandoque, vt si fiat extra iudicium ex conuentione, vt ff. rem rat. hab. interdum.

¶ Hæc gl. falsa est, quia communis non dicitur respectu conuentionalium. sed prætoriarum & iudicialium, vt patet ex textu nostro.] SYL.

¶ Item iudicialis, quãdo interponitur a p̄curatore actoris, cũ dubium est an sit procurator, vt C. de procur. l. 1. & de satisdan. l. 1. alias non potest res expediri, cum nõ admittatur vt inf. de satisd. §. penul. Alij dicũt eam communem scilicet de rato, quia & a procuratore rei præstatur quandoque, non solum actoris, vt ff. de procu. l. non solum, §. si status, & §. est & alius casus, & §. vlt. & l. Pomponius, §. 2. & l. si defunctum. §. vlt. Accurs. Quando dicatur dubium de mãdato, vide inf. de satisd. §. fin autem. in addi.

ADDITIO Et hæc melior, quod ideo dicantur communes, quia partim per Prætores, vt in procuratore actoris, partim per Iuriscõsul. vt in procuratore rei, fuerint inuentæ, vt hic. Cautio autem, quæ ex forma

statu-

Cautio à statuti inducitur si sit factū à toto populo vel statuto in repræsentatibus ipsum, dicetur ciuilis, si veducta an to ab episcopo, duce, vel marchione, dicetur si ciuilis prætoria, Ang.

aut prętoria.

De inutilibus stipulationibus.

Cōtinuatio. ¶ Supra in tit. de verbo. obligationibus dixit in genere de stipulationib⁹ interpositis ab vno. verū quia tam ex parte creditoris, quā ex parte debitoris aliquando plures personæ interueniunt, & sunt duo rei, ideo subiecit titulum de duobus reis. Verum quia non tantum stipula tio interponitur à libero, sed etiam à seruo, ideo subiecit tit. de stipulatione seruorum. Verum quia stipulatio non est simplex, sed multiplex, ideo postea annectit titulum de diuisione stipulationum, vt sup. tit. proxim. Verum quia aliquando stipulatio est inutilis, & hoc potest contingere multis modis ideo ponit hic istum tit. de inutilibus stipulationibus. Accu.

## ¶ De inutilibus stipulationibus.

¶ Omnia dominio nostro subiecta stipulari possumus, quæ vero per rerum naturam impossibile est haberi, non. h. d.

Omnis res, quæ dominio nostro subijcitur, [a] in stipulationem deduci potest, siue mobilis [b] sit, siue soli. At si quis rem, quæ in rerum natura [c] non est, aut esse nō potest dari stipulatus fuerit, veluti Stichum, qui mortuus sit, quem viuere credebat, [d] aut hippocentaurum, [e] qui esse non possit, inutilis [f] erit stipulatio.†

Diuisio. O Mnis res. ¶ Quoniam iste tit. est valde longus, & habet plurimos §. & vnusquisque habet materiam de per se, ideo non quidam, quia esset valde longa diuisio.

SYL. ¶ Omnis res. CASVS non figuratur aliter quia ponitur regula, cui⁹ ratio est, quod tit. de stipulationibus est prohibitiotius certarum rerum. Ideo autem non valet stipula tio hominis mortui, aut hippocentauri, quia præstatio est impossibilis de natura. l. impossibiliū, ff. de reg. iur. No. igitur. quod quæ liber res stipulari potest, siue mobilis, siue immobilis. Itē, quod stipulatio rei, quā impossibile est esse in rerum natura realiter est inutilis, quamuis ipsa res sit imaginabilis intellectu.]

Nihilum in quibusdā tbus hic on possumus. a ¶ Subijcitur. Id est subijci potest. Sunt enim quædam res, quæ non possunt esse in nostro dominio, vel quia nec sunt, nec fuerunt scilicet in rerum natura, vt inf. prox. §. vel si sunt, impossibile est de natura, vt in Sole, & Luna, & similibus, vt inf eo. §. si impossibilis, vel de facto, vt aureum montem, vt ff. de sta. li. cum hæres, § 1.

(margin: esse in dominio nostro.)

¶ Intellige secundum exemplum glo. quia text. in d. §. 1. non ponit impossibilitatem simpliciter, vt no. in l. Arethusa. in fin. ff. de stat. homi.]

¶ Vel hominū dispositione, vt res sacræ & religiosæ, & sanctæ, & publicæ, & in vsu publico existentes, & aliæ similes, vt liber homo ex sui natura, vt inf prox. §. & supra de rer. diui. I. resp. & §. nullius & ff. de ver b. oblig. inter stipulantem, §. sacram. Acc.

b Mobilis. Cuius appellatione & per se mouentia, vt equi, cōtinentur, vt ff. de verb. sign. l. mouentium.

ADDITIO. Iura autem & actiones sub simplici bonorum appellatione continentur, & sunt quædam species de per se, quæ secundum rem, cui adijciuntur, mobilia vel immobilia esse dicantur, secundum Angelum.

c ¶ In rerum natura. l. apud aliquos homines sic sup. de verb. oblig. §. conditiones. Accursius Florent.

† Facit l. si ita stipulatus fuerit, ff. de ver. obli.

d ¶ Credebat. Maxime subaudi, nā idem si sciret mortuum, nisi mora debitoris præcessisset mortem. vt ff. de const. pecu. l. promissor Stichi, & ff. de verbor. obligatio inter stipulantem, §. Stichum, quæ est contra.

ADDITIO. Et tunc res ipsa & in stipulationē, & in petitionem. & in condemnationem deduci debet, in eius tamen æstimatione fiet executio, l. si seruum, §. effectus vbi glo. & doct. ff. de verb. obl. Ang.

e ¶ Hippocentaurum. Animal forte natū ex equa & tauro, quod nūquam fuit visum: Vnde Horatius Humano capiti ceruicē pictor equinam Iungere si velit &c.

* ¶ Non posse esse hippocentauros, longè, lateque demonstrant Lucre. lib. 5. & Galen. lib. 3. de vsu partium. cuius sententiæ fuit & M. T. qui libro secundo, de natura Deorum sic inquit, Quis enim hippocentaurum fuisse, aut chimeram putat? licet Plinius lib. 7. aliter sensisse videatur.]

f ¶ Inutilis. Id est vitiosa, quia est contra ius.

¶ Intellige ita vitiosam, vt ex ea nec naturalis, nec ciuilis oriatur obligatio. l. impossibilium ff de reg. iur.

Idem iuris. CASVS. Quærebatur, an stipulari posset, quę non erat in commercio, quam tamen contrahentes putarent esse & videbatur quod sic, haberet tamen stipulatio tacitam illam conditionem, si effecta esset res illa humani iuris, vel commercij hominum, argumē. l. ff. ff. com. prædi. contractum tamē respondetur, ex eo, quia talis expectatio, est vitiosa & reprobata l. inter stipulantem, §. sacram. ff. eod. quia nunquam debet malus euentus esse in consideratione, d. §.

d.§. sacram. No. ꝙ stipulatio rei sacræ, religiosæ publico vsui destinatæ, liberi hominis, rei, cuius stipulator sit incapax, vel rei suę, nō valet a principio. Itē, quod talis stipulatio non suspenditur, vt tractu temporis cessante causa inualiditatis, reconualescat. Item, quod stipul. valida ab initio, tractu tēporis fit inualida. si sine culpa aut facto promissoris superueniat vna ex caussis stipulationem vitiantibus. Item quod stipulatio ex caussis prædictis inutilis est etiā si contrahentes expresse. Velint differre illius effectum in casum cessantis impedimenti.

SYL. † Totus §. hic sūptus est ex l. inter stipulantem, §. sacram ff. de verbor. oblig.

¶ Stipulatio rei, quæ in dominio nostro non est, vel quæ est, sed postea desinit, licet possit effici in nostro commercio, non valet, siue pure, siue conditionaliter, fuit concepta. Aretinus.

¶Idem † iuris est, [a] si rem sacram,[b] aut religiosam, [c] quam humani iuris esse credebat, vel publicam rem, quæ vsibus [d] populi perpetuo exposita sit, vt forum, [e] vel theatrum, [f] vel liberum hominem, quem seruum esse credebat, [g] vel cuius commercium [h] non habuerit, vel rem suam [i] dari quis stipuletur. Nec

Sacræ rei vēditio valet inter ignorātes. † similis glo. inf. de empt. §. 1. aliena res vendi pt, sed non obligari. † Nisi sit bonæ fidei possessor. l. si ab eo. ff. de pig. Et est rō, quia ille reputatur quasi dn̄s, vt infr. de actio. §. alia.

a ¶Idem iuris est. s. vt sit inutilis.

b ¶Sacram. Licet non valet stipulatio, vt hīc, valet tamen venditio inter ignorantes, vt actio detur, vt inf. de contrahen. emptio. §. fi. & ff. de contrahen. empt. l. liberi, & l. sed Celsus. Sed quæ est ratio? Resp. quia in venditione non est necesse † transferri dominiū, in stipulatione sic, vt ff. de contrahen. emp. & ven. l. si ita. §. fin. Et est similis ratio quare quis potest rem alienam vendere, vt ff. de cōtrahen. emp. l. rem alienam. sed nō obligare, vt C. quę res pig. obl. pos. l. qui filios, † q a in pignore debet ius constitui creditori, qd sibi det hypothecariam actionem, in vēditione sola traditio cum obligatione euictionis sufficit, vt ff. de pig. l. & quæ nondum, §. quod dicitur. & de actio. empti. l. ex empto. Accursius.

¶Hæc glo. in princ. nō est vera simpliciter sed quando stipularer liberum hominem mihi dari, vel simpliciter, quia intelligitur dari, l. si ita distrahatur, §. 1. ff. de contrahen. emp. sed si stipularer mihi tradi, valet stipulatio, si ignorem liberum, quia possideri potest ab ignorante, §. idem placet. su. per quas perso. no. acquir. Item si stipularer ex causa onerosa, vel ex causa lucratiua, si promissor est in dolo, valet stipulatio quantum ad interesse euictionis secundum communem sententiam in l. liber homo. 1. ff. eo.

** ¶Quod ait Accur. rem alienam obligari non posse, recipit non paucas limitationes, quas tradit idem Accur. in l. 1. in gl. ver. difficilius, vbi etiam Bar. de pign. & post eos Neguſ. in tract. de pign. 3. memb. 2 par. nu. 52. & pluribus seq.]

c ¶Religiosam, Hæc verba, sacram, & religiosam, expone vt sup. de rer. diui. §. nullius, & §. religiosum.

ADDITIO. Dic hoc verum, quando res in totum est sacra, vel religiosa. Sin autem esset pro parte, an valeat stipulatio, emptio, vel alia dispositio, vide l. hāc, & l. in modicis. ff. de contrahen. empti. Ang.

d ¶Vsibus. aliās si non est in vsu publico potest alienari vt ff. de contrahen. empt. sed Celsus. 1. resp. & l. pacta, §. fi. sic ff de via publ. l. viam. ¶Dic, dum tamen eius comparatio non sit multum difficilis, l. apud Iul. §. fin. ff. de leg. 1.

SYL.

e ¶Forum. s. vbi redditur ius, vt ff. de iust. it. & iur. l. pe. vel rerum venalium. sed forus est bursa. Accur. Forum.

ADDITIO. Itē forus dicitur locus exercendarum litium, vt c. forus. ext. de verbo. sign. Item calcatoriū. i. locus vbi vua calcatur, quod pede calcantis feriatur. Dicuntur etiam fori tabulata nauium, ab eo quod incessus ferant. Item spectacula, hoc est loca erecta, vt ex ijs spectetur. Item forus dicitur foramen illud, per quod remus immittitur, à forando. Vnde versus, Causatur, venditque forū, signatq. foramen. Alta fori loca sunt, datque carina foros. Host. dicit, quod forum in neutro genere ponitur pro territorio cuiusque iudicis, intra quod potest in facinorosos homines animaduertere. Vnde tota diœcesis dicitur territoriū episcopi 26. q. 7. omnes basilicæ. Forus.

f ¶Theatrum. expone vt sup. de rer. diui. §. vniuersitatis. Accur.

g ¶Credebat. Idem si sciebat, vt inf. prox. §. & ff. de verb. obl. inter stipulantem, §. sacrā, ibi casum enim, &c.

h ¶Commercium. Generale nomen est ad omnes cōtractus † Vnde dicitur aliquis habere commercium rei, quando per emptionem vel alio modo potest eā habere. Quare Iudæus nō habet commercium Christiani mancipij, vt C. ne christianum man. iud. &c. Vnde si iudęus iudæo promittit tale mācipium non valet, vel christianus iudæo, vt hic. si autem christiano promittat iudæus, valet, vt ff. de verb. obl. multum interest & de leg. 1. apud Iulianum. §. fin.

Commerciū cōprehendit cēs cōtractus. † Adde gl. supra de leg. §. non solum. in ver. commercium.

i ¶Suam. Nam cum sua sit, plus sua fieri non potest, vt sup. de leg. § sed si rem. & inf. de actio. § sic itaq; nisi ratione possessionis apud

Stipulatio rei suę an valeat.

apud alium constitutæ, vt ff. de contrahen. emp. l. si in emptione, §. 3. vel nisi sub conditione, dum tamen adueniente conditione stipulatoris res esse desierit, vt ff. de verbor. oblig. si rem meam, & l. existimo.

pendet a promissore. cuius cõtrarium decernitur, quia stipulationes sunt inuentæ, vt vnusquisque stipuletur, quod sua interest, eo quia impossibile est alium cogere ad faciendum. Tu declara, quod sicut illud, quod non

in pendenti erit stipulatio ob id, quod publica res in priuatam deduci, & ex libero seruus fieri potest, & cõmercium adipisci stipulator potest, & res sua stipulatoris desinere esse potest, sed protinus [a] inutilis est.†

¶ Item [b] contra, licet initio vtiliter res in stipulatum deducta sit, si tamen postea in aliquam eorum [c] causam de quibus supra dictũ est, sine facto [d] promissoris deuenerit, extinguitur [e] stipulatio. At nec statim ab initio talis stipulatio valebit, Lucium Titium, cum seruus erit dare spondes? & similia. [f] Quæ enim natura sui dominio nostro exempta sunt, in obligationem [g] deduci nullo modo possunt.

¶ Factum alienum non potest in stipulationem deduci. Aretinus.

¶† Si quis alium [h] daturũ facturumve quid promiserit, non obligabitur, [i] veluti si spondeat, Titium quinque

** ¶ Adde plures alias limitationes adhãc reg. quas tradit Soc. in tract. de reg. & fall. reg. 100.]

a ¶ Protinus, id est, statim, quia pura stipulatio suspẽdi non potest, vt ff. de stipu. seruo, l. vsusfructus, secus ĩ alijs actib⁹ viuorum, vt ff. commu. præ. l. fi. in fi. Acc.

¶ Aduerte, q̃a nulla est differentia inter stipulationem, & ceteros contractus, quia etiã illi non possunt pẽdere ex euentu, cuius expectatio sit illicita, l. si in emptione, §. omnium, ff. de contrah. emp. similiter quando vitium est in substantia l. vsusfructus. d: stip. seru. sed quando non est defectus in substantia, ita potest pendere, stipulatio sicut alij contractus, quo ad acquisitionem iuris realis, vt in d. l. fi. & ibi Bart.

b ¶ Item contra, i. econtrario. nam, sup. dixit quando ab initio res erat sacra, vel similis, sed postea desijt, nunc econtra, quando prius non sacra, sed postea fit.

c ¶ Eorum causam. i. sacra, vel religiosa, vel similis, vt sup. proxi. §.

d ¶ Sine facto. Quod est cum erat res aliena aliàs si sua, semper suo facto factũ videtur, etiam si alienauerit post tempus stipulationis, idem & si erat aliena, dummodo post moram, vt ff. de verb. obl. si seruum, §. 1. 2.

e ¶ Extinguitur. Arg. contra, sup. de lega. §. si quis debitori. ver. quod si vitio.

f ¶ Similia. Puta rem sacram, cum erit profana, & sic de singulis. s. sacra, vel religiosa, vt sup. prox. §.

g ¶ In obligationem. s. istam, hoc est stipulationem.

¶ Si quis. CASVS. Quærebatur an stipulatio facti alieni valeret? & videbatur quod sic, quia promittẽdo, quod alius faciet, videbatur saltem eo non faciente succedere obligatio ad interesse, & sic virtualiter stipulatio

est ĩ commercio, in stipulatum nõ deducitur, dato q̃d posset cadere, ita factum alienum, quod in potestate nr̃a non est, nõ potest deduci, quamuis esse posset, vel mea coactione, vel precibus. Satis enim est, quod factum tertij non est in potestate nostra, tunc enim stipulamur, q̃d bene probat, quia hic, §. sequitur ad præcedẽtẽ, in quo proprie continuatur materia p̃cedens. Not. q̃ stipulatio, per quam agitur, q̃ alius obligetur, non valet.

item, quod promittens operam suam circa factum aut dationem alterius obligatur.

h ¶ Alium. prorsus extraneum.

i ¶ Non obligabitur. Et est ratio, quia nemo alienum factum promittere potest, vt hic, & ff. de verb. obl. stipulatio ista, in prin. nisi pœna promittatur, vt inf. eo. §. versa vice. Nisi in casibus, in quibus præsumit lex interesse promitti, nisi fiat, vt in cautione, judicio sisti, vt ff. de verb. obl. quoties quis.

* Dic hoc esse generale in quibuscunq; prætorijs stipulationibus, d. l. quoties, quia in his magis æquitas, quam subtilitas iuris attenditur.

* * Adde, q̃ nihilominus promissor facti alieni euitabit pœnam, si probauerit omnem diligentiam adhibuisse, vt factum promissum sortiretur effectum, vt latissime comprobat Thõ. Ferra. in tract. caut. caut. 43.

Item in stipulatione ista, habere licere, vt ff. de verb. obl. stipulatio ista. i. respõ. † Item in stipulatione de rato, vt ff. rem ra. hab. l. in stipulatione. Item in stipulationibus ædilitijs, vt sanum esse seruum venditum, qui nõ furem, & similia, vt ff. de euict. l. si ita quis. Item in stipulatione, rem pupilli saluam fore, nã cum sit prætoria, exigitur fideiussor, vt ff. de præto. stipu. prætoriæ. Stipulatur ergo pupill⁹ his verbis a fideiussore. Promittes

Stipulatio pura non suspendit, sed bene alij actus.

† Concor. cum hoc tex. cap. ad audientiã. iũcta glo.

SYL. super ver. hic, circa me. ext. de spons.

† Pro d̃claratione huius §. atque ei⁹ materie videa⁹ e Paris. in cons. 109. cũ seq. li. 1. & Soci. in tract. d re. & fall. reg. 126.

† Et hoc rõ ibi, q̃a p̃cessit cõtract⁹ emptionis de cuius natura tenetur ex facto oĩum etiã extraneorũ, puta de euictione sm̃ Ange. sed lo. Fa. contra, q̃a etiã tũc nõ nisi de f̃ctõ suo vel hęredis tenetur, nisi vel quanti interest, vel pœnã promiserit.

teo

rem meam saluam fore per tutorem? nam & his verbis ab eis stipulatur, vt ff. rẽ pup. sal.fo.l.1.& l.cum pupillus. Præterea nonne quis semper promittit per se & suos heredes ea facta, quæ per alium possunt explicari, vt C. de contrah. stip. l.fin. licet cõtra sit, si nõ potest per aliũ fieri, vt ff.eod. centesimis. §. sed quod, & C. de cad. tol. l.j. ne autẽ? Respõ. nõ est alius heres, quã testator, imò idem præsumitur, vt in Auth.de iureiu.a mo ptr.§.1.colla.5.

aureos daturum. Quod si effecturum a se, vt Titius daret spoponderit, obligatur.

¶ Alteri stipulari nemo potest, nisi ei cuius potestati sit subiectus.

¶ Si quis alij, quam ei, cuius iuri b subiectus sit, stipulet, nihil c agit.

ADDITIO. Adde alios casus, puta quando promittit alium dare vel facere, ad quod promissor tenebatur. Item quando iurauit, quia facit valere omni meliori modo quo potest, vt l.cum pater, §.filius, ff.de lega. 2. Angel.

a ¶ Effecturum. Tunc enim suum factum manifeste promittit, idem si dixit se curaturum, vt fiat, vt ff.si cer pet.l.fi.§.fi.

** ¶ Adde idem esse, si promissor facti alieni, spondeat dolum malum abesse, absuturum ve esse, nam perinde erit, quasi spoponderit se curaturum, quod ille, cuius factum promisit, faciet, l.iter.de verb. obl. alioquin stipulator deceptus remaneret. Alciat.l. hæc verba, de verb sign.]

S Y L. ¶ Si quis alij. CASVS. Quærebatur, an sicut quis alienum factum stipulari non potest, ita nec alteri promittere. & videbatur saltem, quod hoc posset stipulari, vt alteri daretur, quia factũ suum, quod promittitur, est in commercio tui promittentis, cuius tamen contrarium respõdetur ex eo, quod infra in §.alteri, dicitur, quod stipulationes inuente sunt, vt vnusquisque quærat sibi quod sua interest, quod non est in stipulatione alteri facta, nisi adijciatur extraneus solutioni, quo casu obligatio fundata est in persona stipulatoris, & habet cõtra adiectũ actionem mandati. No. quod stipulatio alteri facta regulariter non valet, & nullã parit obligationem. Vide tamen ad intelligentiam huius tex. Fortu. in l.1. in prin. i 13. col. ff. de pact. vbi notabiliter declarat. Item quod ex stipulatione, in qua persona solutioni adijcitur, ius stipulatori tantum quæritur. Item quod adiecto soluere promissor potest etiã stipulatore inuito, & quod tunc liberatur ipso iure. Item quod adiectus recipiens tenetur stipulatori mandati, aut neg. gest.

b ¶ Iuri. id est dominio, vt seruus domino, cui acquirit, vt supra per quas person.nob. acquiri.§. item quod serui, aliàs, item vobis. Item reuerentia paterna, vt filius patri, vt supra, per quas perso.nob.acquiri.§.1.

¶ Item obedientia, vt monachus monasterio, cui quærit, & se & alia, vt in Auth.de mona.§.illud, collat.1. Idem dicas de seruo fructuario.

¶ Idem de vsuario. Idem de seruo bona fide possesso, & libero bona fide possesso, qui ex duabus causis quæruntur, vt supra per quas personas nob acquir.§. de his, & §.idẽ placet.

c ¶ Nihil agit. Et est ratio, quia inuẽte sũt &c. vt infra eodẽ, §. alteri, & ff. de verbo. obligat. stipulatio ista. §.alteri. Fallit tamen in casibus 16. In primis, si stipulantis intersit, vt quia si tutor eius, cui stipulatur rem pupilli saluam fore. Secundo, quia procuratori stipulatur dominus. Tertio, si stipuletur creditori, vt infra eodem §. sed & si vis, & ff. de verborum obligation. stipulatio ista, §.si stipuler, & §.si quis insulam. Quarto fallit in omnibus prætorijs stipulationibus, vt ff. de prætor. stipulat. in omnibus, vt est damni infecti, vt ff. de damno infecto. damni. prima.§.fin. Item iudicatum solui, & similes, vt ff.de procurat. in caussæ.§.fina. † Item fallit in procuratore præsentis, vt ff.de verbor. obligatio. si procuratori, & ff.de procurator. l. quod procurator. † Item fallit in actore municipum, ex cuius pacto quæritur municipibus. Idem in curatore furiosi, & consimilium personarum, & tutoribus, vt ff. de const. pecu l.eum qui §.si actori. Item fallit in institore, nam sibi actio ex pacto institutii quæritur, vt ff.de insti.l.1. in fin.& l.2.

¶ Item fallit in iudice, vel Notario, vel simili persona publica ex quorũ pactis, & stipulationibus alteri quæritur, vt ff. rem pupilli saluam fore. l. secũda & tertia & quarta, primo respon. & in Authen.de execu. & ijs, qui con.§.primo, collat. septima, & in Authent. de hæred. ab intesta.§.ex his. collat.9. Item fallit in creditore, ex cuius pacto quæritur actio debitori, vt ff.de pigno.actio. l.si cum venderet.1.respon.

¶ Item fallit, si auus paciscatur dotem reddi nepti, quã etiam in potestate non habet, vt ff.solu. matrim. Caius Seius.

¶ Adde idem in omnibus pijs locis, secundum Bal. qui communiter approbatur in l. illud. in 1. col. C.de sacros.eccl.]

¶ Item fallit in procuratore vendentis, vt ff.de actio.empti. Iulianus, §. si procurator: Item fallit in deponente, si paciscatur alij rem restitui.

¶ Item fallit in commodante faciente simile pactum, vt ff.deposi.publica, & C.ad exhiben.si res.

¶ Item fallit in donante simile pactum faciente in euentum alicuius conditionis, vt Cod.de donatio. quæ sub modo, lege quoties,

Stipulatur alter alteri sexdecim casibus.

† Etiamsi formẽtur verba ĩ persona dñi, & ẽ rõ auctoritas iudicialis per quã interponunt. sup. de diu. stip. cir. princ. Io. Fab.

† Nec refert ĩ cuius psona verba cõcipiãtur, vt per Io.Fab.hic

Hoc operat[ur] dñiũ rei, q[uod] est i persona illius, qui stipulat[ur].

Ex quo colliges stipulationẽ alteri factã super re sua valere, & tenere secundũ Christoph.

ties. Item fallit, si pater stipuletur filio, vel alij posito sub sua potestate post mortem suam, scilicet patris, nam & filio quæritur, licet hæres non sit, vt ff. de verb. obli. l. quodcunque. §. si quis ita. si vero pure, & nõ post mortem, ipsi stipulanti quæritur, vt ff. de verborũ obligat. dominus seruo. His. n. casibus ex pacto, vel stipulatione alterius alteri quæritur non alias, vt hic, & Cod. per quas personas nobis acqu. l. 1. cum enim sint speciales, non sunt trahendi ad consequentiam, vt ff. de leg. & senatuscõ. quod vero. Sed M. dicebat hos casus facere regulam, & si quis casus esset contra, illud speciale esse, & quod hic regulariter dicitur, & inf. eod. §. alteri, & C. per quas perso. nob. acqu. l. 1. dicebat iure directo non valere, sed vtiliter acquiri posse, & sic secundum eum semper ex pacto alterius quæritur, quod falsum est, cum parum interesset, directo, vel vtiliter quæreretur, vt ff. de neg. gest. l. actio. Accurs. Floren.

¶ Potest extraneus solutioni esse adiectus, licet sibi non quæratur obligatio. hoc dicit. Aretinus.

¶ Plane solutio etiam in extraneam personã conferri potest, veluti si quis ita stipuletur, Mihi aut Seio dare spondes? vt obligatio quidem stipulatori acquirat, [a] solui tamen Seio, [b] etiam inuito [c] eo, recte possit: vt liberatio ipso iure contingat, [d] sed ille [e] aduersus Seium habeat mandati [f] actionem.

SYL. ¶ Adde, quod hodie de iure canonico indistincte alteri stipulamur vtiliter, gl. in c. quoties, 1. q. 7 quæ tamen communiter reprobatur, & sic iste text. etiam de iure canonico procedit in d. l. stipulatio ista. §. alteri. vnde dic hoc verum, apposito iuramento, per d. gl. quæ in hoc communiter approbatur.

¶ Adde, quod hic, §. loquitur de stipulatione, & sic de modo, quo ciuili iure acquiritur, & ita intelligendus est. nam alioqui, quod naturaliter acquiritur, per quemlibet, etiam non suppositum potestati nostræ, volẽtibus nobis acquirimus, l. ea quæ. ff. de acqui. rer. dom.

¶ Adde, q[uod] etiam amico stipulari potest glo. in l. si vnus, §. 1. ff. de pac. & alij mihi, quos citat Tiraquel. in l. si nunquam, ver. libertis. nu. 49. C. de reuoc. donat.

Solutio an possit fieri adiecto.

a ¶ Plane Acquiratur. s. tantum.

b ¶ Seio. non tamen hæredi eius. vt ff. de verb. obl. cum quis. Item hoc intellige statu huius adiecti non mutato, alias contra, vt ff. de solu. cum quis. Item hoc intellige ante litem cõtestatam a stipulante, alias contra, vt ff. de solu. si quis stipulatus fuerit 10. §. 1. Item licet solui possit adiecto, non tamen agere potest adiectus, vt ff. de constit. pec. l. sed & si filiofam. in fi. & l. si vero.

c ¶ Inuito eo. Qui stipulatur.

d ¶ Contingat. Nisi in casu, vt ff. de eo, q[uo]d cer. loc. l. 3. §. idem Iulianus. Sed ibi facta fuit solu. alibi, quam fieri debuit, vnde venit interesse, vt inf. de actio. §. loco, in quo non potuit domino præiudicare accipiẽdo sortem adiectus, vt ff. de reg. iur. non debet alteri, licet & ipse dominus noster, vt ff. de eo, quod cert. loc. l. centum, in fi. & l. fi. in fi.

e ¶ Ille. s. stipulator.

f ¶ Mandati. Numquid adiectus mandati semper tenetur? M. dicit quod sic, vt hic & ff. de verbor. obligatio. Iulianus. §. final. Nam semper tacitũ mandatum, & si nõ expressum, interuenire dicebat, & in absentia, & sine nuncio, vel epistola, quod est contra. l. ff. de procurat. l. 1. §. 1. Quare dicemus, quod mandati agitur, si intercessit mandatum, vt quia præsente a dicto fuit stipulatus, vt hic, & ff. de verbor. obligat. Iulianus, §. fi n. & ff. mandati qui fidem, alias agit nego. gestorum. cum non sit procurator, vt ff. de sol. l. vero procuratori, §. interdum, & infr. de obligatio. quæ ex quasi contrac. in princip.

Adiectus, cui solui tur, diuersa actione tenetur.

SYL. ¶ Glo. hæc communiter approbatur, nisi adijciatur animo donandi. dicta l. Iulianus, §. finali. l. sed & si quis in principio, ff. de vsufruct.

SYL. ¶ Quod si quis. CASVS. Quæsitum fuit an si mihi & Titio dari stipuler, valeat stipulatio. & videbatur non valere, quia cum sit sub vna & eadem verborum conceptione, & quo ad Titium non valeat, cum sit alteri stipulatum, non videtur valere quo ad me, quia quod vnum est, non videtur scindi posse. deciditur tamen contrarium, quod Titio valet ea ratione, quia sicut in stipulatione plurium rerum cẽsentur tot stipulationes diuisæ intellectu iuris, ita quãdo mihi & Titio promittuntur aliqua, est, ac si vnicuique nostrum dimidia realiter, & distincte promissa sit, l. prima, §. sed si mihi, ff. eodem, vnde vtile non vitiatur per inutile, cum simus in diuiduis, & hinc est, quod non habet locum ius accrescendi, quia realiter iuris intellectu censetur stipulatũ pro dimidia vnicuique. Sed tũc fuit dubitatum, an hæc regula procederet passim etiam in patre stipulante filio. & rationem dubitandi faciebat regula, §. alteri. cuius cõtrarium respondetur ratione apposita in text. & quia non cessat ratio interesse stipulantis, de qua in dicto §. alteri, quia cum filius patri quærat, interest patris filio quæri, quia sibi quæritur.

¶ No. quod stipulatio rei diuiduę, in qua p[er]sona copulatiue adijcit stipulatori, est vtilis

solum ex persona stipulatoris pro dimidia, pro alia est inutilis. Item, quod si dominus stipulatur seruo, uel pater filio, sibi quæritur. Item, quod patris & filij eadem persona, & uox fingitur.]

¶ Si quis sibi & alteri copulatiue stipuletur, dimidia tantum stipulatori debetur.

¶ Quod si quis sibi, & alij, cuius iuri subiectus nō sit, dari decem aureos stipulatus est, ualet [a] quidem stipulatio, sed vtrum totum debeatur stipulatori, quod in stipulationem deductum est, an vero pars dimidia, dubitatum est; sed placuit, non plus, [b] quam dimidiam partem ei acquiri.

¶ Si pater stipuletur filio, acquiritur sibi, h.d. Aret.

¶ Ei vero, qui iuri tuo subiectus est, si stipulatus sit, tibi acquiris, [c] quia vox tua, tanquam filij [d] † sit, sicuti & filij vox tamquam tua intelligitur in ijs rebus, quæ tibi acquiri [e] possunt.

¶ Diuersitas in quantitate inter interrogationem, & responsionem vitiat stipulationem, quatenus est discordia, sed diuersitas in qualitate vitiat in totum, & responsio simplex intelligitur qualis præcessit interrogatio h.d. Aret.

¶ Præterea inutilis [f] est stipulatio, si quis ad ea, quæ interrogatus fuerit, non respondeat, [g] veluti si quis

a ¶ Valet.s. pro parte dimidia, ut subijcit, ut ff. de eo quod cert.lo.l.3.§. si quis. Et collige quod non uitiatur utile per inutile. sic ff. de uer. obl.l.1.§. Sed & si mihi. Arg. cō tra, ff. de arb.l. parui. alias, Pedius, §.1. Et dic ut ibi.

Vtile per inutile nō uitiatur.

SYL. Dic hoc uerū in diuiduis, secus in indiuiduis, ut per Doct. in d.§. sed & si mihi.

b ¶ Non plus quam dimidiam ut ff. de uerbor. obli.l. si mihi. Sed cō tra. ff. de contraben. empt.l. fundi. Sed dic ut ibi.

SYL. ¶ Dic, quod secunda sol. gl. in d. l. si mihi, communiter approbatur.]

c ¶ Acquiris. Sic. ff. de uerb. oblig.l. dominus seruo, & C. de contrahen. & commit. stipu.l.2. & ff. de pac.l. & hæredi.§ nos autem.

d ¶ Filij fit. Cum una persona censeatur pater & filius, ut C. de impu. & ali. sub.l. fin. sic & in seruo & domino est eadem uox, ut infra eo.§. post mortem.

SYL. * ¶ Adde, quod filius non censetur eadem persona cum patre in præiudicium ipsius patris, ut tradit Dec. in l. cum scimus. C. de agr. & cen. ubi dicitur, filium quodammodo partem esse corporis paterni, & quo loco pater est, ibidem & filium esse censeri.

e ¶ Acquiri possunt. Vt profectitio peculio, & aduentitio quo ad usumfructum, ut sup. per quas perso. no. acq.§.1. Accur.

* ¶ Pro pleniore, & clariore intelligentia huius loci uide l. quod dicitur per patrem, ff. de uerb oblig.]

SYL. ¶ Præterea. CASVS Quæsitum fuit an diuersitas quantitatis, uel qualitatis stipulationē uitiaret, & uidebatur pariter uitiare, quia cū stipulatio pro forma habeat interrogationem & responsionem, hæ si discordent, facere uidentur aliam & aliam stipulationem, & per consequens non conuenire, & non perficere stipulationem. Cuius tamen contrarium dicitur. Quando enim est diuersitas in qualitate, tunc quia illa qualitas ita qualificat & respicit totam stipulationē, sicut defectus formæ uitiat in totū, quia qui detrahit qualitati, detrahit stipulationi, sed diuersitas in quantitate non respicit totā, sed solū partem ipsius. Nota quod diuersitas quātitatis uitiat eatenus, quatenus est diuersitas, sed diuersitas in qualitate inter interrogationem & responsionē reddit stipulationem in totum inutilem. Item, quod absoluta, & simplex responsio in dubio non intelligitur discordare ab interrogatione, sed in ea censentur repetitæ uirtualiter omnes qualitates interrogationis.]

f ¶ Inutilis est. interdum in totum, interdum pro parte.

g ¶ Non respondeat. Scilicet congrue, diligenter tamen attende, quod ubicūque est diuersitas, si in continenti placet diuersitas stipulatori ualet stipulatio, ut ff. de uerb. oblig. l.1.§. cum adijcitur. Si autem non placeat, † aut est in qualitate, aut in quantitate, aut in specie diuersitas. In primo casu nullo modo ualet, ut hic, ibi, aut si ille, &c. & ff. eo.l.1. §. cum adijcitur. & §. si quis simpliciter. Si uero in quantitate, in eo, quod consonat, ualet, ne detrahat, siue adijciat, † ut ff. de uerb. oblig. l.1.§ si stipulanti, quod est cōtra. in alio non, ut hic, ibi, ueluti, &c. Si autē in specie, aut permittit una species pro altera, & tunc non ualet, ut infra eod.§. si de altera. & tunc nō ualet, ut i. eo.§. si de alia, aut alia adiecta, & ita copulatiue, & tūc nō ualet in alia, nō in adiecta, ut ff. de uerb. oblig.l.1.§. sed si. Si autē plures res stipuletur, tūc aut copulatiue fuit facta

† Quia pater & filius cēsentur una persona, & cōiter gl. in c. super eo. ibi, & pater & filius ext. de test. & ca. tua nobis in gl. super uer. lucro cir. med. ext. de decimis.

† Subaudi nec expresse displiceat, quia nō esset locus d. §. cum adijcitur, nec huic materiæ, Io. Fab.

† Nisi ex actū stipulatione nō ualere, nisi sub toto, uel nisi ualiditas stipulationis noceret stipulanti, ut l. si decem, ff. loca. & hæc uera, quando stipulatio, & rōsio est de toto, & parte numerabili. Alias si de toto integrali, & parte ppria uel imppria, dic, ut per Ioan. Fab. & Ange. hic.

decem aureos a te dari stipuletur, tu quinque promittas, vel contra, aut si ille pure stipuletur, tu sub conditione promittas, vel contra, si modo, scilicet, id exprimas, id est, si cui sub conditione, vel in diem stipulanti, tu respondeas, Præsenti die spondeo. Nam si hoc solum respondeas, Promitto. breuiter videris in eandem diem, vel conditionem spopondisse. Neque enim necesse est in respondendo eadem omnia repeti, quæ stipulator expresserit.a

¶ Inter dominum & seruum, patrem & filium, non contrahitur stipulatio. hoc dicit. Aretinus

¶ Item b inutilis est stipulatio, si vel ab eo stipuleris, qui tuo iuri subiectus est, vel si is a te stipuletur. c Sed seruus quidem nõ solum domino suo obligari non potest, d sed ne quidem vlli alij. Filij vero familias alijs obligari e possunt.†

¶ Mutus & surdus omnino non possunt stipulationem contrahere. h.d. Are.

¶ Mutum neque stipulari, neque promittere posse, palam est, quod & in surdo receptum est, quia & is qui stipulatur, verba promittentis, & is, qui promittit verba stipulantis audire debet. Vnde apparet, non de eo nos loqui, qui tardius exaudit, sed de eo, qui omnino non audit.

¶ Furiosus neque stipulari, neque aliter contrahere potest. Aretinus.

cta interrogatio, & valet in eo, quod responsum est, aut disiunctiue, vt. illam aut illam promittis? quo casu valet, siue ad vtrumque siue simpliciter respondeat, & in vtraque. Si vero in vna, non valet etiam in ea, licet in summis nõ vitietur alternatiua, si respondeatur ad vnam tantum, vt ff. de verborum obliga. l. 1. §. si quis, & l. inter stipulantem, §. si stipulante. Accurs.

ADDITIO.

Et est ratio diuersitatis, secũdum ioã. Fab. quia in speciebus talis responsio facit diuersitatem in qualitate, quia in qualibet sub conditione interrogasse videtur. Sed in alternatiua summatũ minor est in obligatione. l. si ita stipulatus fuero decem, aut 5. ff. eodem, ideo de ea interrogatum, & responsum esse videtur,

a ¶ Expresserit. Quæ enim in præfationibus dicuntur, in cõtractibus repetita credũtur, vt ff. de verbo. oblig. l. Titia, §. idem respondit,

¶ Itẽ inutilis.

SYL. CASVS. non figuratur in tam nota regula, cuius ratio est inutilitas. frustra enim fieret in casibus stipulatio, in quibus eidẽ quæreretur, & effectualiter idem esset stipulator, & promissor. Nota, quod inter patrem, & filium stipulatio non contrahitur.

¶ Item, quod inter dominum, & seruum obligatio ciuilis contrahi non potest.

Obligatio naturalis inter patrem, & filium põt cõsistere.

¶ Item, quod seruus nemini potest ciuiliter obligari.

¶ Item, quod filiusfamilias excepto patre potest alijs ciuiliter obligari, & naturaliter.]

b ¶ Item inutilis, Quantum ad ciuile uinculum, sed naturale contrahitur, vt ff. de cõdictio. indebit. l. si id quod & l. frater a fratre, §. primo, vnde fideiussor accedit, vt infra de fideiussoribus in principio. Et hæc vera sunt, nisi in castrensi peculio, vel quasi, nam tunc est loco pr̃is familias. vt ff. ad Macedo. l. 2. & ff. de colla. bonorũ. l. 1. §. nec castrẽse. tunc enim, & cum patre obligatur, & agitur cum effectu, ut ff. de iudic. l. lis nulla.

¶ Intellige pecunia uenia. l. adoptiuum. in princip. ff. de in ius uoc.]

c ¶ Stipuletur C. de pact. con. l. pactum dotale. contra Solu. maxime, ibi possium abundat. sic C. de testa. ma. l. fi. §. 1. Accursius.

d ¶ Obligari non potest. Scilicet ciuiliter. Accur.

e ¶ Obligari possũt. Ex omni causa, ut ff. de iudic. l. tam ex contractibus, & conueniri in solidũ durante patria potestate, auctoritate tamẽ patris interueniẽte, ad quod pater compellitur officio iudicis, ut C. de bon. quæ lib. l. cum nõ solum, §. 1. (1) & postea nisi in sex casibus, qui sunt, ti. quod cum eo. l. 2. Excipe duos casus, ut in mutua pecunia, ex qua non tenetur cum effectu propter exceptionem Macedoniani neque pater, ut Cod. ne filius pro patre. lege prima.

¶ Item in uoto, uel Deo, uel reipub. facto, ut ff. de polli. si quis rem, §. uoto. Nam licet alias scilicet ex contractu, uel ijs conueniatur a prælato maiore loci illius, hic tamen non conuenitur, ut C. de episcop. & cleric. l. nulli. & in Authentic. de eccl. titu. §. si quis collat. 9.

† dũmodo nõ sint impuberes, alias secus. §. pupill9 uer. ul. inf. eo.

SYL.

SYL. ¶Dic fecundum docto. hic, non procedere in voto religionis. l.Deo nobis, §.hoc etiā, C.de episcop.& cleric. & in matrimonio de iure canoni.quod attenditur, cap.1.de con-iu.seruo.]

ADDITIO.

(1) Scilicet captis pignoribus. Et si nullo modo velit cō sentire, si filius agat, & pater sit præsens, repellitur a iudicio, fecus si pater sit absens longa absentia, vel filius conueniatur. Angel.

¶ Furiosus nullum negotium a gerere potest, b quia non intelligit, quod agit.

¶ Pupillus maior infante potest alium sibi obligare, etiam sine tutoris auctoritate, sed ipse alij non obligatur, nisi sit proximus pubertati, & tutoris auctoritas interueniat. Filij vero familias in ætate pupillari non obligātur etiam cum consensu patris. Aret.

SYL. ¶ Mutuum. CASVS postio non est necessaria, quia regula clara est, & eius ratio aperte assignatur in tex. No. mutum & surdū omnino stipulationem contrahere non posse, ita quod de forma stipulationis est, quòd audiatur sonus verborum a contrahentibus.

¶Item, quod qui tarde audit, vel loquitur non per hoc prohibetur contrahere.

¶Item, quod furiosus nullum contractum aut negotium, in quo requiratur consensus, gerere potest.]

* ¶ Concor. huic §. text. in l.1. in princip. de verb.oblig.& l.1.§.vlt.de act.& oblig.

a ¶ Furiosus. Nullum negotium, scilicet obligatorium. Idem est in prodigo, cui bonis interdictum est, vt ff.eod. is cui, quia furioso similis est, vt ff.de cu.furio.l.1. 1.resp. & ff.de reg.iur l furiosi, idem in mente capto, vt sup.de cura.§.1.

SYL. ¶Hoc verum quo ad obligandum prodigum alteri, secus econtra, d.l.is cui.

*Sed pro ampliore declaratione istius §. & materiæ vide Dec.in l.in negotijs. ff.de reg. iur.quæ est lex consimilis sententiæ.

ADDITIO. Idem in fatuo. Et intellige de ijs, qui omnino, nihil rationis sapiunt, alias fecus, secundum Angel. item intellige glos.de prodigo, vel mentecapto, cui bonis interdictum sit, alioquin obligarentur, secundum Bald.]

b ¶ Potest.s.ciuiliter.

SYL. ¶Pupillus. CASVS. Hi, qui enumerantur in quib9 stipulatio inutilis est, tales sunt vt potius regulæ quædam in hac materia dici possunt, vt sola eorū ratio perquirenda sit in positione casus, quæ in §.nostro exquirenda non est, cum in eo assignetur, præterquā in vlt.resp. cuius ratio ponitur in glo. No. pupillum obligari sine auctoritate tutoris non posse. Item, q̄ qui excessit infantiam, alium sibi obligare potest sine tutore, secus in infante. Itē, q̄ infans æquiparatur furioso. Item, q̄ quāuis hoc verū sit in multis, tamen quo ad obligandū sibi alium æquiparatur proximo pubertati. Item, q̄ patria potestas nō est potens ad filium impuberē obligandum.]

¶ † Pupillus c omne negotium † recte gerit, ita tamen, vt vbi tutoris auctoritas necessaria sit, adhibeatur tutor, veluti si ipse obligetur. d Nam alium sibi obligare etiam sine tutoris auctoritate e potest. Sed quod diximus de pupillis, vtique de ijs verum est, qui iam habent aliquem intellectum. Nam infans, f & qui infantiæ proximus g est, non multum h à fu-

† Ad istū titu. vide Croni in l.1.col.fin. n.36. ff.de ver.obl. & ibi Socin. colu.pen. ad fi.

* Præter testm̄, vt sup.q non est permi. fa.testa. §. præterea.

c ¶Pupillus.s. pubertati proximus, vt sequitur, & est ratio quia intellectū habet, vt ff. de regu.iur.in l.in negotijs.

** Adde pulchrum text. in l.pupillū, eo.tit. vbi habetur, pupillum proximum pubertati capacem esse & iurandi, & iniuriæ faciendæ.]

d ¶ Obligetur.s.alij.

* ¶ Nam l. Lætoria minorem annis 25. stipulari vetabat, vt scribit Sue. li.4. Prætorum apud Priscianū Gram.li.8. quo in loco Priscianus ait, ver. stipulari a Sue. passiue, p̄latū i. interrogati, an alteri stipulāti p̄mittat. Idē significat Labrax leno apud Plau. i Rudēte.

** Adde q̄ ēt impuberis obligatio admittit sine tutore, qñ ex ea sequit̃ vtilis liberatio gl. l.2.de accep.q̄ extollunt Soc. in l.condōnib. pupillus.de cōd & dem. & ias.in l.cōtra. de pac.alibi sępe & Ale.in l.mutū de acq.hęr.]

e ¶ Auctoritate. sic sup. de auct. tu.in princ. sic, ff.de pac.l.contra iuris ciuilis.

f ¶ Infans.i.vsque ad 7.annos, vt C. de iure delib.l.si infanti.1.resp. Proximus puberta.

g ¶ Infantiæ proximus.i.vsq; ad 10.an.& dimidiū, & sic p̄x.respicit, inf.sed cū dico pubertati proximū, a 10.an. & dimidio.sup.intellige. nā sic i masculis dēt fieri dimidiatio in fęminis i 9.& dimidio, vt sup.qui.ex cau. manu.nō li.§.fi.& sup. qui.mo.tute.fi.1.rñ.

* ¶ Limita hoc procedere i ciuilib.nō in criminalib.i qb.q̄s q̄ nō dr̄ p̄ximus pubertati. nisi qñ est p̄pe p̄ sex menses, Ias.in Auth.sacr̄a puberū, nu.15. C.si aduer.vē.& in l.p̄perandū, §.1. in 2.no. C.de iud. vbi ēt inducat aliud esse, quādo malitia suppleret ætatem.

h ¶ Non multum. Nam distat aliquātulū, vt

vt in hæreditate quam transmittit infans, vt C. de iu. deli. si infanti. §. 1. secus in furioso, vt. C. de cur. fur. l. fi. §. fin autem, & hoc sm̃ Azo. Sed certe sic posset dixisse q̃a vnus paruus, alter magnus, alteri cõtinuum tempus alter habet interualla dilucida. Dic ergo distant in stipulando in hoc, quia infans sine intellectu interdum stipulatur, sed furiosus nunquam, vt ff. rem pup. sal. fore. l. seruum pupilli.

Hr̃ditas trãsmittit' per infantem, sed nõ per furiosum.

Stipulatur q̃nque infans, non aũt furiosus.

rioso distant, quia huiusmodi ætatis pupilli nullum habent intellectum. Sed in proximis infantiæ, propter vtilitatem eorũ benignior [a] iuris interpretatio facta est, vt idem iuris habeant, [b] quod pubertati proximi. Sed qui in potestate parentis est impubes, [c] ne auctore quidem patre [d] obligatur.

¶ Conditio impossibilis vitiat stipulationẽ, conditio vero necessaria facit eam haberi pro pura. Aretin.

SYL. ¶ Cõiter tñ tenetur, quod ille tex. loquatur in maiore infante.

¶ Itẽ dicit non multum, propter proximũ infantiæ, qui intellectũ habet, & ideo corrigitur statim, quod hic dicitur, ibi, sed in proximis.

a ¶ Benignior quam supra dictum est.

b ¶ Idem iuris habeant. vt alios sibi obligent. alijs vero non obligentur sine tutore, vt sup. proxim. §.

c ¶ Impubes. Aliud si pubes, nam obligatur, ac si esset sui iuris, vt ff. eo l. fin. §. 1. nisi in duobus casibus, vt sup. eodem. §. itẽ inutilis. diximus.

Filius impubes etiã cũ auctoritate patris nõ põt obligari.

d ¶ Patre. Sed quæ est ratio de hoc ad pupillum, cum tutore auctore obligetur? Respon. quidam, q̃ ob hoc ipsum datur tutor, sed patria ptãs est ad corrigendum, & est ꝓ eis, C. de bo. quæ lib. l. fi. §. sin autem. Vel dic, quod tutorem habet obligatum, si male auctoratur, patrem non, vt C. de bon. quę libe. cum oportet, §. sub hac tamen. vers. non autem hypothecam. Accurs.

ADDITIO. Hoc verum, quando de pupillo mere obligando tractatur, secus si de mera vtilitate, quia potest etiam sine patre. Si vero potest esse vtilitas & damnum puta q̃n vsusfructus vel aliquid patri quæri põt, quo casu de iure nouo pater legitimam administrationem habet, sufficit ipsius auctoritas nõ in alijs, vt l. si infanti. C. de iu. deli.

* ¶ De ratione adducta ab Accur. vide Bar. in l. vlt. §. 1. ff. de verb. obl. vbi similis tex.

¶ Si impossibilis. CASVS. Fuit dubitatum, an cõditio impossibilis vitiaret, & vñ q̃ nõ, §. pen. sup. de hær. insti. valet. n arg. de cõtractibus ad vltimas voluntates, & econuerso, cuius contrariũ deciditur, rõ est, quia talis adiectio impossibilitatis remouet mentem disponẽtis ab actu, quia ille, qui adijcit conditionẽ impossibilem, non videtur habere animũ obligandi, nec alteri stipulandi, vnde contractus tanquam euacuatus consensu partium est nullus. ad illud, quod dixi de vltimis voluntatibus, rñr in gl. 1. Not. stipulationem cõceptã sub impossibili conditione inutilem esse, sub necessaria vero purã esse. Item, quod ea, quæ per rerum naturam existere nõ possunt, dñr impossibilia.

¶ Si impossibilis conditio obligationibus [e] adijciatur, nihil valet stipulatio. † Impossibilis autem conditio habetur, cui natura [f] impedimento est, quo minus existat, veluti si quis ita dixerit. Si digito cœlum attigero, dare spondes? At si ita stipuletur, Si digito cœlum non attigero, dare spondes? pure [g] facta obligatio intelligitur, ideoque statim [h] peti potest.

† Quia impossibiliũ nulla est obligatio, vt hic, & in c. ad audien. iuncta glo. super verb. hr̃e. post princ. ex. de spõ. & ma. Et facit c. vlt.

SYL. cum glos. super ver. impossibilis. ext. de cond. appos.

e ¶ Obligationibus, quibuscunque, vt hic, & ff. de actio. & obli. non solum (i) Secus in vltimis võlũtatibus, quia tunc pro non apposita habetur, vt sup. de hære. insti. §. impossibilis.

SYL. ¶ Dic vt per Bar. in l. 1. ff. de cond. insti.

ADDITIO (i) Et dum gl. ibi soluit contrariũ de. l. si militẽ. C. de condict. ob. cau. est contraria huic gl. ista tñ est verior. Nec ob. cõtra. q̃a cõcor cũ hic & ibi condõ & cã impossibilis annullet effectu. nõ. n. ad cõficiẽdũ agit', sđ solũ ad reuocãda data sm̃ Io. Fa.

f ¶ Cui natura. Non ita si verborum perplexio sit, vt ff. de cond. inst. si Titius. lo. cõtra. tunc. n. quandoque nõ diceretur impossibilis, licet non posset existere, vt ff. de verbor. oblig. si Titius secundum Azo.

SYL. ¶ Declara, q̃ idem est hoc, q̃ dicere. q̃ conditio impossibilis in casu d. l. si Titius. non vitiat stipulationem, quia ibi non est omnimodo perplexitas, quia est dissolubilis per ꝓoccupationem iudicij litem contestando.

* ¶ Adde impossibilẽ conditionẽ hr̃i etiam cui ius repugnat, vt cũ quis ita stipulatur si rem sacrã Titius vẽdiderit, l. continuus, §. cũ q̃s ff. d. ver. ob. & if. hoc ti. §. cũ q̃s. vbi Ac.

¶ Et facit ad hunc §. ff. de reg. iur. l. impossibilium. & ff. eo. l. impossibilis, § 1.

g ¶ Pure. i. sine conditione, et si dies esset apposita, vt ff. eo. l. in illa stipulatione, §. fin.

h ¶ Statim. Cũ spatio tñ quo solui possit, vt inf. §. si. & ff. eo. eum qui calendis, & de hoc dixi. sup. de verb. obl. §. omnis stipulatio.

* ¶ Vide Dec. in l. q̃ te. col. 4. ff. si cert. pet.

¶ Item verborum. CASVS. non figurabitur, quia regula clara est fundata in defectu formæ substãtialis ipsius stipulationis, quæ est præsentia & verborum conceptio. collectio autem Iusti. habet rationé in virtute instrumenti. No. stipulationem inter absentes non contrahi. Item contentionũ lites amputandas. Ité, quòd instruméto statur, si contrarium nõ probatur. Item q improba allegatio dici potest respectu initij, licet ex post facto dicatur iusta. Ité, qđ instrumentum non solum per aliud instrumétum, sed p testes reprobari pōt. Item modum probandi negatiuam eius, quòd continetur in instrumento.

¶ Stipulatio non potest contrahi inter absentes. Et si in instrumento continetur partes fuisse præsentes, vel stipulationi interfuisse, statur scripturæ, nisi contrarium probetur. Aret.

¶ Item verborum [a] obligatio inter absentes [b] concepta inutilis est. Sed cum hoc materiam litium contentiosis hominibus præstabat, [c] forte post [d] tempus tales [e] allegationes opponentibus, & non [f] præsentes fuisse, vel se aduersarios suos contendentibus, ideo nostra constitutio [g] propter celeritatem dirimendarum litium introducta est, quam ad Cæsarienses † aduocatos scripsimus, [h] per quam disposuimus, tales scripturas, [i] quæ præsto [k] esse partes indicant, omnino [l] esse credendas, nisi is, qui talibus vtitur improbis [m] allegationibus manifestissimis [n] probationibus, vel per scripturam, [o] vel per testes idoneos [p] approbauerit, † toto eo die, [q]

a ¶ Item verborum. Sicut per conditionem impossibilem, ita per absentiam fit inutilis stipulatio.

b ¶ Absentes. Ita intellige absentem, vt audire non possit. Vnde si est in turri, vel a remotis, & clamet, valet stipulatio si se audiant, † arg. ff. ad Syl. l. 1. §. eod alias accipitur multis modis, vt ff. de verb. sign. l. absétem, & notatur in auth. de fideiuss. §. 1. Sed contra est. ff. de don. inter vi. & vx. ea que. Sed ibi intercesserat stipulatio ante absentiam, cuius verba etiam inter absentes nunc repetuntur. Item contra, ff. de pac. Labeo. in princ. Sed aliud in pacto quolibet alio, quod sine huiusmodi solénitate fieri pōt. sed stipulatio non, vt ff. de pac. l. r. in fi. & inf. de act. §. de constituta. Item contra. ff. de spon. l. 4. & 5. Sed potest dici ibi speciale, vt valeát inter absentes. Vel dic, quod & per stipulationem fieri possét sponsalia, & tunc inter præsentes vt hic. Item consensu. s. solo possét fieri spõsalia, & tunc etiam inter absentes. vt d. l. 4.

ADDITIO. Et hec vltima cõiter tenetur in l. 1. in prin. ff. eo. facit c. vlt. de proc. lib. 6.

c ¶ Præstabat. Antiquitus.

d ¶ Post tempus. Post ideo dicit, quia quãdo conueniuntur post tempus contractus, talia apponuntur.

e ¶ Tales. Quales subijcit statim, & nõ &c.

† Subaudi & intelligant.

Sponsalia inter absẽtes & præsentes fieri possũt.

f ¶ Et non. Ecce allegationes.

g ¶ Constitutio. vt C. de contrah. & com. stip. optimam.

h ¶ Scripsimus. Loquitur Iustin. auctor illius constitutionis.

i ¶ Scripturas. Sed quid si vnus pferat instrumentum, in quo contineatur contrahentes esse præsentes Romæ tali die, alter, quòd Bon.? Dicunt quidam, quod neutri creditur. Alij, quod bon⁹ iudex debet animaduertere cui potius credendum sit, vt si stipulator ipso tempore te . . . bat scholas Bon. statur illi instrumento, quo continetur ipsũ fuisse Bon.

k ¶ Præsto. i. præsentes.

l ¶ Omnino. Not. standum scripturæ, nisi contra probetur, sic C. de prob. cum precibus & inf. e. §. si scriptum & inf. tit. 1. §. fin. & hoc quando formam habet publicam, alias si priuatã, si pro scribente non valet, si contra scribenté, valet, si est cum causa, ut in auth. de iureiur. a mo. §. 1. & C. de nõ nu. pec. gñaliter. Accur.

ADDITIO. Scilicet sola, sed cum adminiculis sic, puta si a tribus testibus sit annotata, pro tertio tamen, si persona scribens sit legalis, scriptura priuata facit semiplenam probationem, ut per Io. Fab. & Ang hic.

m ¶ Improbis. s. prima facie, quæ forte probæ apparebunt tandem, sic C. de episc. & cle. l. omnes, qui. circa prin. secundum Io.

n ¶ Manifestissimis. quia contra scripturá.

* ¶ Nam statur instrumento, donec cõtrarium probetur. l. cum precibus, C. de prob. quid uero in scriptura priuata. dic ut infra de fideiuss. §. ult. in gl. & tit. de lit. obl. in princip. in gl. super uer. si quis.

o ¶ Scripturam. s. aliam, quod est melius.

* ¶ Ann. hoc loco, æquiparari probationé quæ fit per testes, & illam, quę fit scriptura.]

p ¶ Idoneos. Omni exceptione maiores. i. q. nulla exceptio potent eis opponi, ut C. de contrah. & comm stip. l. optimam. Accurs.

q ¶ Eo die. † No. q. dies debet inseri in instrumento, & alia sunt necessaria, ut dixi in auth.

In strumẽta duo sint eiusdem diei, sed diuersi loci, cui stabitur.

† De Cęsariẽsib. aduocatis dix. sup. tit. qui. ali. li. §. at. ex.

† alias ipso toto die.

† Adde pleniorẽ glos. circa solénitates instrũ in l. pe. C. de tab. lib. 10.

auth. vt præpon. nomen Impera. & facit C. de diuers. resc. l. si qua. Sed quomodo hoc probabitur, cum dies instrumenti non debeat exhiberi, vt ff. de edé. l. 1. §. editiones? Resp. Tribus modis petitur instrumentum edi. Primo, vt fundet intentioné ex instrumento reiactor, vel reus ex instrumento actoris fundet exceptionem.

quo a cóficiebatur instrumentum, sese, vel aduersarium suum in alijs locis † fuisse. b

† alias eé.

¶ Stipulatio concepta post mortem stipulatoris, vel promissoris, vel pridie, quam alter moreretur, olim non valebat, hodie valet. Angel.

SYL. ¶ Hec falsa é. l. fi. C. de eden. secundum cómunem intellectum.]

SYL. ¶ Cum neutro casu aduersarius vteretur, quod non debet esse, & túc nulla pars instrumenti debet exhiberi, vt C. de eden. l. fi. in fi. & C. de testi. l. nimis.

Secus intellige, si ad fundatam adiuuandam Bar. in d. §. editiones.

¶ Secundo, scilicet quando aduersarius vtitur. nam tunc editur, vt videatur, an aliquid possit ei opponi, & tunc exhibetur, sed sine die & Consule, ne materia detur falsum fabricandi, vt d. l. ff. de eden. l. 1. §. editiones & si. quemadmodum test. aper. l. 1. §. r. Tertio, vt de falso accusetur, † & tunc etiam cum die & Consule est exhibendum, vt hic, & C. de contrahen. & commi. stipul. l. optimam & C. de fide instrum. l. fi. Alijs autem modis petuntur instrumenta edi, vel tradi per varia genera actionum, vt ff. de eden. l. quædam personæ sunt, sed dictis tribus modis petuntur edi vel demonstrari. Item quomodo hoc est quod hic probat reus, contra iuris ordinem vt C. de eden l. qui accusare? Respō. hoc propter præsumptionem, quæ est contra eú propter scripturam, vt ff. de pac. iuris géńú, §. quod fere. Item numquid duo testes hoc probantes, scilicet alterum contrahentium absuisse sufficiunt? Respon. sic, vt ff. de testi. l. vbi. Sed non ne instrumentum vicem duorum tenet, vt C. de fide instrumen. l. in exercédis, quare videtur, quod in dubio pro instrumentis. Sed certe non directe contradicetur instrumento, sed per obliquum, scilicet se fuisse in scriptura quadam facta Romæ, vel vt testis, vel vt contrahens. Si vero contra eá directe dicit 3., plures quam duo exiguntur, vt vincant scripturam, vt ff. de testi. l. 3. ibi, alias numerus &c.

† Si ite criminaliter siue ciuiliter, & contra quamcúq. parté instrú falsi tas opponat, si alio bono mō pbari nō possit, alias illa pars tantú edic cōtra q̄ opponitur, dēt fi ante exhibitióne accusator se subscribere ad pęná talionis, vt p Io. Fab. & Angel. hic.

** Adde, requiri quattor testes, cum quis vult directo probare contra instrumétum, gl. in § si vero tale in auth. de instr. cau. & fi. aut simulatione contractus etiá duob. testib. probari, vt tradit Spec. in titu. de instr. edi. §. restat & Bal. in d. l. in exercendis.]

¶ Vel dicas, etiā hic exigi tres. Sed núquid, si aliqui testes dicant pro instrumento, vel in eo scripti, vel non tot, vel plures erunt necessarij cótra instrumentum? Resp. sic, quia instrumentum per se vicem duorū tenet, vt dictum est. Item præter ipsum sunt probationes, vt ponis, vt ff. de pignor. cōtrahi. tur. Item quod dicit, eo die, idem dicas si alio tali, quod hic esse nó potuit, vt argum. sup. de verbo. obliga. §. loca. Accur.

¶ Post mortem suam dari sibi nemo stipulari poterat, c non magis d quam post eius mortem, a quo stipulabatur. Ac nec is, qui in alicuius potestate est, post mortem eius e stipulari poterat, quia patris, vel domini voce loqui † videretur. f Sed

ADDITIO.

Ex hac gl. no. qd duo testes probantes per indirectú contra instrumentum, faciunt vacillare instrumentum, quia probant affirmatiuam, & etiam voci viuę magis creditur, quam mortuæ, authent. si quis aliquid, C de testi Christoph.

† alias vī.

a ¶ Quo. Vel etiam alio, dummodo sit tantum remotus locus, in quo dicitur fuisse té pore, quo dicitur instrumentum esse factú q̄ hic non potuit esse, vt ff. de verb. obliga. l. vl. §. fi. & sup. de verb. obl. §. loca. Accur.

b ¶ Fuisse. alias, esse, & tunc expone profuisse, sic sup. de ijs qui sūt sui, vel alieni iur. §. in potestate. Accur.

¶ Post mortem. CASVS non figuratur, cum simus in l. corrigente. Ratio enim dubitandi erat ius antiquū, quod mouebatur, quia executio talium stipulationū videbatur impossibilis, & quia quando conferebatur in pridie mortem conferebatur in diem omnino incertā: cum non posset sciri, quando futurus esset ille dies, cum nesciretur dies mortis, a quo pendebat. Correctionis autē ratio est, quia tales stipulationes possunt habere effectū, cum inductum sit eas posse habere locum in persona hæredū, & posse ab hæredibus incipere. No. q̄ stipulatio cócepta pridie, vel post mortem stipulatoris, vel patris eius, aut dñi aut ipsius promissoris, licet olim esset inutilis, hodie valet. Itē quod vox filij vel serui, fingit vox patris aut domini. Item, quod in stipulationibus attenditur potissime consensus contrahentium. SYL.

c ¶ Nemo stipulari poterat scilicet iure vetustissimo, quod hodie corrigitur, vt in fin. huius.

¶ Adde, quod immo iure, ff. alioquin superflua esset correctio. l. fi. C. de contrahend. & committen. stipu. Nec obstat. l. quodcūque, §. non solum ff. eo. quia loquitur in stipulatione. Cum mutiat. de qua in seq. §. SYL.

d ¶ Non magis. Quia nec hæc valebat. Acc.

e ¶ Eius. s. patris vel domini.

f ¶ Videretur. Vnde sicut patre, vel dño sic

 si pu-

stipulâte erat stipulatio inutilis, ita & seruo talia verba dicente vel filio, vt hic, & supra. eo. §. ei vero qui & facit, C. de impu. & alijs substi. l. fin.

a ¶ Pridie. i. die præcedente mortem, vt ff. de feri. pridie.

† alias stipuletur.

b ¶ Erat. scilicet olim.

c ¶ Sed cum, vt iam. Nunc corrigit.

d ¶ Dictũ est. s. sup. de verb. oblig. §. ... vers. sed hæc.

e ¶ Placuit, vt C. de contrah. & committen. stip. l. scrupulosam.

ADDITIO.

Et si quando constat de mẽte contrahentium, secundũ etiam fit inter pretatio etiam in ijs, quæ stricti iuris sunt, quod facit, vt statutum recipiat interpretationem extensiuam etiã actiuam, si sic constet de mẽte statuentiũ, alias secus, vt per Ang. hic.

f ¶ Valeat. s. statim. efficax autẽ erit post mortem, vnde ab hærede & contra hæredem incipient actiones hodie. quod olim non erat, vt C. vt actio. ab hær. & contra hær. l. 1.

& si quis ita † stipularetur, Pridie [a] quam moriar, vel, Pridie, quã morieris, dare spõdeas? inutilis erat [b] stipulatio. Sed cum, [c] (vt iam dictum [d] est) ex consensu contrahentium stipulationes valeant, placuit [e] nobis etiam in hunc iuris articulum necessariam inducere emendationem, vt siue post mortem, siue pridie, quam moriatur stipulator, siue promissor, stipulatio concepta sit, stipulatio valeat. [f]

¶ Ratione præposteræ conceptionis non viciatur stipulatio. Accursius.

¶ Item si quis ita stipulatus erat, Si nauis † cras ex Asia venerit, [g] hodie dare spondes? inutilis erat stipulatio quia præpostere [h] concepta est. Sed cum Leo inclytæ recordationi in dotibus eandem stipulationem, quæ præpostera nuncupatur, non esse reijciendam existimauerit, [i] nobis placuit, [k] & huic perfectum robur accommodare, vt non solum in dotibus, sed etiam in omnibus [l] valeat huiusmodi conceptio [m] stipulationis.

¶ Stipulatio cum moriatur promissor, vel stipulator, vel post mortem tertij, valet etiam de iure veteri. h. d. Accursius.

SYL. ¶ Item si quis. CASVS in l. corrigente non figuratur. ratio autẽ l. antiquę erat ipsa præposteratio, q̃ semper videtur viciare, ratio autem l. corrigentis est, quia in ijs, quæ coniunctim fiunt, non curatur quod prius, quodve posterius fit. l. quidam, ff. de pecu. leg. a. cum ordo non est formalis. No. quod stipulatio, quæ habet executionis diem præuenientem ortum obligationis, hodie valet, licet olim esset inutilis. Item, quod præposteratio non viciat stipulationem nec alios cõtractus. Item, quod stipulatio, cum moreretur promissor aut stipulator, etiam iure, ff. valebat.

¶ Item, quod stipulatio cõcepta post mortem tertij omni iure valida est.]

g ¶ Itẽ. Venerit, post hoc verbum, venerit, est punctum, & subaudi, quandoque vel vsque ad annum, si autem esset post illam dictionem, hodie non esset stipulatio inutilis etiam iure veteri, sed vtilis & conditionalis, vt supra de verborum obligat. §. sub conditione.

h ¶ Præpostere. Primo enim debet venire nauis secundum naturam conditionalis stipulationis, vel conditionis, quam dari hodie.

† alias nõ cras. & in li. quoq; Acc. vñ nõ extitisse, vt colligit ex gl. ff. Theophi. ubi apparet dere esse.

i ¶ Existimauerit. Scilicet cum ita stipulabatur mulier, Si sine liberis decesserit permittis mihi dotem reddere, vt de ea possim testari? cum prius testari proponebat, & ea mortua dotẽ reddi, vt C. de iu. do. l. si mulier.

SYL. ¶ Hoc exemplum non pertinet ad hunc tex. quia in d. l. si mulier. ratio dubitandi nõ sumitur ex causa præposterationis, sed ibi dubitabatur, nũquid illa verba, Vt de ea testari possit, importarent conditionem an causam, & vtrum finalem, an impulsiuam, & deciditur, quod important impulsiuam, vnde non facit, præsertim quia constitutio illa est Diocle. non Leonis.

¶ Vel dic secundum Ioann. cum stipulatur maritus sic. † Si dabis mihi 10. promittis te mihi nupturam. primo enim nubere, & post ea dare debebat.

† alias si dabis mihi 10. nõ dotis promittis &c. ordo scripture antẽdendus nõ est.

K ¶ Placuit, vt C. de test. l. præposteri.

l ¶ In omnibus. s. obligationibus.

m ¶ Conceptio. Exactio tamen fit post cõditionem existentem, vt C. de test. præpost. in fi. Et facit ad hunc §. q. non sit curãdus ordo scripturæ, ff. de pec. leg. l. quidam, & sup. de leg. §. ante & ff. de sol. nec enim.

** Adde, q. sique ordo scrip. multum prodest, nã qui prior est in ordine scriptu. prior quoque ipse iure hinc est, q. si in eo. instro bona sunt obligata, primũ Titio, deinde Seio, hypotheca Seij censenda est posterior propter ordinem scripturæ, Bal. l. atheniensis, C. de fur. An. in auth. de hæ. & fal. §. enim.

a ¶ Ita.

¶ Ita autem stipulatio concepta, veluti si Titius dicat, Cum moriar, dare spondes? vel, Cum morieris: & apud veteres vtilis erat,[a] & nunc valet. Item post mortem alterius[b] recte stipulamur.

Verbum, promisis[se], in scriptis repertum importat stipulationẽ. Aretinus.

¶ Si scriptum[c] in instrumento fuerit promisisse aliquẽ, perinde[d] habetur, atque si interrogatione præcedente responsum sit.

¶ Si plures res deducãtur in stipulationem, & simpliciter respondet promissor, ad omnes tenetur: aliàs ad eas tantum, in quibus respondit.

¶ Quoties plures † res vna stipulatione comprehenduntur, si quidẽ promissor simpliciter respondeat, Dare spõdeo: propter omnes tenetur: si vero vnam ex his, vel quasdam daturum se spoponderit,[e] obligatio in ijs, pro quibus spoponderit, contrahitur,[f] Ex pluribus enim stipulationibus vna, vel quædam videntur esse perfectæ. singulas enim res stipulari, & ad singulas respondere debemus.[g]

¶ Stipulatio de dando alteri non valet, nisi fuerit apposita pœna. h.d. Ang.

¶ Alteri[h] stipulari (vt

† Facit ad hunc §. c. p̃.terea cũ glo.a. ibi, itẽ arg. ex tra de verbor. sign.

a ¶ Ita. Vtilis erat. Vt ff. de bon. auct. iu. pos. l. hæreduarium.
b ¶ Alterius. §. tertij.

SYL. ¶ Si scriptum. CASVS in regula non solet figurari. ratio tamen dubitandi potuit esse, quia ad essentiam stipulationis requiritur certa solẽnitas, quæ debet constare, vt dicatur stipulatio: quia aliàs alius esset contractus, sed cõtrarium deciditur, quia quoties in scriptura dictum est, aliquem promisisse, fauore actus in potentiori significatu fit interpretatio. l. quoties ff. eo. Nota. q̃ dr̃ in summa. si tñ disputatiue vis videre alibi subtilem intelligentiam huius tex. vide Fortu. in l.1. in x. col. ff. de pa.

c ¶ Si scriptũ. Numquid idẽ sit, si testes dicunt aliquem promisisse, vt etiam tunc intelligatur interrogatio? Vr̃ q̃ sic, vt C. ď fid. instr. in exercendis. Sed tamen contradico, vt C. de vsu. l.1. Et est ratio secundum Ioan. quia testes non sic in iure instructi sunt, vt instrumenta, quæ à iurisperitis fiunt.

¶ Adde, q̃ ita se habet communis sentẽtia, non tñ per rõnem gl. quia idẽ est in priuata scriptura, † quod in instrumento, quæ tñ ab imperitis plerũque fit: & nõ hr̃et locũ in testib. per istis dic tñ, q̃ rõ est quã ponit Bar. in d. l.1 C. de vsur. & in l. sciẽdum col.2. ff. eo. ]

† l.1. C. de contrahẽ. stipu.

** Ratio est hæc, quoniam verba testiũ ambigua aduersus eum, qui produxit, interpretãtur: id aũt verbũ ambiguũ eẽ certũ est, cũ etiam simplex pactio promissio dici possit.

d ¶ Perinde. nisi contra probetur, vt ff. de pac. iuris gentium, §. quod ferè.

SYL. ¶ Quoties plures. CASVS. Quærebatur, an si quis de plurib. reb. interrogasset, & responsio simplex esset, valeret stipulatio. & videbatur, q̃ nõ, quia nõ erit seruata forma interrogationis & rñsionis, cuius cõtrariũ dr̃ ex eo: quia simplex rñsio in dubio continet intellectualiter non expressa: sed maius erat dubium in secundo casu ex eadem ratione, quia differebat interrogatio a responsione contra formam ipsius, cuius cõtrarium dr̃, quia tot censentur esse virtualiter stipulationes, quot sunt res in stipulatum deductæ: ideo vna per aliã nõ vitiatur. No. rñsionẽ simplicem referri ad oĩa interrogata. Item, q̃ si rñsio sit in aliqua ex rebus specificatis, valet in eis. Itẽ, q̃ si plures res copulatæ in stipulatũ deducuntur tot censentur esse stipulationes, quot res.

e ¶ Spoponderit, alias, respõdeat.

f ¶ Contrahitur. Immo videtur non valere, cum sit diuersitas in respondendo, vt sup. eo. §. præterea. Sed distingue, vt ibi diximus.

g ¶ Respondere debemus. Si volumus in omnibus teneri, aliàs tenemur tantum in ijs, in quibus respondemus, vt h. c. item & sufficit simplex responsio, vt diximus, cum æquiparetur ei, quãdo ad omnes respondet sic. ff. de verbo. obl. l. Titia, §. idem respondit, & sup. eod. §. præterea.

* Adde, multũ interesse vnane sit pluriũ rerum stipulatio, an plures, quod docet Accu. in l. scire debemus, vbi tex. multum faciens ad hunc nostrum, ff. de verb. oblig.

¶ Alteri. CASVS non figuratur aliter; quia posita est supra figuratio ipsius in §. si quis alij, & in tex. assignatur ratio. Not. igitur q̃ stipulatio, per quam stipulator id agit, vt nõ sibi, sed alteri acquirat, regulariter nõ valet nisi apponatur pœna. Itẽ, quod ad validitatem stipulationis pęnalis non attẽditur, an sua intersit. Item, quod in stipulatione pęnali, quæ sub conditione concipitur, inspicitur quantitas à partibus expressa. Item quod si sua intersit, valet stipulatio.]

h ¶ Alteri. Sic ff. de verbor. obliga. stipulatio ista §. alteri.

** Adde

** Adde, quod huiusmodi stipulatio facta alteri vsque adeo inutilis est, vt non solum nō patiatur actionem, sed nec exceptionem quoque. l. si actionem, secūdum lect. Iac. Ra. Pe. Cyn. & Sal. C. de pact. Ex quo fit, vt si stipulatus sim, ne a me, neue à Titio quid petatur, non proderit Titio, etiam si mihi hīs exciterit. l. si tibi x. §. si pactus, de pact.

* Valet tamen stipulatio in vim pacti: & sic secundum ius canonicū dabitur actio: de quo vide Fortu. in l. legitima, col. 30. ff. de pac. Sed aduersus hunc tex. adhibet multa remedia Fel. in prooem. Decre. col. 5. ver. circa quod dicunt.]

supra dictum est [a]) nemo potest. Inuentæ enim sunt huiusmodi stipulationes vel obligationes ad hoc, vt vnusquisque acquirat sibi quod sua interest, ceterum si alij detur, nihil īterest stipulatoris. Plane si quis velit hoc facere, pœnam stipulari † conuenit: vt nisi ita factum sit, vt est comprehensum, committatur pœnæ stipulatio etiā [b] ei, cuius nihil interest. Pœnā [c] .n. cum stipulatur quis, non illud inspicitur, quod intersit eius, sed quæ sit [d]

† aliâs cōueniet.

a ¶ Vt supra dictum est. Supra eod. §. si quis alij. hoc tamen fallit in multis casibus, vt ibi diximus. Et not. q̧ hic tribus modis alteri stipulamur. Nam interdum directam acquirimus actionem (subaudi alteri stipulando) vt filius patri, seruus domino, & econtra, vt sup. eodē. §. si quis alij. & §. ei vero. qui quandoque vtilem: vt tutor pupillo, & in similibus ratione officij, vt seruus publicus, vt ff. de consti. pec. l. eum qui. §. pe. & ff. rem pu. sal. fo. l. 4.

Stipulādo alteri qñq. sibi actionē q̄rim⁹, qñque nō.

SYL.

† Facit l. 1. in §. plane ij. ff. d̄ magist. conueni.

* Hoc verum etiam in conuentionalibus, & in quolibet publico officiali, Bar. in l. 2. ff. rem pu. sal. for.]

¶ interdum nullam, & tunc necessaria est pœna, vt hic dicitur. Item not. quod hoc vltimo casu verba stipulationis, & sortis, & pœnæ possunt formari tribus modis. Aut enim sic dico, Promittis mihi, quod dabis illi? & eodem modo pœnam, Aut sic, Promittis illi, quod dabis ei? & eodem modo pœnam. Et in his duobus casibus non valet neque sortis, neque pœnæ promissio, sed aliud, quando deberet vtilis, vel directa acquiri. vt in primis duobus casibus, vt ff. de consti. pe. l. eum. §. si actori. & §. iulianus, & hic. Aut sic, Promittis mihi, quod dabis illi? at pœnā mihi tantum stipulor: quia & tunc habet locum quod hic dicitur. Aut quarto modo dico, Promittis, quod dabis mihi recipienti nomine eius? quo casu valet vtrūque & ego illi cedam, cuius nomine stipulatus sum, vt ff. de mand. si procuratorem, §. fin.

Stipulatio alteri facta potest trib. modis formari.

ADDITIO. Et hoc verum siue sim procurator habens mandatum, siue negotiorū gestor saltem generalis, vt mihi acquiram, & postea cedam, sicut procurator cum ratihabitione &c. vt l. fi. C. ad Maced. & l. si ego ff. de negotijs gestis, vt per Ioan. Fab. & Ang. hic.

¶ Adde, quòd tertius modus glo. magis adaptatur huic tex. vt probatur ibi, Ergo si quis &c. vsque in finem.

b ¶ Etiam ei, scilicet stipulanti, cuius tamē non interest dari ei cui fuit stipulatus, nec mirum, quia sibi fuit stipulatus pœnam, vt modo diximus & facit, ff. de arb. l. cū pœna. Sed cōtra ff. de arb. l. aduersus, §. sed si cum. Sed ibi nō directo cōtra arbitrātur, & ideo inspicitur, an intersit etiā in pœna, cum ad ea, quę frequenter accidunt, iura se referant, vt digest. de legi. l. nam ad ea.

¶ Referes ad 1. responsum d. l. aduersus, quia alia respon. sunt infrequentia.

SYL.

* ¶ Animaduertendum, quod adiectio pœnæ concipi debet in personam stipulantis, nam si eam alteri stipularetur, itidem nihil ageret, l. arbiter intra, digest. de arbitr. & l. qui res. §. qui stipulatur. digest. de solution.]

¶ Item contra, ff. si quis in ius voc. l. 2. §. fin. Sed ibi in pœna prætoria: hic autem in conuentionali dicit. Vel ibi ideo non committitur, quia non debuit venire, quia aduersarij non intererat, & ita per obliquum illa ratio redditur.

c ¶ Pęnam enim cum stipulatur. Not. quòd cautè ponit, stipulatur, nam secus est, cum paciscitur tantū: cum pœna ex nudo pacto, etiam in continenti apposito, sicut vsura nō possit peti, vt ff. de seruis expor. l. seruus, & C. de vsur. l. 3.

Pœna ex pacto non pōt. peti.

¶ Declara, nisi paciscentis statim intersit pecuniariter d. l. seruus, ibi, acturus vtiliter, vel subsit causa affectionis, secundum Ang. hic & de ipsius veritate, vide Fort. in l. iuris gen. §. quinimmo, col. 18. ff. de pact.

† Dic q̧ ibi loquit̄ ī pœna legali, q̄ nō excedit quadruplum, sed nos loquimur ī pœna cōuentionali que pōt excedere quadruplū ex dispositione cōtrahentiū. mirius .n. agit̄ cū lege, q̄ cū hoīe, vt l. si cū dies. § fi. & l. sequē. ff. de arb. Chr.

d ¶ Quæ sit quantitas. id est quæ sit quantitas, & quæ sit conditio. Inspicitur conditio, vtrum sit possibilis, vel probabilis, vel non, vt sup. eo. §. si impossibilis. & inf. eo. §. quod turpi. Quantitas vero quæ sit, inspicitur, vt quātacunque sit, petatur certi condictione, si est certa: alias si stipulatio est incerta: actione ex stipulatu, vt hic & sup. de verb. oblig. in princip. Ista enim nomina, quis & quę, substantiæ sunt significatiua. non quantitatis, scilicet certæ, vel taxatæ, vel taxandæ: & hoc secundum Azo. Sed contra est, vt infra de actioni. §. omnes. Solue vt ibi. † Item contra, ff. de euictionibus, l. si dictum. Sed ibi sic agebatur. Item cōtra, C. de spon. l. mulier. §. pen. Sed illud fauore matrimonij, ne in infinitum

quantitas in conditione [a] stipulationis. Ergo si quis ita stipulet, Titio [b] dari? nihil agit. Sed si adiecerit pœnã. Nisi dederis, tot aureos dare spondes? [c] tunc cõmittitur [d] stipulatio.

¶ Stipulatio, quòd detur ei, cui dari mea interest, tenet. Aret.

¶ Sed & si quis stipuletur alij, cum eius [e] interesset, placuit stipulationem valere. Nam si is, qui pupilli tutelam administrare cœperat, cessit [f] administrationem contutori suo, & stipuletur rem pupilli saluam fore; quoniam interest stipulatoris fieri, qđ stipulatus est; (cum obligatus futurus † esset pupillo, si male res gesserit) tenet obligatio. [g] Ergo & si quis procuratori suo dari stipulatus sit, habebit vires [h] stipulatio. Et si creditori suo quis stipulatus sit, quod [i] sua interest, ne forte vel pœna cõmittatur, vel prædia distrahantur, quę pignori data [k] erant, valet stipulatio. [l]

¶ Promissio facti alieni non valet, nisi apposita sit pœna. hoc dicit Angelus.

¶ Versa [m] vice, qui alium facturum promisit, videtur in ea esse causa, vt non teneatur, nisi pęnam [n] ipse promiserit.

¶ Nemo potest stipu-

† alias fit.

nitum pœna excedat, vt C. de inut. stipul. l. 2. Alij, vt M. dicunt vsque ad duplum, & in hoc consideratur hic quantitas, vt duplum non excedat, secũdum eum, vt C. de senten. quæ pro eo quod inter. l. 1. Alij, vt Ioann. distinguunt inter eum, qui scienter promittit vltra duplum, cum sciat se non teneri, vt ille teneatur, alias non, vt ff. si quis cautio, sed & si quis, §. fin. Alij dicunt, vsque ad quadruplum semper extendi, & non plus, vt infra de actionibus, §. omnes. Prima verior est. Accurs.

ADDITIO.

Quę procedit, vbi datio quantatis non est in obligatione, vt quia promittis datum ũ te centum Titio, ad ea enim agere non possum, & sic facti obligationi pœna censetur apposita, secundum Io. Fab. & Angel. hic.

a ¶ In conditione stipulationis, id est in pœnali stipulatione, quæ est conditionalis, scilicet, si non pareat promissor principali promissioni. Accur.

b ¶ Titio dari, vt promittis Titio, vel mihi, quod dabis Titio?

c ¶ Spondes. s. mihi alias non valet hoc, vt modo diximus, Accurs.

d ¶ Committitur stipulatio, scilicet pœnę, eo non dante, non autem illa inutilis efficitur vtilis, sed pœnæ metu & illis statur, vt alias, C. de arb. l. 1. Accur.

* ¶ Neque enim conuenit, ut adiectio pœnæ quæ est quædam quasi accessio cõfirmet stipulationem principalem l. quod per manus, de iur. codicil.

e ¶ Sed & si quis. Eius. s. stipulantis.

* ¶ Hic §. sumptus est ex d. l. stipulatio ista, §. si stipuler. ff. eo. cuius dispositionem extẽde, ut idem sit, & stipulatio reconualescat, si post stipulationem incipiat interesse stipulatoris, licet ab initio suã nõ interesset, ut placet Bar. in d §. alteri, & ibi Alex. in fi. q alios multos adducit: id quod & ex hoc loco manifeste deprehenditur.

¶ Adde, quòd hic dicitur de interesse, intelligi de pecuniario glo. Bart. & alij in l. fideiussoris, ff de pac. Item. q, si post stipulationem desinat interesse stipulatoris, non cõmittitur stipulatio, nec ex ea agi potest, l. pr dotẽ, in princ. ff. rẽ rat. hab. Roman. conf. 193. incip. negari. vers. vlt.

f ¶ Cessit. Sic. sup. de sat. tut. § 2. alias, 3.

g ¶ Tenet obligatio. Nã vtilis actio pupillo dat, vt ff. de ma. conue. l. 1. §. pen. hẽ ipsi stipulãti directa acquirit, vt hic dicitur.

* ¶ Vide Bar. in d. §. si stipuler. col. 2. vers. 2. fallit, ** & dictũ gl. nõ applices ad exẽplũ tex. nri, q a i hoc casu nulla acquritur actio ipsi pupillo ex hac stipulatione, sed ei prospectum fuit priori stipulatione, qua is, qui modo cessit administrationem, dum sibi fuit ab initio decreta administratio, tantũ dedit pupillo rem eius saluam fore.]

h ¶ Habebit vires. Interest. n. mea procuratori meo solui quæ in rem meam expendit. ut infra, man. §. tua gratia & mandantis.

i ¶ Quod sua interest. q, id est quia. Accurs.

k ¶ Data. Ab isto. qui nunc stipulatur.

l ¶ Valet stipulatio, Non ut procuratori, uel creditori actio cõpetat, sed qui stipulatus est aget actione ex stipulatu ad interesse, quanti sua interest creditori, uel Procuratori, fuisse solutũ, ut C. de inut. stip. l. fin. & ff. de uerb. obl. l. liber hõ, §. si. & C. de do. cũ res. Vel ĩmo nos aget certi condõne ad interesse, q probamus, sup. quib. mo. re cõ. oblig. in princ.

¶ Versa uice. CASVS figuratio pendet ex dictis in §. alteri, & nihil notandum est ultra summatium.] Et l. nemo 2. ff. de uerbor. obli.

m ¶ Versa uice. Ad superiorem, §. alteri.

n ¶ Pœnam, Sed & tunc ad pœnam tantum tene-

tenetur, & facit supra eodem, si quis alium.

SYL. ¶ Item nemo. CASVS non figuratur nisi literaliter, ratio autē decisionis est, quia stipulationes inuentæ sunt, vt quisque stipuletur, quod sua interest, §. alteri. sup. eod, stipulari autem quod meū est, mea non interest, cum non possit amplius effici meum. Nota. nihil est vltra summarium.]

† Ex l. nemo 2. ff. de verb. oblig.

† alias stipulatus ē.

¶ Item rem suam. Angelus.

¶ Item † nemo rem, suam futuram, [a] in eū casum, quo sua sit, [b] vtiliter † stipulatur. [c]

¶ Consensus in corpore vitiat stipulationem.

[g] Si de alia re stipulator senserit, de alia promissor, perinde nulla contrahitur obligatio, † ac si ad interrogatum respōsum non esset: veluti si hominem Stichum a te quis stipulatus fuerit, tu de Pamphilo senseris, quem Stichum vocari credideris. [d]

¶ Stipulatio turpis, vel ex turpi causa descendens, non valet. hoc dicit Angel.

¶ Quod turpi ex causa promissum est, [e] veluti si quis homicidiū, vel sacrilegium se facturum † promittit, nō valet. [f]

¶ Stipulatio conditionalis transit ad hæredes stipulatoris, & promissoris. Aretinus.

¶ Cum quis sub aliqua conditione stipulatus fuerit, licet ante

a ¶ Item nemo. Futuram, Vt partum ancillæ, vel fœtum animalium suorum. quæ sua futura sunt, vt supra de rerum diuisio. §. item ea. Item multo magis stipuletur rem, quæ nunc est sua, vt sup. eodem, §. 1.

† vt supra eo. §. præterea.

b ¶ Quo sua sit, Hoc ideo, quia in eo casu, quo sua futura non est valet stipulatio, vt ff. de verbo. oblig. si rem meam Accur.

* ¶ Huc pertinent quę scribit. Accur. supra eodem. tit. §. 1. in ver. suam.]

c ¶ Stipulatur. Scilicet dari. Et est ratio, quia quod suum est, amplius suum fieri non potest, vt infra de actio. §. sic itaque. restitui tamen possum stipulari, vt ff. de verbor. obligat. nemo t. respon. & ff. vsufruct. quamadmodum. caue. l. 1. §. sed quod diximus.

SYL. ¶ Adde, quod quamuis docto. varie distinguant de datione & possessione pura vel cōditionali, omnia ad hoc reducuntur, an ex tali stipulatione tunc interest: & valet: aut interesse speratur: & attenditur euentus ille, ex ratione huius tex.

SYL. ¶ Si de alia re. CASVS. Quærebatur, si ab altero in stipulatione esset erratum, verba autem sint apta ad concipiendam stipulationem vtrum valeat, & videbatur quod sic, quia cum forma verborū clara sit & ipsa stipulatio ex verbis ipsis essentiā capiat, valere videtur, cuius contrarium deciditur, quia cum deficiat consensus in illo, quod vere promittitur, quātūs verba ipsa aliud indicent, non potest cōuentio subsistere. No. summarium.]

d ¶ Credideris. Hoc est verū, quādo certum est eos dissensisse, vt ff. de verb. oblig. l. continuus, §. 1. alias autem si potest secundum vtriusque intellectū valere, valet secundum intellectum promissoris, vt ff. de verb. oblig. qui ex pluribus, & l. stipulatio ista §. eū qui. † Nec obstat quod dicitur minorem præstari debere, vt ff. de legat. 1. apud Iulianum §. scio. quia minor ē, quā dare vult promissor, vt inf. de actio. §. præterea. Si autem secūdum vnius intellectum tantum valere potest, secundum eius intellectum valet: vt, Hodie date mihi Bononiæ 10. promittis? si enim de hac Bononia, in qua sumus intelligatur valet: alias non, vt ff. de verbor. obliga. l. quoties in stipulationibus. & de rebus dubijs. lege quoties. 2.

† Nisi fauorabilius esset scd̄m stipulatorē interpretari lege in ambiguis, ff. de regu. iur.

† aliàs promittat.

* ¶ Intellige hunc §. locū habere, vbi dissensus est in re, de qua principaliter agitur, non in accessorijs. l. si in emptione, in prin. ff. de contrahen. empt.

SYL. ¶ Quod turpi. CASVS in tam manifesta regula nō figuratur, quia tex. seipsum exēplificat. No. q̄ stipulatio cōcepta est turpi causa præterita vel futura non valet. hīc, q̄ promissio facti turpis omnino est inutilis.]

e ¶ Promissum est. Siue dicā, Promittis homicidium facere; siue dicam, Promitto, 10. quia promittis facere homicidium vt ff. de verb. oblig. l. generaliter. Adde, q̄ hæc fideiussio tenet. l. si a reo, §. vlt. ff. de fideiuss.

f ¶ Non valet. Huiusmodi enim cōditiones turpes, impossibiles præsumūtur a iure vt ff. de condit. instit. l. si filius. vnde non valet stipulatio, vt supra eodem. §. si impossibilis. Circa quod tn̄ dic, q̄ aut ipsum, qđ promittitur, est turpe: vt facere homicidiū: & tunc non valet, nec etiam pęna apposita, Bar. in l. si a reo, §. fi. ff. de fideiu. ff. de verb. obl. gn̄aliter. & l. veluti. & l. si plagij idē dico & si sub condōne turpi, vt hic. Aut si honestū promittat, sed tn̄ turpiter: vt dare decē, sed metū, vel p̄ dolū, & tunc valet p̄missio facta. sed exceptione elidit̄, vt C. de inut. stipul. l. dolo. nisi in casu, vbi ipso iure non valet promissio facta per metum, vt ff. qđ metus cau. l. si mulier. § si dos secūdū Ioan.

¶ Dic,

cōditionem decesserit, postea existente conditione hęres eius agere potest. Idem est† & ex promissoris parte.

¶ Qui promittit certo tempore dare, non pōt cōueniri, nisi totus terminus sit elapsus.

¶ Qui hoc anno, b aut hoc mense dari stipulatus est, nisi omnib. partibus anni, vel mensis præteritis, c non recte petet.

¶ Promissori datur tēpus habile ad soluendum. Aretinus.

¶ Si fundū dari stipuleris, vel hominem, nō poteris continuo agere, nisi tantum spacium prætererierit, quo traditio fieri d possit.

† Sic.ff.de ver.oblig. l. si quis Titius.

¶ Dic, q ratio specialitatis est, quia cū pactum dotis remaneat nudum (debet enim intelligi, vbi sine stipulatione promissio facta est) producat autē actionē nō propter se. sed auxilio l. non est mirum, si tunc.l. nolit ipsam actionem producere: & quāuis hodie tale pactum habeat stipulationem, hoc est fictione iuris, quæ cessante æquitate nō hēt locum, si vero esset facta per stipulationē, tūc secundum Bartol. non hēt locum ille textus cuius opin. mihi placet ex rationib9 suis.

* ¶ Dispositio huius §. in tantum est vera, vt ne accedente quidem iureiurādo huiusmodi promissio teneat. l. iuris gen. §. si paciscar in fi. de pact.

¶ Adde pro ornamento materiæ huius §. ea quæ eleganter scribit M.T. lib. 3. de offic.

SYL. ¶ Cū quis. CASV figuratio elicit ex ea, quā posuimus in §. ex conditionali, sup. de verb. obl. Not. q spes futuri debiti actiue & passiue trāsmittitur ad hrd.s tā stipulatoris quā promissoris ex stipulatione conditionali.

a ¶ Agere pōt. Hoc in cōtractibus, vt hic, & sup. de verb. obl. §. ex cōdōnali, aliud in relictis, vt C. de cad. tollē. §. sin aūt aliquid, & ff. de man. test. l. si ita scriptum fuerit, in fi. l. Et facit ad hunc. §. ff. de peri. & com. rei vend. l. necessario, §. quod si pendente. 1. respon.

SYL. ¶ Qui hoc anno. CASVS Dubitationē faciebant quę habentur. sup. de verb. obli. §. at si ita, de stipulatione annua. decidēdi rō est quia tēpus hoc est appositū gratia promissoris. vnde necesse est, vt trāseat ad eius beneficiū. In secūdo casu dubitationē faciebat tex. in §. omnis, sup. de verb. oblig. ibi cōfestim peti potest. decidendi ratio est æquitas, quæ non præsumit aliquem venisse cum sacco paratum. Not. collige per te, quia facilia.

b ¶ Qui hoc anno. id est, qui stipulatus est his verbis. Promittis hoc anno, vel hoc mēse? Et nota quòd iste §. est lex. ff. de ver. obli. & incipit, qui hoc anno.

c ¶ Præteritis. id est elapsis: sed sec9 est in relictis, fauore vltimę volūtatis: nam in capite anni præstatio sit, vt C. quando dies leg. ced. l. 1. Vel distingue aut promittit per hæc verba, hoc anno, vel quolibet anno. & tunc in fine anni fit solutio, vt hic, & ff. de verborum obligatio. qui hoc anno. & l. eū qui certatum.

Solutio qn̄ fiet, si hoc anno promissū sit,

¶ Aduerte in exemplo de quolibet anno; quia tūc idem est, ac si singulis annis sit ,promissum: quo casu tempus interpretatur appositū gratia multiplicandæ obligationis.

¶ Aut annuum: & tunc in capite anni fit solutio, siue legatum sit, siue in contractu fiat repromissio secundum Ioan. & B. vt ff. de conditio. & demonst. l. si in annos & ff. qñ dies leg. ced. nec semel. † Vnde versus: Annua si debes, tunc inspicies caput anni. Anno si debes, in fine teneberis anni. Sed quid si vsque ad forum rem promiseris? Videtur, quod statim incœpto foro possit agi, vt ff. ad Treb. l. qui filiū §. Sabinus.

† Adde l. 1. C. codē Versus.

SYL. ¶ Adde, quòd §. Sabinus non probat, quia non loquitur in termino. q. Item quia illa decisio est specialis fauore filij. l. non putabam. ff. de condi. & demon.

d Si fundum. Fieri possit cum commodo promissoris, vt ff. de verbo. signific. l. Nepos Proculo, nec tamen nimium expectatur, licet prius non possit soluere. vt ff. de verborum obligat. continuos, §. illud. item & si in continenti potest, non tamen ideo statim exigitur, vt ff. de solu. quod diximus, quoddam ergo tempus medium exigimus, scilicet 10. dierum secundum quosdam, vt ff. de constitu. pecu. l. promissor. Vel dic, arbitrio iudicis, cum lege non sit determinatum: vt ff. de iure delib. l. 1. in fin. qui iudex statuet tempus quoddam. nec nimium, nec modicum. vt ff. de solu. l. ratum. & rem rat. habe. l. quo enim, §. 1. & infra de officio iudic. 1. respon.

Promissor an statim conueniri possit.

* ¶ Vide ad hoc Bartol. in l. cedere diem. ff. de verborum significat. qui distinguit. Item nūquid idem in quantitatibus quod in speciebus hic dicitur? Respon. non, immo tempore tanto, quantum iudicatis datur, expectatur, vt ff. de iudic. l. si debitori, scilicet 4. mensium, (1) vt C. de viu. rei iudic. l. 2. secundum quosdam vel verius, dic vt notatur supra de verborū obligat. §. omnis in glos. 1. statim. &c.

ADDITIO (1) Quibus pendentibus capi poterit, nisi satisdet, quod aduentente termino satisfaciet: nec interim compensare vel aliquid exponere poterit, quia tale tempus miserationis causa conceditur, secundum Angel.

De

¶ De fideiussoribus.

Cõtinuatio. ¶ Continua sic. Visum est de ijs, qui principaliter obligantur ex pluribus contractibus uerum quia ut hic dicit text. in princ. pro eo, qui obligatus est, solet accedere fideiussor, ideo post illos titulos subijcitur iste de fideiussoribus. Aret.

** Fideiussores ex eo appellantur, quod pro alijs fidem suã astringãt, gloss. §. exceptiones, infra de repli.]

## ¶ De fideiussoribus.

¶ Fideiussor est, qui accessorie obligatur ad maiorem cautelam creditori. Ang.

PRo eo, qui promittit,[a] solẽt alij obligari, qui fideiussores appellantur: quos homines [b] accipere solent, [c] dum curant, vt diligentius sibi cautum [d] sit.

¶ Omni obligationi accedere potest fideiussor, & ciuili tantum, & naturali tantum: & non tantum pro homine libero, sed etiam pro seruo. Aret.

¶ In omnibus [e] † autem obligationibus assumi possunt; id

Diuisio. PRo eo. ¶ Totus iste titulus diuiditur in 5. partes. Primo, qualiter fideiussores accipiũtur. Secundo, in qua obligatione accedere possunt. Tertiò, quãdo sunt plures fideiussores, an in solidũ, uel pro parte quilibet obligetur. Quartò, quod nõ potest fideiussor in plus obligari, quam principalis: & quando dicitur in plus obligari. Quinto quãdo solennitas intrinseca, præsumitur. Secundo ibi, In omnibus. Tertia ibi, Si plures. Quarta ibi, Fideiussores. Quinta ibi, in stipulationibus.

S Y L. ¶ Pro eo. CASVS non figuratur in declaratione terminorum nisi literaliter, præsertim cum ponat text. rationem introductionis lege, ut sit eis magis cautum, qui recipiunt: utile enim est duplici spe niti. l. 3. §. 1. ff. de liber. leg. Not. quod fideiussor est q pro alio obligatur, item, quod inuenti sunt, ut diligẽtius, & cautius res creditoris gerat.

a ¶ Promittit. Scilicet principaliter: scilicet per stipulationem: & idem si quocunque alio modo quis obligetur, ut infra eodem, §. 1. & ff. eodem l. 1. Nũquid autem accessoriæ obligationi accedere fideiussor potest? Respond. sic, ut ff. eodem l. Græce, §. fin. & de pig act. si rem. §. 1.

b ¶ Quos homines. id est, fideiussores.

c ¶ Solent. s. creditores.

d ¶ Cautum sit. Et est cautum sine dubio, ut inf. de replica. §. fi.

¶ Adde, quod promittens pro alio animo nouandi non dicitur fideiussor. Bald. in l. in persona. §. qui pecuniam. ff. de pact. & Dec. cons. 8. col. pen.

Cautio qñ dĩ plena, vel plenior, vel simplex. ADDITIO Vnde plena cautio dicitur cum fideiussoribus: sed plenior cum pignoribus, simpliciter uero prolata ab homine intelligitur sine fideiussoribus. secus si a lege uel à prætore, nisi procederet ultra declarã-do nudam cautionem sufficere. Ang. Aret.

¶ In omnibus autẽ. CASVS. Quærebatur, cui obligationi fideiussor accederet: & iam dictum erat pro promissore obligari: & uidebatur obligari tantum pro promittente, & sic ex stipulatione, iuxta text. in §. si scriptum, sup. titu. 1. item solũ pro eo, qui efficaciter tenebatur, quia accessorium debet esse eiusdem naturæ, cuius est principale l. cum principalis, de regul. iur. nec in plus teneri possunt ea ratione quam principalis, §. fideiussores, infra eod. tamen dicitur cõtrarium, quia uerbum promittit, capitur large in dispositione l. hẽ obligatur naturaliter & ciuiliter pro obligato naturaliter tantum quia potest efficacius teneri, licet non in plus, ut inf. S Y L. † Sic. ff. e. l. 1.

e ¶ In omnibus autẽ obligationibus. Id est in omni specie obligationum, dummodo non sit contra legem, ut ff. eo. cum lex.

S Y L. ¶ Et ratio est quia quando l. resistit, non oritur nec ciuilis nec naturalis. & ideo nulla subsistente obligatione non potest oriri accessoria obligatio: & quamuis naturalis obligatio oriens ex consensu à l. nõ impediatur, impeditur illius effectus quo ad iuris dispositionem, quod idem est, ut dictũ est sæpius, & maxime in §. sed naturalis, su. de iur. nat. gen. & ciui.]

¶ Sed contra. C. ne fideiuss. do. dentur, l. 1. Solu. illud speciale est. (i)

¶ Ratio autem specialitatis est, quia si persona commissa est sine fideiussore, turpe esset non committi pecuniam.

ADDITIO (i) Hoc verum in fideiussore de dote conseruanda. propter perfidiam euitandam inter eos, vt ibi dicit text. Quid autem de dote restituenda, vide in l. si constante, §. quoties ff. sol. matr. Ang.

** Adde, q pro dote danda marito potest accedere fideiussor, sed non pro dote vxori reddenda, vt late per Bald. Noueli. in tracta. dot. in 6. par. 21. priuileg.

¶ Item in præsentibus & futuris negotijs potest accedere fideiussor, vt ff. de iudic. l. nõ quemadmodum, & inf. eod. §. fideiussor.

** Adde, quod fideiussor simpliciter intercedens tenetur etiam de accessionibus & vsuris, quæ veniunt officio iud. mercenario secundum naturam actionis bonę fidei, secus autem in actionibus stricti iuris, Et ideo cũ

actio

actio de dote sit bonæ fidei, tenebitur fideiussor simpliciter assumptus etiam pro alimentis, l. quæro. si loca. Neguſ. de pignor. in 4. memb. 2. par. num. 56.

a Consensu. Siue etiam ex maleficio, vel quasi, vt ff. eo. l. græce. §. sed & si ex delicto.

Hæc glos. vult velle ampliare text. quod non est necessariũ, quia obligationes ex maleficio comprehẽduntur, sub illis, quæ veniũt ex cõsensu, vt nor. per glos. in l. seruus. ff. de ijs, qui notan. in. fa.

b Nec. i. nõ.

Expositio gl. est defectiua, quia dictio, nec, includit copulam: cuius effectus est, q̃ ponatur diuersitas in facto, nõ in iure: cuius contrarium dicendum esset, si non adesset copula, secundum Bart. in l. patris & filij. ff. de vulg. & pup.

c Ciuilis, scilicet tantum, ut pro eo, qui fuit confessus spe futuræ numerationis, ut inf. titu. proxim. habet tamen eandem exceptionem, quam reus, ut C. de non nu. pec. in fin. & l. iam mandatori. Et sic nota ciuili tantum obligationi accedere fideiussorem, ut hic, & d. l. dicitur, & ff. eo. l. fideiussor obligari. §. 2.

d Naturalis. s. ut pro seruo, ut subijcit, & ff. eod. l. fideiussor obligari. §. fideiussor accipi ergo quantum ad dationem fideiussoris non interest: sed quo ad alia multa interest, scilicet inter ciuilem & naturalem obligationem. ut ff. de consti. pe. l. 1. §. debitum, & l. quod si maritus, § si quis autem.

SYL. Ratio diuersitatis est, quia actio de constituta fuit inuenta a prætore ex æquitate, quia cessante cessat obligatio: sed fideiussoria fuit inuenta a l. per vim & puncta rationis, secundum Christ. hic.

e Cui, scilicet obligationi.

f Adeo, id est in tantum.

Seru9 ciuiliter neq; obligari. g Pro seruo. Qui seruus de iure naturali tenetur tantum, non ciuili, ut ff. de condict. indeb. si id quod, & sup. de liber. §. 1. & supra de inutil. stipu §. item inutilis, & huic naturali accedit hic fideiussor. At ipse seruus fideiubere non potest, ut ff. cod. l. seruus inscio, & l. seq.

* Adde, q̃ pro pupillo quoque fideiussor obligatur, l. Marcellus. ff. eo.

h Obligetur. Fideiussor, qui pro eo intercedit.

i Dominus. Non idem e contra, ut dominus seruo possit fideiussorem dare. Et est ratio, quia talis fideiussor obligando se seruo per consequẽs domino obligatur. Item pro eodem. s. domino obligatur, quod esse non potest, vt idem pro eodem & apud eundem possit obligari, vt ff. eod. si quis pro eo. §. 1. & l. Vranius, & ff. ad Vellei. an. tutor.

est, siue re, siue verbis: siue literis, siue consensu [a] contractæ fuerint. Ac nec [b] illud quidem interest, vtrum ciuilis, [c] an naturalis [d] sit obligatio, cui [e] adijcitur fideiussor: adeo [f] quidem, vt pro seruo [g] quoque obligetur, [h] siue extraneus sit, qui fideiussorem a seruo accipiat, siue ipse dominus [i] in id, quod sibi naturaliter debetur.

¶ Obligatio fideiussoris est transitoria ad hæredem. hoc dicit. A. retinme.

Fideiussor non tantum ipse obligatur, sed etiam hæredem relinquit [k] obligatum.

¶ Fideiussor potest adhiberi etiam pro futura obligatione. Aret.

Fideiussor. CASVS in prima parte tex. facile poni potest. eius. n. ratio est ex illa generali regula, quæ hẽt, quòd obligationes ex contractibus transeunt in hæredes promittentium: sed bene dubitatio erat, quomodo posset præcedere obligationẽ principalem: quia cũ adhuc non sit date obligationem, cui accedat, non uidetur posse accessorium sine principali stare sicut diximus, quando l. annullat uel resistit obligationi, cuius contrarium decidtur ea ratione, quia quamuis ex forma uerborum præcedat obligatio fideiussoris, tamẽ ex ordine intellectus sequitur in mente contrahentium. Nota summa. SYL.

K Relinquit obligatum, siue hoc dictum sit, siue non: & idem in omni obligatione ex contractu, uel quasi, in ipso reo principali, vt digestis de actione & obligatione. l. ex contractibus. Sed quid si ad pœnam, nam furti obligatus est, uel alia actione, uel obligatione, quæ non transit ad hæredes? Respond. non puto teneri ex hoc casu hæredem, quasi naturam mutet hoc casu stipulatio, ut argum. ff. si quis cau. l. si eum, §. qui iniuriarum. & infr. de actio. §. fuerat autem. Fideiuſ. an ſ relīqt at hidẽ obligatum.

Communis docto. resolutio est, quod si fideiussor accedit pro delicto cõmisso, & sit promissa certa quantitas, transit contra hæredẽ fideiussoris, ut hic. & in l. ad diem. ff de uerb. oblig. ubi doc. aut fuit promissum, q̃d delinquens in iudicio sisteret, uel iudicatũ solueret, si culpabilis reperiretur: & secundum Ioan. Fab hic procedit dictum glo. nostræ: quia hæc obligatio non transit contra hæredem fideiussoris: sicut nec contra hæredem principalis: facit. l. 4. in fin. ff. eodem nisi esset facta, vel condemnatio, uel litis cõtestatio, quia tunc transiret contra hẽredem principalis, l. 1. & ibi docto. C. ex delict. defun. tamen si dicas, q̃ etiam si lis nõ sit contestata in terminis glos. nostræ, obligatio fideiussoris transit in hæredem, per text. nostrum, SYL.

strum, qui generaliter loquitur, si enim fideiussoris morte finiretur obligatio fideiussoria, non sequeretur naturam principalis, contra d. l. 4. sequitur ergo naturam principalis quantum ad hoc, vt extincta principali, ipsa quoque finem habeat. l. si decesserit. qui satisd. cog. non autem sicut finit obligatio principalis morte principalis, ita fideiussoria morte fideiussoris, quia in ea mors principalis spectatur, non fideiussoris: & ratio est, quia viuente principali quamuis fideiussor decedat, non extinguitur fundamentũ obligationis: & ideo transit obligatio in hæredem fideiussoris: sed vbi moritur principalis, secus est, quia si fuit extincta penitus obligatio pœnę, non est fundamentum quo ista obligatio transeat in hæredem: & si bene inspiciatur, hæc probantur in l. si eum. §. qui iniuriarũ, ff. si quis cau. vbi obligatio accessoria non finitur ante principalem, & quo ad finem obligationis spectatur mors principalis, non fideiussoris, & ita teneas.

† Concor. cũ hoc, §. J. si quẽad. modũ. ff. de iud.

¶ Fideiussor a † & præcedere obligationem, & sequi potest.

¶ Si plures pro eodem fideiubeant, quilibet tenetur in solidum: sed beneficio epistolæ fit diuisio inter eos, qui soluendo sunt tempore litis contestationis. Et si vnus ex fideiussoribus, qui sit soluendo, soluat in solidum, a fideiussore repetere potest. Aretinus.

Sed videtur inire nouo, quod pro parte sua tantũ quilibet teneatur ipso iure, vt iam nõ sit necessaria epistola de qua subijcitur hic, nisi expresse in solidum promittatur: & sic videtur corrigi quod hic dicit, vt in Auth. de duobus re. §. 1. colum. 7.

¶ Si plures sint fideiussores, quotquot erunt numero, singuli in solidum tenentur.[b] Itaque liberum est creditori, a quo † velit, solidum petere. Sed ex epistola [c] Diui Adriani compellitur † creditor, a singulis, qui modo soluendo sunt litis contestatæ tempore, partes [d] petere. Ideoque si quis ex fideiussoribus tempore soluendo non sit, hoc ceteros

Vel verius (vt puto) dicta Authent. loquitur in pluribus reis debendi, in quibus etiam iure veteri videt̃ fuisse cautum, vt ꝓ partibus tenean- tur, vt ff. de duobus re. l. reos. At secus fit in fideiussoribus, quorum quilibet tenetur in solidum, vt ipse reus pro quo intercedit: & ita habebit locum epistola hodie, vt olim. ADDITIO. Et ista communiter approbantur. adhibentur enim isti pro securitate, vt supra eodem in princip. secus in duobus reis: ideo &c. Io. Fab. & Angel.

** † Qđ si is quẽ elegerit satisfaciat, põt cõtra quẽuis aliorũ agere l. vlti. C. eo.

† Nõ ipso iure, sed hoc petente, qui solidũ cõuenit l. iter. ff. e. & hoc §. in fi.

* Et facit ad hunc. §. ff. eo. l. 4. §. fin.

a ¶ Fideiussor & præcedere. Puta, fideiubeo in id, quod sibi credes, vel credidisti, vel credis. nam his tribus temporibus potest accipi, vt hic, & ff de vsufr. ea. re. quæ vsu. con. l. quoniam. §. fin.

SYL. ¶ Si plures. CASVS. Querebatur si plures intercederent, quomodo tenerentur: & videbatur quod pro viriliquia sic etiam tenẽtur debitores plures obligari alteri pro aliqua summa, l. reos, ff. de duob. reis. cuius contrarium respondetur, quod fideiussores in solidum tenentur, & ratio est, quia cum accipiantur, vt magis cautum sit creditori, magis est cautum, si in solidum teneantur: quæ ratio cessat in duobus reis, vt dicitur hic in gl. Not. fideiussores in solidum teneri. Item, quod creditor potest, quemlibet in solidum conuenire. Item, ꝙ fideiussores habent beneficium epistolæ di. Adri. quam opponunt in modum exceptionis. Item, ꝙ imputatur ei, qui non vtitur beneficio legis.

b ¶ Tenentur, idem est in pluribus mãdantibus, vel iubentibus, vt ff. quod iussi. l. final.

* ¶ Adde, ꝙ licet olim liberum esset creditori prius agere cum fideiussore, l. iure. C. eo. & innuit text. in §. 1 versic. rua gratia. infra mand. hodie tamen ante conueniendus est ipse reus. si præsens sit, vt habetur in Authẽ. de fideiuss. & mãd. in principio, nisi & fideiussor constituerit se debitorem principaliter, renunciaueritque beneficio illius legis, quod potest, vt ibi scribit Accur, & intellige præsentem, qui est in iurisdictione iudicis, sub qua contracta fuit obligatio. Mars. in rub. de fideiuss. nu. 14.

** illud quoque annotandum, quod quãuis creditor egerit cum vno eorum, & aduersus eum obtinuerit sententiam, potest nihilominus eo relicto alterum conuenire, l. creditor, man. quod tene perpetuo menti.

c ¶ Ex epistola. Sed vbi est hæc epistola? Respond. non habemus eam scripiam: multoties tamen de ea mẽtionem facit lex, vt hic, & C. de constit. pec. l. fin. & ff. eo. l. inter fideiussores, & l. seq.

d ¶ Partes. Hæc tamen epistola fallit in 5. casibus: vt in fideiussoribus tutorũ, qui non implorant beneficium, licet tutores implorent, vt ff. rem pup. sal. fo. l. si. & ff. de tu. & ra. dis. l. 1. §. nunc tractemus. item fallit in fideiussore fideiussoris, vt ff. eodem. si plures. §. fi. Item fallit, quando ceteri fideiusso-

res

res soluendo non sunt tempore litis contestatæ, vt infra subijcit statim. Itẽ fallit quando eiusdem summæ sunt fideiussores, sed nõ pro eodẽ debitore, vt ff. eo. si à Titio. Item, & quando inficiantur, vt ff. eo. si dubitet. §. i. a.

¶ Rationes singularum falléntiarum: vide in d. ll. allegatis in gloss. & per Christoph. hic & Iaf. qui sigillatim prosequuntur.

¶ Sed nũquid hæc exceptio epistolę est peremptoria, vel dilatoria? videtur peremptoria, quia prorsus perimit id, in quo opponitur. Item econtra videtur dilatoria, quando ante litem contesta. opponi debet, vt hic, quare videtur dilatoria. vt C. de prob. l. exceptionem. Sed dico eam quasi anomalam, cum nec peremptorias prorsus imitetur, quæ vsque ad sententiam opponuntur: nec dilatorias, quæ tantum differunt, vt infra de exceptio. §. hæc exempli. & C. sent. rescindi non po. l. peremptorias.

Exceptio epistolæ Adriani ẽ anomala,

onerat. [a] Sed si ab vno fideiussore creditor totum consecutus fuerit, huius solius detrimentũ erit, si is, [b] pro quo fideiussit, soluendo nõ sit: & sibi imputare debet, cũ potuerit [c] iuuari ex epistola Diui Adriani, & desiderare, vt pro parte in se detur actio.

¶ Fideiussor nõ potest in plus obligari, quam principalis: & in plus obligari dicitur etiam qui citeriori tempore obligatur. Aretin.

¶ Fideiussores ita obligari nõ pñt, vt plus debeant, quã debet is, pro quo obligãtur. [d] Nam eorum obligatio accessio est principalis obligationis: nec plus [e] in accessione esse potest, quã in principali re. At ex diuerso, vt minus debeant, obligari pñt. Itaque si reus decem aureos promiserit fideiussor in quinque re-

¶ Communis opin. est, quod vsque ad sententiam opponi possit: post sententiam nõ, nisi sit appellatum. ita communiter tenent doc. in l. si dubitet. in princip. ff. eodem post Bart. & Imol. ibi.

SYL.

¶ Sed quid si soluit, nũquid repetet quasi sit fauorabilis exceptio? Videtur quòd sic, vt in Velleiano, vt ff. de condit. indeb. l. qui exceptionem & ff. eod. l. si contendat. Sed contradico: quia non inuenio, quod sit sic fauorabilis, & quia suum recipit, vt ff. de condict. indeb. repetitio.

a ¶ Onerat. argu. contra ff. ad l. Rho. de iac. l. 2. §. si quis. Accur.

ADDITIO. Solu. ibi non erat fideiussor obligatus, nisi pro sua parte.

b ¶ Si is, scilicet, reus.

SYL.

c ¶ Iuuari. facit, ff. eo. l. vt si fideiussor.

¶ Fideiussores. CASVS non figuratur in regula: cuius ratio ponitur in text. ibi nam eorũ, & ibi, plus est enim. Not. summariũ. Item not. quòd plus dr̃ non solum re, sed tẽpore. Item, ꝙ plus est statim dare, quã post tempus. Item, ꝙ valet argumentum, de re ad tempus: cetera dic, vt per doct. hic.

d ¶ Obligantur, sed numquid in idipsum, In quo reus tenetur, saltem remanet obligatus, quando in plus fideiussit? Quidam dicunt, quod sic: pro quibus est hoc generale. Vtile per inutile non vitiatur, vt ff. eo. si a reo, §. 1. & C. de don. si quis argentũ, §. sed in ijs omnibus. Nos contra. s. ꝙ in nihilum teneatur: & est pro nobis. ff. eod. Græce. §. illud.

¶ Et hæc opi. approbatur hic, & in d. §. illud. Nec ob. regula in contrariũ adducta, quia non habet locus in indiuiduis, prout ostendit Bartol. in §. illud. quòd est obligatio fideiussoria: & licet omnes sol. ad l. si a reo. impugnari possint, tamen solutio vltra omnes est, quòd ibi sunt duæ obligationes, cũ vnaquæque cõditio hẽat suã obligationem, ideo remota vna non vitiatur alia: sed in §. illud. sumus in quantitate & vna tantum obligatione.

SYL.

** Adde, ꝙ And. Alci. lib. 5. Parer. c. 17. contrariam opin. vti veriorem, ac magis bono & æquo consonam, nititur defendere, quod .s. fideiussor teneatur saltẽ eatenus, quatenus tenetur debitor principalis, confutatque erudite ac non insubtiliter argumenta in cõtrarium adducta: & pro eius opin. valde vrgere videtur tex. in §. is qui. vers. adeo. inf. manda.

e ¶ Nec plus. Contra hãc regulam est sup. de rerum di. §. si tamen alienam. Item ff. de contrahen. emp. si in emptione: in princ. Itẽ ff. de sol. qui res. §. mihi. 10. & §. qui stipulatur, & §. mihi Romæ. Sed his omnibus da generalem solutionem, vt sic exponas hanc literam, non plus esse põt in accessione, &c. id est in accessoria obligatione, secundum Ioan. Item contra. ff. de iudi. non quemadmodum. Sol. ibi non est plus, quia licet fideiubeat ante reum, non tamen prius tenetur. Item contra. sup. eod. §. 1. vers. at nec. Sed ibi. non est plus eo modo, quod dicitur plus. Dr̃ enim plus quatuor modis, quorũ nullus est ibi, vt inf. de act. §. plus autem. Accur.

¶ Dic, ꝙ aliquando tenetur in plus, quando reus habet priuilegium personale, vt magistratus, quod non extenditur ad fideiussorẽ, l. si reus. ff. iud. sol. SYL.

ADDITIO. Et est rõ quia in dictis quatuor modis disparitas prouenit ex facto stipulatoris, ideo sibi imputetur. Disparitas

ritas verò in efficacia, seu substantia obligationis ex iuris ordinatione prouenit, ideo sibi magis succurritur.

a ¶ Contra. si reus. v. promisit, fideiussor 10.

b ¶ Contra. si reus sub conditione promittat, & fideiussor pure.

c ¶ Plus est. n. facit ad hoc ff. de verborum signific. si cui. § si. & infra de action. § plus autem, & ff. de solut. l. solidum. & ff. sol. mat. si constante, § quoties. Accurs.

* Huc spectat vetus prouerbium, Bis dat, qui cito dat.]

SYL. ¶ Si quid. CASVS in regula non figuratur nisi literaliter: debet enim fideiussori competere actio, si soluat pro principali. Ideo autem competit mandati, quia fideiussor ex mandato & prece principalis tenetur. Nota summarium. Item, quod fideiussor obligatur ex stipulatione, non simplici pacto, secundum Doct. hic.

cte obligatur: contra a vero obligari non potest. Item si ille pure promisserit, fideiussor sub conditione promittere potest: contra b vero non potest: Non solum autem in quantitate, sed etiam in tempore minus, aut plus intelligitur. Plus c est enim statim aliquid dare: minus est, post tempus dare.

¶ Fideiussor soluens pro reo habet cōtra eū mandati actionē. Ang.

¶ Si quid autem fideiussor ꝓ reo soluerit, d eius recuperandi causa habet cum eo mandati e iudicium, † Græce f fideiussor ἐγγυητής dicitur: qui plerumque ita accipitur, λέγω ὅτι ἐγγυῶμαι, θέλω, quod pro eo est, ac si dixerit, Dico, quòd fideiubere, volo.

¶ In stipulationibus solennitas intrinseca præsumitur. Aret.

¶ In stipulationibus fideiussorum sciēdum est hoc generaliter accipi vt quodcunq; scriptum sit quasi actum, videatur etiam actū. g

† al. Græce ét fideiussor ita accipitur ἐγγυῶμαι, θέλω. Sed & si dixerit thelo, siue boulomæ sed & phimi: pro eo erit. ac si dixerit lego.

d ¶ Soluerit. siue per iudicem, siue non, vt ff. manda. idemq;, §. fideiussores. Sed etiam in casibus quatuor, antequam soluat, agit mandati: vt si hoc dictum sit, vt ad tempus teneatur. Item, si fuerit condemnatus. Item, si cœpit bona sua dissipare reus. Item, si diu steti fideiussor in obligatione, vt C. manda. si pro ea. & ff. manda. l. Lucius. (i) alias non agit ante, quam soluat sed soluere debet, vt ff. de condict. inde. l. indebitam Sed etiam in casibus nullo modo agit: vt si pro inuito, aut donandi animo, aut in rem suam fideiussit vt ff. manda. si remunerandi. §. si passus, & l. si pro te præsente. Item si hoc actum sit. vt non agam. vt ff. man. si remunerandi. § Marcellus. hē si mandatum nō sit obligatoriū vt inf. mād. §. illud. Item, & si fideiussor nō opposuit exceptionem, quam debuit opponere, vt ff. mand. si fideiussor. Accurs.

Fideiussor in quatuor casibus agit ante quā soluerit.

¶ Vide similem gl. in d. l. si pro ea. vbi Doc. late prosequuntur singulos casus: non est materia additionis.

ADDITIO. (i) Intellige dm arbitrio iudicis, secundum communem opin. & no. q; debuit stetisse in obligatione, nec sufficeret, quōd stetisset in promissione tantum, vel fideiussione, & alios casus adde ad istam glo. vt per Ang. hic.

e ¶ Mandati iudicium, id est actionem. si intercessit mandatum, vel etiam eo præsente fideiussisset, vt ff. man. qui fide. & l. ex mandato.

* ¶ Nā si mandati non intercessit, vt quia ꝓ absente fideiussit, actio. Negotiorū gestorū, non Mandati competit, vt d. l qui fide, & q; dicitur. mandati actionem dari, vbi quis pro ꝓsente fideiussit, ita intelligas, si reo non inuito id faciat: nam si eo vetante, nec Negotiorum gestorum, nec Mandati competit, l. si pro te. ff. man.

f ¶ Græce. Facit, ff. eo. Græce, l. 1. fi. & inf. quibus mod. toll. ob. §. sed & Græce, & sup. de verb. oblig. §. 1. ver. vtrum autem. Accur.

ADDITIO. Et aduerte, q; (vt etiam text. aperit) Engyitis Græce, dicitur, latine fideiussor. Deinde sequitur in text. lego oti engyome thelo: quod sic exponitur: lego, dico: oti, q;, engyome fideiubeo: thelo, volo. dico, q; fideiubeo volo, & hoc est, quod latinum statim exprimit. Expositio Græci.

¶ In stipulationibus. CASVS. Quærebat, quia solēnitas stipulationis requirit in fideiussione, an si simpliciter scriptū reperiatur, quē fideiussisse, dicamus præsumi stipulationē præcedentē interuenisse, & oīa solēnia. & videbatur, q; non: quia cū hæc facta sint nō præsumuntur. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. contrarium dī ea ratione, quia cum sit solēnitas intrinseca, præsumitur. Item potes dicere noua rōne, quia cum fideiussio nō sit sine stipulatione, l. blāditus. C. eo. si scriptum reperiatur fideiussisse, ex vi verborum scriptum est stipulationem interuenisse. SYL.

g ¶ Etiā actū, q. d. si ita dicit scriptura, ac si vere ita fuisset factū, qd forte fuit, vel nō fuit actum, certe præsumitur pro scriptura, vt sic videatur actū, & est hæc scriptura priuata: dicit enim, si quis se &c. & ex causa. vñ in conuenienti præiudicat, nisi contra probetur, vt C. de non num. pecun. generaliter, & facit ad

hunc

nunc §. ff. de verb. oblig. l. sciendum. & C. de contrahen. stipul. l. 1. & sup. ti. 1. §. si scriptū. In scriptura autem publica constat ei stādū, multo magis nisi contra probetur, vt C. de probat. cū precibus, & in Authē. de fide instrument. §. si vero moriantur. in princ. §. colla. 6. (1) Item not. hic præsumi omnia solēniter acta: qd probant supra dict. ll. Accur.

ADDITIO. Not. secūdum Ang. hic, quod falsitas instrumenti, item solennitas, vel error scribētis, pōt probari per testes, Idem in simulatione: dummodo cōtractus fuerit sine scriptis celebratus, licet in scriptis redactus fuerit; alias si in scriptis sit celebratus, non probatur nisi per contrariam scripturam: de qua materia vide supra titu. t. §. item verborum. Ang.

Ideoque cōstat, si quis scripserit se fideiussisse, videri omnia solenniter [a] acta. [b]

¶ De literarum obligatione.

¶ Scribens se debere ex mutuo, quod nō recepit, sperans recipere, obligatur literis cum effectu, olim post quinquennium, hodie post biennium.

a ¶ Solenniter, id est etiam interrogationē factam fuisse: quam necesse est præcedere, vt sup. de verb. oblig. in prin. & C. de contrah. & commit. stip. l. 1.

b ¶ Acta. Sed contra. ff. de publi. in rem act. quæcunq; §. fin. Sol. ibi sunt extrinsecæ solēnitates de tutore, & iudice, qui debent adesse cum pupillus vēdit. At hic actus promissionis nullus est sine actu interrogationis. Vnde ex quo dixi, fideiubeo, vel promitto, intelligitur interrogatio facta esse: quasi pars promissionis: & sic non est extrinseca solennitas, cum sit pars stipulationis.

SYL. * Et ita communiter distinguitur in dic. l. sciendum, ff. de verb. oblig. vbi est materia sua ordinaria.]

¶ Adde, quod solennitas intrinseca est, quæ sine prolatorum verborum natura non potest verificari. extrinseca vero, quam prolatio verborum non comprehendit, Bart. in d. l. sciendum colum. 1. & satis colligitur ex exemplis positis hic per gl,

¶ De literarum obligatione.

Cōtinuatio. Ista rub. cōtinuatur ad præcedentia. Quia sup. visum est de obligationibus, quæ contrahuntur re, & verbis, non ponit de his, quę contrahuntur literis. Aret.

** Adde, φ hæc species contractus ortum habet a iure ciuili, non a iure gentiū, vt fere omnes cōtractus, §. ius autem. 3 b gl. in ver. gene, sup. de iust. & iure.

Diuisio. Olim scriptura. ¶ Totus iste titul⁹ diuiditur in duas partes. Primo ponit, qualiter olim scriptura obligabat, & eius correctionē, & nouū statutū. Secundo ponit infra quantum tempus olim, & hodie potest opponi exceptio nō num. pec. Scđa ibi, Multū.

¶ Olim scriptura. CASVS. Et is solū literaliter figurandus: quia declarat tantū terminos huius obligationis literarū, & narrat rationem restricti tēporis ad biennium. * Verū ad pleniorem declarationem vide Fort. in l. legitima col. 5. ff. de pac. Nota, φ confitens se ex mutuo recepisse, quod nō recepit, obligatur effectualiter hodie post biennium. Itē, quòd multum tēpus dr̄ aliqū quinquenniū, aliquando biennium. Item, quod obligatio oritur ex ipsa scriptura concurrente lapsu temporis. Item, quòd ex ea nascitur conditio. Item, quod exceptio non numer. pec. vltra biennium non opponitur.

Olim scriptura [c] fiebat obligatio, quæ nominibus fieri dicebatur: quæ nomina hodie non sunt in vsu. Plane [d] si quis [e] debere [f] se

c ¶ Scriptura. l. solennitate quadam scripta, quæ per quædam nomina specialia fiebat, vt subijcit.

d ¶ Planè. Licet dicta verba in vsu esse desierint, planè &c.

e ¶ Si quis, scilicet homo priuatus. Idem est, & si fiat per alium, dummodo per publicā personam.

¶ Quæ. scribat ipsum confessum esse recepisse: nam si scriberet ipsum recepisse, probaret instrū. l. cum precibus, C. de proba.

¶ Aliud si per priuatam vt, C. de prob. instrumenta. Arg. tamen contra. ff. de pign. l. si fideiussor. §. 1. Sed ibi in scribentis præiudicium creditur. † — Scriptura priuata qn̄ fidem faciat.

ADDITIO. Nota regulariter scripturam priuatam non facere fidem. Fallit, quando hæc scriptura aliquid continet contra scribentem: quia nō est verisimile aliquem scribere contra se, quod veritati non innitatur. argu. l. exemplo, cum ibi nota. C. de probat. Fallit secundo, si talis scriptura priuata habet subscriptionem trium testium fide dignorum, Authen. si quis vult caute deponere. Co. qui pot. in pign. hab. Christoph.

† Vide gl. in §. item verborū in ver. obere non supra de inutil. stipul.

f ¶ Debere. Scilicet ex † causa mutui, & sine stipulatione. Hæc enim verba nō sunt apta ad stipulationē, vt sup. de verborum obligatio. §. 1. si autem sine causa, non præiudicat, vt ff. de probatio. cum de indebito. in fi. Quid si stipulatio interuenit? Respō. & tunc habet locum effectus huius titu. nam exceptionem in factum potest opponere, vt C. eodem l. cum vltra. & hoc si spe futuræ numerationis: alias si tanquam iam esset debitum, cum non esset, sciens confitetur, videtur donare, alias id est, si non vult donare

† Facit l. aduersus. C. de non nu. pecu. & vide ol no. glo. in ver. extendat cū ad sitis. ibi positis. infra hoc tit.

sed quia credit se ei debere, non valet stipulatio: quia obiicitur exceptio. vt ff. de regul. iur. l. cuius, & ff. de exceptio. dol. l. 2. §. 2. Et nota caute hic, quod per verba praesentis temporis fit haec obligatio: vt per haec, Scribo me debere, vel Confiteor me debere, vt hic dicitur, & sic est contra opinionẽ nostram, qua dicimus obligationem literis debere fieri per verba futuri temporis tantum, vt C. de posth. l. si sub specie, vt Scribo me daturũ tibi 10. ex causa mutui, ad instar stipulationis, quae per verba futuri temporis tantum fit, vt ff. de verbo. obligat. stipulationum, 1. §. stipulatio. Sed certe nec hic dico, quod per haec verba nascatur nunc & vt nunc, sed quasi etiam prius nata sit, si confiteor per verba praesentis, vel praeteriti temporis: & facit. Cod. de episcop. audien. l. si praesens, & Cod. eodem, in contractibus, in princip. Vel apertius, nõ faciunt haec verba, vt obliget, sed vt obligatus praesumatur, licet habeant exceptionem. Vel verius, licet apponam verba praesentis, vel praeteriti temporis, tamen semper intelliguntur futura. Quid enim prodest dicere, Confiteor me accepisse 10. vel, debere 10. ex causa mutui, & hoc scribam, nisi intelligatur, & ideo reddam. Item quid si dicam. Recepi ab illo 10. ex causa mutui, & hoc scribam? Respond. quidam non teneri propter supradictam rationem, quia per verba futuri temporis debet fieri. Sed certe satis puto, quod praesumat obligatus: sicut & cum scribo me debere, vt hic. non enim verbis immo rebus legem imponimus, vt C. communia de leg. l. 2. vel dic, quòd ibi intelligitur futurum, vt praedixi.

† exceptionẽ, q spẽali aliquo iure admittuntur, ut minores, & absẽtes iusta ex cã l. in cõtractibus, in princ. vbi glo. in ver. potiuris, C. eodem.

Stipulatio tantũ fit per uerba futuri tẽporis.

Lex nõ est imponenda uerbis, sed rebus.

scripserit,[a] quod sibi numeratum[b] non est, de pecunia minime numerata post multum[c] temporis exceptionẽ[d] opponere non † potest. Hoc enim saepissime constitutum[e] est. † Sic fit, vt & hodie,[f] dum[g] quaeri non potest, scriptura[h] obligetur: [i]& ex ea nascatur

a ¶ Scripserit. id est scriptura confessus fuerit.

*¶ Intellige, quando hoc fit spe futurae numerationis, vt placet Accur. supra in proxima alia gl. & in l. in contractibus, C. de non numer. pecun.]

b ¶ Numeratum non est. alias enim si numeratum esset, non literis, sed re obligatus esset, vt supra quibus mod. re contrahitur oblig. e. responso.

*¶ Quod ait, numeratum, subaudi, vel datum scilicet ex ijs rebus, quae pondere, numero, mensuraue constant: nam haec exceptio habet locum non solum in pecunia, sed in omnibus rebus, quae in causa mutui cadere possunt. si eas quis confiteur ex causa mutui habuisse. l. in contractibus. in princ. vbi Accur. C. eod.]

c ¶ Multum. Hoc exponitur inf. proxi.

d ¶ Exceptionem, s. nõ numeratae pecuniae, quae potest proponi, si petat actor, si uẽ nõ vt argum. C. eo. l. si quasi, & in scriptis, secundum quosdam, vt in Authen. de tempo. non so. pe. super dote. §. 1. collat. 7. vel forte illud speciale in dote. Primum tamen secundum Ioan. verius est. Accur.

¶ Et ita cõiter tenetur secundũ Christ. hic & sedm Ange. hoc procedit qñ non prouocatus opponitur, quia tunc sustinet partes actoris.]

e ¶ Constitutum est. A multis Imperatoribus, qui fecerũt leges tales. C. eod. per totum, vsque ad l. generaliter. nam postea Iust. fuit.

f ¶ Hodie. Hic loquitur, quasi supradicta loquantur ante tempora Iustin. & nunc subijcit, quod hodie fit idem. vel dicit hodie, id est postquam cõcurrit hoc tempus, s. quinquennium olim, hodie biennium, vt infra prox. & secundum hoc non debet esse, & in tex. Accur.

g ¶ Dum quaeri non potest. id est dum querimoniam proponere non potest de exceptione non nu. pec. quia ex quo cucurrit tempus obligabitur per scripturam ad dandum pecuniam non numeratam.

h ¶ Scriptura. id est per scripturam. Sed certe videtur nemine scriptura vel literis obligari. sed intellectu, qui ex literis percipitur & verbis, vt ff. de action. & obligat. l. non figura. quod quidam concedunt. Sed certe vtrumque facit ad obligationem, & ipsa figura literarũ, & consensus quem exprimũt, & quod d. l. dicitur. non figura. s. sola. Item numquid & per cõtrariam scripturam obligatio ciuilis nata poterit tolli: vt si creditor sic scribit, Confiteor me non numerasse, vel te confessum non fuisse, vel illum soluisse? Respond. sic, vt ff. de regul. iur. l. nihil tam naturale. Accur.

i ¶ Obligetur. s. ciuiliter & naturaliter post biennium. quasi biennium pariat naturalem obligationem. nam ante erat ciuilis tãtum non naturalis, cum nihil numeratum fuerat. Item si ciuilis non esset, frustra diceretur habere locũ exceptio. Dicimus ergo, q sola ciuilis fit ante biennium. sed post biennium naturalis adijcitur. Vel, quod est verius, non adijcitur, sed prima ciuilis incipit habere vim naturalis, & ciuilis, nam & stipulatio est de iure ciuili, & habet tamẽ effectum naturalis obligationis, & ciuilis, nam ciuilis per se non valet ad exigendum, vt diximus, sup. de oblig. §. 1.

¶ Communis Doct. conclusio est quod statim oriatur ciuilis, & naturalis post biennium gl. in l. cum quis. C. de iur. & fac. ign. si tamen disputando cupis contrarium defendere, vide For. in l. si vnus. §. pactus. ff. de pactis, colum. 18.

SYL. † hũc ver. declarat subtiliter Soz. in l. j. col 2. nu. 18. ff. de cond. ind.

Literarũ obligatio tollit pp contrariã scripturã.

Item

¶ Item si est in re iudicata. Adhuc tamen dicunt quidam, vt Ioan. & Hu. qd si vult post biennium exceptionem opponere, & probare sibi non numeratam pecuniam, quod admittitur, sed ante bienniū probat creditor, vt C. eo. l. si ex cautione quod certe est æquū, & ita biennium hoc solū operatur, quod probationis conuertatur onus, & etiam pro his facit quod alias dicitur, quòd non fiat illicitę exactiones, vt. ff. de offic. præsi. l. illicitas. Sed certe aliter de iure videtur, scilicet, vt nullo modo admittatur etiam probans: nam sacramentum non potest deferre, qd est species probationis, vt C. eo. l. in contractibus, §. illo. C. de iure delib. l. fi. §. licentia. Sed certe satis credo primum verū & ęquum. Nec obst. quod de iuramento dixi, quia ex tempore illius l. In contractibus non habet iuramentum vim probationis, si non vult aduersarius, vt C. de iureiuran. l. generaliter. §. fin autem.

†Hanc rō nem fusi⁹ explicat Imper. in auth. de tē po. nō sol. pecu. sup. do. ī prin.

Exceptio nō nume. pe. ēt post biennium

SYL. potest opponi.

Iurm est spēs probationis.

condictio, a cessante scilicet verborum obligatione.b

¶ Multum c autem tempus in hac exceptione antea quidem ex principalibus constitutionibus d vsq; ad quinquennium procedebat: sed † ne e creditores, diutius possint suis f pecuniis forsitan defraudari, per constitutionem g nostram tempus coarctatum est, vt vltra h biénij metas huiusmodi exceptio minime i extendatur.†

¶ De obligationibus ex consensu.

¶ In quatuor contractibus hic enumeratis.

¶ Et sic lapsus biennij solū operatur trāslationem oneris approbādi in aduersarios.

a ¶ Condictio. s. ex illa l. C. de non numer. pecun. l. in contractibus.

b ¶ Verborū obligatione, id est stipulatione, quæ verbis fit: nam tunc titulus iste cessat, & habet locum. supra de verborū obligat. quando accepit: vel habet locum exceptio in factum, vt C. eodem tit. l. cum vltra. quando non accepit.

c ¶ Multum. Quia post multum temporis exceptionem proponere non potest, vt supra modo dixit, quid sit multum, exponit hic. Et nota, multum, pro quinquennio poni: sed, diu, pro decennio ponitur, vt dig. eft. qui & a quib. si cum fideicommissaria, §. Aristo.

d ¶ Constitutionibus. Quas nō habemus.

* ¶ Si quis vult nosse tempora olim omnibus cautionibus tributa, perlegat constitutionē Diuorū Honorij, Theodosij, & Cōstantij quæ adhuc extant lib. 1. C. Theodosiani. tit. si cert. petat. chirographis.

e ¶ Sed ne creditores. Non solum isti, sed veri.

f ¶ Suis pecunijs. Subaudi etiam. Nam occasione huiusmodi si daremus longum tempus, etiam veri debitores interdum talia opponerent: & ita occasione liciti committeretur illicitum, quod esse non debet: imo & licitum coarctatur, vt vitetur illicitū vt hic, & in authen. de eccl. re. immo. alie. in princ. collat. 9.

g ¶ Per constitutionem. Vt C. de non num. pecun. l. in contractibus.

h ¶ Vltra biénij metas. Sic. C. de omni agro deser. l. qui agros, lib. 11.

i ¶ Minime extendatur. Et hoc in causa mutui: si vero ex alia causa confiteatur in scriptis, veluti emptionis, vel simili incontinenti præiudicat sibi: nec potest cōtra probari nisi per aliam scripturam, vt C. de non numerat. pecun. lege generaliter.

Liciti occasione illicitū non debet cōmitti.

†Concor. cum hoc tex. glos. r. aft me. ibi & hoc est verū, in c. vlt. extr. de solu.

¶ Et ratio diuersitatis est propter facilitatem petentis pecuniam mutuam, ut declarat Christ. hic.]

¶ Itē hoc in debitore confitente: sed in creditore confitente sibi solutū 30. dies statuūtur: nisi in casibus, ubi in continenti præiudicatur, ut C. de non num. pec. in contractibus, §. super exteris, & §. sed quoniam.

¶ Ratio diuersitatis est, quia l. præsumit debitores egentes magis inclinare ad confitendum, ut suscipiant pecunias, quā creditores, qui non ita egent, ut tenet Christophor. hic. Volo tamen te notare aliquos casus, in quibus non habet locum talis exceptio. Primō si confiteatur se in ueritate recepisse, talia. n. uerba faciunt, qd talis exceptio nō pōt opponi, Bald. in c. ex insinuatione. col. fin. vers. si cōfiteor, de proc. de quo per Deci. in cap. qm contra. in 4. not. de prob. in l. 2. in 2. no. C. de eden. Secundo, si uerba fuerint geminata: de quo per Decium in l. 1. col. pen. C. de pact. Tertio si quis in mortis articulo confiteatur: de quo per Hippol. Marsi. in l. 1. § præterea. in 2. col. ff. de quæstio. Quartō, si confiteatur in iudicio: de quo per Dec. in c. 1. in 11. col. in princ. de iudic. Et plura alia in proposito uide per Ias. in l. qui pecuniā, ff. si cert. pet. & Feyn in c. si cautio col. 10. de fide instrum. qui latissime omnem hanc materiam prosequuntur.]

¶ De obligationibus ex consensu.

¶ Supradictum est de obligationibus, quæ uerbis & literis contrahuntur, uerum, quia sunt aliæ, quæ consensu contrahuntur, ideo de his subdit. Porcius.

Consensus. ¶ Totus iste titulus diuidi in tres partes. Primō ponit quot casib⁹ quis obligetur ex cōsensu solo. Secūdo, qua-

re in his magis consensu solo, quam in alijs obligatio contrahitur. Tertio ponit effectū huius obligationis ponendo differentiā inter hunc contractum & stipulationē. Secunda ibi. Ideo autem. Tertia ibi, Item in his.

SYL.

¶ Consensu fiunt obligationes. CASVS ita figurari potest. Dubitabatur, an in his contractibus hic enumeratis solo consensu nasceretur obligatio: quippe inf. singulis alijs supra numeratis consēsus exigitur, sed contrariū dicitur ex illa ratione, quia quamuis consensus in illis requiratur, tamen non requiritur solus, sed vna cum alijs solennitatibus verborum, vel rei, vt dicitur in textu. Nota, qui sunt cōtractus, qui consensu solo contrahātur. Item, quare hi dicantur solo consensu cōstare. Item, quòd in his venit omne, quod æquum & bonum est, sed in contractibus stricti iuris, & præsertim in stipulatione venit quod est expressum. l. quicquid astringendæ. ff. de verb oblig.

tis solo consensu contrahitur obligatio hinc inde, etiam inter absentes mediante nūcio vel epistola. Aret.

CONsensu [a] fiūt obligationes in emptionibus, [b] venditionibus, locationibus, conductionibus, societatibus, [c] mandatis. [d]

¶ Ideo autem istis modis obligatio dicitur consensu contrahi, quia neque scriptura, [e] neque præsentia omni modo opus est: ac nec dari quicquam necesse est, vt substantiam capiat obligatio: sed sufficit eos, qui negotia gerūt, consentire, vnde inter absentes quoque talia negotia contrahuntur veluti per [f] epistolam, vel per nuncium.

¶ Item in [g] his contractibus [h] alter alteri obligatur in id, quod alterum alteri ex bono & æquo præstare oportet: [i] cum alioquin in verborum obligationibus alius [k] stipuletur, alius promittat.

## ¶ De emptione & venditione.

Emptio contrahitur eo ipso, quod de

a ¶ Consensu. Sic. ff. de action. & obligat. l. consensu.

b ¶ In emptionibus. Vt ff. de contrah. empt. l. 1. §. fi. & inf. tit. 12. in princ.

c ¶ Societatibus. Vt inf. de societ. in princ. Sed contra ff. pro socio. l. 4. 1. resp. Sed certè ibi non negatur, quin consensu cōtrahatur societas: vnde non est contra.

d ¶ Mandatis. Sed nonne in stipulatione cōsensus debet interuenire, vt supra de verborum obligation. §. primò. versic. sed hæc. & ff. de pactis, lege prima, §. penultimo? Respondeo, ibi expressis verbis debet esse consensus, vt ff de verborum obligat. l. 1. primo respōso: hic autem † etiam sine verbis: & inter absentes, vt infra proxime: ibi inter præsentes tantum, vt supra de inut. stipul. §. item verborum.

† alias animo.

e ¶ Nec scriptura. Hic caute nota differentiam, quam facit inter hunc titulum, & superiores, Nam quod dicit, neque scriptura, in hoc discrepat ab obligatione literarum, † vt supra tit. 1.

Item in eo, quod dicit, neque præsentia, dicit propter verborum obligationē, quæ inter præsentes fit, vt supra de inutili stipulat. §. item inutilis. Item in eo quod dicit, nō esse necesse qd dari, ideo dicit, vt discrepet ab illa, quæ fit re, vt supra quibus modis re contrahitur ob. per totum.

¶ Vel secundum Ioann. Fab. ad differentiam contractus innominati, qui rei interuentu contrahitur, l. ex placito. C. de re. permuta.

f ¶ Per epistolam. Vt ff. de rei vendi. l. quædam mulier.

g ¶ Itē in his. Fuit superior differentia ad tria genera obligationū, hic autem fit differentia ad stipulationem, vel verborum obligationem.

h ¶ Contractibus. Qui fiunt consensu.

i ¶ Oportet. Quasi dicat hinc inde contrahitur obligatio etiam in ijs, quę non sunt dicta: nam veniunt vsuræ post moram, vt ff. de actionibus empti. Iulianus, §. ex vendito. idem est & in omnibus bonæ fidei iudicijs, licet non ex contractu, sed quasi nascantur, vt inf. de actio. §. in bonæ fidei.

* ¶ Aptius accommodari possunt exempla ad hunc textum, ex l. Iulianus. § offerri. ff. de actio. empti. l. insulam, §. vlt. locati. l. si uero non remunerandi, §. vlt. mand. l. si non fuerunt pro soc.

k ¶ Alius stipuletur. Quasi dicat, necesse est, quòd omnia deducantur in stipulationem. Nam alias nihil venit in talem obligationem, vt ff. de negotijs gestis, l. si pupilli, in fi. & l. quia tantundem. †

† Dic certe idem videtur posse dici in omnibus pactis, quib9 contrahitur obligō ex consensu, vt ff de solut. l. in ijs § Imperator. & tñ regulariter non requiritur scriptura, non tm̃ in quatuor casib. hic descriptis, vt l pactū q, bona fide. C. de pact. & sic vt qd iste tex. sit defectiuus, dic sm̃ Io. Fab. quod hic cōtrahunt obligationes efficaces, ibi, nō: vñ hic de obligationibus efficacibus loq. intendit. Ang.

† Adde l. quicquid, ff. de verb. oblig.

### ¶ De emptione & venditione.

Cōtinuatio.

¶ Supra dictum est de obligationibus, quæ consensu contrahuntur: verum, quia illæ consistunt aut in emptionibus & venditionibus, aut locationibus & conductionibus, vel

Vel societatibus, vel mandatis, vt sup. tit. 1. in princip. ideo de his tractaturus incipit de empt. & vend. Christoph. Porcus.

SYL. * ¶ Materiam emptionis, & vēditionis tractat plene Aret. in §. actionum. inf. de actio.

pretio conuentum est, licet nondum numeratum sit, vel aliqua arrha data, si sine scriptura fiat: aliter autem scriptura celebrata, erit emptio perfecta, & nō prius. Aretinus.

** ¶ Venditionis verbo quęuis alienatio continetur. l. statuliberi. ad finē. de statuliber. & l. sicut §. venditionis, quibus modis pignus, vel hypothec. sol. quod ea videtur ratione introductum quod olim nullus prope contractus absque venditione vel vera, vel imaginaria fieret. quin etiam testamenta quæ per æs & libram dicebantur per imaginariam quandam venditionem fiebant. Verum vbi mentio fit pretij, de venditione proprie & stricte sumpta accipi debet, l. vlt. & ibi gl. & Bar. C. de pręd. cur. lib. 10 & gl. in l. cum dotem, C. de iure do. & de hac agitur hoc tit.

Diuisio. EMptio. ¶ Totus iste titul. diuiditur in quinque partes Primo, quando emptio & venditio contrahatur, & quando ab ea possit recedi. Secundo, quod pretium debet interuenire. Tertio, quando emptio est perfecta, ad quem spectat periculum rei venditæ. Quarto, an sub conditione possit emptio celebrari. Quinto, quibus casibus emptio esse non possit. Secunda ibi, Pretium autem. Tertia ibi, Cum autem. Quarta ibi, Emptio tam sub conditione. Quinta ibi, Loca sacra.

¶ Emptio & venditio. Casus deberet potius literaliter poni. tradit enim regulam, qualiter emptio contrahitur, distinguendo, quod si contrahitur sine scriptis, satis est ad substantiandam venditionem pretij conuentio. Nulla enim requiritur ipsius rei traditio, q̄a alias non consensu, sed re cōtraheretur nec requiritur aliqua forma verborū vt in stipulatione, sed solus consensus sufficit. Si vero fiat in scriptis requiritur perfectio scripturæ publicæ, vel priuatæ, ante cuius perfectionem licet resistere cuilibet ex contrahentibus a contractu, nisi quid arrharū nomine datum sit. tūc enim quia res nō est integra, non licet recedere a contractu, & sic habes ex his rationes decidendi huius princip. ex quo not. quod emptio solo consensu perficitur, & ideo nec rei traditionem, aut numerationem pretij, aut dationem arrharum exigit, quia hoc non ad substantiā, sed ad probationem & executionem ipsius contractus requiritur.

Item, quod arrha est argumentū emptionis, non substantia. Item, quòd scriptura nō est de substantia huius contractus. Item, q̄ aliquādo cōtractus emptionis fit cū scriptura, & tūc nō dicitur perfectus nisi perfecta scriptura. Item, q̄ paria sunt scripturā factā esse manu propria, vel aliena & subscriptā a contrahentibus. Itē, q̄ si aliquē pœniteat, perdit arrhas si est emptor. si venditor, restituit duplū.

EMptio † & venditio contrahitur [a] simulatque [b] de pretio conuenerit, quamuis nondum pretium numeratum [c] sit, ac ne arrha quidem data fuerit. Nam quod ar-

† Ad hoc princ. vide omnino For. in l. iurisgētiū, col. 4 in fi. ff. de pact.

a ¶ Contrahitur. Hic not. tribus modis perfici emptionem.

SYL. ¶ Intellige, q̄n est facta sine scriptis & datione arrharū, quia alias procedunt quæ inf. dicuntur in ver. in ijs.]

¶ Vno modo. s. ex quo non possunt discedere contrahentes, vt C. de act. & oblig. l. sicut in initio secundum quem modum etiā conditionalis emptio est perfecta.

SYL. ¶ Aduerte quia illa l. sicut, videtur potius facere in contrarium, quia dicit, quod constitutæ obligationi non potest renunciari, sed conditionalis non est constituta. l. cedere diem, ff. de verbo. signifi. ergo &c. Tamen in contrarium facit. l. necessario. §. quod si pendente l. vbi dicitur quod transmittitur, ergo est: & ad l. sicut respon. quia est constituta, non orta.

* ¶ Adde, q̄ impleta conditione sub qua cōtracta fuit vēditio. perinde est ac si ab initio contractus fuisset purus, l. vlt. §. 1. & ibi Ang. & Alex. qui adfert concor. ff. de vulg. & pup. Dec. in l. pecuniam 2. no. ff. si cer. pet.

¶ Secūdo modo q̄n est puta. & tunc incipit periculum rei ad emptorem pertinere, vt ff. de pericul. & commo. rei vend. l. necessario. in princip. & ita contrahitur hic siue perficitur. Tertio, quando res traditur dicitur plus perfici adhuc siue impleri, vt ff. de actio. empt. si quis rem alienam.

* ¶ Nā contractus non omnino perfectus est ante traditionem, sed ab ea vltimā perfectionem accipit. l. 1. vbi gl. & Cyn. C. de peri. & com. rei vend. Vnde videmus simplicem venditionem sine traditione, non impedire, quin alij possimus rem eandem vēdere, & eius dominium tradēdo trāsferre, l. quoties, C. de rei vendit. atque etiam alteri obligare. l. vltima, §. Lucius, & ibi gl. in ver. obligauit, ff. de dona. Hinc publicatis bonis cuiuspiam, publicatur & res ab eo vēdita, necdum tamen tradita. l. si fundus, ibi, nam & si vendideris ff. loca.]

ADDITIO. Et ista inducit Io. Fab. ad decisionem quæstionis, an & quando ex consuetudine domino, vel proximo per rei venditius aliquod quæsitum esse censeatur.

b. ¶ Simul atque, id est statim postquam, vt sup. de re. di. § feræ.

c. ¶ Numeratum sit. Nec aliquid datū loco

 pretij,

pretij, vt supra titul. 1. in princip.

* ¶ Nam potest, si placeat venditori. §. vēditæ. & ibi gl. sup. de rer. di. non tamen dñium trāsfertur, nisi prius numerato pretio, vt ibidem dicitur, vt in l. quod vendidi. ff. eod.

Verius est contractum dici in scriptis fieri quando partes noluerunt eum habere p confecto, donec de illo non fieret scriptura. Lanfr. in cap. quoniam contra ver. instrumentorum nu. 66. vbi apostil. allegans cons. Soc. de proba.

arrhæ [a] nomine datur, argumentum est emptionis [b] & venditionis contractæ: Sed hoc quidem de emptionibus & venditionibus, quæ sine scriptura [c] cōsistunt, obtinere oportet: nam nihil a nobis in huiusmodi emptionibus & venditionibus [d] innouatum est. In ijs autem, quæ scriptura conficiuntur, [e] non aliter perfectam esse venditionem & emptionē constituimus, [f] nisi & instrūa [g] emptionis fuerint conscripta, vel manu propria contrahentium, vel ab alio quidem scripta, a contrahentibus [h] autem subscripta, & si per tabellionē fiunt, [i] nisi & cōpletiones [k] acceperint, [l] & fuerint partibus absoluta. [m] Donec enim aliquid deest ex his, & pœnitentiæ locus est, & potest emptor vel vēditor sine pœna [n]

¶ Hæc gl. sentit, quod possit dari res p pretio, & male: quia tunc esset permutatio, vt infra eodem, §. item pretiū. Nec obstat textus allegatus, quia si referatur ad emptionem de qua habetur ibi in princip. debet intelligi secundū. §. itē ptiū si ad alios contractus, stat proprie & simpliciter procedit vt loquitur.]

a ¶ Arrhæ. vt ff. eod. q̄ sæpe in princ.

¶ Sed cum fiat in scriptis huiusmodi venditio, & sine scriptura non valeret, quare non dr̄ obligatio literarū? Rñ quia aliud habet nomen. s. emptio: & verū est hoc nomē, at in mutuo † nō est verum mutuatū esse, tunc enim re esset obligatio contracta, vt supr. de lite. obl. in princ. vers. plane.

† De quo s. agitur in obligatione literarum.

f ¶ Constituimus. Præteriti temporis est, & dic, vt C. de fid. instrum. contractus.

b ¶ Emptionis & venditionis contractæ. Non autem est de substantia contractus.

* ¶ Nā arrha est veluti quoddā pignus: hicque legislator quandoque arrhas & pignora pro eodem ponit l. 1. C. si rector prouin. idque (vt ego arbitror) exemplo Græci sermonis. nam quod nos pignus dicimus, illi ton arrabona appellant.]

c ¶ Sine scriptura. id est sine solennitate scripturæ.

d ¶ Venditionibus. s. q̄ fiūt sine scriptura.

e ¶ Scriptura conficiuntur. Patet hic, quod alia est emptio siue venditio in scriptis, alia sine scriptis. In scriptis dicitur, quando hoc agunt contrahentes, vt non aliter valeat contractus, nisi fiat scriptura, secundum quosdam quod non vidimus in vsu. Alij dicunt, vt P. quod sufficit, quod contrahentes, vel aliquis eorum dicat in principio contractus, quod inde scriptura fiat, licet nō dicat, quod aliter non valeat nisi fiat, & hoc approbo, vt C. de fide instr. l. contractus ibi, illos tamen quos in scriptis fieri placuit &c. Si autem simpliciter fiat contractus, sed postea ad probationem fiat scriptura, valet quod actum est & etiam valuisset sine ea, vt ff. de pig. contrahitur. Et eodem modo dico esse intelligendum vbicunque dicitur lege, contractum aliquem in scriptis fieri, vt distractum, vt C de testi. l. testium. & in authem. de test. §. & licet coll 7.

vēditio fit in scriptis, & sine scriptis.

SYL. ¶ Et hæc opin. Plac. communior videtur sm̄ Christoph. hic, quia actus in scriptis dr̄ ille, ad cuius substantiam requiritur scriptura non quando fit ad probationem.

g ¶ Instrūa emptionis. Quæ vulgo rogationes dicuntur, secundū Ioan. Ex hoc tex. no. instrī appellatione etiam scripturā priuatā contineri. idem not. in l. notionem, §. instrumentorū de verb. sign. Tiraq. de retract. lignag. §. 2. gl. 2. nu. 29. Lanf. in c. quoniam cōtra. ver. instrumentorum, nu. 8. de prob.

h ¶ A contrahentibus. scilicet vtroque, scilicet emptore & venditore: & talis subscriptio fit & alias, vbi contractus fit alius in scriptis, vt in auth. de fide instrum. §. si quis igitur, & § sed & si quis, Auth. mutui, & sequē. Not. quod subscriptio eandem vim habet, quam haberet scriptura si esset tota scripta a subscribente quia subscribens dicitur virtualiter scribere omnia præcedentia decis. Pedemon. 37. num. 3.

i ¶ Fiunt. s. hæc instrumenta, & subaudi, non aliter valeant, nisi & comple. &c.

k ¶ Completiones † .i. mundū completum.

** Mundum vocat instrumentum, in quo post factā rogationem oīa cōprehendūtur, a mūditia, eo quod sine vituperatione esse debet. gl. in d. l. contractus. ver. mundum.

† alias .i. cōplementum.

l ¶ Acceperint. Scilicet ab eodem Tabellione, & a partibus, vt subijcit.

m ¶ Absoluta. vt q̄a lecta fuerint partibus, & laudauerīt. Vel dic absoluta. i. subscripta.

¶ Vide gl. in l. fideicommissa, §. primo. ff. de legatis 3. SYL.

n ¶ Sine pœna. Sed quomodo sine pœna, cum statim in arrhis eum puniat? Respon. sine pœna interesse, & iurisiurandi in litē. Nam hæc pœna esset quantū ad soluētem, licet

licet non quantum ad accipientem, vt ff. si quis ius dicen. non obtempera. l. 1. §. fi.

SYL. ¶ Vide ibi glo. in ver. meram pœnā, & dic q̃ huiusmodi pœnæ respectu soluentis tantum debentur etiam in foro conscientiæ, vt per Dec. in c. 1. in 1. lect. in 11. coll. de consti.

recedere ab emptione & venditione. Ita tamen impune eis recedere concedimus, nisi iam arrharum nomine aliquid fuerit datū. Hoc enim subsecuto, siue in scriptis, siue sine scriptis, siue venditio celebrata est, is, qui recusat adimplere contractum, si quidem est emptor, perdit quod dedit, si vero venditor, duplum restituere cōpellitur, [a] licet super arrhis nihil expressum [b] † sit.

Non autem ab arrhis aliter liberatur, vt subijcit, ita tamen &c. Itē iste talis non facit contra legem, C. de act. & oblig. sicut. cum hoc lex sibi permittat. Et no. quod huius legis permissio est cum aliqua pęna. Argu. contra in auth. constitutio quæ de dig. §. illud coll. 6. Sed si non est subscriptum, & tamen res est tradita, an valet translatio? Quidam dicunt q̃ non, vt C. de suffrag. l. vnica. Alij contra, vt C. si quis alteri vel sibi. l. multum interest. & ff. de dolo. l. & eleganter. in principio. Distingue, aut per errorem, aut scienter.

** Adde, quod communis opin. est Doct. in l. contractus, C. de fide instrumen. quod transeat dominium rei venditæ & traditę in emptorem, licet nondum sit absolutus contractus, & ratio est, quia sufficit, quod adsit consensus, qui est causa immediata translationis dominij, vt declarant ibi Bal. & Salyc. & refert ac probat Neguс. in tract. de pign. in 4. par. princ. nu 39.]

a ¶ Compellitur. Sed qua actione? Respon. condictione ex l. ista. & ex l. illa, C. de fide instrum. cōtractus. Vel etiam per officium iudicis, vt argum. Cod. de rescinden. vend. l. 2. Item per actionem ex empto, si tamen fiebat vēditio sine scriptis, nam si fieret in scriptis, nec esset nondum completa, non ageretur actione ex empto, cum non esset adhuc venditio, vt hic dicitur, sed per condictionem ex l. vel officio iudicis, vt dictum est. Sed numquid vltra hanc duplicationem arrharum tenetur venditor ad interesse, si nō tradat, vt ff. de actio. emp. l. 1. & l. ex empto, §. idem ait? M. & Azo dicunt, quod non, quia sibi præiudicauit accipiendo arrhas, sicut & alias sibi præiudicat, quis sibi eligendo, vt ff. de trib. act. quod in hærede, §. eligere. Item quia hoc videntur agere contrahentes inter se, vt amissione & duplicatione arrharum debeant esse cōtenti, ergo pro expresso est habendum, vt ff. si certum petatur cum quid. Item facit ff. de lega. 2. l. cum filius, §. varijs. B. & lo. contra. Dicunt enim adhuc posse agi ad hoc vt tradatur, vel ad interesse, ita vt arrhæ in interesse computentur. † & facit pro eis ff. de test. mil. l. 3 & ff. de inofficio. testam. mater, & C. de pact. do, l. si. facit melius, ff. de act. emp. & vend. prædia in fin.

Vēditor vltra arrhatū duplicitū perditionē teneat ad interesse.

† Et sic ad interesse agit, quare nō ē vltra arrhas, q̃ op. verior est, secundum Ang.

¶ Prima opin. communiter tenetur, secundum Chri. hic.

¶ Sed quid si dederit pro arrhis & pro pagamento? Respō. pactum seruandum, i. non potest discedere, vt ff. de pact. in traditionib. Et no. duo operari, vnum, vt arrhæ debeant duplicari venditore pœnitēte. Item vt emptio remaneat firma, & agat ad interesse. Itē emptore pœnitente eadem duo operatur. Accur. Flor.

† aliàs est.

ADDITIO. Et tunc non totum, sed quod pro arrhis duntaxat datum est, duplicatur.

Et no. q̃ vbi venditor se nomine emptoris possidere constituit, non potest agere ex empto, vt tradat, sed aut rei vendicatione, vel publiciana simul, aut vti possidetis, vt dicit gl. in authen. sacramenta puberum. C. si adver. vend. Angel.

b ¶ Nihil expressum est, id est nihil dictum fuit à partibus quid super arrhis fiat altero pœnitente.

¶ Pretium. CASVS ita figurari potest in secūda parte, nam prima, quod pretium debeat esse certum, cum sit notissima regula requisita ad perfectionem venditionis, non exigit casus figurationem. Quæsitum fuit, an valeret emptio pro pretio declarādo per Titium, & videbatur quod non, quia tunc non erat certum pretium. sed deciditur contrarium, quod immo emptio non est pura, sed conditionalis, si ille arbitrabitur, & sic non est perfecta, sed eius perfectio pendet. Sed tunc obstare videbatur, quia alias habemus, quod eo non arbitrante, in cuius arbitrium remissa erat declaratio, recurritur ad iudicem, vnde sic in emptione, eo non arbitrante non erit conditionalis emptio, quasi expiret si non arbitretur, sed ibitur ad iudicem, qui declarabit ipse, iuxta l. si quis arbitratu. ff. de verb. obli. & sic emptio suscipiet perfectionem, sed contrarium dicitur hic, quod imo expirat emptio, quia cōmissa in casu nostro est substantia contractus in arbitriū personæ certæ, tūc enim nō receditur a persona certa, sed euanescit actus vt hic dr. No. q̃ ad substantiam emptoris requiritur certitudo pretij. Item, q̃ paria sunt pretium ab initio certum apponi, & ex post facto certificari. Item, q̃ declaratio quantitatis pretij conferri pōt in arbitrium tertij. Itē, q̃ eo nō arbitrante deficit cōtractus. Item, q̃ valet argumentum de emptione ad conductionem.

¶ Illa

¶ Emptio non potest esse sine certo pretio, sed si pretium in alterius arbitrium conferatur, tunc videtur emptio facta sub cõditione, vt si ille fuerit pretium arbitratus, valeat emptio, aliàs secus, & idem in locatione. Aretinus.

¶ Pretium autem constitui oportet, nam nulla emptio sine pretio esse [a] potest. Sed & certum [b] esse pretium [c] debet, alioquin si inter aliquos ita conuenerit, vt quanti Titius rem æstimauerit, tanti sit empta, inter veteres satis abundeque hoc [d] dubitabatur, † constaretne venditio, aut non. Sed nostra decisio [e] ita hoc constituit, vt quoties sic composita sit venditio. Quanti ille æstimauerit, [f] sub hac conditione staret contractus, vt si quidem ille, qui nominatus [g] est, pretium definierit, [h] tunc † omnimodo secũdum eius æstimationem & pretium persoluatur, [i] & res tradatur, [k] &

Notabilis quæst.

† aliàs si cõstet venditio, siue non.

† aliàs omnino.

a ¶ Esse potest vt ff. eod. l. 2. & C. eo. l. emp.

b ¶ Sed & certum. No. duo, & quod pretium debet esse, & quod certum.

* ¶ Vnde & si quispiam rem emat pro marcha, aut libra auri, vel argenti, non erit emptio vt scribũt hoc in loco Faberi, & Aretinus.

** Adde, quod pretiũ potest esse in parte incertum. hoc est, quod tradunt Doct. pactum quod apponitur in cõtractu vẽditionis ad cômodum venditoris, esse partem pretij, ob idq; rem vilius vẽdi. l. fundi, ff. eod. & l. si sterilis, §. si ribl. de act. emp.]

c ¶ Pretium. Repetit de pretio quod debet interuenire, vt addat scilicet quod sit certum, item in pecunia numerata.

d ¶ Hoc dubitabatur. i. de hoc.

e ¶ Decisio. Vt C. de contrahenda emptio. l. finali.

f ¶ Æstimauerit. No. quod caute ponit de tertia persona, nam secus si in contrahentis arbitrium. vt dicemus. inf. eo. §. emptio.

g ¶ Nominatus est. Quid si in innominatum contulimus, vt, Vendo pro quanto æstimabitur? Respon. non valet, instar locationis si factæ, vt ff. loc si merces. in princ. nisi in vno casu, qui est de pig. l. si fundus, §. fin. Accurs.

ADDITIO. Sol. ex præcedentibus contractibus, quorum occasione deuenitur ad venditionem, potest super declaratione pretij officium iudicis implorari, vt ibi, secus si nullus præcessisset contractus, vt hic Ang.

h ¶ Definierit. Etiam inique, quia à persona inserta non receditur, vt ff. de verb. oblig. si quis arbitratu. (i) & hoc verum est, quando id, quod est de substantia cõtractus, apponitur, sed secus si conferatur quod est de accidente cõtractus, nam tunc ad arbitrium boni viri recurritur, vt ff. eo. hęc venditio. & ff. pro socio. l. si ita coita. & l. societaté, 2. & ff. loca. l. si in lege, in princip. quæ omnes huic sunt contrariæ, & hoc secundum Io.

SYL. ¶ Hæc opin. communiter approbatur, & in gl. in l. in vendentis, in gl. magna, C. eo. tit.

¶ Sed secundum Azo. hoc redigitur ad arbitrium boni viri, & sic non contradicunt dictæ leges. Nec obstat dicta lex ff. de verborũ oblig. si quis arbitratu, quia ibi non fuerat arbitratus, quo casu concedo nõ recurri ad boni viri arbitriũ. Sed quando dicitur inique definiri? Respond. forte vltra dimidiã iusti pretij, vt arg. C. de resci. ven. l. si voluntate & l. 2. Vel (Vt puto) iudicis officio expeditur, etiam si minor sit deceptio, dummodo non minima, vt ff. de in inte. restit. l. scio. nam non tantum sibi cõmittitur i alienis, quantum ipsis dominis liceret, vt ff. so lu. matr. l. etiã, §. 1. & l. si constante, §. si maritus.

SYL. * ¶ Ad istam gl. in versi. vel vt puto. vide Tiraq. in repet. l. si vnquam. super ver. omnia vel partem, num. 30. Cod. de reuoc. don.]

ADDITIO. (i) Hoc reprobant doctor. quia quando non fuit arbitratus, receditur ab eius persona, etiam si de stando suę sententiæ iuratum fuerit. l. si libertus iurauerit, ff. de ope. liber. & c. Quintauallis. extra de iureiu. Ang.

i ¶ Persoluatur. Ita quod fiat accipientis, vt ff. de actio. empt. ex empto, §. 1. etiam vsurę post moram, vt ff. de act. emp. l. Iulianus, §. ex vendito.

** Obserua verbum, persoluatur, nec non quòd in cõtinenti subijcitur, & res tradatur. debet enim prius integrum pretium solui, quam res vendita tradatur, quod indicat verbum persoluatur, l. vrbana familia, §. vlt. de verb. sig. alioquin si pars tantum offeratur, non cogetur venditor rem tradere. d. l. Iulianus, §. offerri.

K ¶ Tradatur. Caute dicit, tradatur, & non detur. nam non tenetur facere accipientis, † sed de euictione se obligare, vt ff. de actio. empt. ex empto in princ.

SYL. ¶ Communis, & fere omnium est hæc sententia. in l. fin ff. de condict. causa da. contra quam tamen disputando tenet For. Hispa. in l. iuris gentium in princip. in §. eolum. ff. de pac.]

† Idem ait sup. de inuti stipul. §. 1. in ver. sacram.

¶ Sed

Venditor an teneatur p̄cise ad ré tradendam, vel ad interesse.

venditio ad effectū [a] perducatur, emptore quidem ex empto [b] actione, venditore ex vendito agente. Sin autem ille, qui nominatus est, vel noluerit, vel non potuerit pretium definire, tunc pro nihilo [c] esse venditionem, quasi nullo pretio statuto. [d] Quod ius cum in venditionibus nobis † placuit, non est absurdum & in locationibus [e] & in conductionibus trahere.

† alias placuerit.

In emptione & venditione pretium debet esse in pecunia numerata, alias est permutatio, quæ est contractus separatus ab emptione. Aret.

SYL. ¶ Item [f] pretium in numerata pecunia consistere debet. Nam † & in ceteris rebus an pretium esse posset, veluti an homo, aut fundus, aut toga, alterius rei pretium esse posset, valde quærebatur. Et Sabinus & Cassius etiam in alia re † putabant [g] pretium posse consistere, vnde illud est quod vulgo dicebatur, permutatione rerum emptionem & venditionem contrahi, eamque speciem emptionis & venditionis vetustissimam esse, argumentoque vtebantur

† alias nō est, &c.

† alias putauis.

¶ Item pretiū. CASVS aliter non figurabitur, quia tex. ipse ponit casum, & arguit ad partes. & approbat sententiam Proculi ratione ipsius, quæ hic non allegatur, sed in l.1. in fi. ff.eo. q̄a sicut aliud est vendere, aliud emere, sic aliud est pretium, aliud merx, q̄ in permutatione discerni non potest, vter sit emptor vel venditor. No. quod pretium debet esse in pecunia numerata, alias est permutatio & sic dēt discerni a re vendita. Item, q̄ auctoritates poetarum possunt allegari. Item, q̄ illa sententia præualet, quæ validioribus fulcitur rationibus.

¶ Sed numquid præcise tenetur ad rem tradendam? M. dicit quod sic, & facit pro eo, quòd hic dicitur, omnino tradatur &c. & ff de rei vend. qui restituere, & sup. de do. §. aliæ. Sed B. contra. dicit enim eum liberari præstando interesse, & facit pro eod. ff. de actio. empt. l. 1. 1. respon. & l. ex empto. §. idē ait. & C. de act. empt. lege 4. Sed forte hic posset distingui, an venditor habeat ré, & tunc sententia M. tenet per suas li. an non habeat rem, & tunc aut dolo vel culpa desijt eam habere in fraudem puta emptoris. & tunc sententia B. tenet, aut sine dolo & culpa, & tunc non tenetur venditor, vt infr. eodem cum autem. esset enim valde mirum, quod ait A. vt sic cōpellatur æstimationem pro re recipere, vt ff si cer. per. l 2. §. 2. & C. de fidei. om. lib. l. fi. Item sic improbe pacta rumpere, cum prætor dicat, Pacta seruabo, vt ff. de pact. iuris gentium, §. ait prætor.

SYL. ¶ Concordia gl. cōmuniter tenetur a doct. quam gl. multum extollit, & confirmat doctus Ari. Pinel. in l 1. in 3. par. num. 25. C. de bon mat.

a ¶ Ad effectum perducatur. s. iam dicto modo. s. per traditionem rei, & pretij, vt inf. quib. mod. tol. ob. § fi.

b ¶ Ex empto. No. quod ex empto emptor, ex vendito venditor agit, vt hic. & ff. de act. emp. l. ex empto. 1. respon. & l. Iulianus. §. ex vendito.

c ¶ Pro nihilo. vt nec ad boni viri arbitriū recurratur, vt modo diximus, sed legatum non ideo est pro nihilo sic relictum, vt C. com. de leg. si duobus, §. sed & si quis. sed ibi fauore vltimæ voluntatis, ne pereat.

ADDITIO. Hoc verum intellige cum distinctione, aut fuit datum arbitrium cōditionaliter, aut nō. iuxta l. 1. cum materia, ff. de leg. 2. Item quo ad substantiam legati, nō quō ad pœnæ commissionem. vt l. multa in princ. ff. de cond. & demon. Ang.

d ¶ Pretio statuto sine quo esse non potest venditio, vt in prin. huius §.

e ¶ Et in locationibus. vt ff. loc. si merces in princ.

f ¶ Item pretium. Dixit pretium debere certum esse, nunc dicit q̄ in numerata pecunia.

* ¶ Prudentissime impe. cum superius dixerit pretium in venditione constitui oportere, nunc declarat pretium ipsum in pecunia numerata consistere debere. nā alias pretij appellatione continetur, quicquid pro re datur, l. fundi partem, ff eod. vbi Bal. qui multa allegat, & tradit Tiraq. de retract. lign. § 1. gl. 14. nu. 41. Quod autem hic dicitur, intellige quo ad essentiam venditionis, nō quo ad numerationem simulatque enim de pretio conuenit, aliud loco pretij dari potest assentiente venditore, l. pretij. C de rescind. vend. nam conuentio nō numeratio perficit emptionem sine scriptis, l. 2. ff. eo.

¶ Adde, q̄ & si aliqua res æstimata detur p̄ alia est venditio, non permutatio vt late docet Tiraq. loco sup. citato, nu. 19. & 40.

g ¶ Putabant, sed male, vt inf. dicam.

ADDITIO Pro illorum tamen opin. facit

† Græco poeta a Homero, qui aliquam partem exercitus Achiuorum vinum sibi comparasse ait permutatis quibusdam rebus, b his verbis: c

ἔνθεν ἄρ᾽ οἰνίζοντο καρηκομόωντες ἀχαιοὶ

ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ᾽ αἴθωνι σιδήρῳ,

ἄλλοι δὲ ῥινοῖς δ᾽ αὐτοῖσι βόεσσιν,

ἄλλοι δ᾽ ἀνδραπόδεσσι.

Diuersæ scholæ d auctores contra sentiebant, aliudque esse existimabant permutationem rerum, aliud emptionem, & venditionem alioqui non posse rem expediri e permutatis rebus, quæ videatur res venisse, & quæ pretij nomine data esse, † nam vtramque videri & venisse, & pretij nomine datam esse, rationem non pati. Sed Proculi sententia dicentis permutationem propriam esse speciem f contractus a venditione separatam,

facit quod scribit Iustinus lib. 3. Emi singulas res non pecunia sed compensatione mercium Lycurgus iussit, auri que & argēti vsū velut omnium scelerū materiam sustulit.

a ¶ Poeta Homero. No. argu. quod auctoritates auctorū, & philosophorum sunt in caussis allegandæ, sic ff. de solu. l. pater, & ff. de iud. proponebatur, & ff. de sta. hō. l. septimo. Sed interdum redarguuntur, vt hic, & ff de re. di. in vlti. §. fi. & l. sed Diui.

†alias Græci poetæ Homeri.

SYL. ¶ De hoc vidēda sunt quę ponunt Docto. in l. 1. ff. si cer. pet. & ibi Dec. col. 6. Tū aduerte, quia hic merito allegabat̃, quia tractabat̃ de proprietate verbi, emptio. quorū verborū significatione poetæ sæpe abutuntur.

* ¶ Hoc dictum Accurs. quòd ad hunc locum attinet, falsum est. non enim hic redarguitur dictum Homeri, sed quorūdam Iurisconsultorum dictum alia Homeri auctoritate confutatur. certe summa semper fuit etiam in iudicijs Homeri auctoritas, vsque adeo vt vel vnico eius versu Megareos ab Atheniensibus, cum de Salamine, celebri insula, contenderent, victos esse traditum sit. ]

** Adde, quòd nec in d. l. sed Diui. redarguitur auctoritas Virg. sed Martianus, I. C. qui parum ad rem vtebatur, argumento Virg. non. n. Virg. in illis versibus lib. 3. Aeneid. ad quos allusisse vr̃ Mart. (libabat cineri Andromache, manesque vocabat Hectoreū ad tumulum viridi quem cespite inanē. Et geminas caussam lacrymis sacrauerat aras) loquitur de simplici cœnotaphio. i. inani tumulo vt intelligebat Martianus, sed de eo, ad quem geminæ aræ sacræ extructæ erant, & ad quē sacrificijs factis eliciti vocatique erant manes Hectorei, vt ex loco Virgil colligitur, & declarat doctissimus Alcia. lib. 10. Parer. cap. 12.

b ¶ Rebus, puta equis.

c ¶ His verbis. s. Græcis, quæ legi non possunt Accursius.

* ¶ Vide Budæ. in Anno. ad Pande. in l. 1. eodem tit. & Alciat. lib. secundo, Prætermi. qui Homericos versus Latinos fecere.

ADDITIO. Hi Homeri versus sunt in septimo Iliados, quorum sensus est: Enthen oinizonto caricomoontes Achæi. i. Tūc iā vinum emebant comati Achiui. Alli men chalcho, alli de ethoni sidiro, id est alij certe ære, alij splendido ferro. Alli de rhinis, alli deautisi boessin. i. Alij vero corijs, alij ipsis bob⁹. Alli deādrapodessi. Alij mancipijs. Vide igitur mentē textus optime pbari per istud græcum. Græci enim pro vino dederūt ali qui æs, alij ferrum, alij coria, alij ipsos boues, alij mācipia.

Expositio Græci in tex. positi.

d ¶ Scholæ. singularis numeri est hic, sic inf. mand. §. is qui exequitur.

† Facit ad hoc pulcherrim⁹ text. in l. sciendum §. vlt. de ædil. edi.

e ¶ Expediri. id est, cognosci.

f ¶ Speciem contractus. s. innominati, nā non habet nomen suum, vt ff. de re. permu. l. 1. §. item emptio. Sed quare dicitur innominatus, cum ita curiale nomen habeat? Respond. quia illi contractus sunt nominati, qui statim vt fiunt pariunt actionem, vt ff. de pact. iuris gentium, in prin. siue fiāt cōsensu, vt venditio, vt sup. eo. in princ. siue re, vt mutuū, vt sup. qui. mo. re contr. ob. in prin. At pmutatio nec ex pacto parit actionē, nec ex re, sed parit ex vtroq. s. postea dudū re interueniente ex pacto primo, vt substantialiter colligitur, C. de rer. permut. ex placito. Et ex hoc contractu orit̃ actio pscr. verb. vt inf. de act. §. actionē, & cōditio ob caussam, vt ff. de præscr. verb. l. naturalis. §. 1.

Cōtractus nominati qui sunt.

¶ Communis opi. est hic, & in l. iurisg. ff. de pact. quod permutatio sit cōtractus innominatus, cuius contrarium disputando tenet Fortu. Hisp. ibi in princ. col. 15. melior tamē ratio est, quare dicitur innominatus, illa. quam ponit gl. in rub. C. de rer. permu. & illam magis communiter seq. doct. ]

* ¶ Adde inter cetera hoc quoque differre permutationem a venditione, quod qui permutat, omnino dominium rei trāsferre debet, l. 1. in fi. ff. de rer. permutat. at vēditori sat est, si eam tradat, l. rem. ff. eod. & de alijs differentijs vide Accur. in d. l. 1. de rer. pmu.

vbi

ubi colligit quinque differentias.
a Digestis, ut ff. eo. l. 1. §. 1. Accur.
b Latius. id est melius & apertius in ff dicitur quam hic.

SYL. ¶ Cum autem emptio. CASVS ita figurari pōt. Quæ- fitum est ante traditionē (perfecta nihilominus venditione) cuius sit periculum & videbatur esse uēditoris, quia res perit domino, l. incendium, C. si cer. pe. dominus autem est uēditor ante traditionē, ut hic dicitur in fine. ergo ipsi perire & damnum eius esse debet. Contrarium decidi tur hic ea ratione, quia cum tenetur venditor ad tradendum, si res desinat posse tradi absque dolo & culpa sua, liberatur, & ideo quamuis quo ad dominium pereat ipsi, nō tenetur ad præstationē talis rei quia liberatur, ut dixi. No. quod emptio dicitur perfecta statim ac de pretio conuentum est. Itē, q̄ perfecta venditione ante traditionem, periculum transit in emptorem, siue in totum siue in parte res pereat. Itē, quod commodū alluuionis spectat ad emptorem. Item, quod eius sunt commoda, cuius incommoda. Itē, quod venditor etiam recepto pretio remanet dominus quousque nō tradit, & per consequens habet actionem persecutoriam, sed tenetur eam cedere.

† Vide Alcia. li. Præter. 2. tit. de cont. emp. vbi Homeri uersus reponit.
† aliás adiuuaretur.
† aliás augumentatur.
† Ut Diocletianus, & Maximianus, l. emptionē C. de rer. permut. Permutatio duas actiones parit.

merito præualuit, cum & ipse alijs Homericis † versibus † adiuuabatur, & validioribus rationibus † argumentabatur, quod & anteriores † Diui principes admiserunt, & in nostris Digestis a latius b significatur.

¶ Rei venditæ in specie commodum & incommodum spectat ad emptorem etiam ante traditionem, nisi in ea dolum, vel culpam venditor commiserit, cuius nomine cōuenitur, & quoties quis ideo tenetur, quia actionem habet, eam cedendo liberatur. Ang. Are.

¶ Cum autem emptio, & venditio contracta sit, (quod effici diximus, c simul atque de pretio conuenerit, cum sine scriptura res agitur) periculum rei venditæ statim d ad emptorē pertinet, tam etsi adhuc ea res emptori tra-

c ¶ Diximus, sup. eo. in prin.
d ¶ Statim. Sed certe immo non statim, sed nouem sunt necessaria.
¶ Io. Fab. hic dicit hęc non necessaria, sed q̄ regula simpliciter procedit, sed fallit in quolibet casuum subscriptorum.
¶ Primo, quod venditio fiat nō in scriptis, aliás, i. si fiat in scriptis venditio, non transit ad emptorem periculum, nisi mundum esset completum, ut hic, & C. de fid. instr. contractus, & C. de peri. & commo. rei vendi. cū inter. Item, quod fiat pure, aliás non perit emptori, licet secus si facta sit deterior, ut ff. de peri. & cōmo. rei vend. l. necessario, §. q̄ si pendente. † Item, q̄ sit facta uenditio in specie, nam si in genere, utputa vendo hominē, † non perit emptori ante traditionem, ut ff. de peric. & commo. rei vend. l. cumque. & l. q̄ si neque. Item, q̄ sit certa species, quia si sub incertitudine sit uendita, licet sit species non tamen spectabit semper periculum ad emptorem, puta vēdo Stichum aut Pamphilum, periit Stichum, primus. n. mori periculo vēditoris, ut non pōt, l. ff. de contrah. emp. si in mentione, § penult. incendiū, necessario. Item q̄ nullum pactum sit insertum, quod periculum vēditorem respiciat, nam tunc nō periret emptori, ut ff. eo. si in venditione, & inf. prox. ver. q̄ si fugerit &c. siue specialiter esset de casu fortuito dictū, secūdum B. siue generaliter, secūdum M. ut diximus, ff. si quis cau. sed & si quis, §. quæsitū. ADDITIO. Cautela tamen est, ut maximi casus, & terribiles exprimātur, quia clausula generalis subsequens non nisi ad alios minores, vel æquales refertur, imo, vbi quis tenetur de casibus, intelligitur solum de solitis & consuetis, l. fistulam, §. si. ff. eo. Ang. Itē quod venditor non fuerit in culpa, vel dolo quare res pereat, ut inf. prox. ver. q̄ si. Itē, q̄ non sit in mora. nam tūc qui ultimam fecit moram, sibi perit, ut ff. de peri. & comm. rei uēd. illud: & hoc est uerū hoc casu siue res peritura erat penes emptorem, siue non, secundum Io. ut ff. leg. 1. cum res. §. fin. licet M. distingueret, arg. ff. de ret uend. l. uē si uberatum. §. si. Item q̄ non sit res, quæ degustationem desideret, ut vinum, & zinziber, & similia. Nā tunc distinguitur, an uēdatur in specie, & tunc post degustationem est periculo emptoris. an in genere, & tunc sunt duo necessaria, ut sit emptoris periculo, scilicet degustatio, & mensura siue pondus, & hoc secundum Ioan. & B. & Pla. ut ff. de pericu. & commo. rei uend. l. prima, in princ. & §. 1. Sed Azo. dicit, quod in vino sit speciale, q̄ statim facta venditione ēt ante degustationē sit emptoris pīculū, si sit in spē vēdō, ut ff.

SYL. Venditione facta non pertinet ad emptorē periculum rei venditę nisi 9. cōcurrant.
† Quia pēdente conditione uēditio adhuc perfecta nō est l. hæc vēditio. ff. eod.

† Quia ge nus perire non pōt. l.
† Aliquando C. si cert. pet.
Si & sub incertitudine venditio tenet, veluti cum quasi alea emitur, quod fit, cum piscium vel auium captus emitur, vsque adeo ut & si nihil captum sit, nihilominus venditio firma permaneat, quia spei venditio est, l. nec emptio. ff. eod. tit.
¶ Item q̄ alio modo pereat, quam publica tione rei, nam tunc non perit emptori, ut ff. loc. si fundus.
¶ Declara, ut per Bar. in d. l. SYL.

vi ff. eod. l. quod sæpe. §. in iis. Sed numquid distinguitur periculum peremptionis a deterioratione, vino vendito in mensura, † vt in venditione conditionali diximus modo per l. ff. de peric. & commo. rei vend. l. necessario, § quod si pendente, vt effusionis ad venditorē, acoris, & mucoris ad emptorem pertineat? Bal. ait quod sic, quia hæc sub quadā conditione fit, scilicet si degustetur. Sed certe ipse met mutauit cōsilium postea & merito, q̄a aliud est in alia conditione, quę non est in potestate venditoris, aliud in hac, quæ in sua potestate est, cū possit denunciare emptori, vt gustet & accipiat, alias potest effundere, (1) vt ff. de peric. & commo. rei uend. l. 1. § fin. Et sic indistincte periculum ante mensuram est uenditoris.

mo. rei vend. l. id quod, & de reg. iur. l. secundum naturam, & supra de leg. patron. tut. §. finali.

c ¶ Venit. i. venditus est.

d ¶ Neque culpa. Etiam talis, qualis in commodato gratia vtriusque partis cōtracto venit, vt ff. de pe. & com. rei uendi. l. custodiam & ff. commod. si vt certo, §. interdum.

† Q. si dicatur vendi tio ad mēsuram, de clara secū dū Bar. in l. Iulian. § si Titius ff. de act. emp.

dita non sit. Itaque [a] si homo mortuus sit, vel aliqua parte corporis læsus fuerit, aut ædes totæ, vel aliqua ex parte, incendio consumptæ fuerint, aut fundus vi fluminis totus, vel aliqua ex parte, ablatus sit, siue etiam inundatione aquæ, aut arboribus turbine deiectis, longe minor aut deterior esse cœperit, emptoris damnum est, cui necesse est, licet rem non fuerit nactus, pretium soluere. Quicquid enim sine dolo, & culpa venditoris accidit, in eo venditor securus est.

¶ Sed & si post emptionem fundo aliquid per alluuionem accesserit, ad emptoris commodum pertinet. Nam & commodum eius esse debet, cuius periculum [b] est.

¶ Quod si fugerit homo, qui venit, [c] aut surreptus fuerit, ita vt neque dolus, neque culpa [d] venditoris inter-

uenerit, animaduertendum [e] erit, an custodiam eius vsque ad traditionem venditor susceperit. [f] Sane enim si susceperit, ad ipsius periculum is [g] casus pertinet, si non susceperit, securus est. Idem & in ceteris animalibus, ceterisque rebus intelligimus. Vtique tamen vendicationem rei, & condictionem [h] exhibere [i] debebit emptori, quia sane qui nondum rem emptori tradidit, † adhuc ipse dominus est. Idem est de furti, & de damni [k] iniuriæ actione.

¶ Etiam sub conditione potest emptio celebrari, & accidentalia contractus possunt in alterutrum ex contrahentibus celebrari. Aretinus.

¶ Emptio tam sub cōditione, quam pure, contrahi potest. Sub conditione, veluti, Si Stichus infra certum

SYL. ** ¶ Vide ad id quod dicitur de degustatione, gl. in l. 1. ff. de peric. & cōmo. rei uendi. quæ secundū Ang. hic differt vt ab ista.]

ADDITIO. (1) Vel ab eo die in antea periculum pertinet ad emptorem vasis. Et hoc verum, quādo est appositum tempus ad mensurandum, alias debet conseruare, donec vasa erunt sibi necessaria, & hæc procedunt in vino, secus autem in aliis rebus, quia propter hoc effundi non potest. Ang.

a ¶ Itaque. Nunc ponit exempla.

b ¶ Periculum est, facit, ff. de peric. & com.

e ¶ Animaduertendum. id est distinguendum.

f ¶ Susceperit quod pactum valet, vt hic. & ff. eo. quod sæpe. §. si res, & ff. de peric. & cōmo. rei ven. l. 1. §. 1.

g ¶ Is casus. Etiam leuissima culpa contingens, secundum Ioan. non vero fortuito, licet M. contra vt C. de pigno. act. quæ fortuitis.

† facit §. venditæ, su. de re. diu.

h ¶ Cōdictionem. s. furtiuā, quæ. s. soli domino dabatur, vt hic, & ff. de cond. fur. l. 1.

SYL. ¶ Vel quasi. secundum Bart. in l. 1 ff. de con di. fur.]

i ¶ Exhibere. Scilicet cedendo actiones istas, & hoc quā do non fuit in culpa, a liās nō liberatur cedēdo, vt ff. pro so cio. l. de illo. in princip. quę est contra.

K ¶ Et de damni. Puta si fuerit res vendita venditori subtracta, vel in ea datum sit damnum, vt in princ. huius §. nam hæc actio damni iniuriæ domino datur, vt ff. ad legem Aquil. l. uel. Mela. §. legis.

SYL. ¶ Intellige de directa, nam vtilis datur etiam non domino d. l. item Mela. §. final. & not.

not.glos.in dicto §.legis,in ver. hero.

SYL. ¶ Emptio iam. CASVS in tam notissima regula non figuratur. Not.summar.item & exempla posita in tex. quod venditio potest

Emptio an possit ī alteri⁹ cōtrahentiū arbitrium conferri. conferri in alterutrum ex contrahentibus.

† alias fit.

a ¶ Placuerit. Sed videtur, ꝙ in alterius cōtrahentis arbitrium conferatur emptio, ꝙ esse nō potest, vt C.eo.l in vēdentis,vel emētis, & ff.eod.l. quod sepe,§.1. quæ sunt contrariæ. Sed dic rem ipsam hic conferri in arbitriū emptoris,aliud si cōmercium, vt, Sit tibi empta, si vis, vel pretium pro quanto voles. vt dictis legibus cōtrarijs.(1)Item opponitur hęc venditio, quæ hic fit,non videtur cōditionalis, vt ff.eo. l 3.quę est contra. Sed certe ibi fuit empta pure,sed resolutio debebat, sub cōditione fieri,at hic sub conditione facta fuit, vnde non potest impleri nisi impleta conditione,vt ff.eod. hæc venditio, in princip.

† Facit ad hunc §. c. de iure.cū gl. fi.d iu. pat.& c.2. cū glo. 1. de reli. & ue.san.

diem tibi placuerit, [a] † erit tibi emptus aureis tot. [b]

¶ Emens ignoranter rem, quæ non est in commercio, habet contra venditorem actionem ex empto ad interesse. Ang.

¶ Loca † sacra, [c] vel religiosa, item publica (veluti forum,basilicā) frustra quis sciēs emit, quæ tamen si pro profanis, vel priuatis [d] deceptus a venditore quis emerit, habebit actionem ex empto, quod [e] non habere ei liceat, vt consequatur quod sua interest eum deceptum nō esse. Idem iuris est,

SYL. * ¶ Vide gl.no.in d.l.in vendentis.C.eo. ]

ADDITIO. (1) Tu dic, quod omnia ista sunt de substantia contractus, quæ in voluntatem alterius contrahentium committi non potest etiā per verba importantia arbitrium boni viri,hic autem non substantia, sed accidens vel qualitas committitur. Ang.

SYL. b ¶ Aureis tot.Puta 10.

¶ Loca sacra. CASVS ita posset figurari: Valet argumentum de contractibus ad vltimas voluntates,& econtra,sed legatum rei, quæ non est in commercio, siue scienter.siue ignoranter fiat,non valet, §.non solum, sup.de leg.etiam quo ad præstationem interesse. eadem ratione idem uidebatur in emptione.sed contrarium dicitur illa rōne; quia qui se obligauit ad tradendam re, quæ tradi non poterat, in culpa est, & propter culpam tenet ad interesse No.summa.

c ¶ Loca sacra.quæ sunt ista, habes sup. de ret.diui.§.flumina,& §.nullius. & §.religio.

d ¶ Priuatis. Redde singula singulis, nam priuata cōtraria est publicæ profana sacrę & religiosæ,& facit,ff.eo.l.& liberi.& l.quia & l.liberi.

si hominem liberum, pro seruo emerit. [f]

e ¶ Quod, id est,quia.

f ¶ Emerit. Ignorās, vt ff. de contrahen. empti. l. liberi hominis.

* ¶ Quid dicemus,si quis vēdat rem vitiosam,vetut pecus morbosū, aut quid simile,& traditum est? Si sciens distraxerit, eum teneri ad omne interesse emptoris etiam extra rem contingēs si ignorans,præstabit quanto minoris empta res esset si hoc sciset qui emit, l. Iulianus, ff.de act.emp. Sane si vitium palā apparebit, aliud iuris erit,l.ea. ff.eo.]

¶ De locatione,& conductione.

¶ Locatio perficitur consensu eo ipso, quod de mercede conuenit, & in voluntatem tertij merces cōferri potest, quemadmodū in emptione, & secundū eius naturam quasi per omnia locatio regulatur. Incerta vero mercede constituta, contractus innominatus efficitur. hoc dicit. Aret.

LOcatio [g] & conductio proxima [h] est emptioni, & venditioni, eisdemque iuris regulis consistit. Nam vt

¶ De locatione, & conductione.

¶ Textus continuat rubr. Quia locatio est similis emptioni,ut in tex. & ff.i.2.igitur post empt.sequitur uidere de locatione.Aret. Cōtinuatio.

LOcatio. ¶ Totus iste tit.diuidit in quinque partes.Primo ponit,ꝙ iste cōtract⁹ habet similitudinem cum cōtractu emptionis.Secundo illud per exempla declara. Tertio,quid ueniat in isto cōtractu. Quarto,ad quid tenetur conductor. Quinto,an iste contractus transeat ad hæredē.Secunda ibi, Nā ut empto.Tertia ibi,in §.Cōductor. Quarta ibi,Qui pro usu.Quinta ibi,in fi. Mortuo. Diuisio.

¶ Locatio. CASVS in declaratione terminorum & simplici ęquiparatione non figurabitur alter nisi literaliter. No.æquiparationem contractus emptionis,& locationis, & quod ualet argumentum de uno ad alium.Item,quod quando merces est incerta ,agitur præscriptis uerbis.]

g ¶ Locatio.Sic ff.eod.l 2.

h ¶ Proxima quo ad trac. & quo ad sententiam.

* ¶ Hincque uidemus legem loquentem in uendi.

emptio & venditio ita contrahitur, si de pretio [a] conuenerit, sic & locatio & conductio ita contrahi intelligitur, si merces [b] constituta sit, & competit locatori quidem [c] locati actio, conductori vero conducti. Et quæ supra diximus, [d] si alieno arbitrio [e] pretium † promissum fuerit, eadem & de locatione & conductione dicta esse intelligimus, si alieno arbitrio merces † promissa fuerit. Qua de causa [f] si fulloni [g] polienda curandave, aut sarcinatori [h] sarcienda vestimenta quis dederit, nulla statim mercede constituta, sed postea [i] tantum daturus, quantum inter eos conuenerit, non proprie locatio, & conductio contrahi intelligitur, sed eo nomine [k] actio præscriptis verbis [l] datur.

¶ Si merces consistit in specie, non locatio, sed innominatus contractus nascitur, ex quo actio præscriptis verbis datur. Accu.

venditione trahi ad locationem, §. pretium. in fi. sup. tit. prox. vbi & hoc protrahit Ang. in vlt. not. ad statutum etiam exorbitans, & correctorium, per gl. in l. quod vero, ff. de le gi. & in l. si quis seruo. & ibi Bart. & alios, C. de fur. in pluri mis tamen casibus differunt vt ecce per venditionem trãsfertur dñium, aut certe vsucapiendi conditio. l. ex empto. de act. empti. per locationem, ne possessio quidē mutatur, l. non solum, §. quod vulgo. ff. vsuc. venditor nõ tenetur rem amplius quam semel tradere. l. qui pendentē. in fi. de actio. emp. conductor toties agere poterit ex cõducto, quoties sibi re locata frui nõ licebit. l. si quis domum. l. ex conducto. ff. loca. Edictum quoque ædilicium emptori, non conductori prospexit l. sciendum. de ædil. edi. Prætetea multa sunt quæ locari permissa sunt, non etiam vendi, vt bona ecclesiastica, & ex diuerso quedam sunt quæ vendi possunt, quæ tamen locari prohibentur, vt ius seruitutis. l. locare, ff. loc. ]

† aliàs per missum.

† aliàs per missa.

a ¶ Si de pretio. vt sup. tit. §. pretiũ autem.

b ¶ Si merces. s. certa, & in pecunia numerata, vt ff. deposi. l. 1. §. si quis seruum, & ff. de præscri. ver. naturalis, § at cum do. vnde partiarius colonus, qui partem domino reddit fructuum, impropriè dicitur cõductor, imò socius magis, vt ff. eo. l. si merces, §. vis maior. Accurs.

Colonus partiarius nõ est conductor.

¶ Et agitur actione personali cõtra eum, vt vult ibi Barto. vide tamen tex. in l. 1. §. si quis seruum, ff. depo. & Bald. in l. certi, in 3. q. C. eo. qui tenet, quod agatur præscriptis uerbis.

SYL.

** Quid si conueniat, ut certa quantitas tritici. uel uini, aut alia res præstetur domino in singulos annos, quotcunque fructus percipiat colonus? Et receptum est esse contractum innominatum do ut des, qui tamẽ ab similis non est locationi, & ideo quæ de locatione tradita sunt, eadem hic seruari oportere, glo. l. excepto & l. olei. C. loca. & in cap. propter extra eo. tit. & tradit Petr. de Vbal. in tract. de societ. in 11. par. q. 9.

c ¶ Locatori quidem locati. Sicut venditori ex vendito, & emptori ex empto actio competit, vt sup. tit. 1. §. pretium in fi.

d ¶ Supra diximus. Vt supra titu. primo, §. pretium.

e ¶ Arbitrio. ff. eo. si merces 1. resp.

f ¶ Qua de causa. Quia dixit certum debere pretiũ interuenire.

g ¶ Si fulloni. Est autem fullo qui lauat, siue tingit, siue polit. Accurs. Floren.

h ¶ Sarcinatori. Sarcinator est qui fracta vestimenta resarcit, † vt diximus, infra manda. in fin. Et proprius dixisset sartor secundum aliquos a sarcio, cis. Tamen etiam bene stat sarcinator, & dicitur a sarcina, & est proprie ille, qui plurimum uestium consuit, & aliquando ponitur pro sutore, ut hic.

† Sarcire .n. est integrũ facere. Sex Põp. Additio.

i ¶ Postea. No. postea, nam prius re non secuta, id est nondum tradita ad reaptandum, actio non datetur, ut C. de rerum permuta. ex placito.

K ¶ Nomine. Quasi ex nouo contractu innominato, ut ff. de præscriptis uerbis. l. prima.

l ¶ Præscriptis uerbis. infra manda. paragrapho finali. contra. Sed distingue. aut certa merces interuenit, & tunc agitur locati, ut supra eodem, in princip. aut incerta, & tunc præscriptis uerbis agitur, ut hic, aut nulla, & tunc est mandatum, ut digestis de præscript. uerb. si tibi polienda. & in contrario.

Merces qñque est certa, qñque incerta, qñque nulla.

ADDITIO. Intellige si res erat solita locari, aliàs secus, ut l. naturalis, § at cum do. ff. de præscrip. uerbis. Ang.

¶ Prætetea sicut &c. CASVS ponitur in text. dum Iustin. exemplificat in quotidiano rusticorum exemplo, in quo prima frõte uidebatur dicendum, non esse agendum præscriptis uerbis, sed potius esse societatem. d. boum, uel commodatum, quia & commodatum gratia utriusque quandoque celebratur, ut est no. supra in §. 2. quibus modis re contra. obl. sed contrarium deciditur, quia societas non est, quia dominiũ aut usus non

SYL.

fuit

sunt communicata, nec commodatum, quia debet esse gratuitum, vt dicitur in text. nec etiam est permutatio eadem ratione, quia retentum est dominium. Not. summarium. Item not. quotidianum exemplum boum rusticorum. Item commodatum gratuitum debere esse.]

a ¶ Praeterea. Vulgo quaerebatur, vt sup. ti. 1. §. item pretium.

b ¶ Commodarent. Improprie ponitur, vt sequitur.

c ¶ Bos perierit. Sua culpa, aliàs non tenetur, cum vtriusque gratia contractum sit, vt hic. & ff. de praescri. verb. l. si gratuitam, §. si margaritas, & ff. commo. si vt certo. §. nunc videndum. t.

d ¶ Quia non fuit. Bona ratio, vt sup. qui. mod. re contrahi. obligat. §. 2. vers. sic. commodata.

¶ Praeterea sicut vulgo [a] quaerebatur, an permutatis rebus emptio, & venditio contraheretur, ita quaeri solebat de locatione, & conductione, si forte rem aliquam vtendam siue fruendam tibi aliquis dederit, & inuicem a te vtendam siue fruendam aliam rem acceperit. Et placuit non esse locationem, & conductionem, sed proprium genus contractus, veluti si cum vnum quis bouem haberet, & vicinus eius vnum, placuerit inter eos, vt per denos dies in uicem boues commodarent, [b] vt opus facerent, & apud alterum alterius bos [c] † perierit, neque locati, neque conducti, neque commodati competit actio, quia non fuit [d] commodatum gratuitum, verum praescriptis [e] verbis agendum est.

¶ Contractus emphyteuticus, qui perficitur, cum alicui res conceditur mercede in pecunia, vel in specie constituta, a locatione,

e ¶ Praescriptis verbis. Quae competit ex contractibus tribus innominatis, do vt des, facio vt facias: do vt facias, vt ff. de praescript. verbis, l. naturalis, §. 2. & 3.

* * De natura huius actionis plenius tractat idem Accursius, infra de actio. §. actionum autem. in vers. de aestimato. & in ver. ex permutatione.]

Praescriptis verbis agitur tripliciter.

* ¶ Praescribere lingua Latina est statuere, & certo modo ante ordinare. hinc actio praescriptis verbis dicta, quae datur ex contractibus innominatis, in quibus certa forma verborum erat statuta, vt videlicet quemadmodum se res haberet, describeretur, tum quae species contractus esset, referretur, quod non erat in formulis actionum aliorum contractuum, quas ex facti differentia plerumque Praetor immutabat, vt diserte docet Alcia. noster. lib. vltimi. dispunc. cap. vlt.]

¶ In facto enim vt des, datur actio de dolo, & Bartol. in dicta l. naturalis, §. quod si faciam, assignat rationem, quae omnia sunt secundum communes docto. sententias. Vide tamen, quae disputando contradicunt Fortu. in l. iuris gé. §. & ideo. columna quinta. ff. de pact. & Praepo. Senen. in 4. casu q. 6. colum. 2.]

¶ Aliàs datur ex pactis incontinenti appositis, vt C. de rer. permu. rebus (l) alias datur, quando dubium est de nomine contractus, vt ff. de praescrip. verb. l. prima, §. finali, & l. 2. 3. & 4.

ADDITIO.

(l) Hoc verum si super accidentalibus apponatur, secus si super substantialibus, vt l. pacta, ff. de contrahen. empti. Ang.

† aliàs perijt.

¶ Adeo autem.

CASVS in prima parte huius text. non necessario ponendus est, quippe qui declarat terminos contractus emphyteutici. Cum enim antiquitus dubitaretur, an certa mercede constituta si concedebatur perpetuo fundus, esset venditio, quia vtile dominium transferebatur, an locatio, quia remanebat dominus, fuit haec controuersia sopita per declarationem factam, quae vocatur est contractus emphyteuticus, quasi meliorationis. sed bene dubitari poterat eueniente damno, vel interitu rei, ad quem spectaret.

SYL.

¶ Primo videbatur ad ipsum emphyteuticarium pertinere interitum totius rei, sicut a tim ac perfectus erat contractus, non aliter ac in emptore, vt supra titulo primo, §. cum autem, cuius contrarium dicitur ex eo, quia cum dominus remaneat dominus, et petit.

¶ Item quia in emptione ille, qui vendit, tenetur ad tradendum, & ideo liberatur interitu sine culpa sua secuto, is vero, qui dat in emphyteusim, tenetur ad patientiam, & sic ad factum successiuum. l. ex conducto, ff. loca. & ideo cum habeat tractum in futurum incertum, periculum semper est ipsius domini.

¶ Secundo videbatur, quod damnum partis rei spectaret ad dominum sicut in locatione, in qua fiebat remissio ob similia damna, cuius contrarium dicitur ex eo, quia in emphyteusi merces est modica, quae traditur in recognitionem domini, ideo non est in damno sicut in locatione.]

a ¶ Adeo autem. Quia ijsdem regulis, & cōstitutionibus consistunt, multa ergo habent inter se communia.

b ¶ Aliquam. Alias non est in litera, aliquam.

c ¶ Et venditio, scilicet ex vna parte.

d ¶ Et conductio. Scilicet ex alia.

e ¶ Verum emptio. Quod videbatur, cum talis datio alienatio sit, vt in Authent. de nō alien. §. alienationis, collatio. 2. quod locatio non facit, vt ff. eod. l. non solet.

† Ad interpretationē huius §. vide Fortu. in l. legitima col. 5. ff. de pact.

f ¶ An locatio. Quod videbatur, cum mercedem soluere tenerentur.

† .i. similitudinem.

g ¶ Perpetuo. Aliter accipitur, ff. pro socio, l. 1.

* ¶ Simili modo exponit Paulus Iurisconf. in leg. 1. si ager vecti. vel emphy. pet.

h ¶ Pensio in pecunia.

i ¶ Redditus. in specie.

& ab emptione in aliquibus differt, & multipliciter conuenit cum eis, qui iure ciuili fuit introductus. Et interitus totius rei pertinet ad dominum, & particularis ad emphyteutam. hoc dicit. Angelus.

¶ † Adeo [a] autem aliquam [b] † familiaritatem inter se videntur habere emptio, & venditio, [c] item locatio & conductio, [d] vt in quibusdam causis quæri soleat, vtrum [e] emptio & venditio contrahatur, an locatio [f] & conductio, vt ecce de prædijs, quæ perpetuo [g] quibusdam fruenda traduntur † id est, vt quādiu pensio [h] siue redditus [i] pro his domino præstetur, neque ipsi conductori, neque hæredi eius, cuive conductor hæresve eius id prædium vendiderit, aut donauerit, aut dotis nomine dederit, aliove quocumque modo alienauerit, [k] auferre [l] liceat. Sed talis contractus, quia inter veteres dubitabatur, & a quibusdam locatio, a quibusdam venditio existimabatur, lex Zenoniana [m] lata est, quæ emphyteuseos [n] contractus † propriam [o] statuit

K ¶ Alienauerit. Cum multi sint modi alienandi, vt ff. de pub. l. 3. 4. 5. & 6.

* ¶ Intellige tex. nostrum, cum alienatio fit consentiente domino directo, alias ei auocare liceret debuit enim primo id ipsi domino denunciare, l. vlt. C. de iu. emphy.]

l ¶ Auferre liceat. Interdum autem datur ad certum tempus, interdū in tertiam personam, vel generationē, cum omnia pacta super hoc cōtractu habita valeant, vt infra proxi. Sed ecclesia dat in emphyteusim vsq; ad tertiam generationem tantum, vt in Auth. de non alie. colla. 2. § emphyteusim, Vel (vt puto) etiam in perpetuum dabit, quilibet primatus. vt hic. & in Auth. de alie. & emph. §. licentiam, coll. 9. Accur. Flor.

Emphyteusis datur ad varia tempora.

¶ Ange. hic distinguit, quod aut seruatur in alienatione solennitas requisita, & valet, & transitet ad omnes, aut non, & non valet, c. 1. de reb. eccl. non alie. lib. 6.

m ¶ Lex Zenoniana, vt C. de iu. emph. l. 1.

SYL.

n ¶ Emphyteuseos. Emphy. græce latine dicitur melioratio, hoc ideo, quia olim tātum sterilia dabātur, vt meliorarentur, sed hodie non tantum sterilia dantur, sed etiam fertilia, nisi in ecclesia, quæ dat sola ea, quæ congrua videntur œconomo, & alijs gubernatoribus ecclesiæ. sic C. de sacrosf. eccl. Authen. perpetua quoque. Acc.

* ¶ Emphyteusis descendit a verbo Græco emphyteuein, quod est plantare, seu inserere. Vnde Alc. noster phytion dici posse ait emphyteuticam pensionem, seu mercedem meliorationis, quæ pro plantis pēditur, hincque vulgus corrupte fictum dicere.

† Sic exponit glo. 10. q. 2. in §. perpetua, q̄ ponit, quot modis accipitur hæc dictio perpetuo.

o ¶ Propriam. Agitur ergo cōdictione ex lege ad omnia obseruanda, quæ continētur. Sed numquid emphyteuta potest alij dare in emphyteusim? Respondeo sic. vt in hoc §. & in Authent. de nō alie. aut perm. §. alienationis. coll. 2. Item nūquid illud vtile dominium, quod solum habet, trāsfertur in eum? Respon. sic, cum rei vendicatio vtilis sibi detur, vt ff. si ag. vect. l. 1. & 3. Sed qualiter aget primus emphyteuta contra secundum, vt eum expellat? Resp. rei vendicatione quæ licet de iure sibi nō competat, exceptio tamen opponi nō potest, quia replicaretur, & sic non dominus dominum vincit. Vt C. de transf. l. vbi. vbi de facto tantum agit, & vincit, & ff. de except. rei iud. si quis rem. vel verius, aget præscriptis verbis. Vel dic, ex lege Zenonis ad mercedem.

† Concor. cum hoc tex. c. vlt. cum gl. 1. in princ. ext. eo. tit.

¶ Communis doct. resolutio est quod si requisito domino primus emphyteuta fecit secundum, & eum induxit in possessionem iuxta formam. l. fi. §. necessitatē. C. eod. tunc dominus agit condictione ex d. l. fin. si vero propria auctoritate, & tunc dominus potest eum expellere, & agere rei vēdicatione, non condictione ex l. quia illa est actio personalis, §. sic itaque inf. de actio.]

¶ Adde, q̄ vbi emphyteuta cōcedit alij prædium emphyteuticum pro certa pēsione annua

naturam, neque ad locationem, [a] neque ad venditionem [b] inclinantem, sed suis pactionibus fulciendam, & si quidem aliquid pactũ fuerit, hoc ita obtinere, ac si naturalis [c] esset contractus, sin autem nihil de periculo rei fuerit pactum, tunc si quidem totius rei interitus accesserit, ad dominum [d] super hoc redundare periculum, sin autem particularis, [e] ad emphyteuticarium huiusmodi damnum venire, quo iure vtimur. [f]

¶ Cum dominium rei concessæ transit pecunia pro mercede constituta, emptio non locatio dicitur. Aret.

¶ Item quæritur, si cũ

*nna dicitur contractus libellarius, vbi vero concedens est dominus, proprie dicitur contractus emphyteuticus, Ias. l. 1. nu. 29 C eod. sed ex communi vsu loquendi pro synonimis habentur contractus emphyteuticus, & libellari⁹, Cla. de iu. emphyt. pag. 1.

Emphyteusis a locatione in septem differt.

a¶ Neque ad locationẽ. Immo differt in 7. Nam hic etiã in specie præstatur pensio, sed ibi in pecunia tantum, vt hic scripsim⁹. Item hic possidet naturaliter sicut fructuarius, vt ff. de acqui. pos. naturaliter. sed conductor non, vt C. commu. de vsuc. l. 1. item hic habet dominium vtile, sed conductor non, vt ff. eod. l. non solet. † Item hic contractus fit in immobilibus tantum, ille etiã in mobilibus, vt in Auth. de alie. & emphy. §. licentiam, coll. 9. Item hic agitur conditione ex lege, ibi ex conducto. Item hic contractus iuris ciuilis est, ille naturalis, vt hic dicitur. item est hic in scriptura, ille etiã sine ea, vt C. de iu. emph. l. 1. & sup. de obliga. ex consensu, & sup. eo. in princ.

† nisi conduxissent ad nõ modicũ tẽs, vt ff. si ager vecti. per totũ. Fab.

SYL. ¶ Hæc procedunt in conductione ad modicum tempus, sed in conductione ad longum tempus adhuc sunt differentiæ, quia in locatione remittitur pensio ob sterilitatem, in emphyteusi non. Item in caducitate, quia emphyteuta non cadit, nisi per triennium steterit quod non soluerit, conductor vero secus. Item quo ad melioramenta, quia colonus repetit, emphyteuta vero non, vt tradit Ias. in l. 1. in glo. C. eod.]

Emphyteusis differt a vẽditione ĩ tribus.

b¶ Neque ad venditionem, quia hic pẽsio præstatur, ibi res libere transit. Item ab hoc res reuocatur, sed ab emptore non per venditorem, vt C. de rei vend. l. inciuile. Item hic vtile trãsit dominium, ibi directum, vt sup. de re. diu. §. per traditionem.

Ius gẽtiũ dr̃ ius naturale.

c¶ Naturalis. id est iuris gentium, quod naturali ratione est inductũ. vt sup. de iu. na. §. quod vero. hic enim est de iure ciuili, vt & alij. vt inf. de act. §. de constituta pecunia.

d¶ Ad dominium. Vt pensionem non hẽat.

Emphyteutica res si pereat, cuius erit damnum. Additio.

e¶ Particularis i. medietatis vel minus, secundum M. & lo. arg. ff. de vsufruc. etiam & de verb. sig. nomen filiarum, §. portionis, & ff. de dam. infe. inter quos §. damni. & de contrahen. emp. domum. Nos dicimus, si aliqd etiam parum remansit, damnũ emphyteutæ esse, † arg. huius. 3. & C. eod. l. 1. De hoc dantur tales versus: Res perit tota, tunc nihil dabit emphyteuta. Si pro parte perit, non ita liber erit.

† Idem uř

Alc. in d. §. portionis. emphyteusis

¶ Alij dicunt iudicis arbitrio relinquẽdum vt dicit hic Christ.]

SYL. duo tacita pacta continet.

f¶ Vtimur. Sunt & duo alia naturalia siue tacita pacta in hoc contractu, vt de eiiciendo emphyteutam, si nõ soluerit pẽsionẽ per triennium. vt C. eo. leg. 2. §. 1. & in Authent. de alie. §. scire, colla. 2.

*¶ Adde, qđ potest expelli, vel si per vnũ tñ annum soluere cessauerit, vbi in instrumento contractus emphyteutici adest iuramentum emphyteutæ, qui iurauit attendere, & obseruare omnia & singula in ipso instrumẽto contenta, & in aliquo non contrafacere, vt tradit Tho. Ferrarius caut. 20.]

¶ Hæc vera. nisi celeri satisfactione moram purgauerit. c. potuit. de loc. quæ arbitrio iudicis remittitur attenta qualitate personarum temporis.]

*¶ Adde, quod si dominus lapso triennio, vbi sumus in emphyteusi priuati, vel biennio, vbi agitur de emphyteusi ecclesiastica, protestatur etiã absente emphyteuta, quod non intendit ipsum habere amplius ꝓ emphyteuta, non potest emphyteuta purgare moram nisi celeri satisfactione, non facta vero protestatione admittitur ad purgandum moram, secundum Barto. Cępol. caut. 135. quam omnino vide, incip. Tuscis.

** Expelli quoque poterit, si arbores frugiferas cedat, vel rem deteriorem faciat, vt not. Bal. in l. diuortio. §. si fundũ. sol. matr. cuius opi. attestatur esse communẽ Pau. Pic. in §. Titia cum nuberet. nu. 120. de leg. 2. & latissime confirmat eruditus Pinel. l. C. Lusitan. in l. 1. in 2. par. sub nu. 60. C. de bo. mat. Item & si velit emphyteuta vendere, quod domino primo denunciare debet, vt C. eod. l. fin. §. 1. Accurs.

* Vide cautelam, vt possit alienare irrequisito domino, quam tradit Cæpol. caut. 22. consilium.]

** Adde, quod nisi sit processum ad traditionem emphyteuta per simplicem uenditionẽ nõ incurrit pœnã caducitatis, Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua, & latius Neguš. in tracta. de pign. in 2. par. 3. memb. nu. 79. Tiraq. de retrac. lignag. §. 1. glo. 2. nu. 43. Sed quid si

 em-

emphyteuta rem venditam recuperet? Et Barto. censuit non ideo liberari à pœna, in quam vendendo incurrit, in l. si a me, ff. ad l. Falc. de quo latissime differit ibi Alexan. & multo latius Iaſ. in l. vlt. car. pe. ver. 20. quæro, C. de iu. emphyteu.]

aurifice Titius conuenerit, vt is ex auro suo [a] certi ponderis certæque formæ [b] annulos ei faceret, & acciperet (verbi gratia) decem aureos vtrum emptio & venditio, an locatio, & conductio, contrahi videatur? Cassius ait, materiæ quidem emptionem, & venditionem contrahi, operæ autem locationem, & conductionem. Sed placuit tantum emptionem, & venditionem contrahi. Quod si Titius suum aureum dederit, mercede pro opera constituta, dubium non est, quin locatio & conductio sit.

ADDITIO. Quod dictum est, emphyteutam posse expelli non soluta pensione p triennium, verum est in emphyteuta priuati, quoniã emphyteuta ecclesiæ cessans per biennium in solutione expelli potest. auth. qui rem, C. de sacrosan. ecclef. & no. C. de iur. emphyte. l. 2. & ext. de loc. c. potuit. & in Authẽt. de non alie. §. tertio. col la. 2. Sed in simplici colono indistincte biennium expectatur, vt ff. loca. quæro, §. inter locatorem.

Adde, quod dominus directus non cogitur accipere pẽsionem ab alio quam ab emphyteutæ, etiã si velit soluere nomine emphyteutæ, quia solutio canonis non solum sit causa liberationis, sed etiam recognitionis domini, vt tradit no. Iaſ. l. 2. nu. 77. C. eo. Et hac ratione non potest etiam cogi accipere pẽsionem ab emphyteuta pro pluribus annis futuris. Dec. l. cum tempus nu. 7. de re. iu.

¶ In hoc contractu veniunt, quæ de natura ipsius venire debent, licet non fuerint expressa.

SYL. Item quæritur. CASVS ponitur in text. sed prior decisio videbatur magis iuridica, nam auri, cuius dominium transferebatur, emptio erat, operæ autem ad conficiendos annulos loc. emp. enim operarum nõ videbatur considerabilis. Sed dic, quod ratio decidẽdi fuit, quia finis rei spectatur. ille enim nolebat emere aurum, sed annulos. vnde quamuis dominium auri transiret, non operarum, venditio erat in effectu annulorum. quia constabant ex materia, & opera, idcirco dicta est potius emptio quam locatio, quia annuli nõ aurum videbantur, & sic declares, quia alias esset vera prima distinctio tex.

* Interpretatio huius §. accipienda est ex l. 2. ff. eod. vbi omnino videatur, quia inde sumptus est.]

¶ Conductor autem omnia secundum legem [c] conductionis facere debet, & si quid in lege prætermissum fuerit, id ex æquo, [d] & bono præstare.

¶ Conductor de leui culpa tenetur. Ang.

¶ Qui pro vsu, aut vestimentorum, aut argenti, aut iumenti, mercedem, aut dedit, aut promisit, ab eo custodia talis desideratur, qualẽ diligentissimus [e] paterfamilias suis rebus adhibet, quam si præstiterit, & aliquo casu fortuito eam rem amiserit, de restituenda ea non tenebitur.

¶ Contractus locationis ad hæredes transit conductoris. Ang. Are.

a Suo. scilicet artificis.

b Formæ. Scilicet demonstratæ. Sed qd si certa non est materia demõstrata? Respon. non interest, vt ff. de contrahend. emptio. conuenit, & l. Sabinus. Vel facies punctum in dictione, suo.

¶ Conductor autem. CASVS in tã notissima regula non est figurandus, nisi literaliter, & no. facile colliguntur ex summario. SYL.

c Cõductor. Legẽ. id est pacta, vt ff. deposi. l. 1. §. si conueniat.

* Quod pactum sæpe in iure appellatur lex, vide latissime apud Dec. in l. legẽ. 1. no. C. de pact. & q hic dicitur de cõductore, idẽ est & in locatore, l. ex conducto. ff. eod.]

d Ex æquo, & bono. Vt vsuras post morã, vt C. eo. præses. Idem econtra. nam conductor agit, vt domus, & ostia sibi reparentur, vt ff eo. ex conducto.

* De expensis in re conducta factis, vide Bal. in l 1. C. de iu. emph. SYL.

Qui pro vsu. CASVS facile figuratur, quia litera clara est, cuius ratio est, quia contractus vtriusque gratia contrahitur. Ideo casum figura literaliter, & no. tex.

e Diligentissimus, i. diligens. sic exponitur, ff. eo. si merces, §. qui columnam. nam cum vtriusque gratia fiat locatio, non venit exactissima diligẽtia, vt ff. commo. si vt certo. § nunc videndũ. Alij proprie ponunt, dicũt speciale in ijs rebus, quę facile pñt frãgi. Superlatiuus pro positiuo qñque ponitur.

Hæc

a Hæc vltima videtur communior, secundū Christop. hic. In alijs enim tenetur solū de leui, vt tradit Dec. in l. contractus, in §. no. de reg. iur.

Amiserit. Vel damnum datum sit, quod præuideri non poterat, vt ff. eo. sed de damno.

¶ Mortuo conductore a intra tempora conductionis, hæres eius eodem iure in conductione succedit. b

SYL. ¶ Adde an conductor teneatur de incēdio, Tho. Gramm. decis. 3.

a Mortuo cōductore proprietatis, secus in vsufr. vt C. de vsufruct. l. si domina. Vel dic vt ibi, & de iure do. l. si socerus. in fi.

## ¶ De societate. e

¶ Omnium bonorū, & vnius negotiationis tantum contrahi potest societas, in qua damni & lucri sunt partes æquales, nisi inter socios aliter conuentum fuerit. Arc.

SYL. ¶ Et hæc vera vbi iusvsusfructus constituitur, secus si fructus vsque ad certum tēpus vendantur, vel locētur, ut hic per doct.

SOcietatē coire solemus aut totorū d bonorum, quam Græci specialiter † κοινωνίαν appellant, aut vnius alicuius negotiationis, veluti mancipiorum vendendorum emendorumque, aut olei, aut vini, aut frumenti emendi e vendendique.

¶ Et quidem si nihil de partibus lucri, & dāni nominatim conuenerit, æquales f scilicet partes, & in lucro & in damno spectantur. Quod sic expressę g fuerint partes, hæ seruari

b Succedit: vt C. eodem. viam. Sed an moriente scholari, vel recedente substituere potest? Respon. sic de iure conductionis, sed ratio societatis prohibet, quæ prçualet, vbi certa persona eligitur, vt infra tit. 1. §. soluitur.

SYL. ¶ Hoc verum nisi subrogetur socius æque idoneus. l. idemque, ff. pro soc.

### ¶ De societate.

¶ Ista rubr. sic cōtinuatur. Dictum est sup. de quibusdam contractibus, qui fiunt consensu, verum quia societas est etiam contractus, qui fit consensu, vt patet, sup. de oblig. ex consensu, §. 1. ideo sequitur rubrica de societate.

e De societate. Est autem societas (vt ait M. T.) duorum pluriumve conuentio honeste contracta ad vberiorem quæstum, & commodiorem vsum. Accur.

SOcietatem ¶ Totus iste tit. diuiditur in quatuor partes. Primo ponit in quibus rebus possit contrahi societas. Secundo, quę partes possunt esse in lucro, & damno, & si non fuerunt a partibus expressæ, quæ intelliguntur. Tertio quando societas, & quomodo finitur. Quarto, ad quid socius tenetur. Secunda ibi, Et quidem. Tertia ibi, Manet autem. Quarta ibi, Socius socio.

SYL. ¶ Societatem coire, CASVS in declaratione terminorū non figuratur, nisi literaliter, ceteris enim partibus in societate damnum & lucrum debet esse commune. l. si nō fuerint ff. eo. No. summarium.

d Tototum. id est omnium, & expresse, vt ff. eo. l. 1. §. 1. & l. 3. §. primo. † Nam hoc nomen. s. totus tota totum, totitatem ad vnā rem signat.

† Et tunc & socij in me, & maiorum bonorum in

SYL. sociū per medietate dominiū sine traditione trās fertur, & omnia lucra vndecunque ēt si ex publicis stipendijs prouenīant, cōicantur, dānum tñ ex delicto cātū in parte tantum delinquentis computabitur, vt l. cum duobus, §. fin. ff. eo. Ang.

¶ Omne vero ad plura, quod declara, vt per Deci. in l. omnia in 1. not. ff. si cer. pet.

ADDITIO. Hoc verum, si ad vnam adijciatur, alias si ad vniuersitatem, de illa tantum quam de vno prædicatur. lo. Fab.

¶ No. ex hoc loco, ibi, aut vnius alicuius negotiationis, quod dictio, aliqua, ex ꝓpria sui natura & vi refertur ad rem quampiā singularē, uel particularem. ad idem tex. in §. præterea intestatus, sup. de fideicom. hæred.

e Emendi. Item duobus alijs modis. s. simpliciter, vt ff. eo. l. coiri. & l. nec adiecit. Item vnius rei, vt ff. eo. l. societas.

f Aequales. Sic. ff. de hæred. institu. l. quoties, §. hæredes, & sup. de hæred. inst. §. si plures, & ff. eod. l. si non fuerint, & dic æquale fuisse capitale. Accur.

¶ Vt ergo liqueat materia, dic, quod quandoque inter socios est conuentum de quota lucri, & damni, & illud seruandum est, vt hic, si modo ille, qui plus lucri ferre debet, plus contulerit, l. si nō fuerint, ff. eo. aliquando est conuentum de lucro, vel de damno tantum, & conuentio facta in vno habet locum in alio, §. illud, inf. eod. aliquando conuentum est, vt lucrum æqualiter diuidatur, & alter nullum damnum patiatur, & tunc aut is, qui operam posuit, est ille, qui damnum pati non debet. & valet societas, & conuentio, d. l. si non fuerint, §. ita coiri. aut econuerso, & communiter tenetur non ualere, si quis vult non pati damnum, qui ponit tantum pecuniam, aliquando nihil est conuentum, sed vnus, posuit pecuniam, alter operam, & habet locum. q. posita in lege prima. C. eodem, ita declarat Salyc. & bene in d. l. si non fuerint. SYL.

g ¶ Expressæ. Etiam in solo lucro, vt infra eod. §. illud.

debent. Nec enim vnquam dubium fuit, quin valeat conuentio, [a] si duo inter se pacti sint, vt ad vnum quidē duæ partes & lucri, & damni pertineant, ad alium tertia.[b]

¶ Valet conuentio inter socios, vt maiorem partem lucri ferat alter quam damni, & econtra; & etiam quod lucrum participet alter, & damnum non sentiat. Et lucrū dicitur, quod superest omni damno deducto. Aret.

¶ De illa sane conuentione quæsitum est, si Titius & Seius inter se pacti sunt, vt ad Titiū [c] lucri duæ partes pertineant, damni tertia, ad Seium duæ partes damni, lucri tertia, an rata debeat haberi conuentio. Quintus Mutius contra naturam societatis talem pactionem esse existimauit, & ob id non esse ratam habendam. Seruius [d] Sulpitius (cuius sententia præualuit) contra sensit, quia sæpe quorundam ita pretiosa est opera in societate, vt eos iustum sit conditione meliore in societatem admitti. Nam & ita coiri posse societatem non dubitatur, † vt alter pecuniam conferat, alter non conferat, & tamē lucrum inter eos commune sit, quia sæpe opera alicuius pro pecunia valet. Et adeo [e] contra Quinti Mutij sententiam obtinuit, vt illud quoque constiterit posse conuenire, † vt quis lucri partem [f] ferat, de damno non teneatur, quod [g] & ipsum Seruius conuenienter [h] † sibi † fieri existimauit. Quod ta-

a ¶ Conuentio. s. talis vt sequitur.

SYL. b ¶ Tertia. s. pars lucri, & damni.

¶ De illa. CASVS positio non est necessaria, quia tex. eam facit. Ratio enim dubitā di erat natura societatis, in qua omnia deberent esse cōmunia, l. si non fuerint, ff. eod. Cōtrarium deciditur ex ratione expressa in tex. quia opera vnius quandoque est pretiosior & vtilior societati, quam sors, & capitale alterius. Notabilia clara sunt & ea optime colligit hic. Angel.

c ¶ Ad Titiū. Cōputatio hic ita expedita fiat, vt si lucrum in vna re, in alia vero damnum contigerit, vt si deducto omni damno lucrum superest, vnus in duas partes, alius in tertiam partem admittatur eius lucri. Si vero tātum damnum superest, is, qui duas partes dāni ferre debet, in rebus, quę supersunt, tanto minus quā alter accipiat, quantum faciat tertia pars damni, vt ff. eo. Mutius.

d ¶ Seruius. Hic Seruius sibimet contradicere videtur, vt ff. eodem.

¶ L. Mutius. Sed non est verū. nam ibi dicit de facto hoc esse non posse. s. vt damnum, & lucrum sit in eadem societate, cum damnū lucro, & contra lucrum damno deducto intelligatur, vt ibi dicitur, & inf. eod. §. vers. & adeo.

¶ Huic affine est quod tradit Accurs. in d. l. illud, ver. lucrum, & ver. poterat per illum tex. & ibi Bal. & recentiores, C. de colla. lucrū id dici, quod superest deductis oneribus.]

e ¶ Et adeo. Hæc pacta inæqualia tunc demum locum habent, quando alter plus contulit operæ vel industriæ quam alter, vt ff. e. l. si non fuerint. in princ. ver. si vero placuerit. secundum Azo. cum societas sit fraternitatis ius, vt ff. eo. verum Io. contra, & subaudit in l. illa, si nō fuerint. maxime. Alij idē quod Io. sed tali ratione, qui a iure conuentionis valeant, non societatis, ff. depos. l. 1. §. si conueniat. Accur.

¶ Hæc communiter approbatur, vt per Christop. hic, de quo dic, ut dixi, sup. super gloss. in verbo, æquales, in princip. & opin. Io. tenet Dec. in l. si pascenda, in 2. not. Cod. de pact. vbi vide pro declaratione huius text. Doct.]

† l. r. C. p soc.

f ¶ Partem. non totū, alias esset leonina, (i) vt dicitur in fabula Aniani, vel Aesopi, † & ff. eo. si nō fuerint, §. fi. & l. si vnus, §. sed si pretium. in fin.

ADDITIO. Idem si nō habito respectu ad lucrum de certa quantitate cautum sit, puta volo 10. annuatim. etiā si concedēs pecuniam in se periculum suscipiat, secūdum Angelum hic.

¶ Vide in hunc locū Abb. in c. nauigāti, col. 2. ve. nec obst. §. de illa extra de vsur.

† Ex Apologo asini, vulpis, & leonis.

† alias ibi, alias neutrum, nec sibi, nec tibi.

† alias decet fieri.

* ¶ Adde secundum Docto. in c. nauiganti. de vsur. quod hic tex. nō debet intelligi de damno in capitali, sed in alijs lucris & damnis, vt scilicet in illis valeat pactum, vt quis lucri partem ferat, de damno autem non teneatur.]

g ¶ Quod & ipsum, scilicet dictum hoc proximo casu.

h ¶ Conuenienter. i. conueniens esse suæ sententiæ, quam dixit sup. eo. §. de illa.

¶ Illud, CASVS Sic figurari potest. Conuentum

SYL.

nentum fuit, q; vnius pars lucri sit tertia, al tertius reliquum, nec aliquid cautũ expressũ fuit de damno contingente, dubitabaẽ quõ partiendum esset damnum, & videbatur q; equaliter, q; a vbi in societate partes lucri aut dãni non sunt adiectæ, æquales sunt, sup. e. in prin. Cõtrarium dicitur ex illa ratione, quia eadẽ debet esse rõ lucri & dãni, & scdm naturã est, vt eatenus incõmoda ferant, quatenus feruntur commoda, l. scdm naturã, ff. de reg. iur. in contrariũ, allegata procedit ceteris paribus, & nullo sup hoc conuento, sed qñ data est forma lucro, vel dãno, censetur pariter data vtrique. No. sũmarium. ]

a ¶ Seruari. No. eandẽ rõnem cõtrariorũ, sic, ff. de lega. 3. l. fi. § fin. & ff. fam. ercis. si filia. alias ẽ l. si vnl. §. Item Papin. arg. cõtra. ff. de lib. & posthu. commodissime, & ff. loca. l. ea lege. 1. resp. & ff. de nego. gest. si quis negotia.

SYL.

¶ Sol ex distinctione Bart. in l. inter stipulãtem, §. sacram. ff. de verb. oblig. & dic, vt per Ang. hic.

men ita intelligi oportet, vt si in alia re lucrũ in alia damnum illatũ sit, compensatione facta solum quod superest intelligatur lucro esse.

¶ Particula adiecta in lucro, tacite videtur adiecta in damno, & cõtra. Aret.

¶ Illud expeditum est, si in vna causa pars fuerit expressa, veluti in solo lucro, vel ĩ solo dãno in altera vero omissa, in eo quoque, q; prætermissum est, eandem partem seruari. [a]

¶ Societas soluitur renunciatione, qua soluta, lucrum, quod post renunciationem acquiritur, non communicatur, nisi dolose fuerit renunciatum. Are.

¶ Manet autem societas eousq; donec in eodem consensu perseuerauerint. At cum ali-

¶ Manet autem. CASVM non expedit figurare, quia plana est ratio, q; ea, quæ cõsensu contrahuntur, eodem cõsensu distrahantur. Nec obstat, q; pro rõne dubitandi posset adduci, q; in contractibus re nõ integra, nõ licet alteri resilire a cõtractu inuito socio. l. sicut, C. de act. & obli. quia hoc est verum in contractibus habẽtibus certum & determinatũ finem, vt emptio, & huiusmodi, secus in societate, quæ aliquando finiri eadem voluntate potest, nisi sit contracta ad determi-

natum tẽpus. nota b. collige vt hic per Doc. ]

b ¶ Maner. Renunciauerit. præsenti socio, (i) non absenti, vt ff. eod. sed & socius, §. si absenti.

¶ Intellige secundum glo. in d. l. allegata, q; non valet quo ad renunciantem. ]

SYL.

quis renunciauerit [b] societati, soluitur societas. Sed plane si quis callide [c] in hoc renunciauerit societati, vt obueniens aliquod lucrũ solus habeat, veluti si totorum [d] bonorum socius, cum ab aliquo hæres esset relictus, in hoc renunciauerit societati, vt hæreditatem solus lucrifaceret, cogitur hoc lucrum communicare. Si quid [e] vero aliud lucrifaciat, quod non captauerit, [f] ad ipsum solum pertinet. Et vero cui renunciatum est, quicquid omnino post renunciatam societatem acquiritur, soli conceditur. [g]

¶ Morte vnius ex socijs soluitur societas. Item interitu rei, vel publicatione bonorũ. Item si vnus ex socijs bonis cesserit. Aretinus.

ADDITIO

(i) Vel eius procuratori, alias non tenet nisi in præiudiciũ renunciantis. Ang.

c ¶ Callide. Idem & si intempestiue renunciet.

** Adde, q; ex causa licitum est ẽt ante tempus renunciare veluti si pmissa non seruentur, si socius sit rixosus & damnosus, si ea re frui nõ liceat, cui⁹ gratia contracta est societas, si socius renuntiãs diu, & inuitus reipubl. gratia absuturus sit, l. si conuenerit, l. vel. l. idemque, ff. e. tit. ] Item & si expediat non renunciari, vt ff. eod actione §. Labeo. & l. sed & socius, §. fin.

d ¶ Totorum id est omniũ hoc expresso, vt ff. eo. l. 3. § 1 alias contra, vt ff. eodem, nec adiecit.

e ¶ Si quid. Alias, si quidẽm sic, ff. ex quibus causis in possessio. ea. l. Fulcinius, §. quod si aduersus, sic, ff. eo. actione. §. diximus.

f ¶ Non captauerit. i. non præcogitauerit.

** ¶ Alias captare est illecebris, oblequio, donis, spe maiorũ aucupari. inde captatoria institutio, quæ hac ex causa facta est, vt ab aliquo quis instituatur, vel legatum consequatur, l. captatorias, de hær. instit. qua de re Alc. meus, c. 31. lib. 2. Pater.

g ¶ Cõceditur. No. hic quinque modos soluẽdæ societatis, hic & sequẽtibus quatuor §. Sunt

Societas multis modis soluit.

Sunt & alij duo, vt inter emptionem rerum naturali vel ciuili, vt ff.eo.verum,§.fi. Item cum ab alio ſtipulor animo nouandi, vel iudicium cũ aliquo dicto animo nouandi, vt ff.eo.actione,1.reſp.

† Qđ non ꝓ statuti. in quibus verba sũ stricte intelligenda l. 3. §. verba, ff. de neg. ge. & l. quicquid ff. de ver. obl.

¶ Prima diuisio actionũ est, quod aliquæ sũt

* ¶ Officium iudicis à veteribus persecutio appellatur d. l. actionis. l. creditores & l. pecuniæ verbum de verbo. signifi. vbi Alc. solaque suggerente æquitate conceditur, deficiẽte ciuili actione, cuius rei non pauca exeant exempla in ti. de var. & extraor. cog. ambigendum autem non est, quin sub hac diffinitione comprehẽdatur etiam officium iudicis hoc arguit verbum, debuit, d. l. pecuniæ. §. vlt. & verbum persequendi quod latissimum est, & deniq; verbum ipsum, actio. d. l. actionis verbo. qua de re latissime & doctissime Alcia. lib. 2. Parad. c. 10.** & not. quod officium iudi. est multiplex, vt per gl. in §. præterea, i ver. satisfieri, inf. eod. & melius per Bart. in l. 1. ff. de iurisd. omn. iud.

† Idẽ Ioã. Fab. Nic. in glo. sup verb. quã ius supra eo. §.

¶ Et quod sit actio, quæ non habeat obligationem, dicit Bartol. in l. iuris gentium, §. & ideo, ff. de pac. quamuis ibi Fortun. reprobet, & vtrum actio realis sit proprie actio, vide quę disputat Fortu. in l. Gallus, § idem credendum. col. 6. ff. de lib. & posthum. vbi tenet, quod sic. SYL.

¶ Vel ponuntur hæc verba ad differentiam criminalium actionum, per quas non persequor mihi debitum, sed ad vindictam, & secundum hoc etiam realem actionem dicas diffiniri hic licet enim non sit obligatus qui realiter tenetur, vt inf. eo. § 1. ibi aut cum eo agit qui nullo &c. verum est personaliter, glossæ † tamen potest dici quod sit realiter obligatus. Et facit pro hoc vt etiam realis hic diffiniatur, quia verbum, debere, & ad actionem in rem. & ad actionem in personam refertur, vt ff. de verb. significatio. l. pecuniæ, §. fi.

† Ista glo. est no. qđ verba multoties intelligũtur grosso modo, non in statutis. SYL.

¶ Nec obstat si dicatur, verba in diffinitione proprie sunt accipienda, quia hoc verum in ver. diffinito, non in diffinientibus, vt declarat Dec. in rubr. de probat. col. 3.* quinimo Alc. in l. creditores, ff. de verb. sign. eum quoque, qui in rem actione tenetur, proprie debitorem esse, non insubilibus rationibus comprobat.

Pla. Ange. & Ias.

¶ Item facit, quòd est in diffinitione verbũ, persequendi quod est commune tam ad realem quam personalem actionem vt ff. eod. l. actio in personam. Item facit, inf. eo. §. 1. in princ. vbi actio realis species est actionis, sicut personalis, & ita large accipio hic verbum, debetur, sed in stricta significatione verbi huius, debere, tantum alienum & non meum mihi debetur.

¶ Idem

¶Idem firmat Dec. in l. si tibi in 3. no. ff. si cert. petat.

¶ Vnde personalis actio tantum diffiniri videtur, † vt inf. eo. §. sic itaq; & sup. de leg. §. sed & si rem. Sed certe quãdoq; ago etiam ad id, quod mihi non debetur, vt C. de pactis. l. si pacto quo pœnam. nam ibi non ago ad id, qđ est debitũ, sed ad id, quod ex nudo pacto cõuenit. Sed certe illud naturaliter erat debitum, quod nudo pacto debebatur, † vt ff. de fideiuss. l. fideiuss. §. fideiussor. Vel non agitur ibi ad id, quod nudo pacto debetur, sed ad id quòd vere debetur, sed prætextu eius cõsequitur etiam quod nudo pacto debetur. †

† Imõ etiã realis sm̃ cõiter doc. hic.

† Ista sol. nõ pcedit sm̃ Doct. quantũ ad materiam text. nr̃i.

¶ Reprobat Præpo. Senen 4. casu, q. 5. 2. col.

¶ Item oppono de popularibus actionibus. Nam in eis non dicitur debitum, & tamen petitur, vt ff. depo. ac l. penult. Sed non obst. quia saltem post litem contest. debetur, vt l. si cui. ff. de verb. sign. Vel † dic, quod & sibi debitũ prosequitur, nam cum toti populo sit debitum, ergo & sibi. Item op. de actione iniuriarũ, quia non dicitur esse in bonis, vt ff. de iniu. l. iniuriarum 3. item non ad debitum, sed ad vindictam competit, vt ff. de colla. bono. l. 2. §. emancipatus, & tamen est actio Respõ. non est in bonis, vt transeat ad hæredes, vt ff. ad l. Falc. l. pœnalis. Item licet detur ad vindictam, tamẽ potest deberi mihi propter id, quod est in estimatione vindictæ, vel propter id quod est in alterũ, vt vin dicta. Item oppono de petitione hęreditatis. item de actione de peculio. Nam in his agitur etiam antequam, sit penes possessorem, vel antequam sit in peculio, vt ff de peti. hæred. l. 4. & l. si quo, & ff. de pecu. l. quæsitum, in princip. & ff. de lib. leg. l. si quis reum, §. † idem. Sed dic † ell: subaudiendum hic, vel deberi speratur. Vel dic, quod quando fuit actio proposita fuit efficax tantum pro eo, quod tunc erat penes possessorem, vel in peculio: & postea cum augebatur, eatenus, & actionis efficacia crescebat: cum vniuersalis, vel in aliquo vniuerso fuit petitio, vt ff. de iud. l. solemus. Item opponitur de actionibus, quas intendunt aliqui pro alijs, vt procurator, & tutor & prælatus & similes, nam agunt, & tamen non sibi debitum petunt. Sed dic, quod quasi domini sunt, vt ff. pro emp. l. qui fundum, §. si tutor. Vel dic sibi, id est ei cui actio competit, quæ intenditur. Vel subaudi, quod sibi debetur, vel ei cuius nomine agitur huius alternatiuæ, secunda pars est vera.

† Ista cõtinet metã veritatem, vt p doct. hic.

† Ista re,p batur cõmuniter per doct. hic.

* *

† aliàs est l. si filiusf.

† Sed hęc reprobat, qa arguit Imperatoré de ĩsufficientia.

SYL. ¶ Communis opi. est in hac gl. quod vtraque diffiniatur, quam defendunt hic Hisp.

Diuisio. ¶ Omnium autem. ¶ Ista pars diuiditur in sex partes, prout in hoc tit. ponuntur sex diuisiones actionum, quas enumerat per ordinem gl. magistralis in §. sunt preterea. infra eod. Et ibi gl. addit alias sex diuisiones, quæ ponuntur in alijs locis extra hunc titu. Prima diuisio actionum est q̃ respicit causã materialẽ, q. quędam actiones sũt reales, quædam personales, quędã causam mistã habentes, & ista pars durat vsque ad §. sed istæ. Secunda diuisio est, quæ respicit causam efficientem, quia quędam ciuiles, quædam prætoriæ, & durat vsque ad §. sequens. Tertia est respiciẽs causam finalem, quia quædã sunt rei persecutoriæ, quædam pœnales, quædã mistæ rei & pœnę, & durat vsq; ad §. omnes. Quarta est respiciẽs causam formalem, quia quędam dantur ad simplum, quædam ad duplum, quędam ad triplum quædam ad quadruplum, vsque ad §. actionum. Quinta est respiciens causam substantialem, quia quædam sunt bone fidei, quędam stricti iuris, ibi vsque ad §. sunt præterea. Sexta est respiciens persecutionis effectum, quia quædam sunt persecutoriæ solidi, quædam non, vsque ad finem, vt sequitur Bald. hic. Item prima subdiuiditur in duas partes. Primo diuidit. Secundo membra declarat. Secunda ibi, Namque. Nam totus iste titulus procedit per diuisiones actionum.

reales, aliquæ personales. Personalis est, quæ præsupponit debitorem obligatum, sed realis non, sed ideo contra eum competit, quia possidet. Aretinus.

§ Omnium autem actionum quibus inter aliquos [a] apud iudices [b] arbitrosve [c]

¶ Omnium. CASVS in diuisione actionum, & declaratione terminorum non figuratur nisi literaliter. Declarat enim Imper. suam diuisionem per exẽpla dilucida. Not. est igitur, quod dictio, omnium, est vniuersalis. Item quod pariter proponendæ sunt actiones coram arbitris, sicut coram iudicibus. Item, quod valeat argumentum a sufficienti enumeratione partium. Item, quod ad causandam rei vendicationem duo extrema requiruntur. dominium vel quasi ex parte agentis, possessio vel quasi ex parte conuẽti. Item, quod qui tenetur actione reali: nullo iure dicitur obligatus. Item, quod actio est genus.]

a ¶ Inter aliquos. Videtur innuere, quòd aliæ actiones sunt, quæ coram alijs proponuntur: † sed non est verum. Accursius.

ADDITIO. Solutio, dic quod hic relatiuum fiat declaratiue, quia adijcitur qualitati conuenienti vnicuique contento sub genere.

b ¶ Iudices. Ordinarios, vel delegatos.

c ¶ Arbitrosve. Scilicet compromissarios, nam & apud eos actiones † proponendæ sunt, vt hic, & ff. de arbit. l. 1. Et etiam libellus offerendus, vt C. de arbi. l. cũ antea, §. licet.

Quia rela tiuũ quis, vel qui adiunctũ alicui gñalitati sine copula, illã restringit. l. ea ut adiectio. ff. de le. 3.

† Idem Io. Fab. Plac. Ang. & Ias.

† Istam sequunt Bal. & P. in d. Auth. generaliter.

cet. circa fi. Sed contra secundum Plac. C. de episco. & cler. Authent. generaliter. Ad quod respon. † quia ibi non de libelli oblatione loquitur, sed de remissione cautionis, q̃ consensu partiũ fieri põt, vt ff. de fer. l. 1. 1. resp.

† Vt ẽr factũ cõprehẽdat Bal. in l. j. ff. si cet. pet.

a ¶ De quacũque re. generaliter accipe verbum, rei. † vt ff. si certum petat. l. 1. in fi. nã pro corporalibus, & incorporalibus cõpetũt actiones, vt inf. e. §. proximo. & §. 2. & ff. si seru. ven. l. 1. & 2. in princip.

de quacunque [a] re quæritur summa [b] diuisio in duo genera deducitur. Aut enim in rem [c] sunt, aut in personam. Namque agit vnusquisque, aut [d] cum eo, qui ei obligatus est, vel ex contractu, vel ex maleficio: quo casu proditæ sunt actiones in personam: per quas [e] intendit [f] aduersarium ei dare, [g] aut facere [h] oportere, & alijs quibusdam modis: [i] aut cum eo agit, qui nullo iure [k] ei obligatus

† Et hoc iõ, qa per eã cognoscim causa mediata, & immediata actionum, Ias.

b ¶ Summa id est prima, quo ad tractatum scilicet † vel summa, id est breuis: breuior enim esse non potest quam bimembris, sicut ista est. Sed opponitur, infra eodẽ §. quædam. Respond. quia & illæ sunt reales, quando ad res agitur, item in personam, quando ad personales præstationes agitur: Immo etiam si simul agatur non tamen egrediuntur hanc diuisionem, cum sint in rem, & in personam, nisi enim sic exponeretur, iam multæ inuenirentur breuiores, vt inf eod §. aliæ, & §. actionum, & aliæ quædam diuisiones breuiores inuenirentur.

SYL.

¶ Communis opin. est cum glo. hic, vt patet ex dictis doc. hic, & in rub. ff. si cer. pet. ꝙ actiones, de quibus in §. quædam, non faciat speciem de per se.

ADDITIO. Dic, melius facit text. in l. quis ergo casus ff. de pec. Sed extra glo. instatur, quia actio in rem scripta rem comitatur, & tamen nõ est realis, vt infra eo §. quædam, sed solue, vt ibi quia ius agendi ex reali oritur ex ipsa re & ipsi rei competit, & cõtra ipsam rem, vt hic, & in simili dicimus de seruitute debita fundo. ff. de negot. gest. l. qui aliena, §. fi. & sic in actione personali in rem scripta, vt d. §. quædam. Ang. †

† Imò qa dant occasione directi dñij, v. vtilis, vel quasi.

c ¶ Aut enim in rem sunt. Ideo in rem dicuntur, quia rem concomitantur. ff. de publica. l. Imperatores & in personam, quia non recedũt a persona obligati vel heredis eius, cuius eadem est persona. vt ff eod l. actionũ genera, §. 1. & 2. & in Auth. de litteris a mor. præ. in prin. coll. 5.

SYL.

¶ Hæc glo. male loquitur, quia bene finguntur, non autem sunt, sed sunt eadem persona interpretatione iuris.]

* ¶ Actio in rem est, per quam rem nostram, quæ ab alio possidetur, petimus, & semper aduersus eum est, qui rem possidet, l. actionum, de actione, & obligatione.]

d ¶ Aut. Hoc respicit aliud, aut, quod est infra eod. aut cum eo, &c.

e ¶ Per quas, s. personales actiones.

f ¶ Intendit † s. vnusquisque, vel actor.

g ¶ Dare. Cũ datio est in obligatione, vt ff. de verb. obl. l. vbi autem non apparet. §. fi.

h ¶ Facere. Cum factum sit in obligatione, vt si promisisti scribere librum, quod petitur actione ex stipulatu, vt sup. de verbo. oblig. in prin.

* Actionis i personam verba solẽnia iure veteri erant in vsu, Aio te mihi dare oportere, itemque oportere facere, quorum verborũ meminit Val. Prob. in libello de notis antiquis. Est autem actio in personam, qua cum eo agimus, qui obligatus est nobis ad faciendum aliquid, vel dandum, & semper aduersus eundem locum habet d. l. actionum ]

† Ista gl. & gl. posita i verbo dare & gl. in ver. facere declarant p Ange. in glo. magistra i isto. §. 1.

i ¶ Et alijs quibusdam modis, id est ex quasi contractu, & ex quasi maleficio, nec enim de his, sup. dixerat, quod reprobatur. † quia ex quo dixit de ijs, quæ sunt ex contractu, vel ex delicto, per consequens de ijs, quæ sunt ex quasi contractu, & ex quasi delicto, vt supra de obl. quæ ex quasi contractu, in prin. & sup. tit. 1. in princ. † Vel dic omnia ista, sup. esse comprehensa, sed sunt supradicta intelligenda, vbi præcise agebatur ad dandũ, vel ad faciendum, hic autem quando non præcise, sed subalternatione, vt hoc, aut illud, sed & hoc reprobatur, quia sup. non dixit, quod præcise quid fieret. Dic ergo hic de condictione furtiua loqui, quæ est personalis, non tamen ex cõtractu, vel quasi, vel ex maleficio, vel quasi, sed ex varijs figuris causarum oritur, vt ff. de actio. & obl. l. 1. in prin. Item de interdictis omnib. potest dici, quod omnia sunt personalia, vt ff. de interdic. l. 1. §. fi. non tamen iure ordinario, sed extraordinario sunt introducta: vnde non continẽtur sub hac diuisione, ex contractu, vel quasi, ex maleficio vel quasi: ex delicto tamen vel propter delictum quandoque dantur, vt in interdicto, Vnde vi. potest videri: quandoque non vt in interdicto, Quod vi aut clam, quando contra eum, qui non fecit opus, sed factum habet, datur, vt ff. quod vi aut clam. l. 3. §. clam, & l. competit, §. fi. Et vt breuiter dicam, ille tertius articulus, qui dicitur, ff. eodem. l. 1. in princip. ex varijs figuris, &c. est quod hic dicitur. & alijs quibusdam, &c. Accur.

† Imò approbat p Bar. Nic. Ang. & Ias.

† Hãc primã expõnem licet gl. reꝓbet, tñ eam sequunť cõiter doc. hic & inducũt ad hoc. l. 1. ff. eo. vide hic per d. Ias. qui lõge tractat an appellatione contractus veniat quasi cõtractus.

SYL.

¶ Communis opi. est cum glo. ꝙ illa verba intelligantur de obligationib. ex quasi contractu & quasi delicto, præsertim ꝓꝑ illa verba, & alijs, quæ designant similitudinem.

k ¶ Nullo iure. No. hic, ꝙ ille, qui rem meã tenet, non est mihi ideo obligatus, sed ratione pos-

est, mouet tamen ei de aliqua re controuersiam: quo casu proditæ actiones in rem sunt, veluti si rem a corporalem possideat b quis, quam Titius suam esse affirmet, possessor autem dominum eius se esse dicat: c nam si Titius suum esse intendat, in rem actio est.

ne possessionis eum possum conuenire, vt C. de alien. iudi. mutan. causa facta, l. 1.

¶ Nec obstat difficile contrarium, quod actio de peculio est in rem, & tamen præsupponit obligationem, quia imo est in personam, §. in personam, inf. eo. vt dicit hic Hisp.

¶ Tu dic, nullo iure personâ ipsam obligari, ratione tamen rei, quam tenes, debitoré te esse hincque infertur cû quoque non improprie creditorem dici, cui in rem actio competit, l. creditores, de verb. signific. vbi Alc.

¶ Sed oppono: teneris mihi ad rem restituendam, ergo es obligatus. Respon. non est verum: quia teneris, duobus modis accipitur. Nam si dicas teneris ideo, quia ex natura actionis sis mihi obligatus, falsum est: si vero dicas teneris, quia per officium iudicis debet tibi necessitas imponi, vt restituas, verum est, vt ff. de rei vend. qui restituere. & si hoc modo accipiatur, teneris, ergo es obligatus, non sequitur.

ADDITIO. Et est ratio, quia officium iudicis nullam præsupponit obligationem, l. qui per collusionem, in fi. ff. de act. empt. l. Quintus, ff. de annu. leg. nisi largo modo secundum quod dicit Bart. in l. fin. ff. de iniur. & vide glo. supra in prin. in verbo, debetur. Angel.

a ¶ Rem corporalem. Bene dicit corporalem, quia incorporalia non vendicantur, vt ff. de rei ven. l. vendicatio.

b ¶ Possideat. Nota, in actione in rem ex parte actoris alterum duorum debere interuenire scilicet dominium, vt ff. de rei vend. l. in rem & hic: vel quasi dominium, † vt in emphyteuta, superficiario, & in bonæ fidei emptore (1) & similibus vt inf. eo. §. aliæ. & ff. si ager vect. vel emph. l. 1. §. fin. & l. 2. & l. 3. & ff. de superficieb. l. 1. in fi. & respô. & § quod ait. item ex parte rei similiter duorum alterum. s. possessionem, vel quasi, vt qui dolo desierit possidere, vt hic, & ff. de interro. actio. qui seruum §. in iure. & l. si seruus, & de noxa. act. §. 1.

† Vel ius in re, Dyn. Ni. Ang. Ias.

* ¶ Adde secundum Ias. quod triplex est dominium directum, vtile, & quasi dominiû. Directum est dominium plenariû: quotiescû que nullus alius in ea re ius habet. & hoc producit directam rei vendicationem: vtile est quod directum agnoscit, quale est dominium emphyteutæ, vasalli, & superficiarij, & hoc producit vtilé rei vendicationé, quasi dominium est quod habet bonæ fidei possessor iusto ex tit. ante, quam rem per longi temporis possessionem acquirat, quo casu datur actio publiciana.]

ADDITIO. (1) Dic, hoc non videtur bene dictum, quia imô habet tantummodo Publicianam, vt inf. eo. §. sed istæ. alias si haberet vtile dominium, vt dicit glo. præferretur dño directo, l. 1. §. 1. ff. si ager vect. vel emph. & tamé hoc est falsum, quia regulariter excluditur a vero domino. l. pe. & quod ibi no. ff. de publi.

c ¶ Dicat, hoc non est necesse pbare † vel dicere. sed ex voluntate dñ hoc vt C. de eden. q accusare, & de rei ven. l si. & inf. de interdic. §. eômodum.

† Onus si pbádi pt assumere si vult. Nic. Fab. & Ang.

* ¶ Rei vendicationis in petitione fundi, huiusmodiq; rei immobilis, olim hæc formula fuisse traditur: Fūdus, qui est in agro, qui Sabin⁹ vocatur, meus est: eum ego ex iure meû esse aio. ibi ego te ex iure manu cōsertû voco. Aul. Gel. li. 6 c 9. Rei vero mouentis vendicatio sic fiebat, is qui vendicabat, in iudicio rem exhibitam tenens dicebat. Hâc ego rem ex iure Quiritium meam esse aio.]

SYL. ¶ Æque. ¶ Supra, §. prox. ponitur de actionibus in rem pro rebus corporalibus, nunc pro rebus incorporalib. Et sunt duæ actiones, confessoria, & negatoria. Et diui. iste §. in duas partes. Primo ponit de actione confessoria, quæ intentatur pro seruitute conseruanda vel constituenda. Secūdo ponit de actione negatoria, quæ competit dño negando aduersario suo ius esse seruitutis, & sic competit pro libertate conseruanda. Secunda ibi, Contra quoque. Item totus iste §. sex facit. Primo ponit exēpiû de confessoria, quę datur pro seruitute psonali. Secundo dat duo exēpla de cōfessoria pro seruitute reali rusticana. Tertio ponit 4. exēpla de cōfessoria p seruitute reali vrbana. Quarto ponit plura exempla de negatoria. Quinto ponit dñam inter actiones reales, quæ cō petunt pro reb. corporalib. & inter eas, quæ competunt pro rebus incorporalibus. Sexto infert quandā exceptioné. Secunda ibi, Vel p fundum. Tertia ibi, Eiusdem. Quarta ibi, Contra quoque. Quinta ibi, Quod genus. Sexta ibi, Sane.

SYL. ¶ Æque si agat. CASVM ponere nisi literaliter non expedit, cum enim text. declaret terminos, & seipsum exemplificet, non est quod vlterius ex text. desideretur, & si quid ad perfectam cognitioné harum actionum deficiat, constat quod ipsemet Imper. iudicauit non esse hoc in loco congerendā omnem materiam istam, sed reseruare cognoscendam in libris, ff. Nota igitur quod dictio, æque, est continuatiua ad præcedentia. Item, quod vbi est apposita dictio, forte, deberi intelligi, vt idem disponatur in casu, in quo nō est apposita, quod disponitur in eo, in quo est apposita, hoc quod concessio aquęductus est seruitus realis.

Item quod confessoria & negatoria competunt pro seruitutibus rusticis, & vrbanis, itē, quod seruitus prospectus est, qua cōceditur non simplex lumen, sed amenitas visus. Itē, quod est differētia inter proijcere, & immittere, de qua est text. in l. malū, §. 1. ff. de uerb. sign. & ulteri⁹ dicit Præpos. Senen. in 7. casu. quæstio. 1. quod hic text. adhuc a nemine fuit intellectus, & ipse ibi declarat, uideas.]

¶ Pro seruitute constituenda, vel non constituenda proditæ sunt actiones in rem, tam pro seruitutibus rusticis, quam vrbanis, realibus, vel personalibus, & in his etiam agit qui possidet, secus in rebus corporalibus regulariter. h. d. Ang.

¶ Aeque [a] si agat [b] quis, ius sibi esse fundo forte, vel ædibus vtendi, [c] fruendi, vel per fundum vicini eundi, agendi, vel ex fundo vicini aquam ducendi, in rem [d] actio est. Eiusdem generis [e] est actio de iure prædiorum vrbanorum, veluti si quis agat ius sibi esse altius ędes suas tollendi, [f] prospiciendive, vel proijciendi aliquid, vel immittendi tignum in vicini ædes.

¶ Contra [g] quoque de vsufructu, & de seruitutibus prædiorum rusticorum, item prędiorum vrbanorum, † inuicem proditæ [h] sunt actiones, vt si quis intendat ius non esse aduersario vtendi, fruendi, eundi, agendi, aquãve ducendi, item altius [i] tollendi, prospi-

a ¶ Aeque, scilicet datur actio in rem.

b ¶ Agat, scilicet actione confessoria, quod sic uocetur, legitur, ff. si ser. uendicet. l. 2. in princ.

c ¶ Vtēdi. Hæc seruitus est personalis, sed sequentes reales, ut ff. de serui. l. 1.

** Adde, quod re vera vsusfructus & vsus sunt seruitutes mixtæ, ut ait Acc. in d. l. 1. & Vero. de serui. urb. præd. c. 3. quia nō debentur a persona personæ, prout est seruitus mere personalis, de qua habetur, sup. in ti. de iure perso. non etiam debentur a re rei, sicuti sunt mere reales, de quibus mox subijcitur in text. sed participant de natura utriusque. nam debentur a re personæ, & cum persona finiuntur, & hac ratione dicuntur personales in d. l. 1. item & tanquam iura realia uendicantur, l. vti frui. ff. si vsufru. pet. & hic, & habetur in gl. ius ver. & econtra.

d ¶ In rem actio est. s. confessoria.

e ¶ Eiusdem generis. s. vt sit in rem.

Ista gl. nō est Accursij.

ADDITIO. No. quod confessoria proponitur verbis affirmatiuis. & negatoria negatiuis, & ex hoc comprehenditur mediū concludendi in huiusmodi actionibus, de quo dic vt per Ang.

* ¶ Actio confessoria, vt hic diffinit Iaso. ex Petro de Bellaper. & Ioā. Fab. est actio in rē, competens alicui ratione seruitutis sibi debitæ, vel fundo suo, uel quasi suo, contra impedientem, ad declarationem iuris sui. Negatoria autem est actio in rem competens alicui ratione rei suæ, uel quasi suæ, cōtra utentem aliqua seruitute in re illa, ad pronunciandū, aduersario ius non esse utendi tali seruitute.]

f ¶ Tollendi. Vt si eras in quasi possessione seruitutis domus meæ, ne mihi liceret altius tollere, me uolente ædificare, debeo agere negatoria, & ita hic interseritur † exēplum negatoriæ, ut ff. si serui. uendi. & si forte, § 1.

† Displicet Dyno Io. Fab. & An. & dicit Ias. q; ē derisio. SYL.

¶ Hæc opi. dānatur ab omnibus hic, & Præpo. Senen. in 7 casu. q. 1. in princ.

¶ In hac enim seruitute negatoria uerbis affirmatiuis, & confessoria negatiuis proponitur, ut ff. si ser. uēd. l. loci.

Seruitus altius tollendi ab alijs differt.

Alia uero exēpla, quę ponuntur, bene ponūtur in confessoria usque illuc, contra &c. Vel pone hoc exemplum in confessoria, ut si talem mihi debeas seruitutem, ut altius teneas ædificatum, ut ff. de ser. urb. præd. si arborem, §. interdum, & l. cum debere.

† aliàs inuicē quoque.

¶ Hanc expositionem tenet Iaso. Aret. tamen & Hispan. contrarium sentiunt. * Verum autem intellectum tradit Zasius in intellect. singu.] SYL.

g ¶ Contra. Idest in contrarium. Nam supra de confessoria, per quam seruitutes debentur, nunc de negatoria, per quam seruitutes denegantur, ut ff. si ser. uend. l. secunda, in princip.

h ¶ Proditæ sunt actiones. Scilicet negatoriæ.

i ¶ Altius tollendi. Exemplum confessoriæ. † In his enim exemplis omnibus repetitur, non. Vel dic, non repeti. † non ad hoc exemplum, sed ad alia sic. Sed quæritur hic quare nomina talia dantur talibus actionibus? Respondet Placen. quia negatoria negatiuis uerbis proponitur, confessoria uero affirmatiuis.

† Ridiculū est secundum Dy. Ioan. Fa. & Ias.

† imò Dyn. & Ias. SYL.

¶ Communis conclusio est in hac seruitute altius tollendi, quod cōfessoria uerbis negatiuis, negatoria uerbis affirmatiuis proponatur, & ideo opin. Plac. non est uera respectu expressionis faciendę in libello, sed respectu in-

Negatoria, & cōfessoria quare sic dicantur.

ciendive, vel proijciendi, immittendive, istæ [a] quoque actiones in rem sunt, sed negatiuæ. Quod genus [b] actionis in controuersijs rerum corporalium proditum non est. Nam in his [c] is agit, qui non possidet, ei vero, qui possidet, [d] non est actio prodita, per quam neget [e] rem actoris esse. Sane vno casu, [f] qui possidet, nihilominus is actoris partes obtinet, sicut in latioribus Digestorum libris opportunius apparebit. [g]

intentionis agentis, vt declarant hic Iaso. & Hisp.

¶ Hæc opin. reprobatur in seruitute alius tollendi, ibi enim confessoria negatiuis. negatoria affirmatiuis † verbis proponitur. Dic ergo potius inspiciendam esse naturam quam verba, vt confessoria ideo dicatur, qa ad hoc, vt confiteatur se debere, datur, negatoria autē, quia negatur. Sēd quare istæ dicuntur in rem? Respon. quia ad similitudinem rei vendicationis dantur. Sicut enim illa ratione dominij uel quasi datur, sic & istæ, ut ecce ratione dominij datur cōfessoria, scilicet domino fundi, cui seruitus debetur, ut ff. si ser. uend l. 2. §. hæc autem, & ratione quasi dominij ut fructuario, creditori, † & superficiario. Item publiciana datur ei, cui seruitus est constituta a non domino fundi, ut ff. de remis. l. 1. §. idē Iulianus. & de superfi. l. 1 §. fin. & si vsusfru. pe. l. 1. & de publi. l. si ego, 2. & 3. respō. Item sicut ratione possessionis, vel quasi datur rei uendicatio, sic & hæc confessoria ratione ueræ possessionis aduersus eum, qui possidet agrum qui seruitutem debet, vt ff. si vsus fr. pe. l. vti frui, §. vtrū, vel quasi possidet, vt ff. de vsufr. l. pe. l. fin. Hoc idem in negatoria, nam ipsa ratione dominij datur domino fundi, qui negat seruitutem deberi, vtilis autem quasi domina, quia ius habet in fundo, quem negat seruitutem debere, vt ff. si seru. vend l. 2. Et econtra ratione possessionis intenditur contra eum, qui possidet rē ratione vsusfruc. vt ff. de acquiren. poss l. naturaliter, vel quasi possidet, vt si re vtatur propter illam seruitutem, quam sibi dicit debitā, in quibus non est vera possessio etiam naturalis. arg. de seru. vrb. præ. l. si ædes, §. libertas, & §. seq. & ratione horū & similium dicuntur in rem. Item no quod dicit Pla. quod negatoria ita demum datur, si fuerit seruitus constituta & postea amissa, sed falsum est. competit enim & si nulla sit, vt ff. si seru. ven. l. loci. §. competit & l. fistul.

a ¶ Istæ quoque actiones. De quibus supra proximo §. dixit. Nam ad proxima est facienda relatio, † vt ff. de lega. 1. l. si seruus plurium, §. fin. de testamen. hæredes, §. sed & si notam. nam aliæ non sunt negatiuæ, sed affirmatiuæ. sed in eo, quod dicit, in rem sunt, potest ad vtrumque referri.

b ¶ Quod genus actionis. Scilicet negatoriarū & affirmatiuarum. Et nota, quod nomen actionis large hic ponitur, † alias vero pro personalibus tantum, vt diximus supra eodem §. 1.

c ¶ In his. s. in caussis rerum corporalium.

d ¶ Possidet. s. in solidum. Si enim duo asserant se possidere, & vterque uincit, potest alter uendicare, ut ff. uti poss. l. si duo. in fin. 1 resp.

e ¶ Neget rem actoris esse. Hæc uerba restringunt † præcedentia scilicet ei vero. &c. Nam hoc perpetuo verum est, quod alias non datur actio possidenti. per quam neget rem actoris esse. Sed potest poni casus, ut possessor habeat actionem per quam dicat se dominum esse. ut ff. de rei uendicatio. l. officium. & ff. eodem, usufruc. quemadmodū cau. si usus fructus nomine. Constat enim commodatarium non possidere, & commodantem possidere. ut Digest. commo. l. rei. Idem in conductore, & locatore, vt ff de usucap. l. non solum, paragrapho primo. Alij dicunt legem illam, officiū. loqui, quando alius non possidens agit, ut sic ratione detentionis talis agatur. Sunt & alij, ut Bul. & Ioan. qui dicunt, quod eo ipso quod agit possessor rei uendicatione, renūciat caussæ possessionis, † cum hoc sit impossibile re possidere, & uendicare posse. prima verior est.

¶ Et ista communiter tenetur, quamuis non multum congruat huic literæ.

f ¶ Vno casu. Vt in duplicibus iudicijs, † vt ff. de iudicijs, l. in tribus, & inf. eo. §. quædam, & ff. uti possidet. si duo. §. 1. infra de interdict. §. tertia, & ff. famil. ercifcund. l. 1. Vel dic, quod dicit de qualibet exceptione proponenda, nec enim hic dicit, quod sit actor sed tantum dicit, quod partes sine onera actoris sustinet, secūdum Ioan. vt ff. de exceptionibus, l. 1.

ADDITIO. (*) Dic. Nec etiam, placet hoc Petr. & Dyn quia secundum hoc essent plus, quam mille casus. Vnde Petr ponit exēplum quando reus suscepit in se onus probandi 1. quod res petita pertineat ad eum, & non ad actorem, vt l. circa. ff. de probatio. & hoc exemplum placet hic Io Fab nam litera non dicit, actor. sed, vicem actoris sustinet & sic non est proprie exceptio, sed quædam illatio. Ang.

g ¶ Apparebit. vt ff. de iudi. l. in tribus, secundum primum, vel ff. de excep. l. 1. secundum.

¶ Sed istæ, ¶ Diuiditur in duas partes. Primo

† Habēdo respectū ad mediū concludendi. Ang. & Ias.

Confessoria, & negatoria quare dīr actiones in rem.

† Ista duo exēpla displicent Dyn. Bart. Ioan Fab. An. & Ias.

Relatio facienda ad proxima.

† Hoc verum si ad oīa non possit fieri, Dyn. & Nic.

† Idē Nic

† Sequitur An. & Ias.

† Hoc verū, cū agit occasione illius possessionis, q̄ erat penes ipsū, & p semel ipsū, sciensque possidebat. Ange. & Ias.

† Hoc exēplū sequit' Dyn. hic sed Io. & Pe. contra. SYL.

qa exceptio dēt esse de regula. nā in rebus corporalibus possidenti non dat' actio nisi vno casu, sed secundum glos. essent plures. Præterea ī istis duplicibus iudicijs, qui agit, non negat rem actoris esse nec agit rei vend. prout litera requisit Ang.

mo ponit & declarat actiones præcedẽtium paragraphorum fore ciuiles. Scdo ponit de actionib. prætorijs ibi, Aliæ autem. Item ista secunda subdiuiditur. Nã primo ponit de actionibus in rem prætorijs. Secundo ponit de personalib.

Secunda inf. in §. in personã. Itẽ prima subdiuiditur. Nã primo ponit, quando res petitur, quasi vsucapta, quę non est. Secundo, quando vsucapta est, & petitur ac si vsucapta nõ esset.

Secunda ibi in §. Rursus. Item prima subdiuiditur. Nam primo ponit de actionibus prætorijs in rem: secundo de eis duo ponit exempla. Secunda ibi, Vt ecce plerumque. Primum exemplum prosequitur ibi, Namque si cui. Secundum in § Rursus. Iam allegato. Aretinus.

SYL.

¶ Sed istæ. CASVS non debet aliter quam literaliter figurari. declarat enim Iustin. actiones prętorias, & ponendo ipse exempla ponit casum in exemplis. Ratio enim dubitandi fuerat, quia his casibus deficiebat iure ciuili actio in rem, quæ domino datur: ratio autem decidendi colligitur ex naturali illa prætoria æquitate, qua omnia prætoris edicta emanarunt, & colligitur ex illis verbis.

¶ Sed quia sane datum erat eo casu deficere actionem &c. Not. primo, quod actiones, de quibus supra, sunt de iure ciuili.

Item, quod publiciana introducta est iure prætorio. Item, quod dictio, aliæ, est implicatiua. Item, quod prætor dabat actiones, & sic videtur colligi, quod statuta conderet. Item, quod in materia generali exempla sunt necessaria. Item quod dictio, plerumque, denotat regulam in contrarium. Item not. aliam diuisionem actionum. Item, quod in publiciana requiritur traditio, vel quasi. Item, quod si quis bona fide, & iusto titulo rem acquisierit a non domino, & eius rei possessionem emittat, datur etiam publiciana contra possidentem, vel contra illum, qui rei restituendæ facultatem habet.]

*¶ Diuisio actionum, de qua hic agitur, est ex causa efficienti.]

a ¶ Sed istæ. Latenter accedit ad secundam diuisionem scilicet aliæ sunt ciuiles, & aliæ prætoriæ: & de omnibus exempla ponit. Sed quæritur de duabus, scilicet de actione in rem, quæ datur contra eum, qui dolo desijt possidere, videtur enim prætoria, vt ff. de noxa. act. l. electio. §. 1. sed & ciuilis videtur inspecta persona actoris, quę de iure ciuili admittitur ad agendum, vt ff. de rei vendic. in rem. Sed dic eam ciuilem † inspecta potius persona actoris, quæ dignior est, vt ff. de excep. do. † pure, §. fina. & hæc consideratio semper habetur: nam hęreditatis petitio dicitur prætoria, quando bono. possessori datur, vel fideicommissario, licet cõtra possidentem pro hærede, vel pro possessore detur, & econtra si detur hæredi de iure ciuili, dicatur ciuilis, vt ff. de pet. hæred. l. 1. Semper enim iudicamus, an actio sit ciuilis, vel prætoria, inspecta persona actoris. †

† Inuẽtione, sed extensione dr̃ pr̃toria Fab. Ang. & Ias.

*

† Melius facit l. 1. in princ. ff. si pars hær. pe. secũdum Ias. hic.

¶ Secunda diuisio actionum est, quod quædam sunt ciuiles, de quibus iam dictum est, quædam vero prætoriæ, de quibus hic duo exempla ponuntur. Angelus Aretinus.

¶ Sed istæ [a] quidem actiones, quarum [b] mentionem habuimus, & si quæ sunt similes [c] ex legitimis [d] & ciuilibus causis descendunt.

¶ Communis opinio est, quod actio, hęc inuentione sit ciuilis, per extensionem tamen dici possit prætoria, vt dicit hic Ias.]

† Imo inspecta origine Bal. & Ias.

SYL.

¶ Secundo quæritur de actione. Commodati. Sed dic eam ciuilem, vt ff. commod. l. in commodato, §. sicut.

† Sequunẽ eam Fab. Ang.

¶ Et quod dicitur eodem titu. l. 1. ait prætor &c. vel approbando, vel confirmando dicit, non inueniendo: sic de petitione hæreditatis dicitur, ff. si pars hæredi. pet. l. prima in princip.

¶ Sed tamen ipsa ciuilis est, cum sit ex senatusconsulto, & centumuiralis dicatur, vt ff. de pet. hære. item veniunt, §. præter hæc, & Codic. de hæredi. peti. l. finali. in principio.

¶ Omnes. n. actiones, quæ oriuntur ex his quinque partibus iuris. s. legibus, senatuscõsultis. plebiscitis, principum placitis, & responsis prudentum, ciuiles sunt: † quæ vero a magistratibus, vel prætorum edicto descendunt prætoriæ sunt, vt supra de iure natur. §. constat, vsque ad § ex non scripto. & ff. de iusti. & iur. l. ius autem, & infra de perpe. & tempo. ac. in prin.

† Sequunẽ glo. Ange. & Ias.

¶ Aliæ autem præter duas supradictas certæ sunt, vtrum sint prætoriæ, vel ciuiles. Accurs.

b ¶ Quarum mentionem. s. expressam vt de quibusdam dictum est.

c ¶ Et si quæ sunt similes. Vt quæ sunt ex contractu, vel quasi, vel ex delicto, vel quasi, vel ex varijs figuris causarum, vt supra eodem, §. 1. & 2.

¶ Quamuis Dyn. hic acerrime inuehatur in hãc glo. tamen communiter docto. eam saluant præsertim cum loquatur exemplificatiue.]

SYL.

d ¶ Ex legitimis. Id est ex lege 12. tabularũ, & pro id est ciuilibus. Vel dic ciuilibus, id est ex auctoritate iurisprudentium, & eorum responsis, nam totum est ius ciuile, vt ff. de iust. & iu. l. ius autem ciuile, de orig. iur. l. 2. §. nouissime.

a ¶ Aliæ

Ista glos. nō est Accursij.

a ¶ Aliæ autē.† Aduerte, quod hic doctores ita distinguunt hunc §. incipiendo ibi, sed istæ quidem. tamen communiter allegatur in materia publicianæ, §. aliæ. hic, & non superius incipiendo.

b ¶ Tā in rem. id est tam in rem tantū, quā in personā tantum. Nec enim aliqua prætoria † inuenitur quæ sit mista, scilicet in rem & in personā, licet ciuilis talis inueniatur. vt inf. eo. §. quędam.

SYL. † alias possessorē aduersariū, &c.

¶ Dic non esse verum, talem petitionem hæreditatis esse mistam, quia cōmunis opi. est in contrarium vt in rubr. ff. si cert. pet.]

† Sequuntur glo. Fab. An. & Ias.

¶ Et primo hic de realibus dicit vsq. ad §. in personam. & postea de personalibus dicet. Accurs.

¶ Aliæ a autem sunt, quas Prætor ex sua iurisdictione comparatas habet, tam in rem, [b] quam in personā, quas & ipsas [c] necessarium [d] est exemplis ostēdere. Vt ecce, [e] plerumque [f] ita permittit Prætor in rem agere, vt vel actor dicat [g] se † quasi vsucepisse, quod non vsuceperit, vel [h] ex diuerso † possessor [i] dicat aduersariū suum non vsucepisse, quod vsuceperit.

¶ Actio Publiciana dicitur prætoria: & datur ex æquitate Prætoris illi, qui rem nactus est a non domino ex aliquo iusto titulo qui esset aptus ad dominij translationem, & datur quasi ipse rem vsuceperit. Ang.

¶ Namque si cui ex iusta causa [k] res aliqua tradita [l] fuerit, veluti ex causa emptionis, aut donationis, aut dotis, aut legatorum, & necdum eius rei dominus effectus [m] est, si eius rei possessionem casu [n] amiserit, nullam [o] habet in rem directam [p] actionem

SYL. ¶ Rationem assignant Doctor. in rubr. ff. si cert. petat.

c ¶ Ipsas. s. prætorias, quasi diceret, non solū ciuiles, quas exposuimus.

d ¶ Necessarium. id est, vtile. Quod enim medicamēta morbis, hoc exhibent iura negotijs, vt in auth. hæc constitutio innou. in princ. coll. 8. Nec enim necessitas in principe poni potest, vt ff. de leg. & senatusc. princeps. item quia per exempla aptius intelligitur, vt hic, & C. de transact. vt responsum, & ff. de colla. bon. l. prætor. §. Iulianus.

SYL. ¶ Intellige necessarium quo ad intellectum, non autem quo ad legislatorem.]

e ¶ Vt ecce. Hoc est primum exemplum, quòd exponitur statim, ibi, namque &c.

f ¶ Plerumque. Quia hoc semper dicere nō poterit. s. contra dominum, nisi in casibus, vt statim dicemus.

g ¶ Dicat. Agendo Publiciana.

h ¶ Vel ex diuerso. Hoc exponitur. infra §. rursus.

i ¶ Possessor. Id est dominus quondam ad quem redijt nunc possessio. Vel dic possessor quondam, nunc petitor.

k ¶ Namque. Ex iusta causa. i. ex aliquo cōtractu, qui descendit ex iusta causa, id est ex affectione vtriusque partis. vt ff. eodem, l. in omnibus 2. quam affectionem iustum est seruari, vt sup. de rerum diui. §. per traditionem. & hoc dummodo talis tit. fuerit aptus dominium transferre, licet non transferat. quia traditio non plus transfert, quā sit apud eum, qui tradit, vt ff. de acquirend. rer. domin. l. traditio. & nominātur huiusmodi contractus, ff. de publ. l. 1. in fi. & l. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. si vero contractus non est habilis transferri dominium, nō competit dub. vt ff. de pub. quæcunque, §. 1. & si.

l ¶ Tradita. A non domino.

m ¶ Dominus effectus. Per vsucapionem. Nam per traditionē dominus factus non fuit. Si autem altero istorum modorū factus dominus fuerit, publiciana ei nō datur, sed directa rei vendicatio, vt ff. de publ. l. 1. in princip. §. 1.

n ¶ Casu. Imo & si quocunque modo. Nā & si per furtum, vel rapinam, vel aliā vim amiserit, nō tamen habet in rem actionem directā, sed hanc, licet habeat & alias actiones vt furti, vel vi bon. rap. & similes, vt supr. de obl. quæ ex delic. §. sed & bonæ fidei, & supra vi bon. rapi. §. fin.

SYL. ¶ Et sic no. ex hac gl. quod furtum non cōnumeratur inter casus fortuitos, de quo late disputat hic Hisp. & Ias.

o ¶ Nullam. De alijs autem realibus, constat, sed de hac rei vendicatione dubitatur.

Actio publiciana virū cōpetat habēti vtile dominium.

p ¶ Directam. Sed numquid publiciana competit ratione vtilis dominij? Quidam dicunt quod sic, dicentes vtile dominiū habet cui publiciana competit, & dicunt hanc esse causam publicianæ, sicut directum dominium est causa directæ actionis in rem, vt ff. de rei vendicatio. in rem. Alij dicunt, quod nec vtile dominium habet, cum ille, qui vtile dominium habet, etiam contra dominum agat, vt ff. si ager ve. vel emphy. pet. l. 1. 2. & 3. quod non est in publiciana, vt ff. de publ. l. pen. & fin.

** Æquiuocat Accur. confundens vtile dominium cum quasi dominio, quæ lōge inter

se differunt, vt annotauimus sup. §. 1. ad glo. in ver. possideat. Et ideo côcluce, q emphyteuta & vasallus, qui sunt domini vtiles habent vtilem rei vendicat. non publicianam quæ datur ratione quasi dominij.

a ¶ Vendicet. Hoc videtur falsum. Nam aut habeo dominium, & tunc nô vendico qd habeo, si non habeo, nec tûc vendico. vt ff. de rei vendi. l. in rem, 1. respon. Item dominium est ius, & res incorporalis, quomodo ergo vendicatur? Sed dic dominium, id est rem ratione dominij.

ad eam persequendam, quippe ita proditæ sunt iure ciuili actiones, vt quis dominium suum vendicet. a

b ¶ Eo casu. i. isto supradicto.

c ¶ Deficere actionem. Quod erat secûdum ius ciuile.

Actio in factum est prætoria. condictio ex l. ciuilis.

d ¶ Actio. i. publiciana, vt statim subijcit, alias nisi prætor actionis nomen diceret, in factum daretur. sicut ex ciuili obligatione noua datur condictio ex lege si non caueatur de nomine actionis, vt ff. nau. cau. stab. l. & ita. (alias incipit idem.) §. an. & de côd. ex leg. l. 1.

ADDITIO. Not. gloss. secundum Dyn. quam tene menti pro regula, quæ actio côpetat ex remedio ciuili, vel prætorio. pro qua facit tex. ff. de adult. l. quod ex his. Sed contra hoc opponitur de l. sed & si possessori. in princip. de inrem. coniuncta glos. vbi actio in factum & Publiciana videntur esse idem. Sed tu responde, vt ibi per glo. & do mini Ang.

✝ Et male Fab. Ang. & Ias.

e ¶ Dicit. Et sic videtur, quod prætor permittit meminit, quod Plac. concessit. ✝

¶ Reprehendunt Doctor. maxime, quia hodie in text. est dictio, quasi, tam in principio quam in fine.]

Libellus SYL. in publiciana.

✝ Dic, qd istas duas libellandi formas gl. inf. reprobat & ibi sm docto. & maxime reprobat istâ vlti. quia hodie nô est necesse, q exprimat nomen actionis in libello, vt c. examinata, de iu dic. Ang.

¶ Et idem in sequentibus casibus tribus, & faci. C. de bo. mat. l. 1. vnde sic libellum formabat: Peto talem rem, quâ possides, & quâ emi, vel alia simili iusta causa habui a non dño, quia dico me vsucepisse. Nam licet hęc verba, Quia dico me vsucepisse &c. directâ rei vendicationem magis videantur inducere, tamen ex adiectis publicianam signant. Alij dixerunt ita esse formandum: Peto tem talem quam dico meam, sed quia forte non possem probare meâ, propono publicianâ. ✝ Alij dicunt vtramque alternatiue proponi scilicet rei vend. & publ. hoc modo: Peto talem rem iure directi dominij, vel quasi, & hanc approbat consuetudo. Sed certe duæ primæ non placent, quia quomodo diceret rem suam se vsucepisse, cum hoc non sit verum? sic enim peieraret in sacramento calumniæ, vt C. de sacra. calum. l. 2. Sed illi respondent, q ita hoc facit, l. permittente, vnde non peierat, ff. qui satisd. cog. l. fin. Sed nec vltima placet, quia vnam debet eligere, & non pluribus agere actionibus, vt ff. de reg. iur. l. nemo, §. quoties.

¶ Et iste modus approbat per Hisp. An. & Ias.

¶ Dic ergo quarto esse formandum in hunc modum libellum, Peto rem talem mihi restitui iure quasi dominij per inde ac si vsucepissem. Verbum enim qua si positum supra eo §. aliæ, hic repete, & similitudinaliter ponatur, non affirmatiue, id est dicere, sicut vendicarem quo ad effectum re vere vsucapta, ita nunc quasi vsucapta, & idem in sequentibus casibus. Ex prædictis patet, quod quinque sunt necessaria, vt detur publiciana, scilicet traditio, vel quasi, quod dico propter res incorporales, quæ tradi non possunt, vt ff. de acquir. rerum domin. l. seruus. § incorporales, & ff. eod. l. 1. & l. eum qui. §. fin. & l. si ego, §. 1. Secundo quod ex titulo apto ad mutationem dominij, vt hic dicit, vt ex venditione vel similibus. Item, quod a non domino acceperit, nam alias dominium e ex translatum, vt ff. eo. l. 1. §. 1. Item quarto, quod bona fide acceperit, vnde credidit se dominum factum esse tunc, ✝ vt ff. de public. l. eum qui a furioso. §. prætor. Quinto, quod credat se do minum hodie non esse, cum proponit eam, alias esset sibi contrarius. Sed tantum dum prima ex his quinque sunt difficilia agenti scilicet probatio traditionis, & tituli, reliqua consistunt in intellectu agentis, cum sint de sua conscientia, quæ per testes probari non possunt. ✝ Sed quid si dubitat hodie vtrum auctor fuerit dominus vel non? Respon. talia fide proponat quod sibi melius videtur, & vel rei vend. vel pub. sed quando penitus est in dubio, proponat publicianam, & in ea obtinebit, nisi aduersarius probet auctoré huius dominum fuisse, quod si probet, dabitur ei rei vendicatio, qui enim egit actione publiciana, & succubuit, non repellitur a rei vêdicatione directa, idem ecô ra, vt ff. de euic. minor. §. si seruus, licet quidam dixerunt côtra in vtroque casu, quia ius suum vndecunque & qualecunque in primo iudicio deduxisse videtur, vt ff. de except. rei iud. si mater, §. eandem. Sed expone vndecunque & qualecunque, id est siue de iure ciuili siue iure gêtium, dummodo directum, vt ff. de rei vend. in rem, in prin. Ar. illi dicebant, siue d rectû, siue vtile, & ita patet, quod cû sint contrariæ rei vendicatio directa, & publiciana, vno libello proponi non pnt, vt C. si ser. extero. l. 1. Sed ex côsuetudine contrariû seruatur, nam vtraque simul proponi licet super vna probationes tm indicat, ne sibi contrarius sit: q certe est contra d. i. C. & regulam illam, ff. de reg. iur. nemo. § quoties & hoc ex parte actoris, Ex parte aût rei spectamus, an possideat vel

Sed quia sane durum erat eo casu b deficere actionem, c inuenta est a Prætore actio, d i qua dicit e is, qui possessio-

✝ Dic qd requirit in contractu emptionis duob. tpibus. s. tpe côtractus, & etiâ tpe traditiôis pp frequêtia m contractus. In alijs ât côtractib. inspicitur iâ tûmodo tps traditionis. l. 3. ff. pro soc. & l. 2. in prin. & ibi gl. fin. pro emp. côiûcta l. iusto §. & si possessionis, ff. de vsuc. Ang.

✝ Vide de hoc singulari dicto Iason. hic 23 col. & Soc. reg. 72 in nouis. & Bar. in l. 1. § 2. col. 2. de iti. actuque priu. declarat hoc p cedente pręcedente tit. alias sec. ✝.

vel dolo desierit possidere, vt in rei vendicatione diximus, nã cõtra oẽm possidentẽ datur præterquam contra dominum, vt ff. de pub. l. pen. & l. fin. Sed etiam contra dominum datur in sex casibus. † Primus est, si a non domino emi, q postea vero domino succedit, & ad eum possessio redierit: nam licet sit factus dominus, tenetur tamen publ. vt ff. de rei ven. si a Titio. Secundus est, si rem a nõ domino emi. & postea ver⁹ dominus voluerit a me vendicare, sed ego fui absolutus, & postea res ad illum redit, agam publicia. & si excipiat de dominio, ego replicabo, quia quandoq. eo agente fui absolutus, vt ff. de except. rei iud. quis rem. Tertius est, si egi noxaliter contra bon. fid. pos. serui, & ipse dedit mihi eũ pro noxa. siue enim contra me possidentem verus dominus agat, siue eo possidente ego agam publiciana, obtineo, vt ff. de nox. l. & generaliter, & l. præcedenti in fin. Quartus est, si ego fui missus in possessionem vicinæ domus, quam aliquis bona fide possidebat, possessore nõ cauente, & postea verus dominus inueniatur possidere, vt fotie: & Vnde interdictum, & Publicianam habeo vt ff. de dam. infe. damni, §. non solum. Quintus est adijcitur, vt si rem possideo: & eam nõ dolo, sed culpa desij possidere, & sic litis æstimationem tantum secundum ius vendicanti præstiti, vt ff. de rei vendic. qui restituere, si postea res ad dominum redeat, agam publiciana contra eum, vt ff. de rei vendic. si culpa. Vel expone l. illam, vt habeat vtilem actionem, quam actor directam habebat, quasi nomen emisse videatur. Sextus adijcitur, si me mandante rem meam vendidisti, sed me prohibente tradidisti emptori, hac actione, vel exceptione defenditur, præterea etiam contra me dñm hac actione agit, vt ff. de pub. l. si qs prohibuit, alias est l. Pap.

† Istã glo. vsq. ad fi. sequuntur Nic. Dyn. Fab. Ang. & Ias.

nem amisit, eam rem se vsucepisse, † quam vsu non cœpit, & ita vendicat suam esse, quæ actio Publiciana appellatur, quoniam primum a Publicio a Prætore in edicto proposita est.

¶ Præsenti contra absentem reipublicæ cã, vel in potestate hostiũ, vsucapientem rẽ, præsentis, succurritur, rescissa vsucapione. Aretinus.

¶ Rursus b ex diuerso, si quis cum reipublicæ c causa abesset, d

ADDITIO. No. hanc glos. quæ ponit casus in quibus datur publiciana contra dominum.

¶ Idem notat glo. in l. fin. ff. eod. Et aduerte, quod licet Angel. in d. l. fina. addat casum l. si quis prohibuit, si eodem, secundum lecturam Dyn. ibi, quod procurator vendidit rem domini, tamen non est opus, quod addatur quia habes hic gl. ordinariam, dũ dicit: sextus adijcitur, si me mandante rem meam vendidisti, pondera ibi meam, & sic mandantis. Ang.

a ¶ A Publicio. Sicut ab Aquilio Aquilia fuit inducta, vt sup. ad l. Aquil. §. capite tertio in fine.

* ¶ Hoc edictum Publicij his verbis cõceptum fuisse traditur, Si quis id, quod traditur ex iusta causa non a domino, & nondum vsucaptũ petet, iudicium dabo.]

¶ Rursus. Iste §. diuiditur in duas partes. Primo ponit de restitutione danda præsenti contra absẽtem. Secundo addit & extendit ad alios multos casus, Secunda ibi, Quod genus.

Diuisio.

¶ Rursus ex diuerso. CASVS ita figurari potest. Quæsitum est, an præsenti contra absentem ex causa publica detur restitutio, & actio ad vsucapionem rescindendam, & videbatur, quod non: nam aut iste absẽs reliquit procuratorẽ aut alios cõsanguineos, quos præsens conuenire posset: aut non, si dimisit, non debet iuuari hoc remedio, cum posset agendo contra eos præscriptionẽ interrumpere, l. item ait, §. fi. cum l. seq. ex quibus cau. man. SYL.

¶ Aut nullos dimisit, & tunc non debet audiri, quia potuit præscriptionem interrumpere beneficio, l. vt perfectius. Cod. de anna. except.

¶ Hoc tamen non obstante deciditur hic contrarium propter æquitatem, quæ est qđ impeditus consequi suum restituatur, & rescindatur vsucapio finita.

¶ Non obst. oppo. facta, quia ad eam respõdet Ias. in primo not. & latius Hispan. in 3. Et quia notabilia clara sunt, & per Doct. hic colliguntur, vlterius non insisto.]

b ¶ Rursus ex diuerso. id est contrario. Nã supra affirmando & se vsucepisse dicit, hic negando, & aduersarium non vsucepisse dicit.

c ¶ Reipublicæ. s. ciuitatis Romanę, vt ff. de verb. sign. eum qui. Idem tamen ex generali clausula posita, ff. ex quibus cau. ma. l. 1. in fi. in ceteris ciuitatibus dicendum est, vt ff. ex quib. cau. ma. l. sed & si p prætore, §. pen. Idem etiam in causa municipij alicuius, (1) vt ff. ex qui. cau. ma. l. legatis.

¶ Et ista opi. communis est, vt per doc. hic, & latius, Io. Fran. Balb. in tract. præscr. in 3. par. 5. par. prin. q. 2] SYL.

ADDITIO. (1) Dic idem si esset absens pro facto vnius villæ vel castri, quia largo modo dicitur abesse causa reipub. vt not. gl. in l. legatis allegata. Ang.

d ¶ Abesset. Alias absens esset. Iste, qui absuit reipublicæ causa, rem præsẽtis duobus mo-

dis potuit vsucapere scilicet per se, vt quia rem illam secum detulit siue domi dimisit, & animo possedit, vt dicitur de eo, qui ad nundinas profectus est, vt ff. de acquirend. possess. clam possidere, §. qui ad nundinas. Item per aliū, scilicet per filium, vel seruum vt statim in captiuo dicemus.

vel in hostium [a] potestate [b] esset, rem eius, qui in ciuitate [c] esset, vsuceperit,

¶ Planè si depositi agatur eo nomine, quòd tumultus, incendij, ruinę, naufragij causa depositū sit, in duplum [b] actionem Prætor reddit: si modo cum ipso, apud quem depositum sit, aut cum hærede eius de dolo ipsius [c] agitur: quo casu mista est actio.

¶ Actionum descendentium ex maleficijs, quædam sunt persecutorię pœnæ tantū, quędam mistæ tam rei, quā pœnæ. primum per unum, vltimum per tria exempla declarat.

¶ Ex maleficijs vero proditæ actiones, aliæ tantum pœnæ persequendæ causa comparatæ sunt, alię tā pœnę, quàm rei persequendæ, & ob id mistæ sunt.

¶ Pœnā tantum persequitᵣ quis actione furti. Siue enim manifesti agatur quadrupli, [d] siue non manifesti dupli, de sola pœna agitur, nam ipsam rem propria actione persequitᵣ quis, id est, suam esse petens: [e] siue fur ipse eam rem possideat, siue alius quilibet. [f] Eo amplius aduersus furē etiā condictio [g] est rei.

Vi autem bonorum raptorū actio mista est: quia in quadruplo, [h] rei persecutio contine-

a ¶ Conducto. Sed nonne omnes istæ dantur ad interesse, etiam quod est extra rem, vt ff. de actio. emp l.prima. in princ. ergo peto aliquid, quod tibi non adest. ergo sūt pœnales. † Sed dic tribus modis dici actionem pœnalē. Primo illa, quę hinc inde est pœnalis, vt furti, & similes, quando peto quod mihi abest, & quod tibi non adest: & hoc modo acceptæ, dicuntur hic istę nō pœnales. Secūdo, quando est pęnalis ex parte vna, scilicet ex parte rei tātum: quod est vbicunque actoris interesse excedit id, qđ reo adest: & in hac significatione actiones istæ dicuntur pœnales, scilicet ex empto, & similes: & etiam rei vendicatio, quando in litem iuratur, & quod inspecta persona rei tantum pœnales dicantur, probatur ff. de eo per quem fac.erit, l.prima, si plures, & l. fina. & supra eodem, §.pœnales. † Tertio dicitur pœnalis inspecta persona actoris tantum: vt si accepisti ab aliquo aliquid, vt me accusares per calumniam: nam repeto, licet nihil mihi absit, a te scilicet cui adest, vt probatur, ff. de calumn. l. & generaliter, §. illud erit notandum.

b ¶ In duplum. s. si reus inficietur, vt infra eod. §. sed furti. Accurs.

c ¶ ipsius. s. hæredis. Ex dolo .n. defuncti in simplum tantum, vt ff. deposi l.1.§.1. Et est ratio quare in his quatuor casib. datur in duplum & in alijs in simplū: quia hic ex necessitate deponitur, nec potuit prǽuidere apud quē deponeret, vt ff. dep. l.1. §. merito.

* ¶ Vide similem gl. in §. actionum autem, in ver. depositi, inf. eod.

SYL. ¶ Ex maleficijs. CASVS In declaratione terminorū nō figuratᵣ. tex.n.per se clarus est,

d ¶ Quadrupli. Sed quare plus manifestum furtū punitur, quā nō manifestū, cum clā facta magis punienda sint, vt ff. de admi. tu. l. non existimo. & ff. de ritu nupt. l. vlt. Resp. imò magis delinquit qui palā, † quàm qui clam amouet, vt supra, vi bonorū raptor. in princi. vnde magis punitur, vt argum. ff. de offic. præsid. Diuus. ADDITIO. Sed per hanc solutio. non respondetur contrario in gl. alleg. vnde dicas secundum Dyn. quem ceteri sequuntur, qđ iste tex. procedit in omnino illicitis: contrarium autem in ijs, quæ possunt esse licita & illicita, secundum Ang.

e ¶ Petens. Scilicet rei vendicatione.

f ¶ Quilibet. Vt supra de oblig. quæ ex delicto nascuntur. §. fin.

g ¶ Condictio. s. furtiua: quæ soli domino datur, & hæredi eius, aduersus furem & eius hæredem, vt ff. de cond. fur. l. prima. & l. quinta, & supra de obliga. quæ ex delict. nascuntur, §. fin.

h ¶ Quadruplo. Vsque scilicet ad annum, post annum in simplum, vt supra vi bono. raptor. in princip. nisi in casu. † vt si Iudæus contra Christianum agat: tunc in duplum tantum agit, vt C. de pag. l. Christianis. Sed numquid etiam raptor tenetur actione furti manifesti? Dic q non secundum P. quia in duplum tantum tenetur si furti cōueniatur, vt ff. vi bon. rapt l.1. nisi in casu vbi nec

la

† Dic q illud interesse nō venit iure actionis, sed officio iudicis. Fab. Ang. & Ias.

† Istā glo. impugnāt Ioan. Fab. & Ias. hic. Est enim ridiculū, q actiones hic enumeratæ, & ceteræ bonæ fidei, propterea qđ in eis iuretur in litē sint pœnales, per ea, quę habē-

tur supra in d. §. pœnales. in glos. mag. in vers. itē aduersus. in princ.

Crimina facta palā sunt oculis grauiora.

† Hoc verū in ijs, quę sunt de genere prohibitorū, secus in ijs quę possunt esse licita, & illicita. Nic. Bald. Ioan. Fab. Pla. Ang. & Ias.

Condictio furtiua datur soli domino.

† Similis glo. sup. vi bon. rapt. in princ. vers. quadrupli.

Raptor quę actione cōuenitur.

in duplum tenetur, secundum eum, vt ff. de furt. l. si quis ex domo. sed certe ibi erat actũ actione vi bo. rapto. vnde sublata erat actio furti non manifesti, † nisi in id quod excedit, vt ff. vi bo. rap. l. j. & ff. de actio. & oblig. l. qui seruum. sed satis videtur quod etiã manifesti furti noĩe conuenitur, & in quadruplum, † vt argu. ff. de fur. l. si vendidero. §. cum raptor, & l si qs ex domo, licet Pla. contra dixerit, vt dictũ est. †

tur: pœna autem tripli est. Sed & legis Aquilię actio de damno iniuria dato mista est, non solum si aduersus inficiantem in duplum agatur, sed interdum & si in simplum [a] † quis agat, vel vti si quis hominem claudũ, aut luscum occiderit, qui in eo anno integer, & magni pretij fuerit, tanti enim damnatur, quanti is homo in eo anno plurimi fuerit, secundũ iam traditam [b] diuisionem. Itẽ mista est actio contra eos, [c] q relicta sacrosãctis ecclesijs, vel alijs venerabilibus locis [d] legati, vel fideicommissi noĩe dare distulerint, [e] † vsque adeo, vt etiã in iudicium, [f] vocarentur:

a ¶ In simplũ. Vbi cõtra cõfitẽtem datur: nam tunc in simplũ, & cõtra negantem in duplum, vt hic, & infra eod. §. sed furti, & C. ad legem Aquiliam, l. contra negantem, & ff. de iniur. l. eum qui.

* ¶ Sic Vlpian. l. inde Neratius, §. hæc actio. ad leg. Aquil. & Imper. §. studium, in Auth. de trien. & semis. hoc tamen locum non habet in minore inficiante; is enim in hoc restituitur, vt ne dupli pœna teneatur, sed pro confesso habeatur, l. si ex causa, §. nunc, ff. de minorib. ]

b ¶ Iam traditam. Vt sup. ad l. Aqui. in prin. Nam ibi diuidit primum caput legis Aquiliæ à tertio capite, ex quo tertio fit condemnatio quantum res retro valuit in 30. diebus proximis, vt sup. eod. tit. §. capite. ver. ex hoc tamen. Item adiunge actionem quod metus causa, nam & ipsa mista est, vt ff. quod met. causa, l. si cum exceptione, §. 1.

* * Adde plures alias, quas enumerat glos. in verb. pro pœna. hoc §.]

c ¶ Contra eos. Scilicet hæredes, vel alios qui legatis, vel fideicommissis grauari possunt, quoniã honorati sunt pecuniariter, vt sup. de sing. re. per fideic. relict. in princ. & ff. de leg. 1 plane 2. in fi.

** Adde idem esse contra executores vltimarum voluntatum cõstitutos a testatoribus. Fab. Aret. & Ias. hic.

d ¶ Venerabilibus locis. Quæ multa sunt, & enumerantur in Auth de non alien. §. nos igitur, coll 2.

e ¶ Distulerint. Scilicet fraudulenter, vel sine iusta causa, aliàs non puniuntur, vt ff. si cert. pet. quod te. & ff. de vsur. l. sciendum, & ff de pet. hære. l. illud. Et no. quem puniri ex procrastinatione, vel dilatione illicita, sic ff. de eden. l. prætor, §. sed & si seruus, in fi. Et est speciale in his legatis, in alijs legatis, vel fideicommissis non præstatur duplum, sed vsurę currunt ex mora, vel saltem post contestationem litis, & fructus rerũ restituuntur, vt C. de vsur. & fruct. leg. seu fideicõmiss. l. 1. Item hęc legata habẽt in alio priuilegiũ, vt si indebitũ soluatur, non repetatur, vt su. de obli. quæ ex quasi cõtrac. in fi. Quid si primo negauit, postea cõfiteatur? Respõ. põt pęnitere, † cũ exoneret actorem à probando, vt ff. de iureiu. eum qui. Arg. contra ff de æd l. edic. l. quis sit fugitiuus, in prin. Itẽ qd si confessus est, & postea negat? Rñ. punitur, cum vltima mora noceat, vt ff de peric. & commo. rei vend. l. illud. (i) Item quid si non inficietur, sed dicat non valere, vel aliam proponat rationabilem causam. Respon quidam, q punitur, ne inueniatur via, per quam negantes suam exerceant auaritiam, vt sup. vi bon. rapt. §. quia tamen. Alij contra, q verum puto, vt inf. eo. §. sed furti. ver. at illæ. Item numquid hoc in legato generali & speciali locum habet? Respon. sic, secundum Ioan. cum vtrũque sit legatum, vt sup. de fideicom. hær. §. fin. & C. de fideicom. l. fin. in prin. Item quid si duplum non potest soluere? Resp. luit in corpore, vt ff. de pœn. l. 1. §. generaliter, & C. de ser. fugit. quicumque. & ff. de in ius voc. l. pen. & fin.

ADDITIO. (i) Hanc conclusionẽ & pręcedentẽ limita, nisi interuenisset iustus error, quia forte excusaretur, vt per Ioan. Fab. hic.

f ¶ In iudicium. Quid si in iudicium non vocantur, sed aliàs sunt in mora? Resp. quidam adhuc idem, vt dupletur. † sed hic lex contradicit. Item in dubijs pœnæ sunt molliendæ, vt ff. de pœn. l. interpretatione. Sed dicam currere vsuras, & fructus deberi ex mora & ipsa re id est sine interpellatione, dicam morã committi ad instar minorum, † quibus legata debentur, vt C. in quibus causis in integ. restit. non est, nec. l. in minorum. Item quid si reipublicæ, vel fisco relinquatur? Videtur q idem sit q hic dicitur, cum ius diuinum & publicum simile sit, vt C. de sacrosan. eccl. l. fin. & in Auth. de non alie. §. finimus. coll. 2. Sed dic contra, quia pœnæ sunt molliendæ, vt diximus, vt ff. de pœ l. penult. Item quid in redemptione captiuorum? Videtur idem, quasi sic rei venerabili sit relictum. Sed certè non extendam. f. id quod dicitur in hoc §. ad hunc casum, cum sit pœna. Item quid si Deo, vel alicui Sancto, vel admi-

† aliàs desunt ista verba, nisi id quod excedit.

* *

† Sin glos. sup. vi bo. raptor. in princi. in ver. furti.

† Cũ opin. istius glo. transeunt indistinctè Doct. hic. Ias.

† al. q sque

Procrastinatio nocet.

† Hoc verũ, qñ ecclesia vellet vti confessione, & per eã pbare legatum, alias secus. Nic. Fab. Pla. & Ias.

† Non est opus litis cont. secũdum Ias.

* al. vsque eo.

Legata Ecclesiarũ sunt priuilegiata.

Corpore punitur vitiosus qui caret ære.

† Hoc verũ si negauerint, alias requiritur vocatio in iudicium. Ias.

* *

† Est sing. ista glo. ad hoc quod Ecclesia & minor æquiparantur, de quo latè Iason. hic.

Respublica, & fisc9 nõ hñt priuilegiũ ecclesię in legatis sibi factis.

alias qui. administratori,† quę idem valent, vt in Authen. de co..ti. §. si quis in nomine, collat. 9. & ff. ad l. Falc. l. 1. §. si quis, & §. ad municipium? Resp. locum habet hic §. quia venerabili loco est relictum, vt ff. de ann. leg. l. annua, §. à Titia.

SYL.

* ¶ Hanc glos. mirum in modū extollit Alexan. in l. si quis seruo. in additio. 2. ad Bart. C. de furt.]

ADDITIO.

No. ex hac gl. quod in pœnalibus nō fit extensio de similibus ad similia, quādo pœnæ imponuntur habito respectu ad priuilegiū alicuius personæ, etiā si ipsi casus essēt à iure æquiparati, vt pulchrè per Ias. hic, qui allegat duas glos. iuris canonici contrarias: vide per eum.

tunc enim & ipsam rē, vel pecuniam, quæ relicta est, dare compelluntur: & aliud tantum pro pœna, [a] & ideo in duplū eius fit condemnatio.

¶ Actio familiæ erciscundæ pro diuidenda hæreditate, & actio communi diuidundo pro re particulari, & actio finium regundorum pro diuidendis fundis, dicuntur actiones mistæ,

Cōdictio ex lege est sæpe mista.

a ¶ Pro pœna. Si hæc est ratio vt sit mista, patet quod condictio ex l. illa. si quis in tantam sit mista, vt C. vnde vi. si quis in tantā. Item & illa condictio, quæ datur ex l. Constantini, vt C. finium regun. l. si constiterit, & omnes illæ actiones, vbi & res, & aliquid pro pœna petitur, quod verum est.

Diuisio.

¶ Quædam actiones. Diuiditur in tres partes. Primo ponit dictum generale. Secundo illud per exempla declarat. Tertio ponit quę possunt esse partes iudiciales in istis actionibus. Secunda ibi, Qualis est. Tertia ibi, In quibus &c. Aret.

SYL.

¶ Quædam actiones. CASVS figurari non debet in §. declarāte alias mistas actiones alio respectu, ideo not. ex hoc tex. quod hic verbum, videtur, importat veritatem, quia verè dicuntur & propriè mistæ, quicquid in contrarium hic dicant Doctores, vt declarat hic Zasius. Item, quod hæ tres actiones mistæ sunt. Item, quod actio familiæ erciscundæ datur inter cohæredes, ideo nisi quis sit hæres, non datur hoc iudicium, præterquam in quarta arrogati. l. per familiæ, §. si quarta, ff. eod. item actio communi diuid. ad quid detur. & quod datur pro com muni re diuidenda, qualitercunque sit communis. Item ad quid & quando detur actio. fin. regund. Item, quod in his tribus iudicijs permissum est (ex causa tamen) iudici tribuere vni totum vel partem, data alteri æstimatione in pecunia.

Et male Bald. Fab. Angel. & Ias.

b ¶ Quædam actiones. Hic adijcitur secundum quosdam † tertium membrum illi diuisioni, quam habes supra eodem, §. 1. vt ibi diximus.

* a Adde, quod actiones de quibus hic agitur, non sunt nec merę reales, nec merę personales, sed habent naturam mistam, & ideo appellantur mistæ, vt declarat gl. hic. At sunt etiam quędam actiones, quæ sunt ab origine quidem personales, qa nascuntur ex contractu, vel ex maleficio, vel quasi, sicut ceteræ personales: sed quia sequūtur possessorē rei, sicut in rem actiones, nō simpliciter personales, aut in rē, sed personales in rem scriptæ appellatæ fuere, vt est actio ad exhibendum, non enim est ex maleficio, nec quasi, nec ex contractu, ergo est ex quasi contractu, supra de oblig. quæ ex quasi contra. in prin. & sic personalis, quia habet personam obligatam ex quasi cōtractu, vt sup. hoc tit. §. 1. tamen quia datur in rei detentorem, dicitur in rem scripta, l. 3. §. Est autem, vbi glos. maximè notabilis, enumerans id genus actionum, ff. ad exhib.

scilicet reales & personales, vel potius mistā causam habētes: in quibus iudici licitum est vni pactum aliud ... rem, si æquum sibi videbitur. Aret.

¶ Quædam [b] actiones mistam causam obtinere videntur, tam in rem, quàm in personā: qualis est familiæ [c] erciscundæ [d] actio, quæ competit cohæredibus de diuidenda hæredita-

SYL.

c ¶ Familiæ erciscūdæ. actio ista ideo sic dicitur, quia familia pro hæreditate ponitur. ¶ Adde text. in l. pronunciatio. §. familiæ, ff. de verb. sign. & dixit Cic. in Topic. Proximus agnatus familiam habeto, l. fin. in fi. C. de verb. sign.

d ¶ Et erciscundæ, id est diuidendæ. nam ercisco, cis, id est diuido, diuidis. quasi dicat, actio diuidendæ hæreditatis. item ideo dicitur mista, † quia in qualibet re mihi adiudicata partem habeo iure meo, & quod ad hoc est in rem, iterum partem vice consortis, & vt ab eo, quia portio mea erat sua, & quod ad hoc est personalis. Vel ideo dicitur mista, † quia in ea petuntur dominia rerum corporalium non dari, sed tradi, vel assignari pro parte sua, & in hoc dicitur realis. Item petuntur fructus, si alter tantum eos percepit, vel ipse solus impensas fecit, & hæc petuntur dari, id est, vt fiant sui cui dantur, & propter hoc dicitur personalis, vt ff. familiæ erciscundæ, l. item Labeo, §. familiæ, & supra, de oblig. ex quasi contractu, §. item si inter. & supra eod. §. sic itaque. Sed quanto tempore durat? Respon. ann. 30. inspecto, potius quod sit personalis, vt C. de annali exceptio. l. 1.

† Hanc rationē sequitur Ias. supra §. primo, col. 1.

† Istam sequit Fab. Ang. & Ias. cui adde aliam gl. in l. 1. ff. finium reg.

Actio fami. erc. durat an. 30.

¶ Ad-

te, item communi diuidundo, [a] quæ inter eos redditur, inter quos aliquid commune est, vt id diuidatur, item finium regundorum [b] actio, qua inter eos agitur, qui confines [c] agros habent. In quibus tribus [d] iudicijs permittitur [e] iudici, rem alicui ex litigatoribus ex bono & æquo adiudicare, [f] & si vnius pars prægrauari videbitur, eum inuicem certa pecunia alteri condemnare.

¶ Quarta diuisio actionum. Nulla actio exceditur extra quadruplum. & in simplū agitur regulariter ex omni contractu: in duplum verò ex furto nō manifesto, & ex lege Aquilia, & ex seruo corrupto, & ex deposito in quatuos casibus, & ex legato, facto venerabili loco: in triplum vero, quoties agitur in plus debito, vt aduersarius maioribus sportulis ab executore prægrauetur; in quadruplum verò furti manifesti, & quod metus causa, nec non Actius.

SYL. ¶ Adde, quod hæc opin. vera est, sed non q̄ elapsis 30. ann. diuisio peti non possit (nam hoc casu non prohibetur) sed ita demum nata actione si per negligentiam quis prosequi desinat, non datur amplius actio, & hęc opin. Bart. est communis, de qua vide late Io. Franc. Balb. in Tract. præscr. col. 129. ver. 13. quæro.]

¶ Item quæro ex quo nascitur? Respon secundum Mar. ex voluntate agentium, vt ff. famil. ercisc. l. 1. Sed certe imò ex quasi contractu, vt supra de obl. q̄ ex quasi contractu, §. item si inter. in fi. Accurs.

SYL. ¶ Substantia tamē actionis nascitur ex voluntate, vt declarat hic Zasius in 6. no.]

¶ Cōmuni diuidundo. Quæ sunt hic loco p̄sonalium præstationum, & quæ loco realium, dic eodem modo vt proxime diximus in actione familiæ ercisc. & idem in proximo casu, & facit ad hunc §. ff. communi diuid. l. per hoc iudicium. §. sicut.

SYL. ¶ Adde tex. expressum in l. si quis putans, §. pen. ff. communi diui.]

a ¶ Aliquid commune. s. sine societate, vel cum societate, vt ff. pro socio. l. quibus. & l. si actū, & supra de obligationibus ex quasi contract. §. item si inter.

† Istā glo. sequuntur Fabr. & Ang.

** Adde multos casus, quibus quis inuitus cogitur stare in communione. quos refert gl. in l. fi. C. commu. diui.]

† Dic & l. 2. in prin. eo. ti. & est rō, quia in agris faciliter turbātur confinia, nō sic in vrbanis, ideo in rusticis in specie fuit prouisum. Ang.

b ¶ Item finium regundorum. Scilicet est mista. vt hic, & ff. fin. regun. l. sed & loci, §. in iudicio.

** Adde quod in actione fin. regund. venit diuisio fundorum, & quod termini ponantur, vel reponantur, si fuerunt ablati l. in finalibus & l. si irruptione in princip. ff. eod. item veniunt damna & sumptus, l. 4. §. post litem. ff. eodem.]

c ¶ Confines. Quid si domos habent conuicinas?

¶ Respond. non habet locum, si hinc inde sint domus, † vt ff. finium regund. l. 4. in fin. † Si autem ex altera parte tantum sit domus, ex altera fundus, tunc locum habet vtile iudicium finium regūdorum, vt ff. finium regundor. l. 2. in princip. Et adiunge his tribus actionibus mistis quandam aliā, s. hæreditatis petitionem, vt C. de petitione hæred. l. hæreditatis. & ff. de petit. hæred. l. siue bonæ fidei, §. 1. †

† alias est SYL. l. sed & si lege. §. petitio.

¶ Dic quod est realis, non mista, vt declarat Ias. in rubr. ff. si cert. pet. col. penul. & in l. fin. col. penul. C. de codicil.

¶ Item quid de omnibus noxalibus actionibus? videtur enim, q̄d sint in rem, quia contra quemlibet possidentem seruū dantur, vt infra de noxa. actio. §. omnis autem. Item quid de actione de tigno iniuncto? nam & hæc datur contra quemlibet possidentem, vt ff. de tign. iniunct. l. 1. in fin. Item quid de actione. Quod metus causa? nam & hæc quemlibet possidentem perquirit, vt ff. quod metus causa. l. si cum exceptione, §. Pædius. Item quid de actione in factum, quæ datur contra eū, qui aliquid habet in loco publico positum, vt ff. ne quid in loco publico, l. 2. §. antepen. Item quid de actione in factum, siue interdicto. Quod vi aut clam? nam & hæc contra possidentem datur, vt ff. quod vi aut clā. l. competit, in fin. Itē quid de actione. Ad exhibendū? nam & illa possidentem persequitur, sicut & ceteræ superiores. vnde videtur omnes in rem, vt ff. de actio. & oblig. l. actionum genera.

¶ Quidam dicunt eas anomalas. s. nec in rem, nec in personam. Sed dic omnes esse personales, † vt patet in actione, Ad exhibendum, vt ff. ad exhibend. l. 3. §. est autem personalis hæc actio.

† In rem scriptas An. & Ias. SYL.

¶ Adde, quod sunt personales in rem scriptæ, vt late declarat Ias. in rubr. ff. si cert. petat. col. 1.]

d ¶ Tribus. s. fam. ercisc. communi diuid. finium regundorum.

e ¶ Permittitur. a lege. Accurs.

f ¶ Adiudicare. Et quod adiudicatur, statim sit eius, cui adiudicatur, vt inf. de offi. iu. §. fi.

** Hoc

** Hoc verbum proprie pertinet ad ista iudicia diuisoria, glo. in lege sed & si res. de publ.]

¶Omnes autem. Hic ponitur quarta diuisio actionum, vt dicitur in gl. quia quædam dantur ad simplum, quædam ad duplum, & triplum, & quadruplum. Et diuiditur in tres partes. Primo ponit dictum generale. Secundo illud per multa exépla in quolibet membro declarat. Tertio ponit aliquas differentias inter ista exempla. Secundo ibi, in simplum agitur. Tertia ibi, Sed furti quidem. Aretinus.

Diuisio.

¶Omnes autem,[a] actiones vel in simplum conceptæ sunt, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum, vlterius[b] autem nulla actio extenditur.

SYL. ¶Omnes autem actiones. CASVS in §. aliam subdiuisionem ponente non est, nisi literaliter figurandus: sed solum loco dubitationis dici potest, quod positio huius §. sit superflua, quæ enim ponuntur in hoc §. posita iam & declarata erãt supra in §. sequés, sed respon. vltra Doct. quod ibi declaratus est finis actionum, id est, quod quædã rei, quædam pœnæ persequendæ causa prodite sunt, quædam mistæ: sed hic tractatur in quantum se extendant actiones, & quia adduntur aliqua, non est quare hic, §. dicatur superfluus.

¶Nota igitur primo diuisioné hanc actionum, vel potius subdiuisionem. Item, quod nulla actio extenditur vltra quadruplum, & ponderando vniuersalem illã negatiuam, potest comprehendi etiam actio prouenieus ex partium conuentione, vt scilicet non possit etiam pœna conuentionalis quadruplum excedere. Item quod agere in simplum, & rem persequi, pro eodé supponunt. Item, quod simplum non est pœna, licet numeretur inter pœnales actiones dupli, tripli, & quadrupli. Item, quod actio serui corrupti datur ad duplum damni cuiuscunque & vndecunque prouenientis facti domino, l. in hoc iudicium, ff. de seruo corrup. Itẽ nota, quod sufficit quod seruus factus sit deterior, & sic cõparatiue ad priorem statum etiam quod prius esset malus, & quod alias fuisset idem facturus, quia nõ hoc contemplatur, sed an sit suo cõsilio & hortatu factus deterior. Itẽ, quòd hæc actio non datur nisi in seruo corrupto, nõ autem in libero homine, qđ intelligitur de actione directa, secus de vtili ex æquitate. l. vt tantum, §. 1. ff. eodem. Item nota, quod quis tenetur de consilio, ex quo consilium cadit in delictum.]

a ¶Omnes auté. Hæc est quarta diuisio, quæ fit in hoc tit.

SYL. * Hęc gl. cõmunis é, quãuis Io. de Eremo, in arbore ponat hic quintam diuisionem, & Azo. præsupponat hic nullam poni diuisionem, tanquam hic §. pendeat a §. sequens, supra eodem. quælibet opinio potest sustineri. ]

In simplum agitur, veluti ex stipulatione, & mutui datione, ex empto, vendito, locato, conducto, mandato, & denique ex alijs quamplurimis causis.

b ¶Vlterius. f. vltra quadruplum. Sed contra in lege Aquilia, vbi occasione vilis serui interfecti agitur ad vnã hæreditaté per ditam, quæ valet centũ marcas, † vt supra ad l. Aquiliã, §. illud. Item contra de eo, qui vilem clauum de naue abstulit, quare tota nauis perijt, nam ad totum damnum tenetur, quod etiam quadruplum, & vltra excedit, vt ff. de incend. rui. naufr. l. 3. §. senatuscons. Item aliud contra in actione ex empto, vbi occasione pecoris morbosi totus meus grex cõtaminatus est, vel occasione tigni vitiosi tota domus corruit, vt ff. de actio. emp. l. Iulianus in princ.

† octo vnciæ faciũt marcam. Ias.

¶Sed certe his tribus contrarijs non agitur ad aliquid, quod sit pœna inspecta persona agentis, † sed totum est suum interesse, nam hunc §. intelligo, quando pœnalis est actio ex vtraque parte. Item contra in eo, qui manumisit seruum alienum in præsentia principis, nam duo mancipia domino, & tria similia dat fisco, & ita in quintuplus damnatur, vt C. de ijs qui a non domino ma. l. fina. Item contra in eo, quod dicit lex, si dedi tibi pecuniam, ne mihi calũniam faceres, & ab alio accepisti, vt calumniam faceres mihi, in octuplum mihi teneris, vt ff. de calumniat. l. & generaliter, §. fin. Sed certe primo casu præstatur pęna diuersis, non vni, nec est ibi aliqua præstatio vltra quadruplum, in secundo autem casu nõ vna actione habeo octuplum, sed duabus. Item contra in eo, quod dicitur, si dedisti pecuniam, ne mihi fieret calumnia, nam tu repetis quod dedisti, & ego in quadruplum prosequor, vt ff. de calum. si quis ab alio in princip. Sed certe duobus sit præstatio, & neutri vltra quadruplum. Item contra in eo, quod dicit lex, seruum in seruitutem reuocari occasione leuis offensæ, & ita pœna in immensum excedit, vt C. de liber. & eorum li. si manumissus. Sed dic, quod illa est accusatio, non actio. Vel dic, quod non præstatur pœna habito respectu ad rem. Item contra in eo, qui surripuit seruum fiscalem nã damnatur in 12. lib. argenti, & seruo restituendo, vt C. de ser. fugit. l. si quis seruum. Sed ibi non fit relatio ad ipsam rem, vel ad simplum. Est enim hic §. intelligendus, † quando actio est pœnalis, & in pœna ad ipsam rem habetur respectus.

† Istam sequuntur Dyn. Nic. Fab. Ang. & Ias.

Libertus tollitur p leué offen sam.

† Idé Nic. Fa. & An. dicit th Ias. q. p. cedens solutio é vetior ẽt ad istud con trarium.

Item

Item contra sup. de inutil. stipulat. §. alteri. Nam ibi nō inspicitur quanta sit pœna, sed tota exigitur. Sed ibi non habetur respectus ad ipsam rem. Vel dic aliud in pœna conuentionali, vt ibi, quam in legali, vt hic. Itē contra in eo quod dicitur, cum quis emit administrationem. Nam qui accepit pecuniā ab electo, quadruplum reddet, & sua bona confiscātur, & cingulo priuatur, vt in Auth. vt iud. sine quoquo suf. §. sic igitur. in fi. collat. 2. Sed illud fit per accusationē, non per actionem.

¶ Quinque actiones hic positæ dantur ad duplum. h. d. Aret.

¶ In duplum agimus, veluti furti nec [a] manifesti damni iniuriæ ex lege Aquilia, [b] depositi ex quibusdam [c] caussis, item serui corrupti, quæ competit in eum, cuius hortatu consilioue seruus alienus fugerit, aut contumax aduersus dominum factus est, aut luxuriose viuere cœperit, aut denique quolibet modo deterior factus sit. [d] In qua actione earum etiam rerum, quas fugiendo seruus abstulerit, æstimatio deducit[e]

c ¶ Ex quibusdam caussis. Veluti quod tumultus, incendij, ruinæ, naufragij caussa depositum est, vt supra eodem, §. rei persequendæ.

d ¶ Deterior factus sit. Scilicet in mente, nam si in corpore locū habet lex Aquilia, vt sup. ad l. Aquil. in princip. & hoc siue fiat de bono malus, siue de malo deterior, vt ff. de seru. cor. l. prima, §. persuadere vsque in fin. & l. seq.

ADDITIO.

Nota differentiam inter istā actionem serui corrupti, & actionem legis Aquiliæ pro seruo, quia hæc competit, quoties in moribus seruus est deterioratus, sed lex Aquilia habet locū, quando mores non mutantur sed corpus læditur, vt ibi Ang.

SYL. ¶ Dicatis breuiter, quod regula est, quod supra, quadruplū pœna legis non extenditur. Primo fallit in l. Aquilia, in qua æstimatio potest excedere in quadruplum, & ratio fuit, vt compescerentur homines, & retraherentur ab occidendis hominibus. Secundo, in auferente clauum nauis, quo regebatur, & in auferēte dolo malo quid ex naufragio, quorum ratio est priuilegium naufragis concessum propter frequentiam raptorum. Tertio, in venditione tigni vitiosi, aut pecoris morbosi, cuius ratio est, quia contractus est bonæ fidei. Quarto in l. fina. C. de ijs qui à non do. cuius ratio est, quia pœnæ illæ debentur diuersis personis, quia quādo plures actiones ex eodem crimine oriuntur in diuersis personis, vna non tollit aliam, §. patitur. supra de iniur. Quinto, in calumniatoribus, ad reprimendam eorum audaciam, quia tunc consequitur octuplum. l. & generaliter, §. fina. ff. de calum. sed hoc ideo est, quia super eodem delicto oriuntur mihi duæ actiones, quæ proueniunt ex diuersa radice. Sexto, quando sumus in re inæstimabili, puta in reuocatione serui in seruitutem, nam tunc non habetur respectus ad rem, sed ad nescio quam tacitam conditionem ex lege sumptam, quæ censetur esse in manumissionibus resolutiua libertatis. Septimo, quando per viam solennis accusationis pena imponitur, vt in ementibus administrationes. Octauo potes addere, vbicunque iuratur in litem, quia cum iuretur aliquando ex affectione, potest quadruplum excedere, licet iudex debeat moderari, l. in actionibus, ff. de in litem iur.]

** a ¶ In duplum. Furti nec manifesti, vt supra de obligatio. quæ ex delicto nascuntur, §. pœna. († Et supra §. ex maleficijs.)

b ¶ Ex lege Aquilia puta per inficiationem, vt inf. eod. sed furti, ver. at illæ. †

*¶ Verba edicti Prætoris de seruo corrupto refert Vlpianus, lege prima, eodem titulo.]

e ¶ Æstimatio deducitur. Vt omne cum ipsa re damnum dupletur: (i) siue pertinenerit res, quam secum seruus portauerat ad ipsum solicitatorem, siue ad alium, vt Digestis de seruo cor. lege in hoc iudicium.

¶ Sed numquid iure actionis fit hæc æstimatio, vel iudicis officio?

¶ Respond. fit iudicis officio, secundum ita fit in actione. Quod metus causa, ff. quod met. cau. si cum exceptione, §. primo, & §. quadruplatur.

SYL. ¶ Glo. communiter damnatur, quod immo totum veniat iure actionis, nec exemplum act. quod met. causa obstat, quia ibi est locus purgationi, quod non est in actione serui corrupti.]

¶ Sed pro filio corrupto vel pro filia qualiter agitur?

¶ Respond. habet vtilem hanc actionem, † vt ff. de ser. cor. lege vt tantum, §. primo, vnde dicunt, quod veniet interesse patris consistens in operis filij, quia non vult operari, & cum sit corruptus, aliud, quam opera, non potest æstimari, quia liberum corpus non recipit æstimationem, vt ff. de ijs qui deie. vel effu. lege finali, habet enim istam vtilem ac si esset in bonis, & erit in eam, scilicet summam, quam ipse æstimauerit suo iureiurando, vt de actione iniuriarum dicitur, vt supra de iniurijs, §. pœna, & ff. de iniur. lege constitutionibus.

† Sequunt hanc glo. Nic. Fab. Angel. & Ias. & idē in marito pro vxore, secūdū eosdem.

SYL. *De hoc est casus in l. vt tantum, §. 1. ff. de serito cor.]

*Vel dic, quod primo æstimat iudex summam, ad quam competit, vt arg. ff. de custo. reorum, l. si quis reum.

ADDITIO.

(i) Scilicet tunc illarum & æstimatum secus in eo, quod postea sequitur, quod facit, vt ille, qui deflorauit virginem, & persuasit alicui, vt semel vnum malum faceret, non tenetur de fornicationib. cũ alijs viris, vel ceteris malis postea cõmissis, vt per Ioan. Fab. & Angel. hic.

Item ex legato quod venerabilibus locis relictum est, secundum ea, quæ supra diximus. a

¶ Actor petens per dolum in libello maiorem quãtitatem quam debeat, vt reum maioribus grauet expensis, tenetur in triplo eius damni, quod reus passus est, in quo triplo continetur simplũ pro damno. Ang Are.

a *Diximus. sup. eodem, §. ex maleficijs. ver. item mista.

SYL. *Tripli vero. CASVS Cum tex. exemplum vnicam ponat, in quo pœna tripli sibi locum vendicat non ex ratione aliqua, sed qa ita legislatori placuit, qui aliquid taxare debebat loco, & nomine pœnæ, nec magis ad triplum quam ad simplum astringebatur non est quærenda aliter ratio dubitandi aut decidendi in ijs, quæ positiui sunt iuris, præsertim cum simus in tex. correcto p consuetudinem, vt dicunt hoc doct. quia hodie nuncijs dantur salaria vel ex publico, vel pro distantia itineris. No. quod dicitur in tex. hĩc, quod olim actiones proponebantur in scriptis, & ex hoc dicebantur libelli. Item not. libellum iudicialem dici conuentionalem, quod est nouum, & contra tex. in l. in conuentionalibus, ff. de verb. oblig.

b *Tripli. Cum quidam. s. actores.

c *In libello. Hic no. duo, Primo, quod libellus est faciendus in causa, quod est verũ iure nouo, vt hic, & C. de epis. & cler. auth. generaliter, & C. de lit. contest. Auth. offeratur, nisi in quatuor casibus, quos no. in Auth. de manda. prin. § sit tibi, coll. 3.

*Vide gl. ad quam semper recurritur ĩ verbo, libellum. in §. sancimus, in Auth. de exhib. reis in c. fi. de re iud. lib. 6 Spec. in tit. de lib. concep. §. nunc videndum. vbi enumerat 46. casus, in quib. non requiritur libellus.

† In cã ciuili, secus in criminali. Fab. Pla. Ang. & Ias.

*Aliud est iure veteri. † nam tunc non fiebat nisi ex voluntate. vt ff. de eden. l. 1. nisi in casu, vt C. de digni. quoties lib. 12.

*Adde quod gl. vera est præterquam in criminalibus nam etiam iure veteri fiebant libelli de necessitate, lege libellorum, ff. de accusat.

*Item secundo nota quod quantitas certa est in libello comprehendenda vel res, & ita etiam in personali actione debet actor certificare reum, vt hic, & in Authẽt, de litig. § ad excludendas, coll. 8. & ff. de rei vendicat. si in rem, §. & si vestimenta. † Tertio no. quod sportulæ, vel salaria, quæ dabantur executoribus, id est, nuncijs, qui faciunt homines repræsentari, & alias qui faciunt huiusmodi citationes p suis officijs, dabantur secundum quantitatem petitã, vt hic dicit. Sed hodie magis secundum consuetudinem † vel longitudinem itineris, ut C. de episc. & cler. auth. sed hodie. Et dicas quod hic dicitur, ex hac causa, esse causatiue non consecutiue dictum.

† Istam secũdũ partẽ sequuntur Ang. & Ias.

† Intellectũ huius §. exponit præter ceteros Alc. li. Dispũ. 3. c. 17.

† alias uera æstimationis.

† Idẽ Iac. licet Fab. & Ang. dicant q. est de iure.

¶ Tripli vero agimus, † cum quidam b maiorem † vera æstimatione quantitatem in libello c conuentionis inserunt, vt ex hac causa viatores, id est, executores litium, ampliorem summam

* Vult dicere gl. quod hic §. procedit, cũ quis dolose petijt maiorem summam, vt reũ maioribus sportulis grauaret, non sine dolo, sed tamen nõ ideo minus hoc ipsum damnum passus est, & hanc gloss. magis sequuntur Doct.

*Sed istę sportulæ, quæ iudicibus dabãtur, certæ sũt, nec crescunt, licet quantitas petita sit magna, nec decrescunt licet si parua † vt in Authẽ. de iud. §. ne autem, coll. 6 Item no. quod reus soluebat huiusmodi sportulas, vt hic, & C. de episc. & cler. auth generaliter, sed actor ei restituebat, nisi iusta causa eum vocasset. vt ff. de iudicijs eum quem temere. Itẽ nota adhuc, quod huiusmodi sportulæ quibusdam prorsus remittuntur, vt pauperibus vt in Auth. de mãda. princip. §. oportet, colla 3. a quibusdam pauciores exigebantur, vt à clericis, vt C. de epis. & cler. cum clericis, & auth ibi posita, sed hodie. Alijs autem per priuilegium principis viuentis remittuntur in totum vel pro parte, vt C. de fruc. & li. expen. l. fi. Sed quæro si hæ personæ, quæ habẽt priuilegium, id est de non soluendo sportulas sportulas soluant, an habeant actionem in triplum? Dicunt quidam, quod sic, ne fauor noceat eis, vt C. de le. & constitutio. q. fauore. Alij dicunt quod non quasi suo iuri & priuilegio stulte renũciauerint, cum volentes soluerint, quod possunt, vt C. de pact. l. si quis in cõscribendo quod verius est. † Si autem inuiti exacti sunt, in quadruplũ contra exactorem uel executorem agitur, ut infra eodem, §. quadrupli. Sed cum hodie caueatur de duplo restituendo, vt in Authent. de executo. §. 1. colla. 7. uidetur corrigi quod

† dummõ excedat sũmam centũ aureorum Fab. Pla. Ang. & Ias.

† Idẽ Ias. quicquid dicãt. Pla. & Ang.

hic

Actio nulla hodie datur in triplum.

hic dicitur. Vnde hodie nulla est actio in triplum, quod verum puto. Sed alij dicunt, si cautio est omissa, habet locum quod hic dicitur, aliàs habet locum Authen. prædicta.

ADDITIO.

Hæc communiter reprehenditur, quia illic §. 1. in Authen. de executo. & Authent. libellum, C. de litis contestat. loquuntur in diuersis tm. a tex. nostro, vide hic per Dominum Ias.

† al. nõ est certum.

sportularum [a] nomine exigerent. Tunc enim id, † quod propter eorum causam damnum passus fuerit reus, [b] in triplum ab actore consequetur, [c] vt in hoc triplo etiam simplum, in quo damnum passus est, connumeretur. Quod nostra constitutio introduxit, quæ in nostro Codice [d] fulget, quam proculdubio † certum est ex lege condictitia [e] emanare.

a ¶ Sportularum, ideo sic dicuntur, quia in sportulis quibusdam oblationes huiusmodi ponebãt. Est autem genus vasis sportula, vel sportella.

SYL.

* ¶ Aliter interpretatur Alciat. lib. tertio Dispunct. cap. 17.

* ¶ Illud quoque cognitu dignum est, vt quod idẽ Alciat. scribit in l. pecuniæ, de verbo. sign. olim in iudicijs, lite ipsa contestata, moris fuisse deponi in æde sacra sportulã, in qua pecunia erat, quam qui vicisset, lucrabatur, & quia deinde cœptum est ex huiusmodi ære iudicibus honoraria persolui, sportulas iudicium inde nomen traxisse.

b ¶ Reus. aliæ sportulæ, quæ iudicibus præstabantur, ab vtroque præstabantur, vt in Auth. † vt iudi. sine quoquo suffra. §. volumus, coll. 2. item istæ sportulæ quæ dabantur executoribus, dabantur ante litem contestatam, id est porrecto libello, istæ aliæ in contestatione causæ † dabantur iudicibus, vt in Auth. de exhib. reis, §. sancimus, coll. 5. & de iudic. §. ne autem circa hoc labor. coll. 6.

† Melius probat in §. ne autẽ, in Authẽ. de iud.

† Quo ad medietatẽ alia medietas in fi. c. Ange. & Ias.

c ¶ Consequetur. Condictione ex hac lege Græca, vt subijcit, quæ erat in alio Codice: non autem est in eo, quem habemus. Et patitur actor hanc pœnã tripli, siue sine dolo, siue cum dolo inseruit, & sic causatiuè, vel consecutiuè dicitur. † Sed nõne etiam causam amittit, vt C. de plus pet. l. 1. Sed certè ibi plus deliquit, quia in certamine negotij cautionem de petitis exegit, vnde grauius punitur, vt argum. ff. de offi. præsi. Diuus.

† Hæc glo. dicit cõtrarium eius quod supra dixerat, & ideo reprobat.

d ¶ Codice. quem non habemus.

e ¶ Ex lege condictitia. Lex quædã erat, quæ condictitia vocabatur, & sub se quasdam constitutiones habebat, vt hic, & infra eo. §. proxi. vers. item ex lege condictitia, Accur.

¶ Quadrupli. CASVM non expedit figurare in declaratione terminorum præsertim declaratorum in §. sequens, & in §. ex maleficijs. In §. enim nostro nihil aliud superest declarandum, nisi ea, quæ concernunt materiã actionis, quod metus causa, & cõdictionis ex lege contra executores plus debito exigentes. Nota primo, quod pœna furti manifesti est quadruplum. Item, quod eadem pœna tenetur metũ inferens. Item calumniatores & delatores, qui pecunia accepta aliquẽ deferunt, vel accusant. Item, quod cõtra executores magistratuum, qui plus statuto sibi prætio exigũt, agitur condictione ex l. ad quadruplum. Itẽ, quod pœna furti nec manifesti, serui corrupti l. Aquiliæ, legatorum piorum non solutorum, est dupli, sed in hoc differunt, quia in furto non manifesto & seruo corrupto ab ipso principio pœna est duplex in l. Aquilia, & legatis pijs non solutis duplum venit ita demum, si debitor negauerit, & sic venit ex accidenti. Item quod citationes debent fieri iussu magistratuum, & sic de commissione.

¶ Iste §. summatus est cum §. omnes autem, tamen in specie dicit hoc: Quatuor actiones hic positæ dantur ad quadruplum. Angelus.

¶ Quadrupli autem agitur, veluti furti [f] manifesti: item de eo, quod metus [g] causa factum sit, deque ea [h] pecunia, quæ in hoc data sit, vt is, cui datur, calũniæ causa negotium [i] alicui faceret, vel non

f ¶ Furti. Facit sup. de obligat. quæ ex delic. nascun. §. pœna. Accur.

g ¶ Quod metus. scilicet actio, quæ ex contumacia fit in quadruplum, vt infra eod. §. item actio, & vsque ad annum tantum, post annum in simplum, vt ff. quod met. causa, l. cum exceptione, § 1.

h ¶ Deque pecunia. Scilicet actio in factum de calũniatoribus annalis in quadruplum, & perpetua in simplum, vt ff. de calum. l. 1. in prin. & §. 1. quæ locum habet, si do alicui aliquid, vt calumniose † aliquem vexet. datur enim actio in factũ ei, ob cuius malum data fuit, non autem danti. Item danti, quando dedit, vt sibi negotium per calumniam non fieret, vt hic, & ff. de calumn. l. 1. & l. & generaliter, §. fin.

Actio in factum de calũniatoribus.

† In iudicio, secus si extra iudiciũ. Fab. licet Iaso. contra.

i ¶ Negotium. s. malum.

* ¶ Adde, vt quis hac actione teneatur, satis esse, illum pecuniã accepisse calumniæ causa, tametsi nulla postea sequatur calumnia. l. 3 §. 1 ff. eodem. Vtrum autem totum quadruplum sit pœna, an in eo insit simplum

dic

facceret. Item ex lege condictitia a nostra constitutio b oritur, in quadruplum c cōdemnationem imponens ijs executoribus litium, qui contra nostrę constitutionis d normam e à reis f quicquam exegerint.

¶ Differunt inter se actiones, quæ dantur ad duplum. Ang.

¶ Sed furti quidem nec manifesti actio, & serui corrupti, à ceteris, de quibus simul locuti sumus, eo differunt, quod hę actiones omnimodo g dupli sunt, at illæ, id est, damni iniuriæ, ex lege Aquilia, & interdum depositi, h inficiatione duplicantur, i in confitentem autem in simplum dantur. Sed illa, k quæ de ijs competit, quę relicta venerabilibus locis sunt, non solum inficiatione l duplicatur, sed etiam si distulerit relicti solutionem† vsque quo iussu magistratuum nostrorum conueniatur, in cōfitentem vero, & antequam iussu magistratuum conueniatur, soluentem, simpli redditur.

¶ Differunt inter se actiones, quæ dantur ad quadruplum. Angelus.

¶ Item actio de eo, quod metus causa factum sit, à ceteris, de quibus simul m locuti sumus, eo differt, quod eius natura tacitè continetur, vt qui iudicis iussu ipsam rem actori restituat, n

dic, vt notatur per Accurs. l. in hæredem, §. vlt. ff. eodem.

a ¶ Lege condictitia. De qua dic, vt sup. eod. §. tripli. in fi. §. diximus.

b ¶ Constitutio. Quam non habemus.

c ¶ In quadruplum. Cuius quadrupli iure nouo triplum † fisco simpliū damnum passo datur, vt in Auth. vt lit. iu. in exor. lit. §. & hoc quoq;. col latio. 9. & petitur per condictioné ex hac lege quam nō habemus, cum nō sit cautum quo genere actionis agam⁹, † vt ff. de condictio. ex lege, l. prima.

d ¶ Constitutionis. Prædictæ, quam non habemus.

e ¶ Normā. i. formā. Certa enim erat forma in constitutione, quam nō habemus.

f ¶ A reis. i. conuentis.

g ¶ Sed furti. Omnimodo. De actione furti cōstat, quod semper est in duplū, vt hic, & supra de obligat. quæ ex delicto nascū. §. pœna autē. item de actione serui corrupti, nisi in casu, vt quando marito in vxorē datur, & econtra, vt hic & ff. de ser. corru. l. doli verbum, §. hæc act. & l. fin. Vel dic omnimodo id est siue neget, siue non: non autem in omni persona.

ADDITIO. Quid importet dictio, omnimodo, traditur per Bart. in l. si cum exceptione, §. quatenus, ff. quod met. causa. & in l. Græcę, §. illud, ff. de fideiuss. Ac etiam importat perpetuitatem actus, vt not. glos. 1. & ibi Pet. de Anchar. in clem. 1. de vita, & honest. cler. Ang.

h ¶ Depositi. Aliàs est in litera, de dolo depositi, & tūc dic actionem depositi propter dolum, nam vtraque non potest habere locum simul, scilicet de dolo actio, & depositi, vt ff. de dolo, l. 1. §. 1. aliàs non est de dolo, & tunc plana est litera.

i ¶ Duplicantur. Scilicet si legitimis probationibus non iureiurando conuincantur, vt C. de l. Aquilia, l. contra, & ff. de iureiuran. l. eum qui.

ADDITIO. Et sic probatio per iuramentum non censetur legitima. Adde aliam glossam in l. cū de indebito, in principio, vt in verbo, legitimis, ff. de probatio. Iason.

K ¶ Sed illa. scilicet actio ex testamento. Et construe, sed illa actio scilicet ex testamēto, quę scilicet actio cōpetit de ijs, quæ sunt relicta venerabilibus locis, duplicatur nō solum, &c.

l ¶ Inficiatione. Bene dicit inficiatione, quia si confitentur, non tenentur, vel si iusiurādū detulerit actori, quia exonerat eū à probatione, ff. de iureiur. eum qui.

m ¶ Itē actio. Simul. Cautè ponit illud simul. i. vna cū eis, de quibus aliàs dixit, vt supra eodem, §. quadrupli.

n ¶ Restituat. Vsque ad diffinitiuam sententiā, quod intellige de secunda sententia. Nam in actione, Quod metus causa duę feruntur sententiæ. Prima de restituenda re, alia de dando quadruplo, re computanda in eo, vt ff. quod met. cau. l. si cum exceptione, §. hæc autem.

¶ Adde, quod potest fieri condemnatio in vna tantum sententia hoc modo. Condemno te ad restituendam rem per metum habitam, & si infra certum tempus non restitueris, condemno te ad quadruplum, secundum Bart. in d. §. hæc autem.]

¶ Sed numquid vtraque est diffinitiua? Dic q; sic, quia vtraque diffinit controuersiam, vt ff.

† Imò totū applicatur parti. Ang. & Ias. licet Fab. contra.

† Istam gl. sequuntur cōiter Docto.

Furti actio semper est in duplum.

† aliàs quousq;.

Dic quod nō est necessaria nisi vna sententia, quis duæ possint fieri. Ang.

SYL.

vt ff. de re iu. l. 1. Alij esse dicunt admonitionem quandam primam sententiam, vt in Authẽt. de hæred. & falc. §. si quis autem nõ. collat. 1. & ex eo, quod per primam sententiã admonetur, & tãdiu expectatur qui metũ intulit, ideo dicitur hæc actio arbitraria, vt inf. eo. §. pręterea.

SYL. ¶ Adde, quod dicitur diffinitiua, quia diffinit negotium, sed alio respectu potest potius dici executio primæ sententiæ, quam noua sententia diffinitiua, secundum Bart. in l. Titia col. 2. ff. de accu.

absoluatur: [a] quod in ceteris [b] casibus non est ita, sed omnimodo quisque in quadruplum condemnatur, quod est & in furti manifesti actione.

¶ Quinta diuisio actionum: Omnes actiones, exceptis ijs quę hic in textu, & glos. numerantur, sunt stricti iuris. Aret.

¶ Actionum [c] autem quædam bonæ fidei sunt, quædam stricti † iuris. Bonæ fidei [d] sunt hæc: ex empto, ven-

a ¶ Absoluatur. Scilicet a præstatione quadrupli.

b ¶ In ceteris casibus. Qui enumerantur supra eo. §. quadrupli. Accur.

Diuisio. ¶ Actionum. Diuiditur in tres partes. Nam primo ponit regulam generalem. Secundo in specie ponit, quæ sunt actiones bonæ fidei. Tertio, quod licet olim esset dubitatio, tamen hodie clarum est, quod petitio hæreditatis est bonæ fidei. Secunda ibi, Bonæ fidei. Tertia ibi, Quamuis. Aret.

SYL. ¶ Actionum autem quædam sunt bonæ fidei. Casum non expedit figurare nisi literaliter, quia Imperator stat tantum in declarando quæ sint actiones bonæ fidei, & dum posset dubitari, quare Imperat. appellauerit stricti iuris, & non malę fidei, diuidendo ab oppositis, quod alię sint bonę fidei, alię malæ fidei, vel quædam largioris iuris, quædã stricti, potestis ex communi aliorum sententia respondere, quod hic liber direct⁹ est iuuenibus, in quo Imper. non considerat naturam verborum, sed effectum tantum. Et dum similiter dubitari posset, quare hæ magis sint bonæ fidei, quam aliæ, non potestis aliter rectius respondere quam quia ita legislatori placuit, vt declarat hic Iaso. No. ergo ex hoc tex. primo quod actiones hic enumeratæ sunt bonæ fidei, & actiones, quæ non continentur in hoc text. & in eo non numerantur, non sunt bonæ fidei, & quod valet hoc argumentum, actio non enumeratur in §. nostro, ergo non est bonæ fidei. quod intellige non solum in actionibus directis, sed etiam in contrarijs. quia ipsæ etiã sunt bonæ fidei. Item no. sigillatim singulas actiones hic enumeratas esse bonæ fidei. Itẽ quod hodie petitio hæreditatis, sublata antiqua dubitatione, est bonæ fidei.

c ¶ Actionum. Hæc est quinta diuisio actionum. Sed quare actionum dicit, & nõ contractuũ? Resp. quia generalius & plenius loquitur dicendo, actionum, quam contractuum.

d ¶ Bonæ fidei sunt hæ. † Scilicet 17. actiones, quæ numerantur in hoc §. & seq bonæ fidei sunt, aliæ autem omnes sunt stricti iuris. Nam quãquam hic non inueniam stricti iuris eam iudicabo † quia posito vno de contrarijs, & omnia alia intelligẽda sunt, vt sup. de ijs, qui sui vel alie. iu. sunt in princip. ver. videamus.

* Adde hoc falsum in actionibus contrarijs, quãuis possit dici satis comprehendi, cum non specificatur magis de directis, quam de contrarijs.

* Et sciendum est, quod quæcunque actiones ex contractu principis oriuntur, bonæ fidei sunt, licet alias stricti iuris sint, Dec. in c. 1. in 2. lec. de cõstit. & in c. 1. col. 1. de prob. Sed quare magis hæ dicuntur bonæ fidei q̃ aliæ? numquid ideo, quia possit esse mala fides in alijs? Respon. non, quia in omni contractu debet bona fides interuenire, vt C. de act. & oblig. l. bonam fidem, imò si interueniat dolus in contractu bonæ fidei, qui det causam cõtractui, non valet ipso iure, vt ff. de do. l. & eleganter. in princ. Sed in contractu stricti iuris purgatur per actionem, vel per exceptionem doli, vt C. de inutil. stip. dolo. Si vero incidit in contractum, in bonę fidei, purgatur per actionem ex eo contractu, vt ff. de actio. empt. & vend. l. Iulianus, § si venditor, sed in stricti iuris, de dolo agitur, vel excipitur, vt dictum est. vt ff. de dolo. & eleganter, §. non solum, & ff. de verb. obli. l. si quis cum aliter. †

¶ Hæc opi communis est quamuis contrarium tenuerint Vltramontani.]

¶ Cum ergo dolus vbique puniatur, vel mala fides, ad quid bonæ fidei istæ dicũtur? Respõ. alię stricti iuris, dicuntur, quia non venit in eis, nisi quòd stricte exigit natura actionis. Vnde non veniunt vsuræ ex mora in cõtractibus stricti iuris, vt ff. de negot. gest. l. quia tantũdem, & C. de vsu. l. 3. & de condict. indebit. l. 1. sed in contractibus bonæ fidei sic, vt ff. de act. emp. l. Iulianus. §. ex vendito. & ff. de vsu. mora. §. in bonæ fidei.

¶ Adde, quod hæc glos. non respondet ad propositum. dubitat enim quare hæ actiones hic enumeratæ dicantur magis bonæ fidei, quam aliæ, & non cur aliæ dicũtur stricti iuris, secundum Ias. hic.]

¶ Itẽ in actionibus stricti iuris fructus non veniunt ex mora, si petam, quòd non fuit meum, nisi a tempore litis contesta. tunc. n.

† Similis gl. in c. cũ venerabilis in ver. bonæ fid. de excep. † Gl. procedit in directis actionibus non in contrarijs bo. fidei, secũdum Io. Fab. & Ang. hic. † Vtrum hẽat locũ iste tex. secundũ ius canonicũ vide Iaso. in l. cũ postea quã. in 2. not. C. de pac. & in l. & si post. in vlt. col. ff. si qs caut.

SYL.

† Sed si cõ tractus sit duplex puta quia in contractu bo. fi. interuenit stipuló, tunc dolus dãs cãm contractui annullat ipso iure. vt per Bal. in d. l. dolo.

SYL.

SYL.

dic, vt notatur per Accurs. l. in hæredem, §. vlt. ff. eodem.
a ¶ Lege condictitia. De qua dic, vt sup. eod. §. tripli. in fi. §. diximus.
b ¶ Constitutio. Quam non habemus.

ti, vt ff. de dolo, l. 1. §. 1. aliàs non est de dolo, & tunc plana est litera.
i ¶ Duplicantur. Scilicet si legitimis probationibus non iureiurando conuincantur, vt C. de l. Aquilia, l. contra, & ff. de iureiuran. l. eum qui.

facceret. Item ex lege condictitia a nostra constitutio b oritur, in quadruplum c cõdemnationem imponens ijs executoribus litium, qui contra nostrę constitutionis d normam e à reis f quicquam exegerint.

¶ Differunt inter se actiones, quæ dantur ad duplum. Ang.

¶ Sed furti quidem nec manifesti actio, & serui corrupti, à ceteris, de quibus simul locuti sumus, eo differunt, quod hę actiones omnimodo g dupli sunt, at illæ, id est, damni iniuriæ, ex lege Aquilia, & interdum depositi, h inficiatione duplicantur, i in confitentem autem in simplum dantur. Sed illa, k quæ de ijs competit, quę relicta venerabilibus locis sunt, non solum inficiatione l duplicatur, sed etiam si distulerit relicti solutionem† vsque quo iussu magistratuum nostrorum conueniatur, in cõfitentem vero, & antequam iussu magistratuum conueniatur, soluentem, simpli redditur.

¶ Differunt inter se actiones, quæ dantur ad quadruplum. Angelus.

¶ Item actio de eo, quod metus causa factum sit, à ceteris, de quibus simul m locuti sumus, eo differt, quod eius natura tacitè continetur, vt qui iudicis iussu ipsam rem actori restituat, n

c ¶ In quadruplum. Cuius quadrupli iure nouo triplum † fisco simplũ damnum passo datur, vt in Auth. vt lit. iu. in exor. lit. §. & hoc quoq;. col lat. 9. & petitur per condictionẽ ex hac lege quam nõ habemus, cum nõ sit cautum quo genere actionis agam°, † vt ff. de condictio. ex lege, l. prima.
d ¶ Constitutionis. Prædictæ, quam non habemus.
e ¶ Normã. i. formã. Certa enim erat forma in constitutione, quam nõ habemus.
f ¶ A reis. i. conuentis.
g ¶ Sed furti. Omnimodo. De actione furti cõstat, quod semper est in duplũ, vt hic, & supra de obligat. quæ ex delicto nascũ. §. pœna autẽ. item de actione serui corrupti, nisi in casu, vt quando marito in vxorẽ datur, & econtra, vt hic. & ff. de ser. corru. l. doli verbum, §. hæc act. & l. fin. Vel dic omnimodo id est siue neget, siue non: non autem in omni persona.

ADDITIO. Quid importet dictio, omnimodo, traditur per Bart. in l. si cum exceptione, §. quatenus, ff. quod met. causa. & in l. Græcę, §. illud, ff. de fideiuss. Ac etiam importat perpetuitatem actus, vt not. gloss. 1. & ibi Pet. de Anchar. in clem. 1. de vita, & honest. cler. Ang.

h ¶ Depositi. Aliàs est in litera, de dolo depositi, & nũc dic actionem depositi propter dolum, nam vtraque non potest habere locum simul, scilicet de dolo actio, & deposi-

ADDITIO. Et sic probatio per iuramentum non censetur legitima. Adde aliam glossam in l. cũ de indebito, in principio, vt in verbo, legitimis, ff. de probatio. Iason.
K ¶ Sed illa. scilicet actio ex testamento. Et construe, sed illa actio scilicet ex testamẽto, quę scilicet actio cõpetit de ijs, quæ sunt relicta venerabilibus locis, duplicatur nõ solum, &c.
l ¶ Inficiatione. Bene dicit inficiatione, quia si confitentur, non tenentur, vel si iusiurãdũ detulerit actori, quia exonerat eũ à probatione, ff. de iureiur. eum qui.
m ¶ Itẽ actio. Simul. Cautè ponit illud simul. i. vna cũ eis, de quibus aliàs dixit, vt supra eodem, §. quadrupli.
n ¶ Restituat. Vsque ad diffinitiuam sententiã, quod intellige de secunda sententia. Nam in actione, Quod metus causa duę feruntur sententiæ. Prima de restituenda re, alia de dando quadruplo, re computanda in eo, vt ff. quod met. cau. l. si cum exceptione, §. hæc autem.
¶ Adde, quod potest fieri condemnatio in vna tantum sententia hoc modo. Condemno te ad restituendam rem per metum habitam, & si infra certum tempus non restitueris, condemno te ad quadruplum, secundum Bart. in d. §. hæc autem.] SYL.
¶ Sed numquid vtraque est diffinitiua? Dic quod sic, quia vtraque diffinit controuersiam, vt ff.

† Imò totũ applicatur parti. Ang. & Ias. licet Fab. contra.
¶ Istam gl. sequuntur cõiter Docto.
Furti actio semper est in duplum.
† aliàs quousq;.
Dic quod nõ est necessaria nisi vna sententia, quis duæ possint fieri. Ang.

vt ff. de re iu. l. 1. Alij esse dicunt admonitionem quandam primam sententiam, vt in Authét. de hæred. & falc. §. si quis autem nõ. collat. 1. & ex eo, quod per primam sententiã admonetur, & tãdiu expectatur qui metũ intulit, ideo dicitur hæc actio arbitraria, vt inf. eo. §. præterea.

absoluatur: a quod in ceteris b casibus non est ita, sed omnimodo quisque in quadruplum condemnatur, quod est & in furti manifesti actione.

¶ Quinta diuisio actionum: Omnes a-

SYL. ¶ Adde, quod dicitur diffinitiua, quia diffinit negotium, sed alio respectu potest potius dici executio primæ sententiæ, quam noua sententia diffinitiua, secundum Bart. in l. Titia col. 2. ff. de accu.

a ¶ Absoluatur. Scilicet a præstatione quadrupli.

b ¶ In ceteris casibus. Qui enumerantur supra eo. §. quadrupli. Accur.

Diuisio. ¶ Actionum. Diuiditur in tres partes. Nam primo ponit regulam generalem. Secundo in specie ponit, quæ sunt actiones bonæ fidei. Tertio, quod licet olim esset dubitatio, tamen hodie clarum est, quod petitio hæreditatis est bonæ fidei. Secunda ibi, Bonæ fidei. Tertia ibi, Quamuis. Arer.

SYL. ¶ Actionum autem quædam sunt bonæ fidei. Casum non expedit figurare nisi literaliter, quia Imperator stat tantum in declarando quæ sint actiones bonæ fidei, & dum posset dubitari, quare Imperat. appellauerit stricti iuris, & non malæ fidei, diuidendo ab oppositis, quod alię sint bonę fidei, alię malæ fidei, vel quædam largioris iuris, quædã stricti, potestis ex communi alorum senteutia respondere, quod hic liber dirigit ad iuuenibus, in quo Imper. non considerat naturam verborum, sed effectum tantum. Et dum similiter dubitari posset, quare hæ magis sint bonæ fidei, quam aliæ, non potestis aliter rectius respondere quam quia ita Iætori placuit, vt declarat hic Iaso. No. ergo ex hoc tex. primo quod actiones hic enumeratæ sunt bonæ fidei, & actiones, quæ non continentur in hoc text. & in eo non numerantur, non sunt bonæ fidei, & quod valet hoc argumentum, actio non enumeratur in §. nostro, ergo non est bonæ fidei. quod intellige non solum in actionibus directis, sed etiam in contrarijs, quia ipsæ etiã sunt bonæ fidei. Item no. singillatim singulas actiones hic enumeratas esse bonæ fidei. Itẽ quod hodie petitio hæreditatis, sublata antiqua dubitatione, est bonæ fidei.

c ¶ Actionum. Hæc est quinta diuisio actionum. Sed quare actionum dicit, & nõ contractuũ? Resp. quia generalius & plenius lo-

quitur dicendo, actionum, quam contractuum.

d ¶ Bonæ fidei sunt hæ. † Scilicet 17. actiones, quæ numerantur in hoc §. & seq. bonæ fidei sunt, aliæ autem omnes sunt stricti iuris. Nam quãquam hic non inueniam, stricti iuris eam iudicabo † quia posito vno de contrarijs, & omnia alia in telligẽda sunt, vt sup. de iis, qui sui vel alie. iu. sunt in princip. ver. videamus.

ctiones, exceptis ijs quę hic in textu, & glos. numerantur, sunt stricti iuris. Arer.

¶ Actionum c autem quædam bonæ fidei sunt, quædam stricti † iuris. Bonæ fidei d sunt hæ: ex empto, ven-

* Adde hoc falsum in actionibus contrarijs, quãuis possit dici satis comprehendi, cum non specificatur magis de directis, quam de contrarijs.

* Et sciendum est, quod quæcunque actiones ex contractu principali oriuntur, bonæ fidei sunt, licet alias stricti iuris sint. Dec. in c. 1. in 2. lec. de cõstit. & in c. 1. col. 1. de prob. Sed quare magis hæ dicuntur bonæ fidei q aliæ? numquid ideo, quia possit esse mala fides in alijs? Respon. non, quia in omni contractu debet bona fides interuenire, vt C. de act. & ob. l. bonam fidem, imò si interueniat dolus in contractu bonæ fidei, qui det causam cõtractui, non valet ipso iure, vt ff. de do. l. & eleganter. in princ. Sed in contractu stricti iuris purgatur per actionem, vel per exceptionem doli, vt C. de inuti. stip. do. Si vero incidit in contractum in bonę fidei, purgatur per actionem ex eo contractu, vt ff. de actio. empti. & vend. l. Iulianus. § si venditor, sed in stricti iuris, de dolo agitur, vel excipitur, vt dictum est. vt ff. de dolo. & eleganter. §. non solum, & ff. de verb. obli. l. si quis cum aliter. †

¶ Hæc opi. communis est quamuis contrarium tenuerint Vltramontani.]

¶ Cum ergo dolus vbique puniatur, vel mala fides, ad quid bonæ fidei istæ dñt? Respõ. aliæ stricti iuris, dicuntur, quia non venit in eis, nisi quòd strictè exigit natura actionis. Vnde non veniunt vsuræ ex mora in cõtractibus stricti iuris, vt ff. de negot. gest. l. quia tantũdem, & C. de vsu. l. 3. & de condict. indebi. l. 1. sed in contractibus bonæ fidei sic, vt ff. de act. emp. l. Iulianus. §. ex vendito. & ff. de vsu. mora. §. in bonæ fidei.

¶ Adde, quod hæc glos. non respondet ad propositum, dubitat enim quare hæ actiones hic enumeratæ dicantur magis bonæ fidei, quam aliæ, & non cur aliæ dicuntur stricti iuris, secundum Ias. hic.]

¶ Itẽ in actionibus stricti iuris fructus non veniunt ex mora, si petam, quòd non fuit meum, nisi a tempore litis contestatæ, tunc in-

† Similis gl. in c. cũ venerabilis in ver. bonæ fid. de excep.
† Gl. precedit in dicte actionibus non in contrarijs bo. fidei, secundum Io. Fab. & Ang. hic.
† Vtrum habeat locũ iste tex. secundũ ius canonicũ vide Iaso. in l. cũ postea quã. in 2. not. C. de pac. & in l. & si post. in vlt. col. ff. si quis caut.

† Sed si cõ SYL. tractus sit duplex puta quia in contractu bo. fi. interessit stipulatio, tunc dolus dãs cãm contractui annullat ipso iure. vt per Bal. in d. l. dolo.

incipiunt venire fructus ex mora. Sed si petam quod aliquando fuit meum, veniunt fruct⁹ ex mora, secus in bonæ fidei iudicijs, vt ff. de vsu. videamus, 2. §. si actionem.

SYL. ¶ Adde, quod Alexand. in l. si marito, §. fin. ff. solut. matr. dicit, quod ista glo. communiter damnatur, quia iure non probatur.

Item non venit interesse, si rem dari est in

**dito, locato, conducto, negotiorum gestorum, mandati, deposi- ti, a pro socio, b tutelæ, c commodati, pignoratitia, d familiæ e erciscundæ, communi diuidundo, f præscri-**

obligatione, secus si rem tradi, vel factum, vt ff. de verb. obli. vbi autem, §. fi. & l. si fundum & ff. de re iud. l. si quis ab alio. §. fi. quæ veniunt in bonæ fidei iudicijs, vt ff. de acti. emp. l. 1. in princ.

** Hanc gl. quæ habet, quod in obligationibus facti quis non compellitur præcise facere, sed soluendo interesse liberatur, limita non procedere vbi interuenisset iuramentum nec in sententia qua quis condemnatur ad faciendum aliquid, quia tunc præcise illud facere tenetur, vt hic tradit per Iaf.]

SYL. ¶ Adde quod hæc glo. in fi. communiter reprobatur, vt per Iaf. hic.

Ista ergo omnia, quæ vicem obtinent accessionum, nō veniunt in contractibus stricti iur. nisi vt dictum est. Nec obst. quod veniunt ista in arbitrarijs, quæ sunt stricti iuris, quia iudicis officio veniunt non iure actionis, vt inf. eo. §. preterea, & § sed istæ. in fi. Sed in bonæ fidei iure actionis † veniunt, præter vsuram, quæ venit ex mora officio iudicis, vt C. deposit. l. 4. & ff. de neg. gest. l. quia tantundem. Item in bon. fidei veniunt ea, de quibus nec actum, nec cogitatum est, vt ruta, cæsa, & similia, vt ff. de actio empt. fundi, § si ruta, † & C. de actio. emp. & ven. per to. Item ex hoc §. nota quādam differentiam circa compensationem, quam dic, vt inf. eo. §. in bon. fi. Patet ergo, quod exuberātius & pinguius iudex officium suum ad ea, quæ bonæ fidei sunt, extendit, quā in contractibus stricti iuris, & facit sup. de oblig. quę ex consensu in fin. & ideo dicuntur bonæ fidei, & aliæ stricti iuris.

Actionū arbitrariarū notitia.

† Et est effectus, quod tunc si iudex omittat in sñia condemnare, nihilominus possent peti iure actionis, secus si venirent officio iudi. vt est glo. in l. nō solū in verbo cauere. ff. de rei vend.

¶ Adde Iaf. in l. 1. col. 2. C. de iud. vbi late disputat de veritate huius glo. quæ communiter damnatur, secundum Alex. in l. si marito. §. fi. ff. sol. matr.]

¶ Vnde de talibus dantur tales versus: Empti, conducti, mandati, depositique, Pignora, ciscundæ, communi, pro socioque, Dotis, & hæredis, tutelæ, commoda, gestor, Præscriptis verbis, si mutat, siue licetur. Ist i bonæ fidei sunt, stricti cetera iuris. Vide gl. fere simi lem in c. cum venerabilis, extra de except.

Additio. **

† Gl. dicit cōtra illū tex. vnde merito reprobatur Iaf.

** ¶ Actiones stricti iuris. Martianus vocat actiones stricti iudicij, l. in actionibus de in lit. iur.

a ¶ Depositi. Hanc actionem dicunt quidā esse stricti iuris in quatuor casibus, qui nu-

merantur. ff. depo. l. 1. §. 1. Sed lo. contra. Et datur in duplum cōtra eum, qui depositum suscepit, de eo quod dolo fecit, sed in hærede defuncti, ex dolo defuncti datur in simplū, vt in d. §. 1. aliàs semper tenetur in simplum qui depositum suscepit. Et est ratio, quare pl⁹ puniatur in p̄dictis quatuor casibus, qui numerantur, ff. depo. quia grauius est fidem fallere ei, qui ex necessitate deponit, quam qui ex voluntate, vt d. l. 1. § merito. Sed numquid in his casibus est bonæ fidei? Dicunt quidam quod non, arg. ff. de preca. l. 1. Nos contra, & dicimus, quod sit bonæ fidei, nam cum lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.

¶ Hæc gl. communiter approbatur per doctō. hic.] SYL.

b ¶ Pro socio. Quæ est vtrique directa ab vtraque parte, vt inf. de poe. te. liti. § ex quibusdam.

c ¶ Tutelæ. Sed cum istæ tam contrariæ quam directæ inueniātur, numquid omnes sunt bonæ fidei? Respō. sic in dubio cum fauor sit extendendus, vt ff. de lib. & posthu. l. cum quidam.

¶ Adde quod glos. communis est, sed alia melior ratio allegari potest, eo quia in iudicijs seruanda est æqualitas. l. si cum dies, §. pen. ff. de arbit. SYL.

** Quid in actione Protutelæ? & videtur dicendum, sequi naturam actionis tutelę, l. 1. §. in protutelæ, & l. penul ff. de eo qui pro tut. neg. gest. in quam opi. inclinat Iaf. fauore pupillorū & ex ratione huius glo. sed Dy. Io. Fab. & alij contra.]

d ¶ Pignoratitia. Tam directa, quę debitori datur soluto debito. vt sup. quib. mo. re contrahi. obl. §. fi. quam contraria, quę datur creditori, vt ff. de pign. actio. tutor. §. contrariā.

Actio pignoratitia ē duplex.

** Adde quę annotaui, sup. d. §. fi. ad glo. in ver. actione pignoratitia.]

ADDITIO. Quæ pignoratitia datur debitori contra creditorem ad repetēdum pignus traditum, & nascitur tempore solutionis, vel satisfactionis crediti quomodocunque de voluntate ipsius creditoris factę, vt l. si rem, §. omnis & ibi glos. Bart. & doc. ff. de pign. act licet nascatur ex contractu dudum facto & initio, vt sup. quib. mod. re contrahi. oblig. § fi. secundum Ang.

e ¶ Familiæ erciscundę. Quæ inter coheredes datur, vt ff. fam. ercis. l. 2. & sup. de oblig. quæ ex quasi contractu, §. idem iuris.

f ¶ Communi diuidundo. Quæ datur inter eos, qui habēt rem communem cum societate, vel sine. vt diuidatur. vt supra de oblig. quæ ex quasi contractu, §. item si inter aliquos. & no. sup. eodem, §. quædam. Sed quid de actione finium regundorum? Respond, qui-

Actio cōi diuidūdo. Actio. fi. reg. est stricti iuris.

ptis † verbis, quæ de [a] æstimato proponitur, & [b] ea, quæ ex [c] permutatione † competit, & hæreditatis petitio. [d] Quamuis enim vsque adhuc [e] incertum erat † inter bonæ fidei iudicia connumeranda hæreditatis petitio † esset, an non, nostra tamen constitutio [f] aperte eam esse bonæ fidei disposuit.

¶ Actio rei vxoriæ, quæ olim pro dote competebat, est hodie trans-

quidam idem, propter similitudinem, quam habet cum his duabus, vt supra eo. §. quædã actiones. Sed contra dico. † cum hic de ea non inueniam, & potest esse ratio, quare secus sit in ista, quam in alijs duabus, quia in ista id, qđ pure est meum potest alteri adiudicari, vt ff. fini. regun. l. 2. in fin. sed in alijs duabus cõmunis res, nõ propria, adiudicatur. vt inf. de offic. iud. §. fina.

† Cũ ista opinione cõiter trãseũt Doc.

† Ad intellectũ, vide For. in l. iuris gen. in princ. col. 13. ff. de pact. SYL.

† aliàs siue inter.

¶ Adde quod melior est ratio, quia in fami. ercisc. & communi diuidun. iudicio est quædam tacita societas, de qua dirimenda tractatur. vnde sicut actio pro socio, cuius naturam hæ actiones sequi videntur, est bo. fidei: ita debent esse illæ duæ participantes de natura eiusdem, quę ratio cessat in iudicio finium regundorum.

Æstimatæ rei cuius est periculum.

a ¶ De æstimato. Vt si tibi rem meam do, & æstimo tibi eam 10. vt aut rem aut 10. reddas, si vero plus vendas, tuum sit, & est tũc periculum accipientis indistincte, vt hic, & ff de æsti. act. l. 1. in fin. Si vero sic dixi. Rem aut æstimationem reddas, tunc distinguatur, quis rogauerit, vtrum ego te de vendendo, aut tu me de tradendo, vt sit periculum rogantis, vt ff. de pręscrip. verb. si gratuitam §. primo.

b ¶ Et ea. s. actio pręscriptis verbis.

Actio q̃ nascit᷑ ex permutatione.

c ¶ Ex permutatione. † Quæ nascitur re demum altera parte secuta, & tunc non ex traditione rei, sed ex pacto dudum apposito. s. nascitur, vt C. de rer. per. l. ex placito. Sed cum istis duobus casibus sit bonę fidei, quęro vbi stricti iuris erit? Respon. vbi datur ex pacto in continenti apposito, quod euenit, vt ff. de pact. l. iuris gentium. §. sed cum nulla, & §. quinimmo. Et est ratio, quia non inuenio, quod sit bonæ fidei, nisi in duobus casibus. Item in cõtractibus tribus innominatis, do vt facias, facio vt facias, & in tertio, de quo diximus do, vt des, † quod est permutatio. In primis enim duobus pręscriptis verbis actio est stricti iuris, sed in tertio est bonæ fidei, vt hic dicitur. In quarto contractu innominato scilicet facio vt des, de dolo agitur, non præscriptis verbis, † vt ff. de præscr. verb. naturalis, §. quod si faciam, vt des. Item in omni contractu, vbi est incertum de nomine actionis habet locum hæc actio, & est stricti iuris, vt ff. de præscript. ver. l. 2. 3. & 4. Sed quid de actione in factum nunquid est bonæ fidei? Resp. quattuor sunt genera actionis huius in factum. † Vnum, vt detur ex omni edicto, vel interdicto prætoris, vbi nõ dedit prætor certum actionis nomen, vt inf. de interdi. § fi. & ff. nau. cau. sta. l. & ita (alias incip. idem ait.) §. ex hoc edicto. Secundum, vbi datur in subsidium legis Aquiliæ, vt sup. de l. Aqui. §. fi. Tertium, vt detur vbicunque præscriptis verbis actio datur, & tunc eadem, est quod actio præscriptis verbis, vt ff. de præscrip. verb. l. 1. ĩ fin. Item quarto dicitur in factũ, quæ est ex varijs figuris caussarum, vt C. de sacr. eccl. l. sancimus, q; quarum genus nõ potest sub regula comprehendi, sicut nec mora, vt ff. de vsur. mora. in princ. Numquid ergo est stricti iuris semper? Respon. sic cum non inueniam, quod bonę fidei sit. Sed quidam dicunt, quod in tertio casu, vbi loco præscrip. verbis datur, quæ competeret ex permutatione, vel æstimatione, sit bonæ fidei, quod est falsum, quia in omni contractu, vbi certum debetur, habet locum certi condictio, ff. si certum pet. certi condictio, & tamen nemo dicit aliq̃ condictionẽ esse bonæ fidei. Item quid de actione præscriptis verbis, quæ pro precario datur? Dicunt quidam quod bona fidei est, vt ff. de precar. l. 2. §. hoc interdictum. Sed contra dico, † quia non inuenitur, quod sit bonæ fidei, vt ff. de precar. l. 2. §. hoc interdictum.

† Ad hanc glos. vide Forr. vbi su. col. 12 qui eã improbat.

**

† Qñ ab vtraq. parte est certa spẽs p̃standa, aliàs secus Ias.

† Qđ verũ vbi ex facto meo nihil tibi adẽ, aliàs secus vt p Iaso. hic ponẽtẽ et

qualiter ex promutatione plures & diuersę, & ad diuersa tendentes competant actiones.

**

† Sim. gl. inf. de inte. d. §. vl.

† alias ãt siue non.

† ista cõiter approbant doct. hic.

¶ Plurima fuissent examinanda circa hanc glo. sed superant vires additionis, ideo iuuenes stent cum dictis per gl.

ADDITIO. Nisi tale pactum sit æstimatio vel permũtatio, vt quia ab vtraque parte sit species certa præstanda, quia tunc talis actio præscriptis verbis vt bonæ fidei. Ias.

d ¶ Hæreditatis petitio. Quæ datur contra possidentem pro herede, vel pro possessore, vt ff. de peti. hære. l. regulariter, & l. seq. & l. qui interrogatus.

** ¶ Hoc loco, pro herede possidere dicitur qui putat se hæredem esse, pro possessore vero possidet prædo, l. pro herede. ff. eo. nam contra titulo possidentem non datur regulariter, l. hæreditatẽ, C. in quib. cau. ces. long. temp. præscri. quod tamen fallit in aliquib. casibus ibi annotatis per gl.

e ¶ Vsque adhuc. i. vsque ad tempora huius legis, vel nostræ constitutionis, de qua statim memoriam facit.

f ¶ Constitutio. vt C. de peti. hæredi. l. fi. in fin.

¶ Fuerat, CASVS ita potest figurari, Quærebatur, an actio ex stipulatu pro dote esset bonæ fidei, vel stricti iuris, & videbatur, qđ esse deberet stricti iuris, q̃a actio ex stipula-

tu est stricti iuris, nec enumeratur in §. præceden. contrarium deciditur per Imperator. & in text. assignatur ratio decisionis in illis verbis. Actio quæ pro ea introducta est, quæ nihil aliud inferunt, nisi quod ex quo hæc actio subrogatæ fuit per Imperator. in locum actionis rei vxoriæ, quæ erat bonæ fidei, merito ista actio ex stipulatu, quæ alias est stricti iuris, debuit fieri bonæ fidei ratione subrogationis, cuius natura est facere, quod in subrogatũ transeant omnes qualitates primordiales eius in cuius locum subrogatur. Nota igitur, quod olim dabatur ad dotes exigendas duæ actiones, altera, quæ dicebatur rei vxoriæ, altera ex stipulatu, quando stipulatio intercedebat.

Item, quod actio ex stipulatu, propterea quia subrogatur in locum actionis rei vxoriæ, effecta est quo ad dotem exigendam bonæ fidei.

Itẽ, quod actio dotis habet priuilegiũ tacitæ hypothecæ, quia bona mariti sunt tacite obligata pro restitutione dotis, qđ etiam intelligas esse & econuerso, vt etiam maritus habeat tacitam hypothecam in bonis vxoris pro consecutione dotis, lege prima, §. primo C. de rei vxo. actio. Itẽ, quod mulier habet non solum priuilegium tacitæ hypothecæ, sed prælationis, vt scilicet præferatur cũctis creditoribus antiquioribus mariti. Itẽ, quod priuilegium tacitæ hypothecæ est, indultum actioni, non mulieri.]

fusa in actionem ex stipulatu enim omni suo iure, quæ actio est priuilegiata respectu hypothecæ, & prioritatis, vel prælationis. h. d. ...

¶ Fuerat antea, & rei vxoriæ [a] actio vna ex bonæ fidei iudicijs, sed cum pleniorem esse ex stipulatu [b] actionẽ inuenientes, omne ius, quod res † vxoria antea habebat, cum multis diuisionibus in actionem ex stipulatu, quæ de dotibus exigendis proponitur, † transtulimus, [c] merito rei vxoriæ actione sublata, ex stipulatu actio, quæ pro ea introducta est, naturam bonę fidei iudicij tantũ in exactione dotis meruit, [d] vt bonæ fidei sit. Sed

† alias antea.

† transtulerimus.

set falsa, quia quamuis omnes alij etiam extranei habeant hãc actionem subauditam, tamen pater nõ habet specialiter hãc actionem nisi sibi eam specialiter stipulãdo quęsiuerit, tex. est in l. auia. & ibi gl. no. C. de iure dot. & ratio vera est, quia cum patri prouiderit lex de actione ex stipulatu præsũpta cõi patri, & filiæ, non expediebat vlterius eidem prouidere quod nõ est in matre, auia, vel extraneo, quod no.

¶ Et siue vtiliter fuerit interposita stipulatio, siue non, tamen semper creditur tacite vtiliter interuenire, vt C. de rei vxo. act. §. 1.

a ¶ Rei vxoriæ actio. Nomen erat actionis. Vel dic, quod factum denotat. l. rem ipsam, vel quia pro re vxoris competebat soluto matrimonio.

b ¶ Ex stipulatu. Quæ similiter pro dote datur.

Actio ex stipulatu pro dote competit marito & vxori.

c ¶ Transtulimus. Vt C. de rei vxo. action. l. 1. in princip. & competit hæc actio ex stipulatu siue marito, (1) vt ei dos detur, siue vxori, vel patri eius, vt restituatur.

SYL.

¶ Aduerte, ne te decipiat hæc glo. dum vult, quod hæc tacita actio ex stipulatu subaudita ab Imper. competat etiam patri, quia si intelligas de illa actione ex stipulatu, quæ est communis, patri, & filię glo. bene procedit, sed intelligat de actione ex stipulatu, quæ competeret patri particulariter glos. es-

¶ Declara tu, q̃ si stipulatio interuenit vere, tunc etiam vere agitur ex stipulatu, si dubitatur an interuenerit, tũc datur præsumpta actio ex stipulatu, intelligas pręsumpta pręsumptione iuris, & de iure, si vero certum sit eam non interuenisse, actio ex stipulatu ficta datur, quia l. fingit interuenisse. SYL.

¶ Nam & aliàs intelligitur stipulatio tacita vbi non est, vt ff. de adop. his verbis, & ff. si cui plus quam per l. Fal. l. nisi. §. itẽ sciendũ. SYL.

¶ Alios casus, in quibus fingitur a iure stipulatio, ponit glos. in ver. subsecuta, in d. l. vnic. in princ. Bart. in l. 1. in princ. in 1. opp. ff. de verb. oblig.

ADDITIO. (1) Nota quod non tantum vxori ad repetendam dotẽ pręsumitur stipulatio, vt hic, sed etiam ex parte viri ad consequendam dotem, & ex vtraque parte inest tacite hypotheca, vt est text. in l. 1. §. 1. C de rei vxor. action. ibi. stipulationem, & hypothecam, &c. Ang.

d ¶ Meruit. Scilicet actio ex stipulatu, vt hic, & C. de rei vxor. actione, §. sed & si nõ ignoramus, alias enim stricti iuris est, cum non inueniatur, quòd sit bonæ fidei, vt supra eod. § actionum.

* ¶ Vide Bart. in l. de diuisione. vers. ad secundum, ff. soluto matrimonio, vbi inquit, quod actio ex stipulatu de dote competens viro, & vxori est bonæ fidei, competens autem extraneo stricti iuris: de quo & Ruynus in rubrica eiusdem tit.] SYL.

** Quod ait Imperat. meruit, intelligas iure subrogationis: nam facit sortiri eandem vim & naturam, lege si enim, §. iniuriarum Digest. si quis cau. etiam si subrogatum alioqui in aliquo discreparet, nã nihilomi-

lominus in alijs sequetur eandem naturā, vt dicit Paul. de Cast. cōs. 73. incipi. licet ista paulo ante fin. lib. 1. & Dec. consil. 190. colum. 3. & 553. colum. 2. vers. Tertio confirmatur.]

& tacitā [a] ei [b] dedimus hypothecā. [c] Præferri aūt alijs creditorib. [d] ī hypothecis tūc censuimus, cum ipsa [e] mulier de dote sua experiatur: cuius solius [f] prouidentia hoc induximus. [g]

a ¶ Tacitam, Scilicet actionem hypothecariam.

b ¶ Ei, .i. actiōi ex stipulatu, vel mulieri.

ADDITIO.

Quod verum intellige quantum ad priuilegium tacitæ hypothecæ: secus quo ad priuilegium prælationis, quia competit mulieri: & est effectus, quia tunc est personale. & non transit ad alium nisi ad filium, vt hic in gl. fi. secus in primo casu, vt hic per doct.

Dotem petens mulier an præferatur omnibus creditoribus.

c ¶ Hypothecam. s. ex vtraque parte, siue ex parte mulieris ad repetendam dotē, siue ex parte viri ad petendam eam. Semper. n. sunt ibi tacitæ hypothecæ, vt C. de rei vxor. actio. §. 1.

d ¶ Creditoribus. Sed numquid omnibus indistincte? Respond. secundum M. sic, siue primi habeant pignus expressum. siue nō, Sed hæc opinio nō valet, quia l. distinguit, vt C. de iure do. l. vbi. Item fiscus & mulier pari passu ambulant, vt C. de pri. fisc. l. quā. uis. & fiscus non præfertur habentibus expressam. vt ff. qui po. in pign. hab. si pignus ergo nec mulier. Secunda est opin. vt distinguatur inter pignus, scilicet traditum & hypothecam scilicet non traditam: vt primo casu non præferatur mulier, secundo sic, vt argum. ff. in quib. cau. ta. pign. contra. l. pen. Sed & hanc reprobo per id, quod est. sup. eo. §. inter pignus. Tertia est opin. secundum B. & Io. & Azo. vt habentibus tacitā hypothecam præferatur. non autem habentibus expressam: lex enim suum priuilegium. quod dederat primis, eis adimere præsumitur ꝓpter mulierem: non autem id priuilegium qđ quis sibi adinuenisset: & hoc caute probatur ꝑ verba. l. C. qui po. in pig. ha. l. fi. ibi, licet anterioris tpis priuil. sint vallati, &c.

SYL.

¶ Hæc vlt. opin. cōis est, vt dicunt doct. hic & in l. assiduis. C. qui po. in pig. hab. & Bal Nouel. in tract. dotium, in prin. 10 par. vbi dicit, quòd hæc tertia opin. est communis, quamuis aliæ etiam sustineri possint.

e ¶ Cum ipsa. Vis facienda est in eo, quod dicit, ipsa nam alius non admittitur ad tale priuilegium agens pro dote etiam hæres mulieris, vt Cod. de priuil. do. l. 1. nisi sit de suis hæredib. id est, de filijs, & alijs descendētibus mulieris, vt C. qui po. in pign. hab. l. fi. in fi. Sed numquid procuratori mulieris datur hoc priuilegium? Respō. sic, vt ff. sol. matrimonio. alia & ff. de procura. l. minor. §. quoniā. ¶ Itē quod hic dicit de dote sua, ideo dicit, quia aliud est in donatione ꝓpter nuptias: nam in ea non habet hoc priuilegium, † vt C. qui po. in pign. hab. l. fin. in fin. Sed quando mulier potest experiri de dote? Respon. soluto matrimon. non prius, nisi maritus ad inopiā vergat, vt C. de iur. do. l. vbi. & ff. solut. matrim. l. si constante in prin & hoc siue ipsa dederit dotem, siue alius extraneus, qui tamen nō fuit pactus de ea sibi reddenda: quo casu sibi, non mulieri daretur, vt C. de rei vxo. act. §. accepit. Si autem pater mulieris dederit dotem patri actio & filiæ simul dabitur: immo aliquantulum habet plus pater qui agit: & filia sēper creditur consentire, nisi habeat iustam causam contradicendi, & contradicat, vt ff. sol. mat. l. 2. §. fi. & l. non solum, & hanc dotem integram dēt seruare pater pro filia.

Mulieris hęres in petitione dotis non potitur priuilegio mulieris.

† Hoc est verū ī ꝓ.

curatore simplici. si vero sit ꝓ curator in rē suā distingue vt p Ias. hic. † .l. prælationis: hēc in priuilegiū tacitæ hypothecæ, vt per Ias. hic in scdo no.

SYL.

¶ Intellige in dote data, non in simpliciter promissa, secundum Ang. hic. de quo vi. gl. in auth. sed quamuis in gl. 1. vers. diminuere. C. de rei vxor. actio.

* ¶ Annota ex suprascripta gl. quòd pronomen, ipse continet præcisam & personalem demonstrationem eius rei: cui adijcitur. hincque infertur, quod si testator prohibuerit alienationē his verbis, ipse hęres ne alienato. prohibitio non extenditur ad hæredes hæredis, tanquam illa demonstratio (ipse) personam ipsam veluti ad oculum demonstret, nec eam egrediatur: quæ fuit sententia Bal. in consil. 204. lib 5.

¶ Nisi clade, id est tempestate, vel vi suum fuerit patrimonium diminutū, vt in Auth. de æqual. do. §. quia vero omnia. collat. 7. Sed numquid patri hoc priuilegiū dabitur? Vr quod nō, quia sua actione agit, vt ff. sol. mat. l. 2. §. voluntatē. Ecōtra ꝙ sic, vr quia ꝑ hoc filiæ prouidetur. cum pater hāc reseruare cogatur filiæ, vt dictum est: & hoc verum puto, † vt hic dicitur, cuius prouidentia &c.

f ¶ Solius, scilicet mulieris.

* ¶ Et ideo nec ad eius hæredem, nisi sit filius vel alius descendens, transit. l. 1. C. de priuil. eo. & no. gl. supr. hoc §. in ver. ipsa qđ intelligitur de priuilegio prælationis, vt innuit vers. præferri: nam aliud in beneficio tacitæ hypothecæ. ** Et ex eo, quod priuilegium prælationis competens mulieri soli, vt dicitur in text. ibi, solius extenditur etiā ad liberos, d. l. 1. de priuil. dot. collige, quod dictio taxatiua non excludit extensionem, quę fit per alias leges. l. ob ęs, C. de p̄d. mino & habetur per Bart. in l. si constante, in prin. in 9. q. sol. matr.]

† Hoc verū intellige, qđ filia esset vna tpe quo pater agit: alias secus vt hic per doct.

g ¶ Hoc induximus. s. vt alijs pręferatur. ¶ In bonæ. ¶ Diuidit in tres partes. Primo ponit qualiter compensatio fit in bo. fi. iud. Secundo qualiter olim & hodie fit in stricti iuris. Tertio facit quandā exceptionē. Scda ibi, Sed & in stricti iuris. Tertia ibi, Excepta

¶ Hodie compensatio opposita ab homine perimit omnes actiones vsque ad concurrentes quantitates ipso iure: siue sit actio bonæ fidei, siue sit stricti iuris: excepta actione depositi, quæ per compensationem non tollitur. Ange. Aret.

¶ In bonæ fidei iudicijs libera potestas permitti videtur iudici ex bono † & æquo æstimandi quantum actoris restitui [a] debeat. In quo [b] & illud continetur, vt si quid inuicem præstare [c] actorem oporteat, eo compensato, [d] in reliquum is, cum quo actum est, debeat condemnari.

¶ Sed & in stricti iuris iudicijs ex rescripto Diui Marci, opposita doli mali [e] exceptione, compensatio inducebatur. Sed nostra constitutio [f] † eas compensationes, quæ iure aperto [g] nituntur, latius introduxit, vt a-

¶ In bonæ fidei iudicijs &c. CASVS non esset figurandus, quia Imperat. ponit vnam ex differentijs, quæ sunt inter actiones bonæ fidei & stricti iuris, & dicit, quod in actionibus bonæ fidei iudex habet liberam potestatem ex æquo & bono arbitrandi, quod sibi videtur restituendum, aut dandum per reum actori, etiam facta compensatione ipso iure. quod non erat in actionibus stricti iuris, in quibus nõ habebat locum compensatio, nisi opposita prius per reum exceptione doli, quamuis ipse noua constitutione quo adhuc exæquauerit actiones stricti iuris & bonæ fidei, vt scilicet in vtrisque ipso iure fiat compensatio in quantitatibus liquidis, excepta actione depositi, in qua compensatio non habet locum? Ratio enim i. dispositionis erat natura actionis bo. fid. quæ nõ patitur nisi æquum, & bonum, & q; fiat ab actore exactio, vt postea fiat solutio. Ratio vero correctionis Iustin. fuit similiter æquũ & bonum, quia omnino fiebat compẽsatio in actionibus stricti iuris, sed opposita exceptione doli. Vt ergo circuitus euitaretur, placuit Imperat. ex æquo & bono statuere, vt in quantitatibus liquidis fieret ipso iure compensatio, quasi breui manu facta esset ab actore solutio reo pecuniæ compẽsandæ, & a reo actori. Rõ ãt, quare in actione depositi nõ admiserit compẽsationẽ imp. declaratur p gl. vbi videbimus. Not. ergo primo d. tiam antiq̃, q̃ erat inter actiones bo. fid. & stricti iuris. item, q; hodie est correcta hæc differẽtia. Item, quod illa verba, iure aperto, important, id est, vbi sumus in quantitatibus liquidis. Item, quod in quibuscunque actionibus etiam in officio iudicis, imo in persecutione fideicommissi, datur compensatio. Item, q; in actione depositi non datur. itẽ q; illa verba, libera potestas, restringunt ad ea, quæ ex bono & æquo procedunt item q; illud verbũ, iudicijs, importat. i. actionibus.

† Vide Bud. i Anno. ad Pã. in l. r. de iust. & iu.

a ¶ Restitui. Large accipe, siue pro dando, siue pro restituẽdo, vt ff. de verb. sig. l. verbũ reddendi. & hoc intelligas siue in vsuris ex mora, vt ff. de vsu. mora. §. in bo. fid. siue in interesse agẽtis, vt sup. de obl. ex cõsensu i fi.

* ¶ Adde §. pen. sup. de loca. & cond.

b ¶ In quo. s. officio iudicis.

c. ¶ Præstare. s. reo.

* ¶ Merito, Accur. subintelligit, reo, siquidẽ compensatio eius, quod alij personæ deberet non admittitur. etiam si cõsentiat is, cui debetur l. in rẽ. de compens. ]

d ¶ Eo compẽsato. s. opposita exceptione cõpensationis tantum.

* ¶ Etiam si naturaliter tantum debeatur, l. etiam. de cõpensat.

e ¶ Doli mali exceptione. quæ exceptio ideo dabatur, quia dolo facit qui petit quod restituturus ẽ, vt ff. de except. do. l. dolo.

† alias eadem.

¶ Adde, quod ratio compensationis est, q. a melius est non soluere, quam solutum repetere. quam ponit tex. in l. 3. ff. de compensat. SYL.

¶ Et ita no. quod quantum ad effectum nulla est differentia, sed quãtum ad verba † vel rigorem iuris.

† Ista glo. male loquitur secundum Ias. cum leges non verbis, sed rebus impona nt. l. 2. C. cõia de leg.

f ¶ Constitutio, vt C. de compens. l. fin.

g ¶ Iure aperto. id est vbi quantitas hinc inde debetur. Nã speciei ad speciem, vel speciei ad quantitatem, vel quantitatis ad quãtitatem, si est quantitas vt species, non fit cõpẽsatio, quia non patet iure aperto, vt ff. de pi. act. si cõuenerit, r resp. & ff. de cond. ind. si non sortẽ, §. si centũ, & de impẽ. in re. do. fac. l. quod dicitur, & l. fi. & ff. de pec. l. si creditor, §. 1.

Compensatio in q. bus rebus fit.

* Quod vulgo traditum est, non admitti compensationẽ non liquidi ad liquidũ, vt hic & l. vlt C. de compens. ita accipias, si liquidum sit per testes, vel alias pbationes, non sit per confessionem partis, & iõ cautela est, quod reus confiteatur debitum, & statim obijciat exceptionem compensationis, nã tunc admittetur, vt est tex. cum glo. valde notab. in d. l. vlt. ver. conuicta. C. de compẽ. & tradit Bart. Cępo. caut. 83. vbi oĩno vide.

** Item quod dicitur non fieri cõpensationem speciei ad quantitatem, declara non procedere in vltimis voluntatibus, Dec. in auth. præterea, nu. 10. C. vnde vir & vxor.

¶ Quia materia est satis lata, & necessarium est ea videre apud do. hic, iõ has regulas gnales tene, limitationes vero & extẽsiones vide p Doc. hic. Sed nõne statĩ hic subijcit, q; actiõi SYL.

in

in rem potest obijci compensatio, ergo videtur fieri de specie ad quantitatem? Sed dic quod fit in rei vendicatione, quando te non restituta iuratur in litem, vel in veram æstimationem, vt ff. de rei vend. qui restituere.

SYL. ¶ Cum hac gl. transeunt Docto. hic, sed vide glos. clarius respondentem in l. fi. in gl. 1. C. de compen.

SYL. Item quid si hinc inde debitum est in genere, vt debeo tibi hominē, & tu mihi hominem? Respon. fit compensatio, vt ff. si pars hær. pe. l. 1. §. item si cum me. & ff. de hæredib. instit. qui non militabat. 1. tamen. & ff. de leg. 2. vnum ex familia, §. sed si vno.

ctiones a ipso iure b minuant, c siue in rem, siue in personam, siue alias d quascumque, excepta sola depositi e actione, cui aliquid cōpēsationis nomine opponi † sane iniquum esse credimus: ne sub prætextu compensationis, depositarū rerum quis exactione defraudetur. f

† alias satis impiū.

¶ Actiones arbitrariæ

SYL. ¶ Hæc opin. communis est, quando genera hinc inde debita sunt simpliciter, quia debentur paris æstimationis.

¶ Item quid si ab vna parte debitū est confessatum, ab altera negatum? Resp. non patet aperto iure. vnde non fit compensatio, vt C. de compen. l. fin. § pen.

ADDITIO. Nisi tale debitum non confessatum posset de proximo liquidari, dicta l. fi. C. de compen. quando autem oppositio compensationis requirat altiorem indaginem, & quantum tempus detur ad probandum, vide h'c per Doct.

a ¶ Vt actiones. Accursius casus. Est enim sensus, vt cōpensationes minuant actiones.

b ¶ Ipso iure. Adeo vt dixerint quidā non esse necesse voce hominis opponi compensationem, vt hic. Sed certe immo est necessarium vt opponatur, quod probo tribus rationibus. Nam fideiussor conuentus eligit, vt vel quod sibi, vel quod reo debetur, compenset: quæ electio sibi non daretur, si ius compensaret, vt ff. de compens. si quid. (1) Item & reus conuentus eligit in quam causam compēset, si debeat ex pluribus causis, vt ff. de compens. l. quod Labeo. Item lex dicit, eum male agere, cui obijci potest cōpensatio, vt ff. de compen. l. verum. sed qui male agit, habet actionē, sed eliditur exceptione, vt ff. quando di. vsusfr. leg. ce. l. 1. in fi. Sed secundū hanc opin. quid adijcitur in actione stricti iuris ad id, quod erat olim? Resp. quia doli mali tantū obijciebatur exceptio, per quam non extinguebantur actiones ipso iure, sed nunc etiam compensationis exceptio opponitur, per quam ipso iure hinc inde actio extinguitur, vt hic, & infra eod. §. pen. & nihilominus doli, cum generalis sit, vt ff. de excep. do. l 2. §. & generaliter.

Cōpensatio nō fit ipso iure, sed debet opponi.

SYL. ¶ Gl. hæc cōiter approbatur, vt per Ias. hic.

ADDITIO. (1) No. illum casum, & gl. ibi, no. adducit plures alios casus, in quibus quis compensat non tantum debitum sibi,

sed & debitum alterl. dic vt ibi Angel.

c ¶ Minuant. s. compensationes.

d ¶ Alias actiones. vt scilicet mistas, quæ sunt quatuor, vt sup. eod. §. quædam actiones. Item persecutio fideicommissorum, Item officium iudicis, & similia, quæ actiones sūt largissime accepto vocabulo, vt ff. de actio. & obli. l. actionis verbo. Vnde & petitiones cautionū occasione damni infecti compensantur, vt ff. de damno infecto. l. 1. & l. qui bona. §. si quis quia. Accursius.

ADDITIO. Hoc verum intellige de debito officio iudicis, in quo nullum obstaculum est in medio, alias secus, vt per Bart. in l. fin. ff. de cond. indeb.

e ¶ Depositi, † quod tu intelligas, quando pecunia non signata est deposita; quo casu etiam aliam similem reddere potest, vt ff. deposi. l. Lucius, & l. de sponsalio tum, §. 1. Si autem esset deposi.io facta in specie, vel in pecunia, vt in specie quod esse potest, vt ff. de leg. 1. plane. §. sed hoc ita. tunc etiam alia ratione non obijcietur cōpensatio, quia in specie non fit compensatio. Item quod hic dicit in actione deposi, idem dicunt quidam in actione commodati, vt C. commod. l. prætextu. Sed certe immo est ibi ratio, quia in specie fieret. Nam solæ species commodantur, non quantitates, nisi quantitas vt species commodetur, vt ff. commod. l. 3. §. fin. Item cessat alias compensatio, vt quando per violentiam mihi rem abstulisti, vt C. de compensa. l fin. in fi. (1) Item & fisco nō opponitur in quibusdam casibus, quos dic vt ff. de iure fis. aufertur. § qui compensationem, & C. eod. l. compensationes, & l. in ea. Item in curatore qui fraudauit publicam annonam, vt ff. de compensat. l. ob negotium.

Cōpensatio ī multis casib9 cessat.

† De non admittenda cōpensatione in causa depositi, est peculiaris cōstō in l. pen. C. deposi. Species solæ cōmodantur.

¶ Adde quod in d. l. ob negotium, est glos. quę enumerat omnes casus, in quibus compensatio cessat. SYL.

ADDITIO (1) Istud de violentia intelligas, vt ibi not. gl. & doct. Ang.

f ¶ Defraudetur. Sed nonne hæc ratio vbique potest habere locum? Respon. non ita: quia si restitutio denegatur, est dolus, vt ff. mand. si procuratorem, §. dolo. idem depositarius de dolo tantum alias tenetur, vnde si hic magis grauetur, non est mirum, vt arg. ff. de iureiur. eum qui. in princ.

Depositarius de dolo tantum tenetur.

¶ Præterea. Diuiditur in tres partes. Primo, quare dicantur arbitrariæ. Secundo, quę sint istæ arbitrariæ. Tertio, quid iudex in his possit. Secunda ibi, Sed istæ. Tertia ibi, In his enim. Ang. Aret.

Diuisio.

ideo dictæ sunt, quia mere in arbitrio iudicis sunt: & sunt tam reales, quam personales. Acc.

¶ Præterea quasdam actiones [a] arbitrarias, id est, ex arbitrio [b] iudicis pendentes appellamus, in quibus, nisi arbitrio iudicis is, cum quo agitur, actori satisfaciat, veluti rem restituat, [c] vel exhibeat, [d] vel soluat, [e] vel ex noxali [f] causa seruum dedat, [g] condemnari [h] debeat.

¶ Sed istæ [i] actiones tam in rem, [k] quam in personam inueniuntur. In rem, veluti Publiciana, [l] Seruiana [m] de rebus coloni, Quasi Seruiana, quæ etiam hypothecaria vocatur. In personam, veluti quibus de eo agitur, quod vi aut metus [n] causa, aut dolo [o] malo factum est.

SYL. ¶ Præterea quasdam. CASVS non est figurandus nisi literaliter. stat enim tantum in declarando actiones arbitrarias, quæ illæ propriæ sunt, circa quas ratione contumaciæ rei conuenti, quando scilicet non paret iudici vel sententiæ, iudex aliquid arbitratur, vel ratione loci. puta si debitor conuentus soluere debebat Venetijs, & soluit Florentiæ: nam iudex arbitratur quanti creditoris interfuit solutum non esse Venetijs: vel ratione iuramenti, quando scilicet est locus iuramento in litem, & creditor iurat, nam iudex taxat, & moderatur eius iuramentum. vel quando sumus in noxalibus, in quibus arbitrium iudicis est in interrogando, an malit seruum dare, vel damnum reficere, & facta electione de dando seruum. si postea nō det, oritur arbitrium in cogendo ad dandum, vel ratione pœnæ, puta in actione de dolo, & quod metus causa, nisi enim id restituatur, quod metu solutum est, arbitratur iudex circa pœnam quadrupli. Nota igitur ex principio & fin. huius §. quod in actionibus arbitrarijs licet iudici ex bono & æquo æstimare interesse. Item, quod actiones arbitrariæ in rem sunt & in personam.]

Actiones arbitrariæ sunt stricti iuris. a ¶ Actiones arbitrarias. Sed numquid sunt bonæ fidei, vel stricti iuris? Resp. quidā, quod bonæ fidei sunt, quia in iudicis arbitrio sunt, vt infra prox. §. in fi. & sup. eo. §. in bonæ fidei iudicijs. Sed hæc non valeat, quia officium iudicis, quod in bonæ fidei iudicis venit, est iure actionis, sed hoc, quod est in arbitrio, merum est, & in iudice tantum est, vt ff. de eo. quod certo loco l. in bonæ fidei. Alij dicunt, quod nec sunt bonæ fidei, nec stricti iuris, immo est tertia species ad illam diuisionem. quæ est supra eodem, §. actionum. & facit pro eis. ff. de in litem iuran. l. in actionibus, §. plane, & ff. de vsur. l. fideicommissi, §. in his, hanc etiam reprobo. quia dicta diuisio est perfecta, & immediata. Alij dicunt (quod verius est) quod sint stricti iuris. cum bonæ fidei non inueniantur, vt sup. eo. §. actionum.

ADDITIO. Hæc vltima vera est, & eam sequuntur communiter scribentes hic.

b ¶ Ex arbitrio. Bene dicit, ex arbitrio, nec enim obligatus est rem restituere, vel simile quid facere, quod prompte dices esse verū in actione in rem. In personalibus autem & arbitrarijs, quæ hic enumerantur, dices licet exhibitio, vel restitutio sit in obligatione. pœna tamen, id est, interesse, vel quātī in litem iuratum est, non nisi per officium iudicis præstatur, & ideo arbitrariæ dicuntur.

¶ Doct. hic dicunt, q̃ ista gl. est valde notāda. quia meli9 declarat intellectū huius §. quam aliqua alia gl. SYL.

c ¶ Rem restituat. Vt in rei vendicatione, quæ est arbitraria, cum primo rem restituendo liberetur, alias iudicis arbitrio in litem iuratur, vt ff. de in litem iuran. in actionibus, & ff. de rei vend. l. qui restituere, vel hypothecaria, vt inf. prox. §. vbi hæc omnia exempla diligentius dicuntur.

¶ Adde tñ, q̃d Pau. de Cast. in d. l. in actionibus, limitat hanc regulam generalem, de qua per Bar. ibi. quando quis esset obligatus ad dandum, & iudex hoc ei præciperet, & non dederit, nā tunc nō defertur iurm in litem, quam doctrinam passim seq. hic Doc.] SYL.

d ¶ Vel exhibeat. Cum ad exhibendū agi̅t.

e ¶ Vel soluat. s. cū certo loco soluēdū ē Acc.

f ¶ Vel ex noxali. Cum noxaliter agitur.

g ¶ Dedat. i. dat. Accurs.

h ¶ Condemnari. Diuersis modis fiet condemnatio, sicut diuersæ sunt istæ arbitrariæ, vt dicemus, inf. prox. §. in fin.

i ¶ Sed istæ actiones. s. arbitrariæ.

k ¶ In rē. Separatum intellige. Nā vna & eadē actio non pōt in rē & in personā esse, nisi ī quattuor casib. mistis. vt sup. e. §. q̃dā act.

l ¶ Publiciana. De qua habes. sup. eo. §. alię.

m ¶ Seruiana de his duab. hēs. su. e §. itē Ser.

n ¶ Met9 cā. licet sit in personā, vt hic, tñ in rem est scripta, vt ff. q. met. cau. l. metū. §. cū autem, & de hac dic vt sup. eo. §. item act.

o ¶ Dolo malo. Actio de dolo est arbitraria vt hic, quod ideo est, quia liberatur dolosus verum interesse præstando, si restituere non possit, alias iudicis officio iuratur in litem, vt ff. de do. l. arbitrio, in princ.

a ¶ Item

Item cum id, [a] quod certo loco ꝓmissum [b] est, petitur. Ad exhibendum quoque actio ex arbitrio iudicis pendet. In his enim actionibus, [c] & ceteris similibus [d] permittitur iudici ex bono & æquo secũdũ cuiusque rei, de qua actũ ẽ, naturã [e] æstimare, quẽamodũ actori satisfieri [f] oporteat.

¶ Iudex debet ferre sententiam certam etiam super libello incerto, si incertitudo est in potestate iudicis. Arec.

¶ Curare † autem debet iudex, vt oĩno, quan--

† Bart. & cõiter Docto. in d. l. si hæres, reprobant istam glo. & dicunt, quod omnis actio stricti iuris ꝓpter adiectionẽ loci potest esse arbitraria, vt refert hic Iason. **

† Adde l. 2. ff. eod.

a ¶ Item cum id. scilicet pecunia.

b ¶ Promissum est. Idem etiam si legatũ sit relictum certo loco dandum: & idem si mutuum sit datum certo loco reddendum. Nã in his tribus casibus locum habet certi condictio arbitraria, vel ex testamento arbitraria, scilicet in promissione, & legato, & mutuo, & alias non, vt ff. de eo quod cert. loc. l. 2. §. hæc autem. & l. si hæres. & l. aut si. † & quòd hic dicitur, petit s. alibi quã vbi fuerat ꝓmissũ dari: & venit ĩ ea vtilitas tã agẽtis, q̃ rei, vt inf. eo. § loco. † ** Nã si peteretur vbi solui debuit, actio nõ esset arbitraria. l. quod si ephesi. ĩ prin ff. eo.

c ¶ Actionibus. s. personalib. & arbitrarijs.

d ¶ Similibus, scilicet in rem. Et sunt decem de quibus dixerat supra. Vel dic, q̃ & aliæ sunt arbitrariæ, quæ hic non numerant̃. vt ecce actio in factum, quæ datur contra nautam, cauponẽ, stabularium, vt ff. nau. caup. stab. l. j. in prin. Sed quidam dicunt eam nõ esse arbitrariam, quia ibi non feruntur sententiæ duæ. Item est actio in factum, quæ datur contra publicanum, vt ff. de pub. l. 1. in princ. † Item actio fin. regu. ff. fin. regu. l. 2. in fin. & l. 3. Item actio redhibitoria. vt ff. de ædil. edi. redhibitoria. Item actio ex stipulatu, quæ pro dote repetenda datur, vt ff. sol. mat. l. si filiusfamilias § maritum. Sed certe isto casu non ideo iuratur in litem, quia arbitraria sit, sed quia bonæ fidei est, vt supr. eod. §. fuerat.

† Glo. in l. hoc edict. verb. absoluẽdum ff. de publ. tenet contrarium: quam sequitur ibi Bart. & Dyn. secũdum Ias. SYL.

¶ Et cum hac glo. transeunt hic Docto.]

¶ Item actio rerum amotarum est arbitraria, vt ff. re amo. l. cum dos. in fin. Accursi. Floren.

e ¶ Naturam. i. bonitatem, vt dicunt quidã. Vel melius. i. secũdum naturã actiones arbitrariæ, quæ intẽditur. Nã triplex põt modus condemnationis deprehendi in arbitrarijs.

Cõdennatio in arbitrarijs potest fieri tripliciter.

Vnus, vt duæ sententiæ ferantur: prima de restituenda re: & nisi restituatur, fiat condẽnatio in pœnã vel interesse per delationẽ iurisiurandi in litẽ, vt patet in actione. Quod metus causa, & in actione de dolo, & rei vẽdicatione, & in actione ad exhibendum, & similibus. Est & alius modus, vt vna feratur sententia: & in ea statim interesse consideratur: vt quando certo loco aliquid dandum est: & hoc est in ista sola. Tertius modus est, vt non in quantitate condẽnationis fiat arbitrium, sed in qualitate: vt in actione noxali, in qua arbitratur iudex, an liberetur dando seruum pro noxa: quod est, q̃n dño, ignorante vel prohibere non valente deliquit: aliàs in solidum tenetur, vt ff. de noxa. l. 2. in princ. & l. in delictis. in princ.

f ¶ Satisfieri, Sed nonne hoc idem in bonæ fidei iudicijs fit? Respondeo, quod triplex est officium. † Primum, quod obtinet actionis vicem: per quod officium petuntur salaria aduocatorum, & restitutiones maiorũ & minorum, vt ff. de mino. l. quòd si minor. §. fin. Aliud est, quod bonæ fidei actionib. inhæret. q̃ iure actionis venit, vt ff. de eo. quod certo loc. l. in bonæ fidei. & vna cum actione petit, vt C. depos. l. 4. Tertium est, quod inhæret actionibus stricti iuris quibusdam. i. arbitrarijs, & hoc ex solo motu iudicis descendit, vt quasi liberum sit ei hoc facere; sed in actionibus bonæ fidei astringuntur ad hoc. † Itẽ in actionibus bonæ fidei vna fertur sententia, in his autem plerumque duæ, vt modo diligenter notauimus.

† Sim. gl. ll. 4. ver. exceptione. C. de po. sed longe melius de hoc scribit Bar. in l. 1. ff. de iur. om. iud.

ADDITIO. Tu dic secũdum Ias. quòd in actionibus bonæ fidei officium iudicis eis deseruiens prouenit ex natura ipsarum, per quod statim quòd debitor est in mora, potest condemnari ad vsuras, vel interesse: sed in actione stricti iuris prouenit ex quodam accidenti extrinseco: puta quia non præstatur res, in qua fuit facta condemnatio: & sic istæ actiones sunt arbitrariæ.

† Io. Fab. reprehendit hanc gl. quia in arbitrarijs iudex necessitatur impartiri officium, sed non necessitatur ad tale, vel tale, vt hic per eum. Diuisio.

¶ Curare. Diuiditur in tres partes. Primò mandat iudici deferendo certam sententiã ibi, Certæ pecuniæ. Secundo limitat mandatum, si illud est possibile, ibi. Quantum, Tertiò remouet vnum obiectum, ibi, Etiam si de incerta.

¶ Curare. Casum non expedit figurare quia text. clarus est, & continet admonitionem iudicis vt certam proferat sententiam quantum in eo est, etiam si petitio esset incerta. Ratio autem dubitandi poterat esse, quia sẽtentia debet esse conformis libello, & petitioni, l. vt fundus. ff. com. di. vnde quando petitio est incerta, videbatur ferenda etiam incerta sententia, cuius contrarium hic dicitur ea ratione, quia quando libellus est incertus, puta quia sit petitum factum, vel interesse, tunc si sententia proferatur certa, illa sententia non est difformis petitioni, sed conformis, quia aperte declarat & exprimit illud, quod virtualiter in petitione continebatur; quia quando petitio

SYL.

esse

esset absolute incerta, tunc non procederet, vt declarabitur in glos. No. ex hoc tex. quòd iudex in quantum potest, debet sententiam certam ferre. Item, quòd dictio, omnimodo, est vniuersalis apta comprehēdere omnem casum. Item, (arguendo à contrario sensu) quòd quando esset impossibile, iudex potest ferre incertā sententiam. Item quòd aliquando admittitur incerta petitio. Item quòd quamuis sit actū de incerta quantitate, omnino iudex tenetur certam sententiam ferre.]

tum possibile [a] ei sit, certæ pecuniæ, [b] vel [c] rei sententiam [d] ferat, etiam si de incerta [e] quantitate apud eum actum est.

¶ Plus petens in iudicio, loco, causa, re, vel tempore, olim cadebat à causa, nisi restitueretur legitima subsistente causa. Hodie verò plus petens tempore, venit aliter puniendus: quia in eo induciæ duplicantur, & actor ad omne damnum litis tenetur: plus vero petens alijs modis, in triplum sumptus, quem sustinuit reus, litis nomine punietur. Angelus.

¶ Si quis agens, intentione [f] sua plus [g] complexus fuerat, quàm ad eum pertinebat † causa cadebat. Id est, rem

Sententia nō potest semp esse certa.

a ¶ Possibile. Hoc ideo dicit, quia interdum non potest certam ferre sententiam. Quid enim si homo in genere promissus petitur, vel sub alternatione, puta Stichum aut Pamphilum: aut damnum emendari, vel seruum pro noxa dari? † certe iudici nō est possibile ferre certam sententiam: quia natura actionis non patitur, vt infr. de offic. iudi. in princ. Idem dico in hæreditatis petitione. Nam sicut sufficit in libello proponere vniuersaliter, ita & in sententia: puta sic, Pronuncio te hæredem extitisse ex asse vel ex semisse: & ideo tibi hæreditatem restituendam.

† Istud exēplū de seruo cōmuniter reprobatur: q a in causa noxali iudex dēt certam ferre sniam, puta ad emēdationem damni, cum illud solum sit in obligatione, vt hic per Doct.

* ¶ Idem in arbitrio. l. quid tamen §. Pomponius ff. de recep. arb. nam & arbitri iudicum munere funguntur. l. j. & l. idem, §. recepisse. ff. eod. tit.]

b ¶ Pecuniæ. scilicet cum pecunia petitur.

c ¶ Vel rei. quando alia res petitur, quæ in quantitate consistat, vel non: & hoc si certum est petitum. aliàs enim non tenet sententia, nisi in aliqua parte actorum res certa scripta inueniatur, vt C. de sent. quæ sine certa quant. l. hæc sententia. si autem est interesse, quod debet coram iudice probari & deduci ad certitudinem, vt C. de senten. quæ pro eo quod interest. l. 1. §. 2. & tunc locum habet hic §.

¶ Hanc gl. sequuntur communiter Doct. post Bar. in l. certi condictio. ff. si cert. pet. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. obligatio. & in l. vnica. C. de senten. quæ pro eo, quod interest, proferuntur.]

** Quomodo probetur interesse, lege Bart. in d. l. vnica. col. pen. ver. modo restat videre. & ibid. Bald. col 5. ver. quæro quomodo probetur interesse.

¶ Aut non potest deduci in certitudinem, vt in homine generaliter petito, & similib. quæ modo diximus: & tunc non habet locum iste §. Accur.

d ¶ Sniam ferat. Et in scriptis, vt C. de sent. ex breui. reci. l. fi. nisi in quatuor casibus, vt in Authent. de mād. prin. §. si tibi, colla. 3. & in Auth. vt iud. sine quo suffr. §. necessitaté, collat. 11. & in Authē. vt cler. apud propriū episc. conuen. §. 1. coll. 6.

Sententia est in scriptis ferenda.

** Adde alios casus, quos refert glo. in c. si. de re iud. in 6. & Abb. in c. 1. de lib. obla. fallit etiā in interlocutoria, gl. in l. 2. & ibi Doct. ff. de appell. & in causa matrimoniali, secūdum Inn. in c. Alb. extra de test.

† Vide ad hunc locū Budæū in Annot. ad l. 2. de orig. iuris.

e ¶ De incerta. Vt de interesse.

¶ Si quis agens. ¶ Diuiditur principaliter in duas partes. Primò ponit id, quod erat de iure antiquo, quando plus petebatur. Secundo id, quod est de iure nouo. Secunda ibi, Sed hæc quidem. Item prima subdiuiditur in tres. Nam primò ponit regulam generalem iuris antiqui, qualiter puniatur plus petens. Secundo, quot modis dicatur plus petere. Tertio, exempla vniuscuiusque. Secūda ibi, Plus autem. Tertia ibi, Re veluti.

Diuisio.

¶ Si quis agens. Casum non expedit figurare, quia hic recitatur ius antiquum correctū hodie per Iust. videnda sit erit tō correctionis. infra in versiculis, sed hæc quidem antea. No. primo, quod olim, qui plus petebat, cadebat causa, nec in integrum restituebatur, nisi minor esset, aut maior iusta subsistente causa. Item, quòd intentio hic sumitur pro actione. Item, quòd plus petens, siue sciens, siue errasse ignorans, incidit in pœnam: nec restituitur in integrū. Item, quòd minori sua facilitate lapso succurritur per restitutionem. Adde, quod in dubio præsumitur sua facilitate lapsus, leg. 1. ff. de mino. Item, quod in facto alieno probabilis & iusta est ignorantia. Itē, quòd scientia testamenti non infert scientiam codicillorum.] SYL.

f ¶ Intentione sua. id est in libello, vbi erat intentio sua.

g. ¶ Plus etiam tempore, vt ff. de lib. le. non solum. §. primo, & §. fin. nam plus quatuor modis dicitur, vt inf. proxim. §. & in omnibus his locum habet §. iste. Ad materiam huius § & duorum sequentium, vide omnino text. & glos. in c. 1. extra de plus petit. quia ibi plene declaratur. SYL.

¶ a Amit-

a ¶ Amittebat. Facit inf. de exce. §. appellantur, ver. temporales, (l) & quod hic dicit in priuato, idem erat in fisco, vt C. de iure fis. l. iustas lib. 10.

¶ Adde, quod cum hac gl. f. quod d. l. iustas hodie sit correcta tenet glo. in d. l. iustas & Bar. ibi, Nic de Neapol. & Iaf. hic, quamuis contrarium tenuerint Io. Fab. Io. de Pla. & Ang.

SYL. * ¶ Illud quoque notãdum, quod hoc loco dicitur, non habuisse locũ in arbitriis, sed tantũ in iudiciis, cuius rei testis est Cice. in orat. pro Roscio Comedo. qui etiam discriminis affert rationẽ.]

ADDITIO.
Aduertas quòd litera ibi dicit, quòd induciæ duplicantur, & quòd postea non cogitur litem suscipere, nisi refectis sibi expensis. idẽ dicit tex. in capit. 1. extra de plus peti. Ang. Aret.

amittebat: [a] nec facile in integrum restituebatur a Prætore, nisi minor erat 25. annis. Huic [b] enim, sicut in aliis causis, causa cognita [c] succurrebatur, si lapsus iuuentute [d] fuerat, ita & in hac causa succurri solitum erat. Sane si tam magna causa iusti erroris interueniebat, vt etiam constantissimus [e] quisque labi posset, etiam maiori 25. annis succurrebatur: veluti si quis totum legatum petierit, post deinde prolati fuerint codicilli, quibus [f] aut pars legati adempta sit, aut quibusdam [g] aliis legata data sint, quę efficiebant, vt plus petiisse videretur petitor, quam dodrantẽ, † atque ideo lege Falcidia legata [h] minuebantur. [i]

† Hæc verba, atque ideo, sunt redditiua rationis.

b ¶ Huic minori, 25. annis.

c ¶ Causa cognita. Bene dicit, cã cognita, nam omnes in integrũ restitutionis causa cognita permittuntur, vt ff. de in integ. rest. omnes.

d ¶ Iuuẽtute. Id est, facilitate sup. idẽ multo magis, si dolo aduersarij, vt ff. de mino. l. 1.

e ¶ Constantissimus. Quia errauit in facto, in quo prudentissimi falluntur, ff. de iu. & fac. ign. l. 2.

f ¶ Quibus. f. codicillis.

g ¶ Quibusdam aliis. f. legatariis.

h ¶ Legata. Scilicet ea quæ sibi in testamento relicta sunt.

i ¶ Minuebantur. Nam tot erant legata, vt lex Falcidia locum haberet. i. oportebat vt legata defalcarẽtur ad hoc, vt haberet hæres Falcidiam, quia dodrantem excedebant, vnde hæres debet detrahere Falcidiam, vt sup. de l. Falcid. §. 1.

¶ Plus autem quatuor modis. CASVS non est nisi literaliter figurandus: Impetet enim stat in declaratione simplici terminorum, & ita aperte & clare declarat, & per exẽpla tã dilucida, vt nullus sit dubitationi locus. SYL.

¶ Plus petitur quatuor modis, scilicet re, tempore, loco, & causa: & singuli modi exemplariter declarantur. hoc dicit.

No. ergo, quod qui petendo creditum auget, dr̃ plus petere, & hoc ad sẽsum clarissimũ est. Item quòd petens debitũ, ante diem dicitur plus petere. Item, quòd qui pendente cõditione petit, dicitur plus petere. Item, quòd istud comparatiuum, plus, stat interdum absolute, nam debitum cõditionale nõ est debitum vnde non põt dici plus debito petere, qui petit indebitũ, & sic hic dr̃ plus petere. Itẽ, quod qui summã sibi debitam in vno loco petit, in alio dicitur plus petere. itẽ, quòd iudici conced'r arbitriũ æstimandi ex bono & æquo interesse partis. Item, quod precia rerũ variantur ex varietate regionum.

¶ Plus autem quatuor [k] modis petitur, re, tempore, loco, & causa.

¶ Re, veluti si quis pro decem aureis, qui ei debebantur, viginti petierit, aut si is, cuius ex parte res est, totam eã, vel maiorem partem esse suam intenderit. Tempore, veluti si quis ante diem, vel ante conditionem petierit. Qua, enim ratione qui tardius soluit, quam soluere deberet, minus soluere intelligitur, eadem ratione [l] qui præmature petit, plus petere [m] videtur. Loco

k ¶ Plus autem quatuor. Vt omnibus his modis a causa videatur cadere iure antiquo vnde isti quatuor modi plus petendi patent in hoc versu, Plus petitur causa, tempore, reque, loco. Plus petit quatuor modis. Versus.

* ¶ Adde, quod olim qui pendente adhuc conditione petebat, licet causa caderet, nõ tamẽ ius suum amittebat, atque ideo existente conditione iterũ agere non prohibebatur, l. bouẽ, §. si sub conditione, ff. de ædil. edict. neq; .n. ante condõnẽ amittere poterat quod nondũ habebat, l. cedere. de verb sig. hoc tñ loco casus iste non sine causa refertur cum eo, quo quis petit ante diẽ, vtroq; .n. casu æque cadit pœna legis Zenonianæ, de qua hic agitur.]

l ¶ Ratione. A simili per contrarium.

m ¶ Petere. Vt hic & supra de fideiuss. §. fide-

si ideiussores ita ver. non solum.

¶ Ad hunc locum de tempore adde quae doctè scribit Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 18. num. 34.

a ¶ Sine commemoratione. Id est, sine vtilitate rei debitae,

fuit: vel vtilis certi condictio ex mutuo, vbi mutuum certo loco reddendum. Vel vtilis actio ex testamento, vel legatum est dandum certo loco. Nec enim est propriũ nomen actionis, vt Digest. de eo quod certo loco, lege secunda, §. haec autem actio. & lege, si haeres, & lege, aut si mutua.

co plus petitur, veluti cum quis id, quod certo loco sibi dari stipulatus est, alio loco petit, sine [a] commemoratione illius loci, in quo sibi dari stipulatus est: verbi gratia si is, q ita stipulatus fuerit, Ephesi dare spondes? Romae pure intendat dari sibi oportere. Ideo autem plus petere intelligitur, quia vtilitatem, quam haberet promissor, si Ephesi solueret, adimit [b] ei pura intẽtione. Propter quam causam alio loco petenti arbitraria [c] actio proponitur:[d] in qua, scilicet, ratio habetur vtilitatis, quae promissori [e] competitura fuisset, si illo loco solueret, quo se soluturum spopondit. Quae † vtilitas plerumque in mercibus maxime inuenitur, veluti vino, oleo, frumento: quae per singulas regiones diuersa habent pretia. Sed & pecuniae numeratae non in omnibus regionibus sub eisdem vsuris foenerantur. Si quis tamen Ephesi petat, id est, eo loco petat, quo vt sibi detur stipulatus est: pura [f] actione recte agit, idque etiam praetor mõstrat, s. quia vtilitas soluendi salua est promissori.

¶ Declarat per exempla quemadmodum plus petitur causa: vnde nota, quod in alternatiuis contractibus in dubio est electio debitoris. Aretin.

¶ Huic autem; qui loco plus petere intelligitur, proximus est is,

vel itereste rei. Nã est habẽda ratio eius vtilitatis, si sua interfit in loco destinato potius conueniri, Vel dic, commemoratione, id est, mentionem faciente de ipso loco: nam ipsum locum, vbi erat facienda solutio, in libello ponere debet, sic. Peto 10. vt mihi soluas hic, vel vbi soluere promisisti, vt hic, & ff. de eo, quod certo loco, l. 2. §. fin. post haec nisi soluat, poterit eum conuenire, vbicunque voluerit: dummodo cõuentus habeat ibi forũ nõ alias, vt ff. de iudi. l. haeres absens. in fi. Sed Placent. dicit, q, vbicunque poterit eũ conuenire, etiam ibi, vbi nõ habet forum, & est pro eodem ff. de iud. l. eum qui. & ff. de constit. pecul. si duo, §. sed certo. Sed certe quod dictis legibus dicitur, vt quolibet loco possit conueniri, verum est idoneo, vbi conuentus habeat forum. vt ff. de mun. & hon. l. vt gradatim, §. primo.

† Ex l. 4. ff. de eo, qđ cer. lo.

S Y L.

S Y L.

¶ Adde, quod opinio glo. communis est: scilicet quod debitor, qui in loco debito non soluit, possit vbique conueniri, vbi tamen sortitur forum, reprobata opinione Placẽt. qui voluit quod conueniretur etiam vbi forum non sortiretur: quam opinionem ego alias late defendi.]

b ¶ Adimit. i. adimere desiderat: non tamen adimere potest.

c ¶ Arbitraria. Id est vtilis certi condictio ex stipulatu, vbi stipulatio intercessit, vt hic

S Y L.

¶ Non tamen intelligas, qđ in his tantum casibus actio sit arbitraria, sed generaliter in quacunque actiõe stricti iuris, quae potest esse arbitraria propter locum.

d ¶ Proponit, id est tribuitur vel datur, vt ff. de eo quod certo loco, l. q. si Ephesi.

e ¶ Promissori. Sed & actoris vtilitas attenditur, & vtriusque vtilitas simul attenditur, vt Digesti. de eo quod certo loco dari opor. l. secunda, primo responso.

Alio loco. Dic, quod si interesse rei, si cõueniat in alio loco, semper aestimatur, sed nõ actoris, nisi reus fuisset in mora, vel culpa, vt no. gl. Bar. & doct. in d. l. 2. in prin. Ang.

f ¶ Pura. id est non habita mentione vel ratione loci, vbi erat facienda solutio, vt diximus. sup. eo. §. Accurs.

¶ Huic autem qui loco. Casus eadem ratione qua sup. non est figurãdus. Perseuerat. n. Imper. in declaratione horum terminorũ, & descendit ad declarationem huius verbi plus, quatenus respicit causam, demonstrando, quomodo qs plus causa petere dicatur. & dicit hoc esse, qñ actor agit contra reum debitorẽ alternatiue. s. huius, vel illius rei, nam si vnam de promissis simpliciter tanquam sibi debitam petat, dicitur plus petere causa, quia cũ electio sit debitoris, licet vtraque sit in obligatione, tñ vna, quã. s. debitor elege-

elegerit, est in solutione, & ideo quia vult auferre agens electionem reo, petendo sibi certam rē assignari, dr̄ plus causa petere. Qua ratione similiter dr̄ plus causa petere, qui electionem debitori aufert non solum in obligatione alternatiua, sed in quacunq; obligatione, in qua electio sit debitoris. Nota, q̄ plus causa petere dicitur, q̄ in alternatiua promissione alterā eius partē simpliciter petit, cum electio sit debitoris. Item, quòd idē est plus causa petere, & aduersario electionē præripere. Itē, q̄ obligatus in gn̄e potest soluere quā spēm velit, quia debitor generis habet ipse electionem. Item quod cōclo in libello debet esse conformis qualitatis obligationis: quia si es obligatio in gn̄e, petatur & concludatur in genere, si alternatiua, alternatiue, & sic de similibus. Item, quod sæpe ea, quę sunt viliora, sunt cariora.

siue fauorē creditoris: vt si debitor promisit soluere x. in paschate, vel dare pignora sufficientia solutioni. nam tunc est electio creditoris, vt tradit Bar. in l. quāuis, in princ. ff. de pig. act. & latius. Neguf. de pig. in 1. memb. x. part. nu. 5. 6. & 7. vbi erudite loquitur circa hanc regu.]

qui[a] causa plus petit: vt ecce, si quis ita à te stipuletur, Hominem Stichum, aut decem aureos dare spondes? deinde alterum petat, veluti hominem tantum, aut decem aureos tantum. Ideo autem plus petere intelligitur quia in eo genere stipulationis promissoris † est electio,[b] vtrum pecuniā, an hominem soluere malit. Qui igitur pecuniam tantum, vel hominem tantum sibi dari oportere intendit, eripit[c] electionem aduersario, & eo modo suam quidem conditionē meliorem facit,[d] aduersarij vero sui deteriorem. Qua de causa talis in ea re prodita[e] est actio, vt quis intendat hominem Stichum, aut aureos decem sibi dari oportere, id est, vt eodem modo peteret, quo stipulatus est. Præterea[f] si quis generaliter hominem stipulatus sit, & specialiter Stichum petat, aut generaliter vinū stipulatus sit, & specialiter Campanum petat: aut generaliter purpuram stipulatus sit, deinde specialiter † Tyriam petat: plus petere intelligitur: quia electionem aduersario tollit,[g] cui stipulationis iure liberum fuit aliud soluere, quam quod peteretur. Quin etiam licet vilissimū sit, quòd quis petat, nihilominus plus petere intelligitur, quia sæpe accidit, vt p̄missori facilius sit illud soluere, quod maioris[h] pretij est.

¶ Hodie contra plus petentem tempore duplicantur induciæ, & fit condemnatio ad omne damnum litis, petens vero plus alijs modis, in triplum sumptus, quem sustinuit reus, litis nomine est condemnandus. hoc dicit. Ang.

¶ † Sed hæc quidem[i]

* * † c. in alternatiuis de reg. iu. lib. 6.

a ¶ Qui causa. Hanc causam electionem iā vocabit.

b ¶ Electio. nisi vnū iam interijt: tunc. n. alterum quod sit pereit, præstabit, ut ff. de eo quod certo locō. l. nō vtique. & facit ad hūc §. ff. de iure do. l. plerumque in fi.

SYL. ¶ Pro declaratione vide Bart. in l. Stichum aut Pamphilum. in prin. col. 2. ver. reassume ergo. ff. de solu.]

** Limita singulariter hāc regulam, vt procedat, qn̄ vtrumque est in obligatione & solutione, secus qn̄ alterū est positū ad cautelā

c ¶ Eripit. i. eripere vult.

d ¶ Facit. i. facere vult.

e ¶ Prodita ē, id est data. & ē actio ex stipulatu, hoc modo. s. alternatiue proponenda, vt dicitur hic.

f ¶ Præterea. Hoc est aliud exemplū, qualiter causa pl⁹ petatur.

g ¶ Tollit. i. tollere vult.

h ¶ Maioris pretij est, facit ad hoc ff. loca. item queritur, §. 1. & ff. de cōdit. & demōst. quod traditum est, & l. seq. & ff. de in diem addic. l. si venditor. §. sed si neuter. & ff. de vsu. & hab. l. final. † & ff. de vsufruct. hactenus, §. fin. & l. seq.

¶ Sed Casum non expedit figurate. qa tex. ponit tm̄ correctionē iuris antiqui, vt. s. plus tempore petentibus duplicentur induciæ: plus re, cā, vel loco petentes puniātur pęna tripli. & hoc est, qđ notari debet ex hoc text.

i ¶ Sed hæc quidem. s. quæ diximus, vt plus petendo cadat a tota causa, vt supra eodem, §. si quis agens.

ADDITIO. Et consulit dominus Ias. ad euadendum istas pęnas quod in libello semper adijciatur illa salutaris clausula, Saluo iure superflui, &c.

* † Ex Tyro insula q̄ optimā & pretiosiorē purpuram ferebat, aucto re Strabone lib. 16.

† Ista lex benefacit ad propositum, sed aliæ nihil faciunt.

Lex

antea in vſu fuerant: poſtea vero lex Zenoniana [a] & noſtra, [b] rẽ coarctauit. Et ſi quidem tempore plus fuerit petitum, quid ſtatui oporteat, Zenonis diuæ memoriæ loquitur conſtitutio. [c] Sin autem quantitate, [d] vel alio modo [e] plus fuerit petitum, in omne, ſi quod forte damnum ex hac cauſa acciderit ei, contra quem plus petitum fuerit, cõmiſſa tripli condemnatione (ſicut ſupra diximus [f]) puniatur. [g]

¶ Petens minus quam ei debeatur, poteſt coram eodem iudice reſiduum petere. Aret.

¶ Si minus † intentione [h] ſua complexus fuerit actor, quam ad eum pertineat: veluti ſi cum ei decem aurei deberẽtur, quinque ſibi dari oportere intenderit: aut ſi cũ totus fundus eius eſſet, partẽ dimidiam ſuam eſſe petierit: ſine periculo agit: in reliquum enim nihilominus iudex aduerſarium in eodem iudicio [i] ei condemnat, †

a ¶ Lex Zenoniana. Scilicet Græca, quam nõ habemus.

b ¶ Et noſtra. Scilicet Græca, quam non habemus.

c ¶ Conſtitutio. ſ. Græca, vt diximus: cuius ſententia eſt, vt tempus debeat duplicari conuentio, & omnes expenſæ ſibi reſtitui vt infra de except. §. hodie autem.

d ¶ Quantitate. Et ſic re.

e ¶ Alio modo. i. loco, uel cauſa, ut ſup. §. plus autem. Accurſ.

f ¶ Diximus. Vt ſupr. eod. §. tripli & ibi huius noſtræ conſtitutionis Græcæ ſententia recitatur. Sed ſi non ſolum petijt, ſed etiam cautionem exegit, poſt litem cõteſtatam amittit debitũ etiam hodie, † vt Codice de plus pe. l. 1. quæ eſt huic contraria. Si ante litem conteſt. pœniteret, non punitur, † quia non petit, ſed petere vult, vt ff. rem ra. ha. l. amplius non pet. & in dict. l. C. de plus peti. l. vnica.

† Idẽ Fa. Placen. & Ang.

† Sequũť Bal. Fab. Pla. Ang. & Ia. & ẽ gl. ſimilis in c. 1. extra de plus pe.

* ¶ Adde, quòd petens ſcienter & calumnioſe debitum iam ſolutum incidit in crimen ſtellionatus. l. ſi fideiuſſor, §. in omnibus. ff. mand. vbi Bartol. quod verum eſt, ſi iudici obrepſerit, per falſam ſuggeſtionem: niſi addidit etiã falſam probationem, quia punitur pœna falſi, ſecundum Bal. in l. 1. col. 3. verſic. ſecundo quæritur, C. de cond. indeb.]

g ¶ Puniatur. ſ. condictione ex l. illa Græca: cuius effectum habuimus, ſup. eo. §. tripli. & in hoc §. plus autem.

¶ Si minus. Diuiditur in duas partes. Primo, quando minus petijt. Secundo, quando aliud pro alio per errorem petijt. Secunda ibi. Si quis aliud Aret.

* ¶ Si minus. Caſus clarus eſt, aliquam tamen dubitationem faciebat in deciſione text. noſtri indiſtincte volentis; quòd eius terminatio procedat, quia qui ſcienter minus petit, videtur quaſi reliquum remittere. quo non obſtante contrarium dicitur ea ratione, quia donatio non præſumitur, quando alia capi poteſt coniectura. l. cũ de indebito, ff. de probat. non enim debet impediri qui voluit tantum debiti partem exigere, ne exigat reliquum. Sed maior erat dubitatio, quomodo hoc poſſet in eodem iudicio & coram eodem iudice: non enim poteſt uideri in iudicium acceptum uenire, q̃ poſt iudicium acceptũ venit, & ſic poſt litẽ conteſtatam. l. non poteſt videri, ff. de iudi. cuius contrarium dicitur in text. noſtro, ſed tu intelligas text. noſtrum ante litem conteſtatam, prout omnes declarant in l. edita. Cod. de eden. Nota. ex hoc text. quod petens minus debito poteſt ante litem conteſtatam reliquũ petere in eodem iudicio. Item, quod petens minus debito non fatetur reum debitorem duntaxat in ſumma petita. Item, quòd aſſertio libellãtis hoc caſu non nocet ei.]

† Gl. in c. inter dilectos. ſup verba. addendi, dicit, quod arg. huius §. in libello ſunt ponenda illa verba, Saluo iure addẽdi &c.

† Si petatur alias ſecus l. vt fundus. ff. cõmuni diui.

Donare nemo præſumitur.

h ¶ Intentione Id eſt libello intentionis: & hoc per errorem: ſi enim ſcienter, donare præſumitur, ſecundum quoſdam. Sed cõtra puto, q̃ nunquid donare præſumitur, niſi tunc qñ traditio fieret ab eo, qui donare præſumitur vt ff. de reg. iur. l. cuius per errorẽ. hic aũt non erat datio, ſed quædã abſtinentia. Vnde ſiue de reliquo ſciat qui agit, ſiue non tpe cœpti iudicij, locum habet, §. iſte.

ADDITIO Iſta gl. in ſe, & relata ad text. noſtrum eſt vera, & ſecundum Iaſ. vnica, & ſingularis. non tamen eſt ſimpliciter vera, in quantum dicit nunquam præſumi donationem, niſi interueniat traditio proſequere vt per eum hic.

i ¶ In eodẽ iudicio. i. q̃ſicunque ante ſñiam reliquũ petierit ſine noua conteſtatione, ſecundum quoſdam, vt hic dr: & hoc propter duas rõnes falſas. Vna quia põt emendare libellũ q̃ndocũq; ante ſñiam, vt dicũt, & eſt pro eis, ff. de noxa. in delict's. §. ſi detracta. & ſic intelligunt. C. de eden. edita. Altera ratio eſt, quia ſecundum eos etiã ſi non petat, vel probet hoc actor, tamen iudex ſi ſcit, det ſecundũ ſuam conſcientiã condemnare reũ: & eſt pro eis ad hanc rõnem, ff. ſi. regun. l. ſi ſtipulatione, §. ad officium, & in hac ſñia fuit domi.

dominum M. Sed certè, secundum lo. positum est falsum, & duæ rationes malę, Nam potest quis immutare libellum.

SYL. ¶ Aduerte ne glos. te decipiat. quę supra vsa est verbo emendare, modo immutare quasi pro eodẽ quo ad terminos nostros supponant: quod est falsum: quia diuersam habent significationẽ. l. edita. C. de eden. ibi emendari, vel mutari.

¶ Nisi vsque ad litem contestatam: nec etiã hodie post datum libellum: † quia sic dicit Authent. quòd habet necesse in primo libello persistere: vt in Authent de litig. § omnem. collat. 8. item quia non videtur in iudicium venisse, quod post litis contestationem contingit, vt ff. de iudic. l. non põt videri. & ff. de except. rei iudica. cum quæritur, & l. egi. Nec obst. quod hic dicitur, quod dicit eodem iudicio. nam dic, id est coram eodem iudice, & ab eodem actore & reo. Nam & propter hãc causam. s. propter identitatem personarum, etiam vbi prorsus aliud petitur. tamen dicitur iudicium idem, vt inf. proximo §. Item non obstat. ff. de noxa. in delictis, §. si detracta. quia ibi ex eadem causa, & eadem actione & ad idem agebatur: licet esset variatio in quodam beneficio quod dñs habet per l. vt possit pro noxa dare, vt inf. de noxa. actio. §. summa, & ff. de re iud. miles, §. 1. Item alia ratio non est bona: quia non secundũ conscientiam: sed secundum allegata debet iudex iudicare & pronunciare, vt ff. de off. psi. illicitas, §. veritas. nisi habeat conscientiam vt iudex, vt in d. l. ff. fin. regund. si irruptione, §. ad officiũ, & hoc in singularibus iudicijs. Sed quid in vniuersalibus? Respõ. potest in eis adijci quandoque ante sententiam. vt ff. de peti. hære. l. 4. & l. si duo tempore, & sic intelligitur, C. de appella. l. fi. §. fi.

** Intelligas secundum Ias. si actum sit generaliter vniuersali iudicio, veluti peto a te quicquid de hæreditate Titij possides. secus quando esset actum specialiter ad aliquam rem, vt quia eg. item pet hære. ad certum fundum, quem possides, qui fuit Titij, cuius sum hæres.]

† Contrariũ tenent Fab. Pla. Ang. & Ias. quia potest vsque ad lit. cõtest. Iudicium dr̃ idẽ pp personarũ identitatẽ. Iudex non secũdũ cõscientiã, sed secũdũ allegata debet iudicare.

† No. secũdũ Ias. quod iudex qui est supra legẽ, vt Papa, Imperator, vel Princeps, cui9 dictũ hr̃ pro lege, debet semper secundũ cõscientiã suã iudicare, qualitercũque eã habeat siue ex actis, siue nõ, alias peccaret. Item not. quod executor teneť exeq. sententiã eiũ contra propriã cõscientiã, nisi in causa criminali & corporali, quia tũc iudex non debet exequi cõtra suã cõscientiã, vt pulchrè per eum.

ex constitutione [a] diuæ memoriæ Zenonis.

¶ Si quis per errorem aliud pro alio petierit, libellum mutare poterit. hoc dicit. Angelus Aretinus.

¶ Si quis aliud pro alio intenderit, [b] nihil eum periclitari placet: sed in eodem iudicio, [c] cognita veritate, errorem suũ corrigere [d] ei permittitur: veluti si is, qui hominẽ Stichum petere deberet, Erotẽ petierit: aut si quis ex testamento sibi dari oportere intẽderit, [e] quod ex stipulatu debetur.

a ¶ Constitutione. s. Græca: quã non habemus.

¶ Si quis aliud pro alio. CASVS figura dependet a dictis sup. in præced. §. qui per multos simul legiť: ideo figura casũ literaliter. Not. quod petẽs per errorem aliud pro alio potest errorẽ suum ante litẽ contestatã corrigere, & petere quod est sibi debitum vere,

b ¶ Intenderit. s. sibi deberi.

c ¶ In eodem iudicio. Id est apud eundem iudicem, & dicitur idem iudicium propter identitatem personarum, & iudicis, tamen verè aliud est. Sed numquid nouæ dilationes dabuntur? Respon. si potest esse instructus ex petitione prima etiã ad secundam, non dabuntur: cũ necessariæ non volũtariæ sint dandę dilationes, vt C. de dila. l. 1. Nã si primo agit actione vi bonorum raptorum: & postea mutetur, & agatur actione furti satis potest esse reus instructus. Si autem sunt diuersæ petitiones, vt in hoc §. dicitur, nouæ dilationes dandæ sunt, vt C. de dilat. l. 1. Item numquid iterum de calumnia iurabitur? Respond. sic, quia potest & in hac causa calumniari, vt ff. de dam. infec. l. qui bona fide. §. antep. & pen.

d ¶ Corrigere. No. quòd permittitur alicui errorem suum corrigere. Sed nũquid in veteri habet necesse persistere? Respon. non secũdum hanc l. Sed hodie contra, † vt in Authent. de li. §. omnem. collat. 8. & ita intentabit veterem & nouam, nisi reo absoluto in veteri objetatur, exceptio rei iudicatæ in noua, vt quia sit eadem causa agendi, & eædem personæ & eadẽ res, licet alia sit actio, vt ff. de iureiur. l. duobus. §. exceptio. & ff. de except. rei iudi. l. si mater. §. eandem. & l. cum quæritur. Vel nisi actio prima † ita se habeat ad secũdam, vt electione tollatur: quod in casibus contingit, vt C. de furt. l. 1. & C. si ser. expo. emi se man. l. 1. & C. de codic. l. fin. & C. de pact. inter empt. & vendi. l. commissoriæ. & ff. de tribu. l. quod in hæredes, §. eligere, & ff. de leg. 2. l. cum filius, §. varijs.

† Si petas, aliàs sec9, l. vt fundus. ff. cõ diuid.

e ¶ Intenderit. scilicet sibi deberi.

¶ Sunt præterea. Diuiditur in duas partes: In prima ponit vnum dictum generale, videlicet, quòd non omnis actio est persecutoria solidi. Secundo illud per plura exempla probat. Secunda ibi, Vt ecce. item secunda subdiuiditur. Nam primo ponit exemplum de peculio. Secundo, de dote. Tertio, quando agitur contra patrẽ, patronum, socium, vel donatorem. Quarto, quando agitur per cõpensationem. Quinto, quando agitur contra illum, qui bonis cessit. Secunda ibi, Item si de dote. Tertia ibi, Sed & si quis cum parente. Quarta ibi, Compensationes. Quinta ibi, Cum eo quoque. Aretinus.

¶ Sunt præterea quędam. CASVS figuratio clara est; dum enim primo declarat esse

aliana

etiam alias actiones, per quas quis solidum debitum consequitur, alias non solidum ex quo sumus in diuisi ne, nō exigitur alia casus figuratio, dum vero primo exemplificat in peculio, vt scilicet dominus, vel pater aliquando in solidum teneatur, aliquãdo non, ratio clarissima est. quia pater vel dominus concedendo peculiū nō obligantur, nisi quatenus est in eo: ita quod non possunt exigi, aut conueniri, nisi in id quod tenēt. l. quoties, §. si semel. ff. de pecu. Nota, quod creditores peculiares serui, aut filij non exigunt, nisi quatenus est in peculio, deducto prius per patrē, vel dominū quod eis debetur.

¶ [illegible]

¶ Sunt praeterea quaedam actiones, [a] quibus non semper solidum, quod nobis debetur, persequimur, sed modo solidum persequimur, modo minus: vt ecce, si in peculio filij seruive agamus. Nam si non minus in peculio sit, quam persequimur insolidū dominus paterve condemnatur: si vero minus inueniatur, eatenus condemnat iudex, quatenus in peculio sit. Quemamodum autem peculium intelligi debeat, suo ordine proponemus. [b]

¶ [illegible]

¶ Item si de dote in iudicio mulier agat, placet eatenus maritum [c] condemnari debere, quatenus facere possit, id est quatenus facultates [d] eius patiuntur. Itaq; si dotis quantitati

a ¶ Sunt praeterea quaedã actiones. Innuit hic quandã diuisionē actionū. s. quod aliae sunt persecutoriae in solidū, aliae non: & hãc prosequitᵣ vsq; in finē huius ti. & nō est ista diuisio de 12. diuisionib. Nã prima est, quod alię sunt in rē, alię in psonã vt sup eod. §. omniū. Secūda est, qđ alię sunt ciuiles, alię pretoriae, vt sup. eo §. sed istę qui dē actiones. Tertia fuit. † su. e §. sequēs. Quarta. su. eo. §. oēs aūt actiones. Quinta. su. eo. §. actionū aūt qdam sunt. Sexta est, quod aliae sunt tpales, aliae perpetuae. Septima, q aliae sunt trãsitoriae ad hęredes, aliae nō, vt inf de perpet. & tēpo. actiū. § non omnes. Octaua est, q aliae sunt famosę, alię nō vt inf de pę. te. litι. § pe. Nona, quod alię sunt directę, alię vtiles, vt ff si qua. pau fecit. di. l. pen. Decima quod aliae directae, alię contrariae, vt sup. de obli quae ex quasi contractu. § 1. & 2. Vndecima, quod alię singulares, alię vniuersales, alię generales, vt ff. pro soc. l. pro socio arbiter. Duodecima diuisio † est, quod aliae sunt simplices, aliae duplices, vt fami. ercis. commu. di. fini. regun. & quaedam interdicta, vt inf. de interd. §. tertia diuisio. Est autem, & haec extrauagans. de qua hic dicitur.

¶ Quod ait patrem, & dñm solummodo teneri quatenus in peculio sit, declara id ita esse, si non dolo eorū imminutū, cōsumptū ve fuerit. l. summa & l. i bo. fi. in fi. ff. de pec.

b ¶ Proponemus, vt inf. in. 1. §. cum autem.

¶ Ita si de dote. [illegible] in hoc versi. non est, nisi literaliter figurãdus, cum iã dictum sit in superiorib. quę ad hunc casum ptinēt. ratio. n. dubitandi poterat esse obligatio, qua quis tenebatur, quia sicut erat potēs ad exigendum solidū in ceteris, multo magis videbatur habere debere hanc potestatē in dote per infinita priuilegia dotium. l. 1. ff. solu. mat. cuius cōtratiū dicitᵣ: visū. n. est incōueniēs, vt cōtra eum, qui fuit mariᵍ & socius diuinę, & humanę domᵍ, agatur, ita & procedatur, vt ipse egeat. Not. maritū conueniri in quantū facere potest. Itē, qđ facere posset, importat quatenus facultates patiuntur deducto ne egeat. Itē, quod dictio, id est, est dictio expositiua.]

c ¶ Maritum, vel eius haeredes. s. filios cōes, secus in extraneis hęredibus, vt ff. soluto mat. l. etiam filios mulieris, & l. maritum, & l seq.

¶ Cum quaeritur, quatenus maritus facere possit, rei iudicatae tps spectatᵣ: & quod dr̃ in marito, in socero quoq; seruãdū est, vt in id solum dānetᵣ, qđ facere possit, quia obtinet locum parentis. l. rei & seq ff solu. matri.]

d ¶ Facultates. Vt tamen ipse maritus non egeat, † vt ff. de re iud. inter eos. & ff. de reg. iu. l. in condemnatione personarum, & hoc nisi dolo fecerit maritus, quo minus possit, cautione exposita ab eodem de solido soluendo, si ad meliorem fortunam peruenerit, vt C. de rei vxo. act. §. cum autem. & ff. solut. matr. l. etiam filios. §. licet. & ff. pro socio. l. verum est. §. id quod.

[illegible] Itē nisi mulier ipsa esset pauper, ita vt ad ipsius victum tota dos esset necessaria. Item si res dotalis, vel alia acquisita ex re dotali extarent, quia nō haberet locum beneficium istius tex. vt per Doct. hic.

¶ In tantum hoc verum est, vt nec valeat pactum, quo vir renunciat huic beneficio, ut nō quatenus facere possit, sed in solidum tenea-

SYL.

Actionum diuisiones sunt xij

† Pōt sustineri, q tertia diuisio fuit in §. praeiudiciales, & isto modo diuisio. §. sequens. erit quarta. Ias.

† Dic q in isto ti. nō ponūtᵣ nisi sex diuisiones, prima in §. j. scđa in §. sed istae 3. in §. sequens. 4. in §. omnes. 5. in §. actionū, 6. hic, Ias.

SYL. & est de mēte aliorum.

† Et i hoc deducendo dēt attendi modus circa duo. primo. circa quantitatē rei consideratis facultatibus & condōne personę, vtsi possit operari, & habeat offm̃ vel artificium, sit i cōputetur, & fiat deductio istarū operarū: nobilis vero plus expēdat quã rusticus. Secūdo. circa quantitatē tpis puta annorum ipsius mariti scđm formã l. hęreditatem. in princ ff. ad l. Fal. vt p Ioan. Fab. & Ia. hic. † Rom. in l. maritū, sol. matr.

teneat.l. alia causa.§. vlt.sol. matr.q; introductum fuit propter reuerentiam, quæ maritis debetur, vt ibi dicitur,& latius in l.1.§. cum autem.C.de rei vxor.actio.

SYL. ¶ Propter retentionem. CASVS clarus est & Imper. allegationem suæ decisionis: q̃a impẽsę in rem dotalem factæ minuunt ipso iure doté.Not. quòd marito concessa est retentio dotis pp impẽsas factas in res dotales. Item, quòd dos ipso iure minuitur propter expensas necessarias. Item, quòd licet allegare librum, absq; eo q; allegetur titulus.

concurrant facultates eius, insolidum damnatur: si minus, in tantum quãtum facere potest.

¶ Propter retentionem quoque dotis repetitio minuitur: nam ob impensas [a] in res dotales factas, marito, quasi retentio cõcessa est: quia ipso iure necessarijs sumptibus dos [b] minuitur: sicut ex latioribus Digestor. libris, [c] cognoscere licet.

¶ In his quatuor casibus reus condemnatur in quãtũ facere põt. An.

¶ Sed & [d] si quis cum parente suo patronove agat: item si socius cũ socio [e] iudicio societatis agat, non plus actor consequitur, quàm adversarius eius facere potest. [f] Idẽ est, si quis ex

in res dotales factarum exceptione adiuuantur, si ab eis dos repetatur, l. rei.ff.solut.matrimon.]

** Not.ex hac glo. quod dictio, quasi, interdum est expressiua veritatis, quod est verũ, si hoc exposcat subiecta materia, vt in l.Lucius. la r. in fi. ff.de adm.tut. & l. dedi. in princ.vbi glo. ff.de cõdi.cau.da. regulariter enim denotat improprietatem. l.hoc colore, vbi Bart. ff.de inof.test. l.diuortio §.si fundum. solu. mat. Iẽ limita hũc tex.vt procedat, quando impensa respicit perpetuam rei vtilitatem, secus si tpalem quia tunc cõputaretur cũ fructibus sicut & impensa quę fit ad custodiam rei.l.3.§.1.& l.pro.& fi.vbi Bart.ff.de impen.in reb. dot.fac.Ias.hic.]

tate factę fuissent in re sua, bene repetũtur l.3.§.1.vers.sed si mutua. ff. de in rem ver.

a ¶ Impensas.† Dic, quòd impensæ aliæ necessarię sunt, vt quibus non factis res erat peritura, vel deterior futura. Aliæ vtiles, vt quibus non factis res non erat peritura, sed eis factis res est melior futura. Aliæ voluptarię, quæ tantum rem exornant, vt ff.de ver.sig. impensæ. & ff. de impen in reb. do.fac.l.1. & l. quod dicitur.1.§. vtiles.& l.voluptariæ. In primis impensis dic, q; minuant dotem ipso iure, si consistat in pecunia & specie: vt si est fundus, & pecunia in doté data, quantum in fundum impenditur, tantum, in pecunia ipso iure deberi desinit. Si vero solus fundus in dotem sit: tunc si tantum expenditur simul, vel ex diuersis vicibus, quãti est fundus, tunc ipso iure desinit esse dotalis.

¶ Ista gl. est magistra, & melior de toto iure in sua materia, sm Fab. Pla. Angel. & Ias.

SYL. ¶ Dic secundũ Ias.per text.in d.l.quod dicitur, quòd ipso iure non desinit esse dotalis, sed bene potest petere expensas, vel retinere fundum, donec sibi restituantur expensæ.

Nisi mulier infr. annum sponte marito impensas obtulerit. Si vero non tantum, nõ desinit esse dotalis, sed tamdiu totus, vel pro parte retinetur, q̃diu impensæ restituant̃, vt ff.de impen.in reb. do.fac.l.quod dicitur.& ff.de iure do.l.si is qui.§.pen. & fi.& hoc in necessarijs impensis. Si autẽ vtiles sunt, tunc per actionem.neg.gest.vel mandati, si mandato mulieris fecit, repetuntur. Voluptariæ non repetuntur, etiam si mandato mulieris factæ sunt, sed abraduntur sine læsione prioris status, vt C.de rei vxor. action.§.sed nec ob impensas & ff. de rei vend.l.in fundo. † Et secundum hanc distinctionem hunc §. intelligas. & quod dicit in litera, quasi, non denotat improprietatem, si est impensa necessaria, vt dictum est, sed si vtilis, vel voluptaria, nullo modo locum habet hic §.

Impensæ voluptarię an possint abradi.

† Et hoc ẽ spãle in vxore: si ab alio, cui9 volũ

*¶ Hæredes quoque mariti, impensarum

b ¶ Dos.in pecunia consistens.

c ¶ Libris, vt ff.de impen. in re. do. fa.per totum titu.

SYL. ¶ Sed & si quis. CASVS. Prosequitur Imper.casus, in quibus quis tãtum conuenitur in quantum facere possit,& primo in parentibus ea ratione, quia si egeret, teneret filius alere. ad tollendum igitur circuitum exigendi,& postea alendi, introductum est, vt non exigantur a liberis, nisi in quantum facere possint. secundo in patrono ea ratione, vt coerceretur ingratitudo libertorum, & quia similiter tenentur eum alere. tertio, in socijs propter ius fraternitatis, quarto, in donatore propter ingratitudinis vitium. Not. collige ex prædictis.]

SYL. d ¶ Sed & si quis. Scilicet filius, vel libertus, qui agunt venia impetrata: alias puniuntur, vt sup.eod.§.pœnales. versic. & in eum.

e ¶ Socio. Et se cõfitente socium: alias non datur ei hoc beneficium, vt ff.pro socio. si vnus.§.vlt.

ADDITIO. Quod verum intellige, si perseueret in negatione vsque ad lit.contest. & negauit in specie esse socium, alias secus: puta si ĩ genere, vt Nego narrata prout narrantur &c.secundum doct.hic.

f ¶ Potest, quod semper accipe detracto tanto, q; possit inde viuere conuentus, vt ff. de reg.iur.l.in condemnatione.

** Intellige cõmode,& honeste vt tradit ibi gl.habita rõne qualitatis psonę, vt no.Bal. i l.2.C. qd cũ eo,& aĩaduertit Dec.ĩ l.Diuus, ppe fi.ff de reg.iu. Et no.q; ĩ exigẽdo aliquẽ in quãtũ facere pt, inspicitur quãtũ pcipitur

de redditu,nō autem proprietas rerum, nec quantum ex venditione rerum redigeretur. l.qui bonis.de ceff.bon.& l.Impe.ad Trebel. vbi Bar.itē obserua,quòd hæc exceptio opponi potest etiam executioni sententiæ l.ex diuerso. §.fin. solu.matr.& l. Nesennius de re iudicat. Neguſ. de pign.4. membr.5.par. num.10.]

donatione [a] sua conueniatur. [b]

a ¶ Ex donatione. Id est quando nō potest soluere, cū donare promisit.

b ¶ Conueniatur,scilicet conditione ex lege, vt C.de donat. l.si quis argentum. §.sin autem.Et nota quòd hic solus conuenitur in quātum facere potest deducto ære alieno, vt ff.de re iud.l.inter eos.§.1.& 2.& melius.§.fin.

¶ Ratione compensationis, sæpe minuitur intentio actoris. Aret.

¶ Cōpensationes quoque oppositæ plerumque [c] efficiunt, vt minus quisque consequatur, quam ei debeatur. Nam ex bono, & æquo habita ratione eius, qđ inuicem actorem ex [d] eadem causa præstare

* ¶ Illud non prætermittendum, hoc beneficium,ne quis vltra,quam facere potest,conueniatur. personale esse, & cum persona extingui, nec hæredibus alijsve successoribus nec fideiussoribus præstari l. verū.§. videndū.ff.p soc.& l.& si fideiussor.ff.de re iud.]

¶ Cōpensationes. CASVS. Prosequitur Imper.exēpla ei⁹,qđ sup.proxime proposuit,& dicit, q quoties euenit, quòd reus,a quo petit, sit creditor actoris, compensatione proposita fit, vt minus cōsequatur actor, quàm petierit.In quo aduertas ad duo,quæ iudicio meo male possunt saluari in hoc tex.primū est, quòd hoc exemplum non cadebat inter priora & sequentia.nam ille, cui cōpensatio opponitur,effectualiter consequitur suū creditū,quia re vera compensatio est solutio.l. si debitor.ff.qui pot.in pig. ha. nec est verū dicere,quòd cōsequitur minus, q̄ ei debeat, quia re vera consequitur totū.nihil.n. interest,an soluat quis,an cōpēset, d.l. si debitor. & ideo neq. hoc exemplum cadebat in hac materia. neque verum est,quod dicit Impe. quòd minus, q̄ ei debeatur,cōsequatur, quæ no.licet sit ponere os in cœlum. Not. quòd compensatione minuitur intentio actoris.

e ¶ Plerumque.hoc dicit propter actionem depositi, & alias quasdam, in quibus non obijcitur compensatio, vt sup.eo.§.in bonæ fidei,& C.de compen.l.si.Accurs.

† Hec glo. pessime loquitur, secūdū Ias. quē videas plenⁱ⁹. nā voluit dicere text.

d ¶ Ex eadē causa,hodie ex quacunq; causa, & in quolibet contractu bonę fidei, vel stricti iuris.† vt sup.eo. §. in bonæ fidei.

e ¶ Iam dictum est. sup.eo. §.in bonæ fidei,

** Adde,quòd exceptio compensationis potest opponi etiam executioni sententiæ l.etiā C.de compensat.Alex.cons.61.vol.3. Neguſ. de pignor.4.memb.5.par.nu.10.

¶ Cum eo quoque. CASVM figura p te. No.quòd cedēs bonis in postea quęsitis habet priuilegiū, vt non conueniatur a prioribus creditoribus, nisi in quātum facere possit. Item not. inhumanum esse afflictis afflictionem addi.

ex eadem causa.1.si vterque sit debitor SYL. quantitatis.

oportet, in reliquum eum, cum quo actum est,condemnat, sicut iā [e] dictum est.

¶ Impedit bonorum cessio, ut fiat in solidum condemnatio. Ang.

¶ Cum eo quoque, qui creditoribus [f] suis bonis cessit, si postea aliquid acquisierit, quod idoneum emolumentum habeat, ex integro [g] in id,quod facere

* ¶ Conditionem debitorū bonis cedentium omnium calamitosissimā vocat Imper. in Auth.vt deter. sit nu. cle. tinpason (inquiens) athliotaτin hodon: alibi miserabile subsidium. l.vlt. C.qui bon. ced. pos. hodie tamen cautum est,ne quis cogatur bonis cedere,nouel. constit.135.quæ habetur in editione Haloandri.

† Cessio bonorum in duobus prodest.

f ¶ Creditoribus, quod fieri non potest antequam debitum agnoscat, vel in iure confiteatur,vt ff.de des.bon.l.pen.

* ¶ Adde,an valeat pactū,quòd debitor non possit cedere bonis,Bart.in l.alia.& si.ff.sol. matr. Prodest autem hæc cessio, vt non deducatur debitor in carcerem, vt C qui bon. ced.pos.l.1.& quòd in acquisitis postea conueniatur in quantū facere possit, vt subijcit.

* ¶ Fallit, nisi sub spe cessionis contraxit,vt per Dyn.in reg.peccatū.in si.li.6. aut nisi in fraudē creditorum bona alienauit. vel si qñ contraxit,sciebat,se non esse soluendo,vt ait Bar.in l.alia.§.elegāter.ff.sol.matr.& deniq; in q̄ plurimis alijs casib.deficit reg huius §. quos diligenter retulit Soc.in tract. fallent. reg.46.& seq.post Ias.hic,& in §.item si quis in fraudem nu.91.cum seq.sup. eod.

* ¶ Adde,qđ cessio bonorū debitoris nō prodest eius fideius.§.vlt. ver.sane.inf.de replic.

g ¶ Ex integro.Vr sibiipsi cōtraria lr̄a,quod ex integro, & in quantum facere pōt conueniatur,vt subijcit.Sed sic intelligit,qđ in solidum conueniat, q̄diu pōt soluere.hoc ſi est deducto semper,ne egeat,vt ff.de cessi.bo.q. bonis & ff.de reg.iur.l.in condemnatione.

ADDITIO. Vel dic, & longe facilius ex integro,id est denuo, siue iterum, vt sit vna dictio: & ita exponunt doct.periti. Et hic.s. quod qui cessit bonis, pōt iterum conueniri si perueniat ad pinguiorē fortunam;verum

est

est, nisi pro ea iā sustinuisset pœnas corporales, vel cessionem fecisset cum nudo super lapidem: de hoc glo. no. in c. sicut dignū. extra de homi. & in c. peccatū. de reg. iur. in 6. a ¶ Inhumanum enim. Bene dico, quod in quantum facere potest dedu- cto &c. conueniatur, inhumanum, &c.

*Hæc glos. non hī in vetust. & exempla. Cōtinuatio.*

¶ Quod cum eo, &c.

*† aliās, qđ cū eo con tractū est q in aliena est potestate.*

Qualiter conueniatur ex cō tractibus, vel furtis nobiscū habitis, dictū est, nunc qualiter conueniamur ex habitis cum ijs, quos in potestate habemus.

*SYL.* * Adde, quòd est falsa continuatio. Imperat. enim continuat seipsum, & reddit rationem, quare de his actionibus modo proponat. dicendo, quòd quia supra habita est mētio de actione, quæ datur in peculio, op[9] est modo dicere de his actionibus, &c.]

*†alias sūt.*

potest, creditores experiuntur. Inhumanum[a] enim erat, spoliatum fortunis suis in solidum damnari.

¶† Quod cū eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicitur.

¶ Cognito contractu seruorum ad obligandum dominum, erit eo dum dominum, erit co gnitum quid de contractu filij ad obligandum patrem.

Quia† tamē superius[b] mentionē habuimus de actione, qua in peculium filiorū familias, seruorūque agitur, opus est, vt de hac actione, & de ceteris, quæ eorundem nomine in parentes, dominosve dari solent, diligentius[c] admoneamus. Et quia fi- ue cum seruis negotium gestum sit, siue cum ijs, qui in potestate parentum sunt, fere[d] eadem iura seruantur: ne verbosa fiat disputatio, dirigamus sermonem in personam serui dominiq; idem[e] intellecturi de liberis quoque, & parentibus, quorum in ptāte sunt. Nā si quid in his[f] proprie seruetur, separatim ostendemus.

nō est conueniens quod paucis exprimi potest, multis exprimere. Item, quòd cognito vno de similibus cognoscitur aliud. Item, quod dictio, ferè, est dictio diminutiua: itē, quod quādo duo casus sunt l. antiqua æquiparati, correctio, vel dispositio facta in vno extēditur ad alium, quod declara, si æqui paratio est facta in illo casu, vt per Iaso. in l. si constan te, in 5. col. ff. so lu. mat. de quo videnda sunt q̄ ponit Decius in c. translato, in 1. & 2. lect. de constitut.

b ¶ Superius. vt sup. titu. primo. §. actiones autē. & §. sunt præterea.

*SYL.*

c ¶ Diligērius. q̄ supr. dictum sit. Vel dic diligentius. i. dili genter.

d ¶ Ferè. hoc dicit ꝓpter Macedonianū qđ habet locū in filijs, non in seruis. vt infra eodem. §. quæ diximus. & propter alios casus, quos ibi dicemus.

e ¶ Idem intellecturi. Nam similium eadē est disciplina, vt hic, & ff. de in rem ver. l. 3. §. proinde, & §. quoties.

*Similium eadem est disciplina.*

¶ Dic tamen, q̄ similitudo in vno non arguit similitudinē in alio, vt per Aret. in l. ex facto. in 6. nota. ff de vulg. & pupil.

*SYL.*

f ¶ In his. s. parente & filio.

g ¶ Ostendemus. Vt inf. eo. §. quæ diximus.

*SYL.*

*Diuisio.*

* ¶ Naturam omnium actionum de quib[9] hoc titulo tractatur, & qn locum habeat, breuiter & dilucide explicat Aceur. sup. titu. 1. §. actiones autem. In verbo, ipso iure.

Quia tamen. ¶ Totus iste tit. diuiditur in sex partes. Primo ponit cōtinuationem rubr. Secundo, q̄ filius & seruus æquiparantur: ideo dictū in vno pōt intelligi dictū in alio. Tertio prosequitur de cōtractib. seruorū; qualiter & in quātū eorū dñs teneatur. Quarto illud extendit ad filios. Quinto ponit vnum in filio, quod nō habet locum in seruo. Sexto redit ad contractum serui. Secunda, ibi, Et quia. Tertia ibi, Si igit. Quarta ibi, Quia diximus. Quinta ibi, Illud proprie. Sexta, illud in summa.

*SYL.*

f ¶ Iniuriarum actione. Nam hęc nō datur hæredi, nisi lis contesteur: hoc ideo quia nō est in bonis nostris ante lit, contesta. vt ff. de iniur. l. iniuriarum. 3. & l. iniuriarum. 1. in prin. Et est alia ratio: quia nihil mihi de patrimonio abest, nec reo adest, vt ff. de col. at. bo. cum emancipati. §. emancipatus.

SYL. ¶ Ratio est, secundum glos. & Bart. ibi quia nō habetur respectus ad ipsam rem, vel pecuniam. sed ad ipsam contumeliam.]

Iniuriarū actio aliquas hēt similes cōuenientes.

¶ Sunt & aliæ similes ei, vt subijcit, in quibus nec actori aliquid de patrimonio abest, nec reo ali quod adest: vñ idem iuris est, quod & in ista: vt est actio in factū, quę dat̃ cōtra libertū vocātē patronū in ius sine venia i quinquaginta aureos, vel filiū vocātē patrē, vt inf. de pœna teme. lit. §. fi. & ff. de in ius voc. l. pe. itē in popularibus actionib. vt si qs habeat positū vel suspēsū, vt ff. de ijs qui deie. vel effu. l. si vero. §. q aūt.

SYL. ¶ Intellige nisi lis fuerit contestata: quia tūc dicitur sibi appropriasse: l. licet, in prin. ff. de procur. vt per Ang. hic.]

¶ Quidam dicunt, quòd idem de actione in factum de calumniatorib. vt ff. de cal. l. hæc actio. Sed certe ibi alia est ratione; quia habet condictionem ob turpem causam vt ibi dr. itē quia abest ibi aliquod actori, & ad est aliquod reo. vñ nō est similis supradictis.

SYL. ¶ Dic tu secundum Ang. hic, quòd hæc ratio nihil est, & distingue vt per eum hic.]

g ¶ Inueniatur. Hic continuatur ille §. pœnales, qui est. inf.

h ¶ Etiam ex contractu. Non solum ex delicto. Accur.

i ¶ Actio s. ex dolo nata pp dolum habitum in contrahendo. Nā si dedit dolus cām contractui, non agitur actione ex eo contractu, cum nullus sit, sed de dolo vt hic, & ff. de dol. & eleganter. in princ. Si. n. esset incidens, ageretur actione ex eo cōtractu, vt purgaretur dolus. vt ff. de actio. empti. l. Iulianus. §. si venditor. & daretur in hęredes, vt ff. actio & obligatio, l. ex contractibus. Vel pone casum quòd dolus fuit incidens, vel superueniens: & remanet contractus, & non agitur contra hæredem, nisi peruenerit aliquid ad eum, vt in actione depositi, quæ datur in duplum contra eum, qui dolum commisit in deposito causa tumultus, vel incendij, vel ruinæ, vel naufragij, sed in hæredem non datur in duplum ex dolo defuncti, licet in simplum detur, vt ff. depositi. l. 1 §. 1. item qualis est actio in factum, quæ datur contra agrimensorem, non autem aduersus hęredem, vt ff. si mensor fal. mod. dix. l. 3. §. pen. Item in actione ex stipulatu iudicio sisti,

Dolus aliquādo dat cām contractui, aliqñ incidit in contractum: Actio depositi datur in duplum in quatuor casib. non tñ in hæredem.

† l. Pęnalia de reg. iu.

sisti, in eo, qui erat conuentus iniuriarum, vt ff. si quis cau. si eum, §. qui iniuriarũ. Itẽ in actione tributoria, vt ff. de tribu. illud. §. fin. & de his casibus loquitur hic, § cum dicit, ex contractu in hęredem non dati quandoque: alias autem ex contractu agitur contra hæredem etiam de dolo defuncti regulariter, vt ff. de action. & obligat. l. ex contractibus, & l. ex deposti, quæ sunt huic contrariæ: & hanc specialitatem, si velis tenere primam opin. denotat hæc litera, cum dicit aliquando tamen &c.

Actiones, ex contractu descẽdẽtes quõ dantur in hęredes.

† pænalia de reg. iu.

testator dolose [a] versatus sit, & ad hæredem [b] eius nihil ex eo dolo peruenit. Pœnales autem actiones, quas supra diximus, [c] si ab ipsis principibus personis fuerint † contestatæ, [d] & hæredibus dantur, [e] & contra hæredes transeunt. [f]

¶ Condemnandus debet absolui ab obseruatione iudicij, si ante sententiam soluerit, quod debet. Aretinus.

¶ Superest, [g] vt admoneamus, quòd si ante rem iudicatam is, cum quo actum est, satisfaciat actori, officio iudicis conuenit eum absoluere: [h] licet in ea causa fuisset † iudicij

a ¶ Dolose. Dolo dante causam contractui. Vel dic incidenti vel superuenienti, vt modo diximus. Accur. flor.

b ¶ Ad hæredem. Sed si superuenisset, actio in factum perpetuo contra heredem & contra defunctum daretur, vt ff. de dolo. l. itaque. Sed de dolo olim infra annum vtilem, hodie infra biennium continuum datur, vt C. de dolo. l. fi.

c ¶ Diximus, vt sup. eod. §. non autem omnes Accursius.

d ¶ Contestatæ. Immo ut dentur heredi, sola præparatio sufficit, vt ff. de inoffi. testam. posthumus, §. fi. Ioã. Vel sine præparatione datur querela hæredi hodie.

SYL. ¶ Hæc gl. reprobatur secundum Angel. hic, quia illud est speciale in querela, nõ in alijs actionibus.

e ¶ Dantur. Nisi in duobus casibus. Primus, cum agitur ad operas contra libertum, & moritur patronus extraneo hærede relicto, ad quem non transeunt operæ, etiam lite contesta. vt ff. de ope. liber. l. operarum iudicio. Secundus in patre repetente dotem filiæ q̃ à viro diuerterat, si decedat pater extraneo hærede relicto, etiam lite contestata, vt C. de rei vxo act. l. vnica. §. videamus.

Operæ liberto impositæ nõ transeunt ad hæredẽ extraneum.

ADDITIO Nam eo ipso quod pater moritur, vel aliter filia efficitur sui iuris, statim actio consolidatur in filiam, vt dict. §. videamus, licet pater fuerit lit. contest. & sic propter hoc non facit transitum in suum hæredem. & sic est speciale in dote: quia est proprium patrimonium filiæ. vt l. 3. §. sed vtrũ in fi . de min. facit. l. Pomponius Philadelphus. ff. fam. ercis. Ang.

f ¶ Transeunt. Nisi in duobus casibus. Primus, in actione de dolo C. de dolo. l. fi. Secũdus, in retractione alicuius in seruitutem vel libertinitatem, qui per collusionem pronunciatus fuerat ingenuus, vt ff. ne de stat. defun. l. 1. §. sed interdum.

¶ Superest. CASVS planus est, videlicet, q̃ debitor conuentus, qui litem est cõtestatus, si ante sententiam definitiuã soluat quod debet, est absoluendus: ratio dubitationis est, quia videbatur, q̃ iudicio accepto non esset in potestate alterius ex litigatoribus recedere a iudicio, quia in ipsa contestatione celebratur quidam tacitus quasi contractus, vt sup. dixi, à quo per alteram, ex partibus non videtur, quod in præiudicium alterius possit recedi. l. sicut C. de actio. & obligat. cuius contrarium deciditur, & ratio decisionis est, quia soluendo, qđ debetur, & quod petitur, extinguitur actio, qua agebatur, supra quib. modis tol. obl. in princip. ideo non mirũ si hoc pariat absolutionem ab obseruatione illius iudicij, vt infra dicitur. No. quod omnia iudicia sunt absolutoria. Item quomodo intelligantur ista verba, & quæ sit ratio, quare omnia iudicia sint absolutoria. Item, quod licet quandocũque ante rem iudicatam soluere quod petit. Item intellige, quod debent solui expensę legitimæ, vt nota. doc. in l. postquam lit. C. de pact. & tradit Dec. in c. interposita. §. ille denique. in 1. no. de appella. Itẽ, quòd soluens quod petitur, potest petere se absolui: sed hoc est ex abundanti. nam talis sententia nõ est necessaria, secũdũ Bal. ĩ c. dudũ, col. 7. de ele. No. q̃ soluens nõ cogitur subire iudicium.]

† l. litis cõtestationis l. is qui destinauit. de rei vẽd.

g ¶ Superest. Hæc de vita & transitu actionum, secũdum quod in rubrica promisit dicta sunt: nunc de iudicis officio dicit, quod cũ exponere debeat, iam pauca, vt modicũ respiret, deliberat: nã conceptũ sermonẽ q̃s retinere potest, qa igitur iam cõcepit in aĩo tractare de officio iudicis, quomodo poterit tacere, quin dicat aliquid hic. Accur. flor.

h ¶ Absoluere. s. ab obseruatione iudicij. nã principalis causa est sublata solutione, vt sup. qui mo. tol. oblig. in princ. Accur.

** Adde, huiusmodi sententiam esse interlocutoriam. Bart. in l. Titia. de accus.

* ¶ Quod dicitur omnia iudicia absolutoria esse, prouerbialiter vsurpari posse Alciatus ait, cum. s. significare volumus pænitenti parcendum esse, etiam si res non sit omnino integra.]

¶ De exceptionibus.

Cōtinuatio.

¶ Quia exceptio tenet vicem actionis, vt ff. de excep.l.1. ideo post actiones ponit de exce. Vel quia de armis actorũ vidimus, & de reorum armis videndum est, ideo dicit vt sequitur. Accu.

* ¶ Exceptio .n. est actionis exclusio l.2. ff. de except. quæ mõ eximit reũ damnatione . modo minuit damnatione l. antepenult.eo. tit. Ianorem ta men significa tionem habet verborum defensio, vt tradit.& declarat hic Ang. nu.3.

† Vide Alcia.lib.7. Pare.c.12.

Continuat dicta dicēdis.

Sequitur vt. ¶ Tot⁹ iste titul.diuiditur in quinq. partes pricipales. Primo continuat ad præcedentia rubricā.Secundo ponit cām,quare fuerunt exceptiones inuentæ. Tertio id demonstrat p exempla tam in actionibus realibus quā personalibus. Quarto ponit dupl cem, vel potius triplicem diuisionem exceptionum.Quinto id exemplificat.Secūda ibi, Cōparatę autem sunt.Tertia ibi,Verbi gratia. Quarta ibi,in §.Appellantur, vel potius in §.alioquin quam ex multis.Quinta ibi, perpetuæ & peremptoriæ.

Diuisio.

¶ Sequitur. CASVS positio in hoc principio non est necessaria: in eo enim originē ac causam adinuentarum exceptionum exponit, dicendo quod causa defendēdorum reorum,qui conueniebantur, fuerunt adinuentæ, quia quamuis actio mero iure competeret alicui,attamen is qui conueniebatur, si ea procederet indebite vexaretur:& declarat per exempla. Not.modum continuādi hunc tit.ad precedentes. Item quod exceptiones sunt arma reorū.Item,quod fuerunt inuentę ad defendendum, nō ad offendendū . Item, quod actio aliqñ mero iure valet,tñ est iniqua respectu eius,qui conuenitur. Itē, quod licet ille,qui dolo,metu,vel errore ductus aliquid promisit , mero iure teneatur, habet tamen exceptionem a Prætore . Item, quod exceptio fundatur præcipue in æquitate: & ad rationem huius text. vide omnino Fortu.Hispan.in l.iuris gentium,§. prætor ait.in 1 1.colum.ver sic.4.ff.de pact.& singu.declarationem ad hic text.vt per eundem in l.si vnus,§.pactus, ff.de pac. column. 10. in fi. Quomodo autem fuerit inuenta exceptio, & plura de ea vide per Hiero. Verrū in repetitione rubric. ff. de verbo. obliga. in 22.col.]

accipiendi tempore, vt damnari deberet : & hoc est, quod vulgo antea dicebatur , omnia iudicia absolutoria esse.†

## ¶ De exceptionibus.

¶ Exceptiones sunt arma reorum: & æquitate nituntur ad excludendum actiones, quæ competunt actori ipso iure : quales sunt metus,doli, & in factū exceptiones. Accu.

Sequitur, vt de exceptionibus dispiciamus.

¶ Comparatę [a] autem sunt exceptiones defendendorũ eorum [b] gratia, cum quibus agitur. Sæpe enim accidit, vt liceat ipsa persecutio, qua actor experitur , iusta sit: [c] tamen iniqua sit aduersus eũ, cum quo agitur. Verbi gratia, si metu coactus , aut dolo inductus, [d] aut errorē † lapsus, stipulanti Titio promisisti [e] quod non debueras promittere, palam est iure ciuili te obligatum [f] esse: & actio, qua intenditur dare te oportere, efficax est , [g] sed iniquum est te condemnari: ideoque datur tibi exceptio. Quod metus [h] causa, aut doli [i]

a ¶ Comparatæ. Alias, inuentæ.

b ¶ Eorum.i. reorum nam ipsi sunt cum quibus agitur, vt ff. de iureiuran. l. 3. in prin. & in §. cum.

† l.Iullan, de dol. excep.

c ¶ Iusta sit. Prima facie.

d ¶ Dolo inductus.Hoc est in † stricti iuris iudicijs: in bonæ fidei autē iudicijs ipso iure non tenet contractus ff.de do.& eleganter.in principio.

† l.dolo. C.de inur. stip. & l.si quis cū aliter . ff.de verb.obl.

ADDITIO.

Hoc verum in edit dolo:sed in sui pręiudicium tenet contractus:& ex eo potest conueniri: nisi lex resistat actui : quia tunc ex neutra parte datur actio, vt est gl.in l.a Diuo Pio.ff.de re iud. & Bal.in l.1.C.plus vale.quod agi.

e ¶ Promisisti, id est credens te debere, cū non deberes, vt hic,& ff.de except. doli.l.2. §.circa.†

† Sed sm Ange. ille tex.non facit ad propositū qa loquitur qñ stipula tio sit sine causa: hic vero sec⁹.

f ¶ Obligatum esse.s.inspecto iuris rigore: sed de æquitate obligatus nō es,vt ff. de lib. causa.l.vel obligatus est,§ obligatum.& ff. de verb.sign.l.creditor. quæ sunt contra.

g ¶ Efficax est.s.in sui substantia. Nam ciuiliter & naturaliter est obligatus & pure , sed non est efficax quantum ad opem exactionis.Vel dic efficax ex inspecto genere , nam prima facie condemnandus videtur, sed inspecta qualitate , quia fit dolo facta vel metu,vel simili causa impediatur,est inefficax: & ita expone in seq.casibus.

h ¶ Metus cā. Hoc qñ metu fuit cōpulsus.

i ¶ Doli.hoc qñ inductus fuit per dolum.

* ¶ Differunt enim doli mali, & metus exceptio-

ceptiones, vt eleganter docet Vlpian. l. apud. §. metus. ff. de doli mali. & me. excep.]

a ¶ In factum. Redde singula singulis propositis causis secundum Ioã. Sed nonne hoc tertio casu. s. qñ per errorem promisi, datur doli exceptio? Certe sic, vt ff. de dol. except. l. 2. §. circa, quare dic, quod hæc actio in factum est proponẽda in subsidium doli exceptionis. s. cõtra patronum & parentem, contra quos, turpes exceptiones non proponuntur, vi. ff. de except. dol. apud Celsum, §. aduersus, & ita hic accipitur. Acc.

Exceptiones turpes non opponũt in pronos & parentes.

¶ Idem iuris. CASVS facilis est in positione tam clari exempli. Si quis enim sub spe futuræ numerationis promiserit per stipulationẽ centum, quæ postea non fuerunt numerata, clarum est, quòd ex stipulatione tenetur: sed æquitas illa, propter quam sũt exceptiones introductæ, prodidit exceptionem non numeratæ pecuniæ, quæ tamen non simpliciter habet locum, inf. tempora, de quibus in l. fin. C. de non num. pecun. de quo late fuit dictum sup. de lite. obl. in princip. ideo non expedit nunc insistere.

† Noue & subtiliter interpretatur hũc SYL. §. For. in l. si vnus, §. pactus, col. 21. ff. de pact.

† i. quasi credıtam mutuatã & numeratam.

b ¶ Scriptum est. Supra de lite. oblig.

c ¶ Constitutione. Vt C. de non num. pec. l. in contractibus.

ta possit agere; quia tamen iniquũ est fidem fallere, adinuenta est exceptio pacti de non petendo, qua opposita cautum est debitori, vt non molestetur, & elidatur sua illa intentio. Nota, quod simplici pacto obligationes non oĩno, vel omnimodo, id est, non oẽs dissoluunt, quia vna tantum, naturalis. s. dissoluitur. Cetera clara sunt.]

mali, aut in [a] factum, cõposita ad impugnandam actionem.

¶ Exceptio non numeratæ pecuniæ debitori competit, qui confessus fuit se pecuniam recepisse, quã non receperat, & ipsam per stipulationem restituere promiserat & in æquitate fundatur. Ang.

¶ Idẽ iuris est, † si quis † quasi credendi causa pecuniam a te stipulatus fuerit, neque numerauerit: nam eam pecuniam a te petere posse eum, certũ est. dare. n. te oportet, cum ex stipulatione tenearis. Sed quia iniquũ est, eo nomine te condemnari, placet exceptione pecuniæ non numeratæ te defendi debere. Cuius tempora nos (secũdum quod iam superioribus libris scriptum est [b]) constitutione [c] nostra coarctauimus.

¶ Exceptio pacti de nõ petendo actionem non tollit sed eã elidit, quæ exceptio nititur æquitate. Ang.

¶ Præterea debitor, si pactus fuerit cum creditore, ne a se pecunia peteretur, [d] nihilominus obligatus manet: quia pacto conuento obligationes nõ omnino [e] dissoluuntur: qua de cã efficax est aduersus eum actio, quam actor intendit, Si apparet [f] eum dare oportere. Sed quia iniquum est contra pactionem

d ¶ Peteretur. Not. q̃ pactũ de non petendo tria operatur. Nam tollit naturalem ipso iure, vt ff. de solu. Stichum. §. naturalis. Item elidit ciuilem, vt in hoc, §. Item obligat naturaliter paciscentem non petere. Nam & alias quis est obligatus naturaliter aliquid non facere: vt non facere furtum, vt sup. de oblig. quæ ex delict. nasc. §. 1.

SYL.

e ¶ Non omnino. Quia nõ ciuilis, sed naturalis tantũ, vt ff. de solut. Stichum, §. naturalis. In casibus tamen etiam ipso iure vtramque tollit pactum, vt in maleficijs factis, si quis paciscatur ne agatur. † Itẽ in pignore remisso per pactum, vt ff. de pact. l. si ubi, §. quædam actiones, & §. de pignore.

† Not. q̃ qui remittit actiones ex maleficio non videtur remittere damnũ, vel interesse, vt per Dyn. Bartol. & Ang. in §. q̃dã in gl. alleg. vbi etiã vide an per remissionẽ iniuriatũ factam in foro pœnitentiali tollantur istæ actiones ex maleficijs.

¶ Adde, quod ratio est, quia in maleficijs agimus de odio, & ideo lex pertulit vt facilius tollerentur: vel quia in maleficijs non est verus consensus, quæ sunt rationes allegatæ per Doct. sed ego alias dicebam, q̃ rõ erat, quia in maleficijs oriebatur tantũ obligatio naturalis procedens ab illo tacito cõsensu: quæ tñ nescio quomodo recipiebatur a l. non per viam obligationis, sed nudi facti: vnde nimirum si ex simplici & solo pacto & sic ex contrario naturæ vinculo tollebatur.

f ¶ Si apparet oratio posita loco actionis secundum P. Sed secundum Ioann. contra, vt diximus, sup. de actio. §. sic itaque.

SYL. ¶ Præterea. CASVS clarus est, quia procedit dando aliud exemplum in pacto de non petendo, vt scilicet ille, qui erat creditor, puta ex stipulatione, & sic ille, cui aliquis tenebatur obligatione naturali & ciuili, si per pactum simplex promisit non petere, certum est, quod obligatio ciuilis non dissoluitur: quia cũ in pacto nõ sit nisi vinculũ naturale, non põt tollere nisi naturalẽ obligationem. l. nihil tã naturale, ff. de reg. iur. quo fit, vt creditor cui⁹ actio nõ ẽ subla

¶ Aeque

eum condemnari, defenditur per exceptionem pacti conuenti. †

¶ Exceptio iurisiurandi actionem non tollit, sed eam elidit, quæ etiam nititur æquitate: & contra realem actionem exceptio iurisiurandi opponi potest, quæ repellit agentem in rem. Aret.

¶ Aeque, si debitor creditore deferente iurauerit nihil se dare oportere, adhuc obligatus permanet: sed quia iniquum [a] est de periurio † quæri, defenditur per exceptioné iurisiurãdi. In iis quoque actionibus, quibus in rem agitur, æque necessariæ sunt exceptiones: veluti si petitore deferente possessor iurauerit, eã rem suam [b] esse, & nihilominus petitor eãdem rem védicet, licet enim verũ sit, quod intendit. i. rem eius esse, iniquum tamen est possessorem condemnari.

¶ Absolutoria lata in personali siue reali eãdem actionem nõ perimit, sed exceptionem rei iudicatæ parit conuento. Ang.

¶ Item si in iudicio tecum actũ fuerit, [c] siue in ré, siue in personam, nihilominus obligatio durat. [d] & ideo ipso iure de eadé re postea aduersus te agi potest: sed debes per exceptionem rei iudicatæ adiuuari,

¶ Aeque si debitor. CASVS planus est in alio exemplo iurisiurandi. Si quis enim agendo detulerit iuramẽtum reo, & reus negauerit se aliquid debere, tunc si iterum actor agat, summouebitur exceptione iuramenti, quia æquitas suggerit, vt de periurio non quæratur, vt dicitur in text. qui enim ita consentit, rem decidit vt per aduersariũ eius iuratum fuit: vtique non dẽt posse vlterius quæri. Notabilia collige vt p Angel. hic. s. q iurm debet deferri a creditore. item, quod iurans remanet obligatus, & opus est exceptione. item, quòd hæc exceptio, vt aliæ, prouenit ex æquitate.]

a ¶ Iniquum est. Hoc no. sic ff. de in lit. iu. l. fin. & ff. de iureiur. nam postea. §. iureiur. dato. & ff. de dolo. nam sufficit. hoc tamẽ fallit, quoties est cõtra legem iuratum quia non seruatur sacrm, vt in auth. sce. nõ solũ. §. 1. col. v. quæ est. C de nup. auth. quod eis. & ff. de iur. pat. l. adigere. & C. de legi. & consti. non dubiũ, in fi. itẽ qñ veritas alias per testimoniũ põt inueniri, vt C. de reb. cre. l. fi. itẽ qñ defertur sacramẽtũ à iudice, vt ff. de iureiur. l. admonendi. alias autem obtinet, quod hic dicitur.

* ¶ Intellige hunc §. vt loquitur. s. creditore deferente vel etiam eius procuratore in tribus casib. traditis i l. iusiurãdũ q. §. vlt. ff. de iureiur. alioqn si neutro deferẽte iurauerit, exceptio ei non datur. l. 3. ff. de iureiur.]

b ¶ Rem suam esse. Distinguitur tñ, vtrum iuret suam ré esse, vel petitoris non esse: quia si iuret suã esse, datur sibi actio & exceptio: sed si iuret petitoris nõ esse, nascitur sibi exceptio contra petitorem tantum, vt ff. de iureiur. sed & si possessori. 1. & 2. respon.

* ¶ Generaliter sciendum est, quacunque actione quis cõueniatur, si iurauerit, ei proficere exceptionem iurisiurandi, l. 3. §. quacũque, ff. eod. tit.]

¶ amplius si solum p ignorãtiã, põt repetere l. creditori. ver fl. fi. C. de pac.

† Facit supra de ac. §. rẽ si quis postulante.

Iurm contra leges nõ est seruandum.

Iuro rem meã esse, & iuro tuã non eẽ differunt.

¶ Item si. CASVS clarus est: & rõ dubitandi & decidendi assignatur in gloss. in versic. obligatio durat. Nota quod sententia, & res iudicata non tollunt actionem, & obligationem, quia cum sit ciuile tantum vinculum, non põt remouere nisi ciuilé obligationem, vt declarat gl. Item quòd nõ opposita exceptione rei iudicatæ iudiciũ procederet. Item quòd conuentus reali potest certo modo dici obligatus.]

c ¶ Actũ fuerit. Subaudi & fueris absolutus, sicut hic innuit.

* ¶ Limita hunc tex. secũdum Ias. in l. si vnus. §. pactus num. 17. ff. de pactis, nisi pactũ de non petendo præcessisset sñiam, quia hoc casu actio ipso iure sublata intelligitur.]

d ¶ Obligatio durat. s. si primo erat obligatus. vnde si soluat non repetit, cum debitum soluat, vt ff. de cond indeb. Iulianus, & l. iudex. Et caue tibi, quia p iusiurandum, & per pactũ, naturalis tollitur obligatio, & remanet ciuilis, vt ff. de iureiur. l. fi. in princ. & ff. de sol. l. Stichum, aut Pamphilum. §. naturalis. Sed per sententiam tollitur ciuilis, & remanet naturalis, † vt ff. de condi. indeb. l. Iulianus. Sed cum actionem inducat res iudicata, vbi nulla omnino erat, vt C. de re. cred. l. actori, quare non tollit, vbi est? Respond. res iudicata de iure ciuili est, & ideo tollit & inducit ea, quæ sunt de iure ciuili, & ita obligationem ciuilem tollit, & actionem, quæ est de iure ciuili, inducit, vt ff. de orig. iur. l. 2. §. deinde ex his. Ea autem, quæ sunt iuris naturalis, non tollit, vt obligationem naturalem, vt arg. sup. de le. ag. tu. §. fin.

* ¶ Breuiter meminisse oportet, ita demum exceptionem rei iudicatæ competere, si quęstio de eadem re, de qua tam lata est sententia, inter easdé personas, & ex eadé cã agédi reuocatur, l. 3. 4. & 5. ff. de excep. rei iud.]

SYL.

Obligatio naturalis tollit per pactũ, & iurm, & ciuilis per sententiã.

† gl. supra de oblig. ver. necessitate.

Sñia est de iure ciuili.

¶ Exceptiones, quarũ vſus eſt valde neceſſarius ſunt duplices: quia quædam ſunt ciuiles, & quædam prætoriæ. Angelus.

¶ Hæc exempli cauſa retuliſſe ſufficiat. Alioquin † quam ex multis varijſque cauſis exceptiones neceſſarię ſint, ex latioribus digeſtorũ ſeu Pandectarũ libris intelligi poteſt. Quarum quædam ex legibus,[a] vel ex ijs, quæ legis vicem obtinent, [b] vel ex ipſius Prætoris [c] iuriſdictione ſubſtantiam capiunt.

¶ Quædam exceptiones ſunt perpetuæ, & quædam temporales. Item quędam exceptiones ſunt peremptoriæ, vt doli, metus, pacti, & ſimiles: quædam dilatoriæ, ideo ſic vocatæ, quia negotium differre dicuntur: quæ olim actorem temere litigãtem faciebant cadere à cauſa. Aret.

¶ Appellantur autem exceptiones aliæ perpetuæ & perẽptoriæ, alię tẽporales, & dilatoriæ.

¶ Perpetuæ & peremptoriæ ſunt, quæ ſemper [d] agẽtibus obſtãt, & ſemper rem, de qua agitur, perimunt, qualis eſt exceptio doli mali, & quod metus cauſa factũ eſt, & pacti conuenti, cum ita conuenerit, ne omnino pecunia peteretur. Temporales atque dilatoriæ ſunt, quæ ad tempus nocẽt,

¶ Hec exempli cauſa. CASVS In multis & varijs exemplis iam vidiſtis naturam exceptionum: & hæc exempli cauſa ſufficiant: alioquin ſi plene velis videre naturam omnium exceptionum, poteris videre ex latioribus Digeſtorum, ſeu Pandectarum lib.

a ¶ Ex legib. Vt ne quis conueniatur niſi coram ſuo iudice, vt Cod. de excep. l. fin.

b ¶ Legis vicem obtinet, Vt ſenatuſconſultis, vt ſupra titu. I. in princ. ſicut eſt exceptio Macedoniani, & Velleiani, vt ff. ad Macedonia. & Velleia. per totum titulum.

c ¶ Prætoris iuriſdictione. Vt de dolo malo, & metus cauſa, vt ff. de except. dol. per totum. Item pacti, vt ff. de pact. iuris gentium, § prætor ait.

¶ Appellantur. Diuiditur principaliter in tres partes. Primò ponit duplicẽ diſtinctionem exceptionum, quia quædam ſunt perpetuæ, & quædam temporales. Item quædam ſunt peremptoriæ, & quædam dilatoriæ. Secundo ponit exempla cuiuslibet. Tertio ponit quam pœnã olim patiebatur, & quam hodie patitur qui pendente dilatione legali, vel lata ab homine ante dilationẽ finitam egerit. Secunda ibi, Perpetuæ & perẽptoriæ. Tertia ibi, Alioquin. Aret.

¶ Appellantur exceptiones. Caſus per ſe clarus eſt, & exempla manifeſtiſſima & cum ſimus in declaratione terminorum, non expedit vlterius inſtare. Notandum eſt, quòd aliæ exceptiones perpetuæ & peremptoriæ ſunt, aliæ temporales & dilatoriæ. Item quæ ſint perpetuæ & perẽptoriæ: & quæ ſint tp[or]ales & dilatoriæ. Itẽ quæ eſſet pœna olim plus tpe petentium, & quæ ſit hodie, & ſatisfuit ſup. dictum in tit. de actio. §. plus autem.]

* ¶ Breuiorem & clariorem diffinitionem exceptionũ perpetuarũ, atque peremptoriarum, & temporalium atque dilatoriarũ vide apud Caium. l. 3. ff. eo.

d ¶ Semper. Id eſt, ſine præfinitione temporis, vt ff. de doli exception. l. pure. §. fin. ita tamen ſi ante ſententiam opponantur, vt C. ſententiam reſcin. non poſſ. l. perẽptorias. Niſi in ſeptem caſibus, in quibus etiam opponi poſſunt poſt ſententiã: vt ratione ætatis, vt C. eodẽ. l. perẽptorias, & ff. de minor. l. minor. 25. annis omiſſam. Item miles, vt Cod. de iur. & fac. ignor. l. 1. Item in Macedoniano, & Velleiano, vt ff. ad Macedo. l. tametſi. Item in donatore, qui opponit vt conueniatur in quãtum facere poteſt ſententiam, vt ff. de re iud. l. Neſennius, §. fin. Item exceptio falſi procuratoris, vt Co. de procur. l. licet. Secus ſi ratione perſonę procuratoris opponatur exceptio, vt quia ſit miles, vel mulier: quia talis exceptio eſt dilatoria, vt infra eodem, §. præterea. item vbicunque diceretur nullum fuiſſe iudicium, vt quia ſit venalis ſententia, vel falſis teſtibus, vel inſtrumentis iudicata, vt C. quando non eſt neceſſe prol. venales, vel cum iudex ſit non ſuus, vt C. ſi à non compe. iudi. per totum. † Item ſi inique ſub iudice compulſus eſt eo tempore, quo compelli non debuit, vt ff. de fer. l. 1. Sed dilatoria proponitur ante litem conteſtatam: ſed probatur poſtquam actor monſtrauerit quod † aſſeruat, vt C. de probationi l. exceptionẽ, & C. eo. l. ſi quidẽ. Secus in exceptione fori, quia ante litẽ conteſtatam opponi, & probari debet ſecundum quoſdam, vt ff. eod l. penul. Sed quid de exceptione non numeratæ pecuniæ numquid eſt perpetua, vel temporalis? Reſpon. quidam anomalã eam eſſe. Nos dicimus, quod eſt temporalis, bienij. ſ. vel 30. dierũ, vt ſup. de lite. obl. 9. fi. & C.

† aliàs ex q̃ multis.

Diuiſio.

Exẽptiones peremptoriæ in 7. caſibus poſt ſnĩã opponi poſſunt.

† Hoc verũ intellige. qñ poſt ſniam opponitur tale, ex quo apparet dictum iudicẽ non habuiſſe iuriſdictionẽ ſaltẽ in cã de qua iudicauit nec fuit facta prorogatio tacite, vel expreſſe: vt latè per Angel.

† alias aſſeruerat.

& C. de non numer. pecun. l. in contractib. §. 1. & §. super ceteris. Sed in hoc potest dici anomala, quod cum alias probat qui excipit, hic tñ non probat, vt C. de non numer. pecu. l. si ex cautione. Item quare in exceptione non numeratæ dotis: & eodem modo solue, vt C. de dot. cau. nõ nume. l. fin. & auth. ibi posita. Item quid de ea, quæ opponitur, vt q̃s conueniat in quantum facere potest? Respõd. eam temporalem: quia presumo. q̃ aliqua acquiret: & sic postea poterit soluere, vt C. arbitr. l. si defunctus, nam non repetitur quòd soluitur, licet facere nõ possit commode, vt ff de condict. ind. l. nam & maritus, quòd fieret, si esset perpetua, eum sit fauorabilis, vt ff. de condi. in d. b. l. qui exceptionem. Et circa hoc vide, quod notatur in l. 1. C. de in. & fi. igno.

SYL.

** Adde, quòd licet regulariter exceptiones dilatoriç debeant opponi ante lit. cõtest.

& temporis dilationẽ tribuunt. qualis est pacti conuenti,[a] cum ita cõuenerit, ne intra certum tempus ageretur, veluti intra quinquennium: nam finito eo tempore non impeditur actor rem exequi. Ergo ij, quibus intra certum tempus agere volentibus obijcitur exceptio, aut pacti cõuenti,[b] aut alia similis[c] differre debet actionẽ, & post tempus agere, (iõ enim & dilatoriæ istæ exceptiones appellantur) alioquin si intra tẽpus egerint, obiectaq. sit exceptio neque eo iudicio quicquam consequebantur propter exceptionem, neque post tempus olim agere poterant, cum temere rem in iudicium deducebãt, & consumebant: qua ratione rem amittebant.[d]

vt not. gl. Bal. & alij in d. l. exceptionẽ, C. de prob. hoc fallit, quãdo hęc exceptio superuenisset post lit. cont. quia in quacũq; parte iudicij superuenit exceptio, opponi põt, vt not. Alex. & Doc. in l. si mulier. sol. mat. item q̃si redderet processum retro nullum. d. l. licet. & ibi Bart. & Doc. C. de proc. & reliquas fallẽ. per quas exceptio dilatoria opponitur post litem contest. vide plenissime per Fel. in c. exceptionem col. 9. vers. fallit octauo, de except. Item singulariter, q̃ nõ fuerit opposita ante lit. contest. exceptio impediens litis ingressum, vel fuerit opposita, sed opponẽs in probationib. succubuerit, dicta exceptio

iterũ opponi poterit in vim peremptoriæ, & plene probari, vt plenaria sequatur absolõ. tal. §. actionũ. col. 20. vers. itẽ aduertite. sup. de act.

a ¶ Pacti conuenti. f. exceptio.

b ¶ Pacti cõuenti, f. vsq; ad quinquennium.

Hodie si actor plus petat tempore, siue pendente dilatione, reo induciæ duplicantur, & ei dein reo actor in expẽsis factis in causa damnabitur: ante quarum refectionẽ super principali negotio audientia denegabitur, Aret.

¶ Hodie autem non ita stricte hoc procedere volumus; sed eum, qui ante tẽpus pactionis, vel obligationis litem inferre ausus sit, Zenonianæ[e] constitutioni subiacere censemus, quam sacratissimus legislator de ijs, qui tempore plus petierint, protulit: vt † & inducias, quas ipse actor sponte † indulserit, vel quas natura actionis continet[f] † si contempserit, in duplum[g] habeant ij, qui talem iniuriam[h] passi sunt: &

c ¶ Alia similis. Veluti si q̃s stipuletur id, quod in vtero est: vel fructus futuros, vel domum certo loco ædificari: vel cũ Romæ esset, Ephesi dari stipulat⁹ est, ff. de verbor. oblig. l. interdum, secundũ Azonem.

d ¶ Rem amittebãt. Facit. su. de act. §. si quis agens, & ff. de lib. leg. l. nõ solum. §. si. & C. de iure fis. l. mẽstas. lib. 10. Accur. floren.

e ¶ Hodie autem, Zenonianę constitutioni. Scilicet Grecę, cuius meminit. sup. de actio. § sed hęc quidem.

f ¶ Continet. Quod dic, vt modo dixi per l. interdum. ff. de verb. oblig. * ¶ Inducias posuit pro tẽpore quo ne agatur conuenit. Est autẽ Proprie verbũ castrẽse, l. post liminium. §. induciæ, de ca.

† aliàs si.

† Et humanitate sua potest cõtractã obligationem quod verò sequitur, refertur ad tẽpus, de quo ab initio conuenit, vt hic Theophilus interpretatur.

† aliàs de est si.

& postl. reuer. vt verum sit, quod tradit Quintil. verba castrẽsia sęp̃e non sine maxima venustate in forum transferri.]

g ¶ In duplum. Sed vr, q̃ nullã patiatur pœnã, vt ff. de petit. hær. qd si in d. e. in princ. q̃ est h̃ tc contra. Sed dic illã corrigi. Vel melius, spãle est ibi, quia ad hoc solũ agebat vt eod. iure penes agentem haberetur, quo erat apud defunctũ: vnde non fuit plus petitum.

* ¶ Intellige duplum temporis, quod superẽrat, non totũ ips conuentũ, arg. l. aut dãnũ. §. quisquis. de pœn quam interpretationem Theophilus quoque amplexus videtur.

h ¶ Iniuriã. Nõ tñ tale, pp quã agere possit.

Tax

post eas finitas non aliter litem suscipiant, nisi omnes expensas litis antea acceperint: vt a-ctores tali pœna perterriti,a tēpora litium doceantur obseruare.

¶ Exceptionum* tertium genus est, quia quædam vocatur dilatoria iudicij, personam respiciens: vt exceptio incompetentis procuratoris,& similis. Ang. Aretinus.

¶ † Præterea etiam ex persona sunt dilatoriæ exceptiones quales sunt procuratoriæ: veluti si per militem, aut mulierem [b] agere quis velit. Nam militibus,nec pro patre, vel matre, [c] vel vxore, nec ex sacro rescripto procuratorio nomine experiri† conceditur: suis vero negotijs superesse sine offensa [d] militaris disciplinæ possunt.

¶ Infamis potest esse procurator, & potest procuratorem constituere,Aret.

¶ Eas vero exceptiones quæ olim procuratoribus propter infamiam, vel dantis, vel ipsius procuratoris opponebantur, cum in iudiciis frequentari nullo modo perspeximus cōquiescere [e] sancimus: ne dum de his altercatur, ipsius negotij disceptatio protelletur.

a¶ Tali pœna perterriti.facit C. ad l.Iul.repe.l.1.& ff.de pen.l.capitaliū,§.pen. & C. de inoffic.test.si quis in suo.

** Adde,quod hæc exceptio,male agis, quia ante diem agis,licet sit dilatoria, tamen opponi potest et post lit. cōtest. sed in hoc est dria,quia si opponitur ante litē contest.reus absoluitur ab obseruatione iud.& induciæ duplicātur, sed si post opponatur reus absoluitur diffinitiue, & pariter duplicant induciæ, ita declarat Bal.in l. exceptionem, col.1. C.de probatio.]

SYL. ¶ Præterea.

CASVS iste clarissimus est.

* Declarat enim Imp. q̄ quāque exceptio dr̄ dilatoria nō,tm̄ respectu tēporis,vt in prçce. §.sed personarum: & exēplificat tā clare, vt nulla adsit dubitationis materia. Not. aliquas esse exceptionis dilatorias respectu personarū.Item,q̄ mulier & miles nō p̄nt exercere offīm p̄curatoris: nec interuenire in iudicio pro alio in milite est rō,ne distrahatur a militia:in muliere verò ratione publicæ cuiusdam honestatis: quod intellige in iudicio,secus extra iudicium, l. 3.§.1.ff.de neg.ge. itē in plurib.alijs casibus no.per Dec.in l.2.col.3.ff.de reg. iu. Item,q̄ miles pōt esse in iudicio, dūmō a disciplina militari non distrahatur:& per consequens q̄ iura attendunt in militibus plus publicū fauorē quā priuatū ipsorummet militū.]

† Ex l.2. §.vlt.& l.2.de excep.

Mulier p̄ parentib9 agit.

b¶ Mulierem.Quæ pro alio agere non potest nisi pro parentibus, si morbus aut ętas eos impediat,nec sit qui eorū nomine agat, vt ff de proc.l.feminis.Accurs.

c¶ Nec pro patre, vel matre,&c. Nisi pro eorum libertate, vt ff.de lib.ca. l.3. quæ est contra,secundum Iason.

ADDITIO. Dic, q̄ isto casu dicitur defendere causam propriam pro suo interesse,vt l. 1.2.3.& 4.ff.de lib.cau.facit.l.non tātum.ff.de appel.Angel.

*¶ Numquid pro filio? & respondēdum videtur,non posse, quia disciplina castrēsis liberorum charitati anteponenda est l.postliminium.§.filius,ff de capti.& postli.reu.]

d¶ Sine offensa, idest hoc fit sine offensa disciplinæ:non autem sic intelligitur, vt & hoc non possit fieri, si disciplina, i.exercitium militare offendatur,sed siue offendat̄, siue non pręsumitur non offendi, vt hic & C.de procur. l. qui stipendia.

* † l.militē. C.de p̄c.

¶ Eas vero.

CASVS similiter clarus est. Non enim in hoc text. aliud dicitur, nisi q̄ infamis hodie potest esse procurator. ratio dubitādi erat, quia infamis non pōt pro se esse in iudicio l. quos prohibet. ff. de post. ergo videbat̄, quod nec etiā infamis posset esse p̄curator, cōtrarium deciditur duabus rationibus: vna ne prætextu huius exceptionis lis in longum protraheretur. Item,quia officium procuratoris est onus,non dignitas.Collige ex hoc text.quod infamis potest pro alio esse in iudicio. Item, quòd quædam conceduntur per alium,quæ non conceduntur per seipsum: Item, quod non sunt lites protrahendæ. Item, quòd non vsus est iusta causa derogandi antiquę legi.

e¶ Eas vero. Conquiescere.Sed contra,ff.de postul.l.1.§.secūdo loco,& in §.hoc edicto. Solu.ibi de maxima infamia, hic de parua. Vel illud de aduocato, qui emolumentum tantum habet: hic in procuratore, qui tantum habet onus.

Aduocatis lucrū, p̄curator onus hēt.

*¶ Adde, quod procurator infamis a munere suo summouebitur, si erit coram principe vel in eius prætorio, secundum Alciat. l.1.de verb.signific.vbi agit de loco, argu. l. sed & milites,§.scribit.l.si duas, §.Philosophi,de excus.tut. Episcopis quoque interdictum est habere procuratores infames cap. vlt.5.quæst.3.

De

¶ De replicationibus.

¶ Replicatio exceptionem tollit, quæ ad tollendam eam mittitur ęquitate, quæ replicatio ad adiuuandum intentionem actoris competit: & contra replicationem duplicatio est inducta [illegible] dam eandem, quæ prima facie æqua videbatur contra quam duplicationem actori datur triplicatio. Aret.

INterdum euenit, vt exceptio, quæ prima facie iusta videtur † tñ inique noceat: [a] quod cum accidit, alia allegatione opus † est adiuuandi actoris gratia, quæ replicatio, vocatur, quia per eam replicatur, atque resoluitur ius exceptionis, veluti cum pactus est aliquis cum debitore suo, ne ab eo pecuniam petat: deinde postea in contrarium pacti sunt, id est, vt creditori petere liceat: si creditor agat, & excipiat debitor, vt ita demum condemnetur, si non conuenerit, ne eam pecuniam creditor petat, nocet ei exceptio. conuenit [b] enim ita. Nãque nihilominus hoc verum manet, licet postea in contrarium pacti sunt. Sed quia iniquum est creditorem excludi, [c] replicatio ei dabitur ex posteriore pacto conuento. Rursus † interdum euenit, vt replicatio, quæ prima facie iusta est, inique noceat: [d] qđ cum accidit, alia allegatione opus est adiuuandi rei gratia, quæ duplicatio vocatur. Et si rursus ea [e] prima facie iusta videatur, sed propter aliquam causam actori inique noceat, rursus alia allegatione opus est, qua actor adiuuetur, quæ dicitur triplicatio. Quarum omnium exceptionũ vsum interdũ alterius q̃ diximus, varietas negotiorũ introduxit, quas oẽs apertius ex Digestorum [f]

¶ De replicationibus.

Cõtinuatio. Quia exceptio per replicationẽ eliditur, ideo per consequens de replicatione dicit. vt inf. eo. in princ. & ff. de excep. l. 2. replicatio. Accursius.

Diuisio. INterdum. ¶ Tot9 iste titul. diuiditur in 2. par. principaliter. Primo ponitur de replicatione, quę prodest actori, & quæ non. Secundo, quæ exceptiones competentes reo principali prosunt fideiussori, & quæ non prosunt. Secunda ibi, Exceptiones autem.

SYL. ¶ Interdum. CASVS facilis est, declarat enim imperator quid sit replicatio, & [illegible] quare inuenta sit, & quòd eadẽ ratione introducta ẽ duplicatio, triplicatio. & ceteræ triplicationes vlteriores, dicendo quod in causa fuit. quia aliquãdo euenit, q quis habet actionẽ, contra quã militat aliqua exceptio, q̃ si nõ eliderctur alia replicatione, vtique perimeretur actio, & tamẽ exceptio iniqua esset: ideo fuit necessarium adinuenire replicationes, quibus iniqua exceptio perimeretur: sicut & eadem æquitate fuerunt inuentæ exceptiones contra iniquas actiones. Exemplificat autem Impera. si quis creditor fecisset primo loco pactum de non petẽdo debitori, quo parata est exceptio debitori contra actionem creditori competentem. & postea idem debitor fecisset creditori pactum de petendo. nam ex quo secundũ pactum elidit primum danda est contra illam exceptionem replicatio, & sic deinceps, vt latius in libris ff. constat. Not. quæ dicta sunt in positione casus, & quòd replicatio fauore actoris adinuenta est. item not. ista verba, prima facie quibus in consilijs vti solemus. Item not. quod per replicationẽ resoluitur ius exceptionis, circa quorum verborũ intel. vide Fortun. Hispã. in l. si vnus, §. pactus. col. 28. ff. de pact. Item quod pactum secundum de petendo, nõ elidit pactum de non petẽdo ipso iure. Item, q obligatio contrario pacto elisa põt nouo pacto iuuari. Itẽ, q pactum liberatoriũ nõ tollitur nouo pacto ipso iure, sed replicatione. Item, quod dantur duplicationes, triplicationes, & vlterius quantum expedit.]

¶ alias nõ est tamẽ.

* † l. 1. §. 2. ff. de exceptio.

* † ex l. 2. §. pen. ff. de except.

* ¶ Annotat ex hoc tex. Alciat. in l. verbum oportebit. in ff. de verb. sig. qđ qui obijcit replicationẽ, procul dubio agere dicitur.]

a ¶ Noceat. i. non prosit. Vel dic proprie. s. actori. Accur.

b ¶ Conuenit. i. ita fuit conuentum.

c ¶ Excludit. s. per exceptionem, Accur.

d ¶ Noceat. i. non prosit. Accur.

e ¶ Ea. Scilicet duplicatio. Accurs.

f ¶ Digestorum, vt ff. de excep. l. 2.

latiore volumine facile est cognoscere.

¶ Exceptio reo competens, si est in rem proderit eius fideiussori propter actionem mandati, qua reus sibi tenetur. Exceptio verò personalis, vt cessionis bonorum, vel similes, ad fideiussorem nullatenus se extendũt. Aret.

¶ Exceptiones [a] autem, quibus debitor defenditur, plerumque † accommodari solent etiam fideiussoribus [b] eius, & recte: quia quod ab ijs [c] petitur, id ab eo ipso debitore peti videtur: quia mandati iudicio redditurus est eis, quod ij pro eo soluerint. Qua [d] ratione, & si de non petenda pecunia pactus quis [e] cum reo fuerit, placuit perinde succurrendum esse per exceptionem pacti conuenti illis [f] quoque, qui pro eo obligati sunt, ac si etiam cum ipsis pactus esset, ne ab eis pecunia peteretur. Sanè quædam exceptiones non solent his accommodari. Ecce enim debitor, si bonis suis cesserit, & cum eo creditor experiatur, defenditur per exceptionem, [g] † si bonis cesserit. Sed hæc exceptio fideiussoribus non datur, ideo scilicet quia qui alios pro debitore obligat: hoc maxime [h] prospicit, vt cum facultatibus lapsus fuerit

SYL. ¶ Exceptiones. CASVS est clarissimus, quod exceptio competens principali, competit etiam fideiussori: assignat text. rationem clarissimam, quia aliàs superuacuum esset dare reo exceptionem, si eius fideiussor conueniri posset, nec gauderet illa exceptione, quia creditor ageret contra fideiussoré, qui coactus soluere hêret actionem mandati contra principalé & sic creditũ, quod ad instantiam creditoris cogi nõ poterat soluere cogeretur per circuitum soluere ad instantiam fideiussoris, qđ non hét locũ in ijs exceptionibus, quæ principali dantur intuitu eius psonæ, vt puta cessionis bonorũ: qa illud miserabile psidiũ liberat tãtum cedentem, non fideiussores. liberat (dico) ab executione cõtra eos facienda. Rõ est clara, quia personale beneficiũ personam nõ debet egredi. Not. quod exceptio competens principali, competit regulariter fideiussori, præterquam in exceptione personali. Item, quod exceptio cessionis bonorum non prodest fideiussori cedentis. No. quod nihil frustra debet concedi, quod eludi possit. item, quod fideiubens censetur habere mandatum de soluendo, ab eo, pro quo fideiussit. Itẽ, quod datur regressus fideiussori contra principalẽ pro quo fideiussit, ita demũ si soluerit: quod intellige regulariter. Item, quòd debitor potest cedere bonis. Item, quòd personalia personam non egrediuntur. Item, quòd fideiussores ad hoc accipiuntur, vt ab eis exigatur, quod a debitorẽ exigi non poterit.

† Hoc ait pp. ver. sane positũ inferius hoc eo. §.

Fideiussor est nomẽ gñale. & dr̃ a fide.

a ¶ Exceptiones. hic, §. videtur, quod deberet esse in fine superioris tituli. Sed certe cũ & replicatio sit exceptio, bene ponitur hic, generaliter tam ad exceptiones, quam ad replicationes pertinent. Accurs.

b ¶ Fideiussoribus. Appellatione fideiussoris oẽ accessorium accipe, siue sit mandator: † siue fideiussor, siue alius: ex eo dictus fideiussor, quod pro alio fidem suam astrinxerit. Et not. quod dicit, plerumque: quia exceptio reo competens grã suæ personæ, vt quia sit minor, fideiussori non competit, vt ff. de minori. lege in causæ. in princip. & ff. de except. l. exceptiones, 2. in fine. † item si est damnatus in omnib. bonis suis, ratione sui delicti, vt Cod. de fideiussori. l. prima, vel si cessit bonis, vnde personaliter ei subuenitur, ne in plus conueniatur, quam in quantum facere potest, vt sup. de actio. §. fin. & inf. eodem in fine. Item vbicũque quis in quantum facere potest condemnatur; nam fideiussori non datur exceptio, vt ff. pro socio. l. verum, §. 1. & ff. solut. matrim. l. alia.

† vbi autem exceptiones rei cohærent, vt pacti conuenti & rei iudicatæ, fideiussoribus competunt, vt hic, etiam inuito reo, vt C. de excep. l. defensiones, & ff. de excep. l. omnes.

ADDITIO. Dic vt in l. pen. & in l. iam mandatori, C. de non nu. pec. Ang.

* ¶ Ex diuerso autem exceptiones competentes fideiussoribus non adiuuant principales, nisi sit exceptio solutionis, vel quę vice solutionis fungatur, l. fideiussoris, ff. de pact. & ibi gloss.]

c ¶ Ab ijs. s. fideiussoribus.

d ¶ Qua ratione. Exemplificat. Accur.

e ¶ Quis. s. creditor. Accurs.

f ¶ Illis quoque, scilicet fideiussoribus: & similibus.

g ¶ Per exceptionem, propter hunc casum dixi supra, in prin. huius §. plerumq; & propter alios, vt diximus.

h ¶ Maxime, Facit sup. de fideiuss. in princ.

Exceptiones reo cõperentes grã personæ fideiussori non cõperunt, sed bñ si rei cohærent.

*

† l. iã mãdatori. C. de non nu. pe. & quo differat fideiussor a mãdatore vide gl. in Auth. de fideiu. in princ. in ver. fideiussoré

*

† Idẽ in exceptione declinatoria iudicis l. creditor, ff. manda.

† Vt ff. de re iudi. l. & si fideiussor. in prin. nisi fideiussor vt defensor conueniatur. tūc .n. aut defensori ñ vt fideiussori datur.

debitor, possit ab ijs, quos pro eo obligauit, suum consequi.

¶ De interdictis.

¶ Interdicta olim nil aliud erant nisi certæ conceptiones verborũ, latæ a Prætore interdictum interponente, cũ inter duos de possessione agebatur. Aretinus.

SEquitur, vt dispiciamus de interdictis, seu actionibus, [a] quæ pro his exercentur. Erant autem interdicta formæ atque conceptiones verborum, [b] quibus Prætor aut iubebat [c] aliquid fieri, aut fieri prohibebat, [d] quod tunc maxime [e]

¶ De interdictis.

Continuatio. ¶ Quia interdicta vicem sustinent, seu obtinent actionum, ideo post actiones, de interdictis proponitur. vt inf. eod. in princip. Accursius. Sed ista rubrica congruentius posita fuisset ante titul. de exception. vt fecit Iurisc. in Digestis: quia ante titu. de exceptio. posuit istum titulũ, sed de hoc nõ est vis.

* Vel dic, quòd ideo in hunc locum reiecit hunc titulum, quia interdicta non sunt propriè actiones, & post titulum de proprijs, & veris actionibus iure subiungendus erat tractatus de exceptionibus.]

Diuisio. SEquitur. ¶ Totus iste tit. diuidit 14. partes. Primo ponit quid olim erãt interdicta. Secũdò ponit vnã diuisioné interdictorũ. Tertiò ponit aliam diuisioné interdictorũ. Quartò ponit vnã aliã diuisioné interdictorũ. Secunda ibi, Summa autem. Tertia ibi, sequens. Quarta ibi, Tertia diuisio.

* Sequitur. CASVS. In diuisione non est figurãdus: dicit enim & declarat quid olim essent interdicta: & dicit, quòd interdicta erant formæ, & conceptiones verborum, & decreta, quibus prætor aliquid, aut iubebat fieri, aut iubebat non fieri. Not. quòd dictio seu stat hic ampliatiue, non expositiue, secundum Ang. hic. No. quòd interdicta olim erant decreta. Item, quòd consistebant, aut in præcipiendo, aut in prohibendo. Item, quòd interdicta vt plurimum versantur circa possessionem, vel quasi possessionem rerum.]

a ¶ Actionibus, scilicet in factum, vt infra eod. §. fin.

b ¶ Conceptiones verborum. Id est dicere, verba concepta, & formata a prętore proponente interdicta. Sed secundum hoc, quæ erat differẽtia olim inter interdicta, & actiones cum & actio erat formula, vt ff. de orig. iur. l. 2. §. deinde ex his? Respon. quidam, vt præceptor meus Azo, quod interdicta formabãtur in persona volẽtium ea intentare tantum loquendo eis. Vnde interdicta inter duos dicuntur reddi a prętore loquente duobus, vt infr. eod. §. exhibitoria, & hoc etiam colligitur ff. sub multis titul. in tractatu de interdictis: sic enim dicitur, Vnde vi illum deiecisti, &c. vt ff. de vi & vi ar. l. 1. in princ. Item, vti ædes de quibus, &c. vt ff. vti pos. l. 1. in princi. & sic de alijs. Sed actiones generaliter & in personam omnium formabãtur: vt, Quicunque emerit, ex empto agat, & sic de ceteris: quod colligitur. ff. de origi. iur. l. 2. §. omnium, & §. deinde ex his. Vel dic breuiter differentiam talem fuisse: quia interdicta a prætoribus, sed actiones a ceteris magistratibus formabantur, vt patet ex eo, quod omnia interdicta sunt prætoria, vt ff. de interdic. per totum librum. Sed hodie nihil aliud est interdictũ, quã actio prætoria in factũ, vt infra eod. §. fin. — Interdicta, & actiones olim differebant.

SYL. * ¶ Cõmunis resolutio est, quòd olim nulla esset realis differentia, sed solum in conceptione verborum. Vel declara secundum Ioan. Fab. hic, quem refert Ias. sup. de actio. in prin. colum. 5. Quomodo autem differant edictum & interdictum, explicat glo. in l. prætor ait §. 1. de ope no. nun. Bar. eod. tit. l. 1. in princ. & longe eruditius. Alc. li. Parer. 3. c. 15.]

ADDITIO. Dic secundum Ioan. Fab. Immo est aliud: & potest agi vel interdicto, vel actione in factũ ad electionem actoris, vt ff ne vis fiat ei. l. si quis missus. §. cum prętor ff vti pos. l. 1. §. restituendæ. nota ff. de vi & vi arma. l. 1. §. fin. licet glos. notat idem quod hic in rubr. ff. eod. sed Dyn. reprehendit glo. & hoc est verum. Ang.

c ¶ Iubebat. Quod est in interdictis restitutorijs & exhibitorijs, vt inf. eod. §. restitutoria, & §. exhibitoria.

d ¶ Prohibebat. Quod facit in prohibitorijs interdictis, vt infra eodem. §. prohibitoria.

e ¶ Maxime. Hoc ideo dicit, quia quandoque per interdicta non super possessione, sed super iure rei contenditur: vt patet in interdicto de mortuo inferendo, vbi licet inferre. & sepulchro inædificando, vbi licet inædificare, vt ff. de mor. infe. l. 1. in princip. & §. prætor ait. Item quandoque proprietatis, & possessionis simul, vt ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. fina. & ff. eod. l. interdictorum. §. quædam. Sed numquid alio modo quam per interdicta, & de iure ciuili agitur de possessione? Respond. sic, vt per condictionem indebiti, vt ff. de condic. indeb. l. indebiti, §. sed & si nummi. Item per triticariam, vt ff. de condit. trit. l. 1. in fin. & l. 2. Item per conditionem ex lege, vt C. de acquir. pos. l. fin. in fin. & ff. de rei vendit. l. fin. & C. loca. l. si quis. Accur. — Interdictis, quandoque litigatur super proprietate. — Possessio põt peti si ne interdictis.

fiebat, cum de possessione,[a] aut quasi[b] possessione inter aliquos contendebatur.

¶ [illegible]

¶ Summa[c] autem diuisio interdictorũ hæc est, quòd aut prohibitoria sunt, aut restitutoria,[d] aut exhibitoria.

bant epigrāmata vetustissima in tripodib⁹, literis antiquissimis scripta, ex quo etiā facile intelligitur, per vrbem faustissimam h c accipi Constantinopolim. Meminit Xenophi. & Suidas. poniq; pro tumulo ex congestis lapidib. fa cto. Anto. ium August. in archetypo Florētino sic legi scribit: Admonet nos Xenophon, nam ita scribit. κὲ tabele homoss cohereto lonchikæ, toxeumata, sphendone, plistidе kkilihi.

¶ aliàs Xenolopho verbis laudissimæ scripta.

† aliàs cau tissime.

a ¶ A sica, vnde videbatur, quod tantum qui cū sica occid-rēt, hac lege tenerentur. Sed tamen generalius hodie accipitur sica & telū per interpretationē: vt supra eo. §. est autem sica (vt subiiciō) cultellus vtrinque scindens, quē portant peregrini quandoque in bacillo quodā ita qd non apparet: vnde versus, Mucro lateris sica, sicarius inde vocatur.

que clara cūa sunt, & vbi aliquid erit difficultatis, in notabilibus declarabitur. No. q cri men parricidij est asperrimū. Item q in eo p in cado imponit noua pœna. Item q non solum dr committere parricidiū, qui alquē ex parētib⁹ occidit, sed etiam alios affinitate coniunctos, de quib⁹ in l. i. & seq ff. eo. Item q eadē pœna punitur apertè & cla faciens, Itē mādans & conscius criminis. Itē no. excogitatā pœnā & tōnē quære. Item, quod pœna imponitur etiā cum tōne. Itē, quod occidens personas coniunctas extra illum gradum punitur pœna l. Cor.]

figuratū, & † sic hanc significationem inuenire possimus & in Græco nomine. Nam quod nos telum appellamus, & illi βέλος appellant ἀπὸ τοῦ βάλλειν, Admonent nos epigrāmata in † Xenophonte his verbis † faustissimè scripta, κὰ τὰ βέλει ὁμῶς ἔχοιντο λόγχαι τοξεύματα σφενδόναι καὶ ξίφοις δὲ ἢ οἴσοι. Sicarij autem appellantur à sica, [a] quod significat ferreum cultrum.

¶ Eadem lege [b] & venefici [c] capite damnantur: qui artib. odiosis, [d] tam venenis, quàm susurris [e] magicis homines occiderint, [f] vel ma la medicamenta publicè vendiderint.

¶ Lex Pompeia de parricidijs, qua cauetur, quod occidens parentes, vel alios, de quibus hic, singulari pœna plectatur, est publici iudicij. Et committens delictum in se plus punitur, quàm committens in alio. Angelus Aret.

¶ Alia deinde lex asperrimum crimen noua pœna persequit: quæ † Pompeia de parricidijs vocatur: qua cauetur, vt si quis parentis, [g] aut filij, aut omnino affinitatis [h] eius, quæ nuncupatione parentū continetur, [i] fata præparauerit, [k] (siue clam, siue palam id ausus fuerit) necnon is, cuius dolo malo id factum est, vel cōscius † criminis † exstitit, licet extraneus sit, [l]

† Ad hunc locū vide M. Tull. in Orone p Ros. Amerino, vbi de hac lege elegantissime, ac sapientissime disserit.

* ¶ L. Pompeia à Cor. Pompeio Magno, qui eam tulit, dicta est.]

g ¶ Parentis. Accipe parentes & filios vs. que in infinitū, vt ff. de in ius vo. l. quinq. §. fin. & l. sed si hac. §. liberos.

** Adde, hac lege teneri etiam filium naturalem tantum, secus si sit incestuosus, aut ex alio damnato coitu natus, secundum Ias. qui alios refert, in §. pœnalis, col. 10. supra, de actio.

† Ex l. v. tū, ff. eo. titu.

† aliàs extitit.

b ¶ Eadem lege. Quæ dicitur Corn. de sica.

** Quod dicitur, in hoc tex. capite damnantur, intellige, si fuerint serui. in liberos enim huius l. pœna est deportatio, §. item l. Corn. ad fin. infra eod.]

c ¶ Venefici. Nam plus est hominem veneno extinguere, quàm gladio occidere, vt C. de mathema. l. i.

d ¶ Artibus odiosis. i. artificijs odiosis. Nam omnis ars bona est.

Aliàs bona est.

e ¶ Susurris. i. incantationibus. Nam hæc scientia reprobanda est, vt C. de male. & mathema. l. eorum.

f ¶ Occiderint. etiam sine dolo, vt ff. de pœn. l. si quis aliquid. 2. §. qui abortionis. Secus in Corn. quia dolus est necessarius, nec sufficit etiam lata culpa, vt ff. ad leg. Cornel de sicarijs, l. in lege.

Dolus in lege Corneлia est necessarius.

¶ Alia deinde. CASVS. Exemplificat vitelius Imp. in pœna l. Pompeiæ de parricidijs;

h ¶ Affinitatis. Aliàs affinitatis, & aliàs, † affectionis.

† Et ita legit Theophilus. sic l. 1. C. de ijs qui patrē vel lib. occid.

i ¶ Continetur. Sed qui sunt ij, qui hac appellatione continentur? Respon. superiores & inferiores, vt diximus. Item collaterales: vt fratres, consobrini & patrueles, & proximiores eis. Item affines quidam: vt vxor, nurus, gener, vitricus, priuignus, socer, & etiam patronus, vt ff. eod. l. i. & l. sed sciendum. & l. cum pater.

K ¶ Præparauerit. Forte & si non occiderit, secundum P. & facit pro eo. ff. eod. l. in fine. Vel dic illum specialem casum.

Patricidiū quas personas concernit.

ADDITIO. Primam opi. sequitur hic Io. Fab. propter atrocitatē criminis, facit l. fin. C. de sic. & hāc tenet gl in l. vnica. C eo. Ang.

l ¶ Extraneus sit. No. extraneum plus puni-

ri,

ri. quam si ipse occidisset, vt hic & ff. eod. l. virum, & l. si sciente.
a ¶ Vel in amnem. i. flumen, vel si hæc vici na non sunt bestijs subijciatur, vt ff. eodem l. penultima.
b Sustinebit. Sed nonne & qui superiores personas occidit hac l. Cor. tenetur. Videtur quòd sic, vt ff. eod. l. 1. Sed contra. C. eod. l. 1. Dic ergo, quòd hac lege Cornelia tenetur, sed nō accusatur. Vel dic secundum Ioan. quòd tenetur eadem pœna. s. capitali, sed maior hic imponitur.

¶ Culeus viginti amphoras continebat.

*¶ Excipe occisorem parētum & liberorum, qui in patriam aliquid molirentur, l. minime, ff. de relig. & sump. fun. ** Plato etiam alias irrogat pœnas his, qui parentes occidisse pulsassēue cōuicti essent li. 10. de leg. prope fi. quem videas.]

¶ In aliquib. exēplaribus habetur, alias qui.

pœna parricidij puniatur, & neque gladio, neque ignibus, neque vlli alij solenni pœnæ subijciantur, sed insutus culeo † cum cane, gallogallinaceo, vipera, & simia, & inter eas ferales angustias comprehensus, (secundum quod regionis qualitas tulerit) vel in vicinum mare, vel in amnem a proijciatur: vt omnium elementorum vsu viuus carere incipiat, & ei cœlum superstiti, & terra mortuo auferatur. Si quis autem † alias cognatione vel affinitate coniunctas sibi personas necauerit, pœnam legis Corneliæ de sicarijs sustinebit. b

¶ Publici iudicij crimē legis Corneliæ de falsis censetur qua tenetur quicunque aliquid de ijs, quę exprimuntur in textu, commiserit: & pœna eius in seruo

SYL. ¶ Itē lex Cor. &c. CASVS. Prosequitur Imperator, exempla proposita, & nunc ponit dicta l. Corn. de falsis. Not. quòd l. Corn. de falsis appellatur etiam testamētaria. Item, quod testm̄ aut instr̄m falsum scribens punitur pœna huius legis l. ē, quòd eadē pœna tenetur q sigillauerit, aut falso mō recitauerit dolo malo. Itē qui adulterinū signū fecit vel eo visus est. Itē, quòd pœna l. Cor. de falsis est in seruis vltimum supplicium, in liberis deportatio.
*¶ Hāc quoque legem tulisse fertur l. Cor. Syl. l. 2. §. deinde Cor. de orig. iu.
c ¶ Testamentaria, ideo sic dicta, quia & de testamento falso ibi agitur,

est vltimum supplicium, in libero deportatio. Ang. Aret.

¶ Item lex Cornelia de falsis, quæ etiam testamentaria c vocatur, pœnam irrogat ei, qui testamentum, vel aliud instrumentū d falsum scripserit, e signauerit, f subiecerit, vel signum g adulterinum fecerit, sculpserit, expresserit, sciens, dolo malo. Eiusque legis pœna in seruos vltimum h supplicium est (quod etiam in lege de sicarijs & veneficis seruatur) in liberos vere deportatio. i

¶ Vim committens cū armis aliter, quam virginem rapiendo deportabitur: si sine armis, tertiæ partis bonorum publicatione damnabitur. Sed per vim virginem, vel monialem, rapiens, vel præstans opē, capite punitur. Aret.

* ¶ Testamētariam vocat Modestinus, l. lege Corn. ff. eod.
d ¶ Instrumentum. s. emptionale, vel alicuius contractus.
e ¶ Falsum scripserit. Et ita veritatē, mutauit, vt in auth. de fid. instr. §. 1. in princip. colla. 6.
* ¶ Legendū esse ibi, imitatio, non, mutatio, admonet verbum Græcum mimisis positum in authen. Græcis, & ita vertit Haloander.
f ¶ Recitauerit.
ADDITIO. No. contra illos, qui hñt instrumēta & scripturas alienas in custodiam, & tamen alijs ostēdunt & recitant, & copiā faciunt, quia incidunt in falsum, vt h̄ic & l. 1. §. is qui ff. ad l. Cor. de fal. iuncta, l. qui testamentum. Ang.
g ¶ Signum. † id est sigillū, quod in testamētis apponitur, vt sup. de testame. §. sed prædicta. Itē signum, quod chartis imponitur, vt quòdq; facilius fiat cōparatio ex instrumentis, vt in auth. de instrumen. caut. §. oportet autem, coll. 6. Accur.

† Sig. glo. secūdum Amanellū in sing. suis ad hoc, quòd si Notarius mutauerit signū puniatur pœna falsi.

** Facit l. vlt. ver. & si non consiliarij signū. C. eo ad l. & vide ad hanc glos. Bar. in rubr. ff. vete. num. 5. & 6.]
h ¶ Vltimum supplicium. Quod interpretamur mortem, vt ff. de pœn. l. vltimum.
i ¶ Deportatio, & omnium bonorum publicatio, & sic not. quòd ex eodem commisso plus serui, quam liberi puniuntur vt hic, & ff. ad l. Corn. de fal. l. 1. §. fin. q. ff. si ex noxa. ca. aga. l. pen. & ff. de pœn. l. seruorum, imma &

Pœnæ diuersificātur ex personarum diuersitate.

& inter liberos magis puniuntur minores, q̃ maiores, vt ff. de incend. rui. nau. l. Pœdi[9].
** Aliud iuris in pœnis pecuniarijs, in his enim maiores grauius mulctantur, l. prope-randum. §. sin autem vtraque. C. de iudi.

Pęna maior maiori delicto debetur.

** Adde, q. ex l. 12. tab. qui falsum testimoniũ dixisse cõuictus erat, e saxo Tarpeio deijctebat̃, vt scribit Aul. Gel. lib. 20. c. 1.
a ¶ In tertiam partem. Not. ex maioritate delicti maiorẽ pœnam imponi, vt hic, & C. ad l. Iul. de vi l. 2. & facit, sup. de interd. §. recuperãdæ, ver. qui autem. itẽ hic dãnatus fit infamis, vt ff. ad l. Iuliã. de vi pri. l. 1. in fi. Acc.
* ¶ Sic dicta hæc lex a C. Iulio Cęsare, qui eã tulisse traditur post victũ Põpeium. Qđ ad raptũ virginis attinet, ita l. 12. tabu. cautũ esse accepimus, Vim ingenuæ virgini inferre, aut eã suasione i suã sentẽtiam trahere caueto.
b ¶ Sin aũt. Dixit. sup. quando sine vi aliquis commiserit stuprum vt sup. eo. §. ea l. Iulia, nũc qñ vi. Vel continua cum super. in proxi. §.

† Cõcor. c. peruenit iuncta glo. 1. in fi. extra de adulte. & stup.

Item lex Iulia de vi publica, seu priuata aduersus eos † exoritur, qui vim vel armatam, vel sine armis commiserint. Sed si quidem armata vis arguatur, deportatio ei ex lege Iulia de ui publica irrogatur: si vero sine armis, in tertiam partẽ [a] bonorum suorum publicatio imponitur.

¶ Sin autem [b] per vim raptus virginis, vel viduæ, vel sanctimonialis, vel alterius, fuerit perpetratus, tunc & raptores, & ij, qui opem huic flagitio dederunt, capite puniuntur, † secundum nostrę constitutionis [c] definitionẽ: ex qua hoc apertius possibile est scire.

¶ Publicam, sacram, vel religiosam rẽ furto subtrahẽtes, & talibus opẽ præstans, ex lege Iulia peculatus, quę publica est, capite punit: aliter aũt ex ea delictũ committens deportatur. Ang. Aret.

SYL. ** Adde. huic, §. locũ esse etiam econuerso, si mulier virũ raptat. glos. in l. 1. C. de rap. virg. quam sequitur, ac multis ornat similib. Mars. ibi nu. 223. & in l. si quis viduam. n. 6. ff. de quęst. item intellige istum tex. in raptu libidinis causa patrato, secundum Dec. cõsi. 234. num. 8.
c ¶ Constitutionis. Vt C. de rapto. virg. l. 1.
** Adde q. nati ex tali coitu non succedunt patri, nec econuerso, vt annotaui, sup. eod. §. item l. Iul. & tradit Deci. consi. 103. vol. 2.
¶ Item lex. CASVS. No. ad quid inuenta sit l. Iul. peculatus, ad puniendos. s. eos, qui publicã pecuniam, rem sacram, vel religiosam furati fuerint. Item, q. furans pecuniam reipubl. vel principis non tenetur simpliciter furti, sed l. Iul. peculatus. Item, q. administrator, vel præfectus rebus publicis, si publicas pecunias subtrahit, capite punitur. Itẽ, quòd auxiliũ furanti pecunias publicas administrans, vel eas scienter receptans, tenetur eadem lege. Item, quòd alij, qui non habẽt administrationem, aut iurisdictionem, si publicas pecunias furentur deportantur.

¶ Itẽ lex Iulia peculatus eos punit, qui publicã pecuniã, [d] vel rem sacram, [e] vel religiosam [f] furati fuerint. [g] Sed si quidem ipsi iudices tẽpore administrationis publicas pecunias subtraxerint, capitali animaduersione puniuntur: & non solum hi, sed etiam qui ministerium eis [h] adhoc † exhibuerint, vel qui subtractas ab his scientes susceperint. [i] Alij vero, qui in hanc legem inciderint, pœnæ deportationis [k] † subijcientur.

† alias adhibuerint.

† alias subiungẽtur vel subiungantur.

¶ Lex Flauia de plagiarijs quandoque pœ-

** ¶ Et hæc lex a C. Cæsare lata est. Ante eũ aũt nõ capitis, sed pecuniæ pęna fuerat constituta, vt ex Liuij historia li. 38. facile est intelligere.
d ¶ Publicam pecuniã. s. ciuitatis Romanæ non alterius, vt ff. de fur. l. ob pecuniã. & ff. ad l. Iul. pe. l. 4. § pen.
ADDITIO. Gl. debuit allegare. §. fi. Io. F.
e ¶ Rem sacrã. Vt calices, & thuribula, q̃ sacra sunt, vt sup de re. diui. §. nullius.
f ¶ Religiosã. Vt ornamenta sepulcrorum.
g ¶ Furati fuerint. Vel etiam immiscuerint, ita q. damnificauerint rem publicam. vt ff. ad l. iul. pecu. l. 1.
h ¶ Ministerium. i. adiutorium.
i ¶ Susceperint. s. ad custodiendum.
k ¶ Deportationis. deportantur. n. Et not. q. quinquennio durat hæc actio vt ff. ad l. iul. pec. l. peculatus. (1) Item est spectale in ea, q. contra hæredes inchoetur, vt ff. ad l. Iul pe. l. fin. Accur.

Peculatus actio quinquennio durat.

ADDITIO. Dic idem in adulterio, & stupr. vt no. gl. sup. eo. §. 2. regulariter autẽ durat per ann 20. vt l. querela. cum ibi not. C. de fal. &c. Ang.
¶ Est & inter pub. CASVS. Quæ sequitur

quia per simplicem relationē absque aliqua declaratione ponuntur ab Imp. qui ratus est ea, quæ sup. dicta sunt, satis esse ad iuuenum cognitionem, nos eadem ratione secuti eius exemplum, relinquemus cognoscenda in latiorib. ss. libris finemq; filioli carissimi imponem⁹ huic labori nostro, vestrū gratia sumpto cum laude Dei omnipotentis, cui honor sit & gloria in æternum.]

a ❡ De plagiarijs. ideo sic dicta quia orbato patre, filio, vel domino, seruo hæc lex punit orbantem siue talem plagam inferē tem. habet. n. locum, quādo aliquis distrahit alienū seruū, vel filium,

❡ Est & inter Publica iudicia Lex Flauia de plagiarijs,[a] quæ interdum capitis pœnam[b] ex sacris constitutionibus irrogat, interdum leuiorem.

ita ꝙ pater vel dominus non pōt rehabere, vt ff. ad l. Flaui. de pla. l. 1. & l. lege & l. cum & l. pen. §. fi. I. ē tenetur qui liberum hominē de loco in locum transportat, vt C. ad l. Flaui. de pla. l. quoniam. & hoc si dolo facit, nō aliter, vt ff. ad l. fi. de pla. l. leg. s. flauiæ. Item hac lege tenetur, si quis seruum in fuga constitutum vendat, ita vt emptio statim teneat vt C. ad l. fla. de pla. l. in fuga.

* Adde, ꝙ eadem l. tenetur & qui liberum hominem sciens emerit d. l. 1. ff. eo.

b ❡ Capitis pœnam s. maiorē, aliqñ minorē capitalem, cū capitalis alias sit minor, alias maior. Nam ingenuus nobilis in metallum, ignobilis gladio feritur, seruus vel libertus bestijs subijcitur, vt C. ad l. Flaui. de pla. l. fi. & ff. ad l. Flaui. l. fin. in fin. Item quædam ciuilis pœna olim imponebatur, quæ cessat hodie, vt ff. eo. l. fin.

* ❡ Adde, ꝙ lege quoq. Mosaica plagiarijs capitis pœna irrogabat᷑, vt legit᷑ Deuter. c. 24.

Lex Iulia de ambitu in quatuor casibus habet locum.

c ❡ Sunt præterea. Lex Iulia de ambitu quæ hēt locū in quatuor casibus. Primo, si quis dederit clam pecuniam, vt aliquem fortiat᷑ honorem non in ciuitate Romana. nam ibi cessat hæc lex, cum princeps ibi eligat. vt ff. ad l. Iul. de ambitu. l. 1. in princip. Ideo dixi clam. quia palam potest (1) vt ff. de pollic. l. i. §. 1. & ff. de offic. præto. l. Bartolus. Secūdo habet locum, qñ quis stat in magistratu vltra annum, vt Cod. ad l. Iul. de ambitu. l. 1. Tertio si quis ingreditur domum iudicis cognoscentis de causa criminali, vt ff. ad l. Iuliam de ambitu. l. 1. Itē quarto, si quis iudex nouum vectigal, instituerit: & est pœna centum aureorum, vt ff. ad l. Iuliam de amb. l. 1. Sed in casu deportatur, quando. s. bis idem officium continue est assecutus vt C. ad l. Iulia. de amb. l. 1. Sed fallit in assessore, vt C. de ass. s. l. liceat. item in Procōsule, vt ff. de offic. procons. l. antepen. Vel dic ibi sex fascib. id est sex mēsibus, quia tantum durabat eius officium.

* ❡ Verissima interpretatio illius l. est ea, quam ibi facit Bud. nihil. n. magis abest a vero sensu, q̃ fasces pro mēsibus exponere, quos palam est fuisse virgarum fasciculos cum securi illigata, quos lictores magistratibus præferebant.

❡ Sunt præterea publica iudicia, lex Iulia de ambitu,[c] lex Iulia repetundarum,[d] lex Iulia de annona,[e] & lex Iulia de residuis:[f] quæ de certis capitulis, loquuntur, & animæ quidem amissionem non irrogant, alijs autem pœnis

SYL.

ADDITIO. (1) Dicit Ioā. Fab. quod hoc non est verum, vt l. in eos. ff. de tute. & in authen. vt iudi. sine quo. suf. per totum. & ff. de mune. & hon. l. existimationem, tu autem dic pro honore sine administratione consequendo dari, non autem cum administratione, secundum Bar. & Ang.

Lex Iulia repetundarum.

d ❡ Lex Iulia repetundarum. Quæ habet locum, quando iudex per pecuniam facit aliquid vel omittit, vt ff. ad l. Iul. repet. l. 1. 3. 4 5 6. & 7. Esculentum tamen potest accipere iure veteri, dummodo non nimis magnum, vt ff. de offic. procons. solent. in fin. sed iure nouo non, nisi quando deficeret salarium, vt in authen. vt iu. sine quo. suff. §. scriptum est exemplar huius versi qua propter, ibi, aut si non est. collat. 2. Pœna autem huius legis est ciuilis in quadruplum, vt C. ad l. repe. l. 1.

** Ante illam l. pœna dānatis de repetundis dupli fuit. vt ex Ascon. Pœdia satis liquet.] Crimina is extra ordinem, vt ff. ad l. Iul. repetun. l. lex Iulia. §. hodie.

* ❡ At l. 12. tab. qui iudex arbiterve, ob rem dicendam pecuniam accepisse cōuictus fuisset, capite puniebatur, vt satis liquet ex Gellio lib. 20. c. 1.

Lex Iulia de annona.

e ❡ Lex Iulia de annona. Hæc lex locum habet, quoties quis facit, vt annona carior sit. Et est pœna in eo statuta 20. aureorum, vt ff. ad l. Iul. de annona. l. 2.

Lex Iulia d̄ residuis.

f ❡ Lex Iulia de residuis. Et hæc lex habet locum, quando aliquid superfuit ex aliqua admi-

eos subijciunt, [a] quam praecepta earum [b] neglexerint.

¶ Iustinianus finem facturus, ampliorem publicorum iudiciorum determinationem Digesta continere dicit.

¶ Sed de publicis iudicijs haec exposuimus, vt vobis possibile sit summo [c] digito, & quasi per indicem [d] ea tetigisse: alioquin diligentior eorum scientia vobis ex latioribus Digestorum seu Pandectarum libris Deo propitio aduentura [e] est.

administratione publica & ipse ĩ vsum suũ conuertit, cui erat illa administratio commissa, vt ff. ad l. Iul. pe l. 2. & 4. §. lege Poena autem huius legis est tertia parte amplius quam debeat: quod P. sic dixit, vt esset in quadruplum. Vel dic amplius tertia parte qa punitur ĩ simplum, & in tertia parte simpli, vt ff. de l. Iul. pecu. l. 4. §. sed & qui pecuniam. in fi. maxime quia poenae restringendae sunt, vt ff. de poenis. l. interpretatione.

Poenae sũt restringẽdae.

ADDITIO.

Nota, quod in istam legẽ incidunt officiales siue camerarij, qui habent ex administratione publicas pecunias, & finito officio aliqd retinent, quia tenentur ista lege & poena supradicta. Et etiã aduertas, quod ista poena & lege tenentur officiales, qui habent vnam collectam impositam in cõmuni destinatam pro vsu & necessitate communis, & ipsi conuertunt dictam pecuniam in alium vsum, etiam si esset pro necessitate communis, vt est casus in l. 2. ff. ad l. Iul. pec. secundum Angel.

a ¶ Subijciunt, scilicet leges praedictae quatuor. Vel dic, q̃ loquitur indefinite, vt patet in inferioribus.

b ¶ Earum. s. legum. Nam in contractibus & alijs, quae debent de iure sortiri effectum, & non sortiuntur, iudicat lex non valere, vt C. de leg. & cõ. l. non dubium. Item in criminalib. variae cõstituũtur poenae: quatũ quędam sunt ordinariae, quae. s. habent certã poenam aliqua lege inductam, vt patet per multas rubricas, ff. de publ. iud. & in sequẽtibus: aliae sunt extraordinariae, vt ff. ad iurp. l. & in priuatis, & ff. de extraordi. cri. l. 1. & in sequentibus tit. vsque ad ti. de publ. iudi.

Poenae in crialibus sunt ordinariae & extraordinariae.

c ¶ Sed de publicis. Summo digito .i. longiori digito: cum quo quis tangere potest altius, quam cum alijs, qui dicitur medius. Accursius.

¶ Tu dic summo digito .i. leuiter, metaphora sumpta a corpore. Quando. n. aliqua res leuiter a nobis tangitur, eam summo digito attingere solemus, & (vt ipse paulo post exponit) per indicem. i. summarie, & breuiter.

SYL.

d ¶ Per indicem. i. per illum digitum, qui dr̃ index. Vel dic & melius, q̃ haec dicta sunt vt sint index siue demõstratio aliorũ dicendorũ: sicut & sub gallina onũ dimittitur, vt sit index ad hoc. vt ibi alia faciat oua: & idem in ijs qui aucupantur ad columbas.

* ¶ Indicem hic posse etiam pro tabula, seu vt Graeci dicunt, elencho accipi, affirmat Alciat. noster lib. 4. de verb. sign.

e ¶ Aduentura est. Vt ff. de public. iud. per totum lib. vsque ad tit. ad appellatio. qui sequitur. Accursius.

Iuxta Serenissimi Dominij Veneti mandatum diligenter reuidit, & per inacuriam omissa ex veteribus Codicibus fideliter inseruit, atque correxit M. Matthias Coldiz Alemanus, fine feliciter imposito VII. Calend. Octob. M. DC. XVIII.

FINIS.

# EX THEATRO IVRIS CIVILIS VNIVERSI,

Virgilij Caprioli Iuriſconſ. Hiſtonienſis

SECTIO.

Annotationes ad quatuor libros Inſtitutionum Imperat. Iuſtiniani.

*CVM PRIVILEGIIS.*



VENETIIS, APVD IVNTAS.

M DC XVIII.

# EX CVIACIO
## Obseruat. lib. 11. cap. 38.



X libris iuris ciuilis, quibus solis nos vti Iustinianus voluit in respondendo, litigando, iudicando, libello Institutionum, neque comptior, neque facilior vllus est, quivè interpretem desideret minus, vt planè illorum videatur otium ignobile, qui eum libellum longissimis onerant Commentarijs, quod positum est in vna cognitione in infinita dispartientes, quo, scilicet, plura scire videantur? Nam quæ scientia hæc est, quæ modum non habet vllum? quæ fines suos egreditur? quæ tota deerrat à præceptis suis, & summo illo præsertim, nec à Iustiniano prætermisso, vt incipientibus iura tradantur leui, ac simplici via, ne difficultate institutionis tam numerosæ, atque perplexæ ab hoc studio deterreantur? Quæ me ratio impulit olim potissimum, vt corrigendo Institutionum contextui, qui hiabat locis plerisque, potius quam interpretando, operam darem. Sciebam enim nitidissimum libellum interprete nihil indigere. Rursus. Facilitas verò in Institutionibus, quam prædicto, vt non potest esse magna, conditis ordine, & arte tanta, quantam vix vllus hodie nobis conficere potest, aut poterit vnquam, definitionum, & diuisionum, vel partitionum elegantissimarum plena omnia, iuris veteris à iure nouo separatio perspicua, veteris sermone purissimo veterum, noui sermone Triboniani recenti, & in his singularia innumera, quæ vix in alijs inuenias nostris, alienisvè authoribus, vt de lege Hostilia, quod est scriptum furti agere licere eorum nomine, qui apud hostes sunt, aut Reipubl. causa absunt, quivè in eorum, cuius tutela sunt: & inueniendorum codicillorum historia, & quod prima specie iniquum videtur, de noxalibus actionibus. Seruus noxæ deditus, si damnum resarcierit ei, cui deditus est quæsita pecunia, vt auxilio prætoris, inuito domino, manumittatur. Rursus. At non illi tantum singulares loci in Institutionum præclarissimo, & eruditissimo libro, verùm & alij plures, de fiduciaria tutela: cur liberi parentis manumissoris sint fiduciarij, liberi patroni legitimi: de tribus generibus testamentorum, de oratione Pertinacis in tit. quib mod. testam. infirm. oculis subiecta graduum descriptio, & enumeratio actionum bonæ fidei perfectissima, & alia de iure antiquo non pauca. Hæc indicasse satis erit, quæ simul etiam totus liber qualis sit, quantique momenti, satis, vt arbitror, indicabunt.

# LIBER PRIMVS.

## Titul. I. De Iustitia, & Iure.

§.1. Iustitia. De definitione iustitiæ. Vide Hadr.Turneb.aduers.lib.8.cap.20. Iacob. Concennat. in Epitom. Oeconomicæ artis iur.ciu.in princ.vbi docet hanc definitionem a Simonide Philosopho desumptam,& a Plat.lib.1.de rep.& a Rodulph. Agricol.de inuention.dialect.lib.1.contro uersam, ab ipso Concennatio tamen defensam. Vide Alciat.parerg. lib.1.c.31.& quos citat Petr. Ceneda in Collectan. ad ius cano.p.2.collectan.56.nu.1.ex. & quæ notauimus in l.10.ff.eodem.

Priuatum] ius priuatum tripartitum. Diuus Thom.2.2.q.5.art.3.

§.Iuris præcepta.vide tex.in l.1.§.1.ff.eo.vbi per nos plene notata. Lorior de iur.arte, in tract. iur. axio.9. Concennat. in Oeconom.iur.lib.1. cap.4. Io.Robert.senté.lib. 3.cap.12.

## Tit.2. De iure naturali.

§.1. Ius naturale. Sumptum ex l.1.§.2. ff.de iust.& iur.Vide vltra,quæ ibi notauimus, glo.in c.ius naturale, dist.1. Vacun. declarat.1.& seqq & declar.15. n.2. Paul.Leon. in repet.rub. ff.de verb.oblig. num.15. & seqq.Forcatul.in Atiar.c.2.nu.1

§.Ius autem ciuile. vide tex.in l.9. ff.de iust. & iur.& ibi notata.

Legibus,& moribus] legibus, aut moribus, emendat Franc.Cosc.in reper.ca. de offic. deleg.nu.50.Ad intell. vide Duar.in tit. ff. de iust.& iur.c.5.Tiber.Decian.rer.crim. lib.2.tit.23.

Quod vero.] Ad intel.vide Aluar.Valasc. de iur.emphyt.q.3.nu.4.allegat Couarru. in regul.peccatum,p.2.§.11.nu.4

§.Sed ius.vide Vacun.declar.1.nu.4. deci.87. sub.nu.7.& declar.91.nu.1

§.Sed quoties, Fallit, vt per Zoannet.rer.quotidian.c.60.n.3. Ad intel. vide Alex.Raud. in tract.de analog.c.13.n.16. Hier.Magg. Miscellan.lib.1.ca.16. Benincas.§.1.num. 279.instit.de act.Dec.conf.685.nu.7.Gomes.Instit.de act.in princ.num.42. Marc. Anton.Blanc.in tract.de compromis.q.1. nu.19. Dec.in c.licet causam. nu.26. extra de probat. Aldobr. hic nu.7.Aquil.in l.si is,qui pro emptore.in princ. nu.170. ff.de vsucap.

Virgilius] Vir.an ver.sit legendum, vide Plerium in Annot.Virgilian. quem reprobat Ioseph Castalion.variar.lib.1. c.de nomine Virgilij.vide tamen Poitian.epistolar. lib.5.ad Bart.Scalam,& Miscel.c.77

§.Ius autem gentium. Ad intell. vide Card. Bolognet.de lege iur. & æquit.c.77.nu.17, & quæ notauimus in l.1.§.& ius gétium, ff.de iustit.& iur.

§.Constat.vide Ber. Pand. in prag.1. nu.80. tit.de ord.iudicior.

Scriptum.] Vide Alex.Neap. Gen.dier.lib.6. c.23. Cenedum, in Collect. ad ius canon. in princ.nu.4

§.Lex est.vide Annib. de Canon.in reper. l. nemo potest.nu.511. ff.de leg.1. Connan. Comment.iur.lib.1.c.14. Paul.Manut. in libel. de legib. & quos cumulat Petr. Cened.ad ius cano.collecta.1.& per nos in l. 1.ff.de legibus.

§.Plebiscitum. vide Tiber.Decian.rer.criminalium lib.2. cap.27. Beroald.ad Apul.de Asin.lib.7. Connan.d.lib.1.c.14

Plebs.] Vide Alex.Raud.de analog. cap.26. num.3

Hortensia.] Horatia,emendat Connan.Cōmentar.iur.li.1.c.13.in fine, Gouean.var. lect.lib.1.c.22.quos damnat, retenta vulg. lectione Contius lect.subseciu.lib.2. ca.8. cui assentior, per ea quę notaui in l.2. §. deinde cum essent plebiscita. verb. lege Hortensia ff.de orig.iur.

§.Senatusconsultum,vide Connan.lib.1. ca. 14.Commenta.iur.Tiber.Decian. rer.crimin.lib.2.c.28.

§.Sed quod princip. vide Connan. Cōment. li.1.c.16.Bart.Vacc.Coras. Baron. & alios in l.1. ff.de constitut. princ. Corasc.Misc. lib.6.c.8.Duar.in Commentar.de constit. princip.c.1.& disputat.lib.2.c.19. Decian. tract.criminal.lib.2.c.30. Vasq.de success. progress.in præfat. nu.45. & illustr. quęst. lib.2.c.43.& 45.Ioan.Petr. Surd. cons.140. num.34.vol.1. Alex.Turamin.in rubr. ff. de legib.lib.2.c.4.num.2. Anto.Burgos.in repet.rub.extra de constit.nu.82.Gouean. var.lect.lib.2.c.20

§.Prętorum edicta,vide Decian.rer.crimin. lib.2.c.29.Bellon.supputat. li.1. c.9. Rain. Cors.indagat.lib.3.c.4.nu.15. Alex. Turamin.in rub.de legib.lib.2.c.3.nu.48. Connan.Comm.lib.1.c.15. & quos citauimus in l.2.§.eod.tempore,ff.de orig.iur.

Ad intell. vide Fulu. Constant. instit. de interd.in rubr.nu.2.Hippo.Rimin. in rubr. C.qui admit.nu.70.& seqq.

Ædiles curules.] vide Petr.Grego.Syntagm. iur.lib.47.c.31. Franc. Pollet.Histor.fori Rom.lib.3. c.6.Valent. Forster.histor.iur. ciu.mihi. fol.33.Fenest.Magistrat.lib.2.c. 16.Alexan. Bud.& ceteros in l.2. §.deinde cum post.ff.de orig.iur.

§. Responsa prudentu. vide Cōnan.Cōm.li. 1.c.11.in.3. & seq.Alex.Turam.in rubr.de legi.c.3.n.576.ff. de orig.iur. Federi.Scot. in l.1.n.53.ff.si cert.pet.Tiber. Decian.rer. cri.

crimin. lib. 2. cap. 31. & in apolog. cap. 2.

§. Sine scripto. Ius non scriptum appellatur consuetudo. Vide Diaz. reg. 141. cõsuetudo. Ad intel. vide Loriot. de iur. arte. in trac. iur. axio. 63. Connan. Commen. li. 1. c. ex text. & dd in c. diuturni. distin. 12. & q̃ notauimus in l. 32. de quib. ff. de legib.

§. Sed naturalia. vide Alex. cõs. 75. n. 1. vol. 1. vbi Rouesc. in add. Ferrand. Aduẽs. explicat. lib. 2. Loriot. de iur. arte. in tracta. iur. axio. 34. Duar. in tit. ff. de iust. & iur. ca 5. tex. & dd. in l. iura sãguinis, ff. de reg. iur. Rain. Cors. indagat. iur. lib. 1. c. 28. Cagn. in l. frater à fratre. num. 172. ff. de cõdict. indeb. Alex. Turamin. in rub. de legibus, lib. 1. cap. 3. num. 1.

§. Omne. Desumptum ex l. 1. ff. de stat. hom. vide Cõnan. Commen. lib. 2. c. 1. in prin. Duar. Disputat. lib. 1. c. 55. in fin.

## Tit. 3. De iure personarum.

§. 1. Summa. Ex l. 3. ff de stat. hom. Ad intel. Vide Connan. Commen iur. li. 2. c. 1. n. 3.

§. Et libertas. ] Ex l. 4. ff. de stat. homin. vide Connan. vbi sup. Pet. Fab. Semest. li. 2. c. 3.

§ Seruitus. ] vide Pet. Fab d. c. 3. Vacun. declarat. 10. Forcatul. in rubr. ff. de seruitut. nu. 1. & 10. Coras. ibid. n. 13

§. Serui autem ex eo. ] Ex l. pupillus, § 1. ff. de verb. sig. vbi vide scribẽtes Alc. & Brech. Isid. etymolog. lib. 8. c. 4. Alciat. parerg li. 1. c. 14. Ant. Aug. ad Modestin. in l. sed & si milites ff de excus. tutor. Pard. Prat. de med. iurisprud. lib 1. c. 38. August. de Ciuita. Dei lib. 19. c. 15

§. Serui autem. Ex l 5. ff. de stat. ho. vide Cõnan. Cõm. li. 2. c. 1. n. 3. Iul. Paciũ Enātiophã. cẽtur. 1. c. 22. Pet. Fab. Semest. li. 2. c. 12.

## Tit. 4. De Ingenuis.

§. 1. Ingenuus. Ex l. 5. ff. de sta. hom. vide Cõnan. Comment. lib. 2. c. 11. n 5.

Ex his. ] Ad intel. vide Gottean. var. lect. li. 2. c. 11 Reuard. varior. lib 5. c. 13.

§. Cum autem. vide text. & scribentes in l. 2. C. de ingen. manumiss.

## Tit. 5. De Libertinis.

§. 1. Libertini. Ex l. 6 ff. de stat. ho. vide Lauren. Val. elegant. li. 4. ca. 182. Ant. Aug. ad Modest. in l. 1. ff. de excus. tut. Cuiac. obser. lib. 3. cap. 37. Ferrād. Aduens. explicat. lib. 2. Ioã. Mercer. opi. lib. 1. c. 10 Ald. Manut. de quæst. per epist. lib. 1. c. 7. Connan. Commen. iur. lib 2. c. 6.

Manumissio. ] Ex l. 4. ff. de iust. & iur. vbi vide Anton. Vacc. & Coras. Connan. comment. lib. 1. c. 5. nu. 7. & li. 2. c. 4. Vasq. de succes. creat. §. 1. num. 35. & de success. progress. in præfat. n. 135. & Loriot. de iur. arte. in tracta. iur. axio. 34. Guliel. Douiar. in respons. iuriscons. natur. enarrat. 7. Ferrand. Aduens. explicat. lib. 1. Ant. Rusc. memorab. lib. 1. capit 8. Vacun. declar. 86.

§. Multis. Ad intel. vide Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. num. 424. Ruin. in l. 1. n. 25. ff. de leg. 1. tex. & ibi notata in l. 1. C. de latin. libert. tol.

Libertinorum. ] Libertinorum species. vide apud Ferr. Aduens. explicat. lib. 2. Connã. comment. iur. lib. 2. c. 6. Ad intell. vide tex. in l. 1. C. de latin. lib. tollen. vbi notata. ]

Lege Iunia Norbana. ] De qua Anton. Aug. de legibus.

Lege Aelia Sentia. ] Sexto Aelio Catulo, & C. Sentio Saturnino. Cons. lata. ann. ab vrbe condita. 756. quo anno Tiberius adoptatus est ab Aug. vt ex Anton. August. vide Connan. Comment. li. 2. c 5.

Sed dedititiorum. ] Qui sint vide per Politian. Miscel. lib. 1. c. 84. Connan. Commẽ. lib. 2. c. 6. num. 2.

Et oẽs domini. ]. 1. dominij. Anton. Augu. emendat. li. 3. c. 7. & in l. Iunia Norbana.

## Tit. 6. Quib. ex caus. manumit. non licet.

§. 1. Non tamen. Ad intel. vide Pau. Leon. in l. qui Romæ. §. duo fratres, nu. 41. & seq. Soc. in l. stipulationes non diuiduntur, nu. 140. ff. de verb. oblig.

§. In fraudem. Ex l. in fraudem ff. qui, & à quibus manumiss. liber. non fiũt. Ad intell. vide Cõnan. Comment. lib. 2. c. 5. nu. 4. Gomes. in §. item si quis in fraudem. Inst. de act. Petr. Fabr. in l. generaliter, ff. de reg. iur. Pinel. in l. 2. p. 1. ca. 2. nu. 32. & seq. C. de rescind. vendit.

§. Eadem. Ex l. si minor. & seqq. ff. de manumiss. vindict. Ad intel. vide Connan. comment. lib. 2. c. 5. n. 2. Quid sit vindicta manumittere, vide Ræuard. varior. lib. 4. c. 9. Sigon. de iudic. li. 1. c. 13. Briss. de formu. lib. 8. f. 827. Connan. comment. lib. 2. c. 4. nu. 3. Alex. Neap. Gen. dier. lib. 4. c. 10. Coras. Miscel. libr. 2. c. 10. sub nu. 10.

§. Semel. ] vide tex. & ibi not. in l. 1. C. de vin dict. libertat.

§. Cum ergo. Sed cum libertas. Ex l. 106. libertas ff. de reg. iur.

Et ideo. Vide Connan. Comm. li. 2. c. 5. n. 3.

## Tit. 7. De lege Fusia Canin. tollenda.

Publ. Futio Camillo, & C. Caninio. Cõs. lata. an. 752. ab vrbe cõdita, de qua vide Cuiac. ad Vlp. tit. 1. & Paul. sent. lib. 4. tit. vlt.

## Tit. 8. De his, qui sunt sui, vel alieni iur.

§. Sequitur. Ex l. 1. ff. eod. vbi vide dd. Vacc. & Coras. Connan. comment. lib. 2. c. 3. Concẽnat. Epit. Oeconom. artis iur. ciuli li 1. c. 10. Iul. Pac. enantioph. cent. 1. q. 28. & seq.

§. In potestate. Ex l. 3. ff. eod. vbi vide.

§. Sed & malor. Ex l.2.ff.eod. ad intell. vide Macrob.Saturnal.lib.1 .c.11.Connan. Cómen. lib.2.c.2.num.6.& 7. Hipp. Rimin. in §.1. nu.74.Instit. de donat.Iul.Pac.enātioph.cent.1.q.29.& 30.

## Tit. 9. De patria potestate.

§.1. In potestate. Ex l.3.§. item in potestate, ff. de his,qui sūt sui, vel alien.iur. Limita apud Neapolitanos, Lōgobardos, Hispanos in filijs vxoratis, in filijs Gallorum, & Iudæorum, in filijs Episcopi, Monachi, & Canonici, per ea, q̄ notauimus in d.l.3. Itē in filijs vxoratis apud Biturigos, Senenses, Blesenses,& Burgūdos,vt p Pet. Gregor. Syntagm.iur.lib 11 c.10. nu.10.

Ad intell. Vide Aul. Gel. noct.att. lib.2.c 7. Cōnan. Commentar. lib.2.c.13.Pet.Greg. d.lib.11.cap 5.Rçuard. ad leg.12.tabul.l.3. Aquil. in l. centurio p.1. nu.88.ff. de vulg. Duar. in tit.ff. sol.mat.c.de nupt.1. Pinel. in rub.C.de bon.mat.p.2.nu.11.

§. Ius autem.Patria potestas est de iure ciuili Rom. secund.Theoph.& Balduin. hic. Sed quod sit de iure naturæ, vide Arist.politi.li.1.c 8.& Et hic. lib.5.cap.6 vide Vacun. declar.8.& declar.50. nu.2. Forcat. in Neciom.dial.15.nu.2.

§. Qui igit. Ex l.4.ff. de his,qui sunt sui,vel alien.iur. Ad intell. vide Cōnan. Comm. lib.2.c.13.& lib.8.c.3.post num.2.

## Tit. 10. De Nuptijs.

§. Iustas,Masculi puberes,Qua ætate matrimonii contrahatur,vide Ioan.Borcholt. in tract.de gradibus,mihi.f.91.

Consensum parentum. ] Fallit de iure can. c.sufficit 27.q.2.Concil. Trid. sess.24 de reformat. matr.c.1.Bellon.in antinom.li.2. num. 3. & quæ abunde notauimus in l. Paulus,ff.de statu homin.

Ad intell. vide Brisson. de iure cōnub. mihi f.645.Dec.in l.nup. nu.8.ff de reg.iur.

Nostra decisio. ] est tex.in l.si furiosi.25.C. de nup. Ad intell. Vide Eman. à Costa ad l. cum tale.§ si arbitratu. ampl.9.nu.4.ff. de condit.& demonstr.

§. Ergo.Vide tex.in l.fi.ff. de rit. nupt. Brisson.de iure connub.f.622.& seqq.

Et hæc adeo,] vide in l.quin etiā.55.ff.de rit. nup.Ant.Cōr.lectio.subseciu.li.5.c.5.nu.4.

§. inter eas. Vide in l.vlt.ff.de rit.nupt. Brisson.de iure connub.f.626.& seq.

Sed si qua. ] Sumptum ex l.17.per adoptionem.ff.de rit.nupt. vbi vide.

§. Fratris,vide tex.in l.17.nemo, C. de nupt. & in l. sororis. ff. de ritu nupt. Cuiac. obser.lib.16 c.37.

Eius vero , vide tex.in l.si qua mihi,§.adoptiuæ,ff.de ritu nupt. & ibi gl. Petr. Beloi. variot.lib.4.cap.3.

§. Duorū vide tex.in l.3.§.si neptem,ff.de ritu nup. fallit de iure cano. Turrecrem. in c. constitutiones,n.9 1. dist.10. vel intellige de adoptiuis,vt per gl.hic. Ad intell.vide plene per Cont. lect.subseciu.lib.2.cap. 1.Brisson.de iure connub.f.638.

§. Item amitam . Ex l. 17. per adoptionē. §. amitam,ff. de ritu nupt.Ad intell.vide lection. subsectua.lib.1.cap.5.Petr. Loriot. de gradibus. axio.67.

§. Affinitatis . Affinitas est diuersarum cognationū non per sanguinem,sed per nuptias copulatio. Loriot. de gradibus affinitatis axio.69.

Causa vna cessante, non cessat cōcessio, vbi aliquid cōceditur ex duabus causis. Diaz. regu.70.

Ad intell. vide Alciat. de verb.sign.lib.1.nu. 12. Raphael.Seisler.in remis.f.1. Soc.iun. in l. moribus, num. 106. ff. de vulg.Pirr. Alphan. in l.1.nu.117.C. de edend. Tiraq. in reg.cessante causa limitat.22.Galles.de exercitat.iurisper.lib.3.nu.39.

§. Mariti . Ex l. 34. generali, §. inter priuilgnos, ff. de ritu nupt. Ad intell. vide Loriot.de gradibus affinit.axio.77.

§.Illud,vide tex.in l.libertinus,& in l.adoptiuus,§.seruiles,ff.de ritu nupt.

§. Si aduersus . Ad intell. & vnde spurij sint dicti vide Cont. lection.subseciu.lib 2.c. 1. Concennat.in Oeconom iur.ciu lib.2. c.19.Cott. in memorab. verb.spurij. Coras.in l.vulgo.nu.3.ff. de stat hom. Beroald. ad Apul.de asin.lib.1. Palæot. in tracta.de not.& spur.c.18.n 3.

§. Aliquando,curiæ datus, ] vide in l.9.com munium.C. de natural.liber.§ quā varie. Auth. quibus mod. natural. efficiant. sui. Quod qn procedat vide Ioā. Borcholt. in tract.de gradib.mihi.fol.193.

Nec non is, ] vide Duenn reg 350. filius naturalis, Amplia in matrimonio in mortis articulo, vel à sene decrepito cōtracto. Cras. cōm. opi.li.2.c.5. q. 6. Amplia inter nobilem,& rusticam.Crass.ibid.q.8.

Ad intell.vide Gomes.in l.12. Taur.nu.56.& seqq. Anton. Ross. in tract. de legitimat. tit. de caus.fina.leg.n.26.& multa ad materiam vide per dict. Palæot. vbi supra. & Dilect. meum in tract. de success. ab intest.lib.1.num.155.

An filij sic legitimati succedant in feudis,vide Andr. Fachin. controuers lib.7: ca. 51. & Dilect.meum vbi sup.n.162. & seqq.

## Tit. 11. De Adoptionibus.

§. Nō solum,adoptio. Ex l.2.ff.eo. Ad intel. vide Connan. Cōmentar. lib.2.c.15. Aul. Geil.noct.attic.lib.5.c.19. Hier.Magg.Miscel. lib.4.c.6.Brisson.de formul & solennibus verb. popul.Rom.li.8. Frāc.Pollet. Histor. fori Rom. lib.3.c.2.Sigon. de iud. lib.1,c.12. Gul.Forner, select,li.1. c.19.Alciat.

elat.in l.derogatur,nu.3.ff.de verbo.sign. & parerg.lib.9.c.5. & quos citamus in d. l.2.ff.eod.

§.Adoptio.Vide in l.cum in adoptiuis. C.e. Ad intell.vide Valer.Max.lib 6.c. de filio M. Anci Curseolani, quem excitat Petr. Aerod decret.ad Thrian.lib.2.tit.13.

§.Cum autem. Vide text.in l.18. non enim. ff.eod.& in l.2.C.eod. Connan. Commẽ. lib.2.c.15.nu.11.

Personæ publicæ.]id est Notatio. Hipp.Rimin.cons.242.nu.122.& seqq. vol.3. Connan.Cõment.lib. 2.c.2.nu.3. Tiraq. de iure constit.p.3.limi.30.nu.42.Guid.Panciroi.in Notit.dignit.lib.1.c.14.ab actis,Gouean.var.lect.lib.2.c.10. qui videntur intelligere de actuario.

§.Minorẽ.vide tex.in l.si paterfam.§.in arrogationibus in l.adoptio,in l.arrogato, §.non ratum,ff.eod. Rainald. Cors. indagat.iur.lib.2.c.15.Alciat. parerg. lib.6. c.1. Connan.lib.2.c.15. num.8. Ioan. Mercer. opin.lib.1.cap.8.

Licet. ] Ex tex.in l 37.adoptare.ff.eo. Ad intell.vide Connan.d.lib.2. ca.15. sub n. 14. Cont.lect.subseciu.lib.1.c.6.

§.Sed & illud,vide tex.in l.2. §.illud. ff. eod. Quid spadones,& Eunuchi,vide Ferrand. Aduens.Explicat.lib.2. Connan. d. li. 2.c. 15.nume.9.qui taxauit a Hier.Magg. Miscel.l.2.cap.5.Stepha.Forcat. in auiar.c.8. num.1.& quos citamus in d.§.illud, vbi plura.

§.Feminæ,vide in l.5.mulierem, C.eo. Connan.d.lib 2.c.15,nu.6. vbi de ratione. Fallit in matre tutrice. Cabal. milleloq. 552.

§.Illud.Ex tex.in l.2.§.hoc vero, ff.eo. Proprium est, quod alteri non communicatur,Bart.in d.l.2.

§.Apud Catonem.Marci Portij Catonis Cẽsotini principis Portiæ familiæ filius, vt in l.2.ff.de orig iur. plurimos libros in legibus cõscripsit. & adhuc superest in lib. legum regula Catoniana,vt per Bernard. Rutil.in vita Catonis.

Vnde constitutione, ] est in l.vn. §. similiq. modo,v. C.de latin.libert.tol. Ad intel. vide Pau.l.eo.in l.1. si quis ita nu.104. ff. de verbor.obligat.

## Tit.12. Quib. mod. Ius pat. potest.soluitur.

§.1. Videamus,mortuo. vide tex.in l.5.nepotes,ff.de his,qui sunt sui,vel alien.iur.

§.Cum autem, Deportati,& relegati,qui, vide Menoc. de arbitrar. lib.1. q.90. nu. 89. Ioan.Rober.sent.lib.4. c.11. Cel. Rhodig. lect.antiq.lib.15.cap.48. Turneb.aduersar. li.20.ca. 16.Bud.in annot.poster. in l.capitalium,§.in exulibus,ff.de pœn.Pet.Fabr. Semest.lib.2.c.5.

Ac si eo mortuo. ]Deportati habentur loco demortuorum,l.1.§.fi.ff.de contra tab.vide Vacun.declat.18. nu.5. Connan. Commentar.lib.2.c.3.nu.9.Lorior. in trac. mortis,axio.3.Herman.Vultei discepta. ca.12. vbi optime.

§.Relegati.vide tex. in l 4.relegatis, ff.de interdict.Petr.Fabr.Semestr.lib. 2.c.13. mihi f.357.& f.362. non procedit in bannitis nostri temporis.Corn. in l.qui deportati.nu.1.5.& seqq.C.de hære.instit.

§.Pęnæ.Hodie non procedit per § quod autem,Auth.de nupt.& auth.sed hodie, C. de donat.inter vir.& vxor. Item corrigitur apud Hispanos per l.4.Tauri, vbi Gomes.n.1.& 3.Ad intell.vide Hipp.d Marsil.cons.131.num.41.vol.2. Aquilin. in l. Gallus,§.& si ratum,vers.quid enim,nu. 59.ff.de lib.& posth.Ioan.Franc.de Ponte.cons.73.num.26.

§.Filiusf.constitutione nostra, vide text.in l.fin.C.de consulib.lib.12. Ad intell.vide Castald.in tract.de Imper.q.98.n.9. Connan.Comment.iur.lib.2.c 14.nu.1.

§.Si ab hostibus:vide tex.in l.in bello §.1. ff.de captiu.dictũ.] Postliminiũ vnde dicat,vide Curt. Brugens. Icastõ ad Colleg. lib.2.c.23.Beroald.ad Apul.de asino.li.1.

§.Præterea.Quõ fieret imaginaria venditio vide Brisson.select.antiq. lib.1.c.11. Ferrand.Aduens.explicat.lib.2. Vacun. deci. 16.n.10.Ad intel.vide Alciat.parerg. li.4. c.3.Vigl.in §.excessit,Instit.de testam.

Nostra prouidentia,]in l.vlt. C.de emãcip. Ad intell.Vide Vacun.declar.16.num.12. Connan.Comment.iur.li.2.c.14.nu.6.

§.Admonendi,Ex tex. in l.28. liberũ, ff. de adopt.Ad intel.vide Connan.lib.2.ca 15. sub nu.14.Ioan.Droseum in metho. iur. ciu.mihi.fol.116.

§.Sed & si pater,nostras constitutiones, ] in l.penul.& vlt.C.de adopt. Ad intell. vide Annibal.de Can.in reper.l. nemo potest. nu.617.ff.de leg.1.

## Tit.13. De Tutelis.

§.Est autem tutela, vis,atque potestas,id est violenta potestas gl.hic,quã sequitur Loriot.de tutel.axio.1. Vinc.Manzin.de tut. in princ.& passim ceteri quos citamus in l.1.ff.e.q maxime se torquent,vnde fit vt magis credam Harmenop.Epitom. li.5. tit.11.& Theoph.Instit. li.1.tit.13.§.atq. in primis, vbi legunt, ius, atque potestas: vide tamẽ Sigon.de antiq.iure ciu. Rom. lib.1.c.13.Petr.Greg.Syntagm.iur. li.12. c.2.Alciat.parerg.lib.1.c.28.Sebast.Med. de diffinit.p.2.c.86.

§.Permissum,Ex leg.12.tabul.vt in l.1.ff.de testamen.tutel.cuius verba sunt,vti legasset suæ rei,ita ius esto,vt in l.verbis,120. ff.de verb.sign. An possit pater filio tutorem dare in testamento imperfecto, vide Crass.commu.opin.lib.1.c.9.q.1.

§.Cum autem, Ex l.1.§.item scire, ff. de testam.

ft am.tut.Ad intel.vide Aquilin. in l. Gal. §.& quin fi tantum,in princ.nu.30. ff. de lib.& posth.

## Tit. 14. Qui testō tutores dari possunt.

§.1.Dari.vide tex.in l.9 filiusfam. ff.de his, qui sunt sui,vel alien.iur. Loriot. de tutel. axio.4.

§.Sed sciendum Conciliatur l. & si nō ascripta, C.de fideicommiss. liber. per Connā. comment.iur.lib.2.c.24.nu.7. & 8. Bello, in antinom.nu.10.

§.Furiosus.Ex l.furiosus, ff.de tutel.Ad intel.vide Petr.Loriot.de tut.axio.46. Procedit in tutel.testamen. non datiua. Cagno. in l.actus legitimi,nu.17. ff.de reg.iur.

§.Ad certum. Conciliatur cum l.actus legitimi,ff.de reg.iur. per Straitman. seu Bellon.in antinom.n.22. Ad intel. vide Barr. in l.si is,qui ducenta, §.vtrum,nume.2 ff. de rebus dub.

§.Certe.vide Craff.com.opin. ll.1.ca.9.q.12.

§.Si quis. Ex l.si quis filiabus, ff.de testamē. tutel.Ad intel.vide Duar. in l.17. qui filiabus.de leg.2.& quæ notauimus in d.l. 17. qui filiabus.

## Tit. 15. De legitim. agnat. tutel.

§.1. Quibus.vide in l.1.ff.de legit.tut.

Lege 12.tab. Cuius verba sunt, secundum Cuiac.obseruat.lib.10.c.11. Agnatus pximus tutelā naneitor. Cōcordat cum iure Saxon.vt per Fach.de differ.iur.ciu.& Saxon.lib.2.differ.15. corrigitur per Authēt. hēditas,C.de legit.tutor.quia tutela deferť tā agnatis,quam cognatis. Ad intell. vide Alex.Neap.genial.d.lib.6.cap.10.mihi fol. 342.Loriot.de tute.axio.10. Sigo.de antiq. iure ciu Rom.lib.1.c.13. Pratei, de veter. iurisprud.in l.19 Sol.& in l.26 duod.tab.

§.Sunt autem.Ex text.in l.7.sunt autē, ff.de legit.tut.Ad intel.vide text.in l.2.§.agnati, ff.de suis,& legit.& in §. 1. Instit. de legit. agnat.success.vbi scribentes.

§.Atque,cognati qui,vide tex.in l.Iurisconf. §.1.ff.de gradibus affinit. vbi Loriot. Iac. Ræuar.varior.lib.5.c.1.

§. Quod autem,vide tex.in l.6. intestato, ff. de legit.tut.

Lex.] id est duodecim tab.vt in princip. & Anton.Aug.in legibus,12.tabu.nume 10. Ad intel.vide Ioan.Petr. Surd.decis. Mantuan.272.num.37.

## Tit. 16. De Capitis diminut.

§.1 Est autem.vide in l.1.& vlt.ff.eod.

§.Maxima.Ex d.l.vlt.§ consumitur, ff. eod. & l.5.§.ff.ff de var. & extraordin. cognit. vbi quos citamus. Ad intel. vide Ræuard. varior.lib.3.cap.5.optime Herman. Vultei disceptat.iur.cap.12.Io.Robert. Senten. lib.3.cap.9.Duar.disputat.lib.1.cap.4.

§.Minor.aqua,& igni. vide Alexand. Neap. Gen.dier.lib.4.c.5. Vacun. declar. 18. nu. 7.& seq. Vultei,vbi supra Carōd. in Vlp. tit.11. & quos citauimus in §. cum autē, sup.quib.mod.ius patr.pot.

§.Minima.Vide text.in d.l.fi.ff.eod. Anton. Gouean.var.lec.li.1.c.26.Vulteiū,vbi su.

§.Seruus,vide in l.3.§. emancipato.in fin.ff. eod.Quomodo manumittebantur serui, vide Brisson select.antiq.lib.1.c.11. Ad intel.vide Connan.commen. lib.2.cap.5.in ptin.

§.Quibus.Ex tex.in l.5 .ff.de Senatoribus.

§.Quod autem.Quando procedat de iure canon.vide Turtecrem.in c.sequuti, §. quia ergo,nu.7.2.q.7.

§.Quum autem. vide text.in l.6.si plures, ff. de legit.tut.proc. ssisse ex leg.12.tab.autumat Cuiac.obser.lib.10.c.11.

## Tit. 17. De legitim.patron.tutel.

§.1.Ex eadem.vide tex.in l.3.de legit.tut.

Lege. 12. tabul. ] Cuius verba sunt secund. Prateium in l.35. intestato liberto mortuo, primum sui succedunto, si hi non fuerint, patronus.

## Tit. 18. De legit.parent.tutel.

§.Exemplo.Sumptum ex l.3.§.fin.ff.de legi. tut.Ad intell.Vide Petr.Loriot.de gradib. axio.82.& de tutel.axio.12.

## Tit. 19. De fiduciar.tutel.

§.1.Etsi quod defuncto. Ex l.quo defuncto, ff.de legit.tut.per quā hic,verb. virilis sexus emendatur perfectæ ætatis. Ad intel. vide Loriot.de gradib.axio.83. & de tutel. axiom.14.

## Tit. 20. De Attilian. tutor. & eo, qui ex l. Iul. & Titia dabatur.

§.1. Si cui lege Attilia. Lex Attilia iubebat mulieribus, Pupillisve non habētibus tutores, dari tutores a Prætore, & maiori parte tribunorū plebis, quos tutores Attilianos vocamus, sed quia lex Attilia tantum locum habebat Romæ: lege Iulia,& Titia prospectū est, vt in prouincijs quoque similiter a Præsidibus earum darentur tutores,vt auctor est Vlpia. in fragm. tit.11.& recēset Iacob.Ræuard.varior.lib. 1.c.16. Quam legem latam ante Philippum,& Albinum Conf.anno.567.conuicit Sigon.de antiq.iure ciu. Roman.lib.1. c.5.mihi fol.62. Ab A.Attilio Calatino, vel a C. Attilio Regulo, qui bello punico primo Consulatum gesserunt. Petr.Greg. Syntagmat.iur.lib.12.c.13.nu.13.

Ex

Ex lege Iulia,& Titia.) Vide Anto. Aug. in his legibus.

§.Sed & si.Vide in l.1.§ quis. ff. de test. tut.

§.Item si pure.Vide in l.10. si hæreditas, ff. de test.tu.

§.Ab hostibus.Vide in l.14.si arrogat. ff. de tutel.

Iure postliminij.)Vide in l.8.quamuis, ff.de tut.& rationibus distrah.

§.Sed ex his.Ad intell.Vide Iacob.Ræuar.var ior.lib.3.c.16.Pet.Gregor.Syntagm.d.lib. 12.c.13.nu.15.

§.Sed hoc iure.Vide tex.in l.48.Titius,§.Romæ ff.de excusa.tuto.Ad intell. Riminal. iun.in l.1.nu.305.ff.de off.eius. Loriot. de iur.arte.in tract.tutel.axio.21.

§.Nos autem.Ex l.30 Sancimus in curationibus,C.de epis.aud.quæ non extat in vulgatis,sed Contius ex græco Latinam tepo fuit in Pandectis. Ad intell. Vide; Ioseph. Gonzales var.q.c.14.nu.6. Riminal.iun. in l.1.nu.327.& 333.Palefat.nu.187.& seq. ff.de off.eius.

Quingentos solidos )id est aureos,Vide Couarr.var.resol.l.b.1.c.11.nu 3.& de veter. numismat.colla.c.3. nu.3.& 4.& c.3.§.2. nu.5.ex Bud.& Alcia.vt ibi.

Iuridicum Alexandriæ.)cui datio tutoris ex Constitut. D. Marc. est concessa.l 2 ff de off.iurid.Alex.de quo vide Guid. Pācirol. in Notit.dignit.lib 1.c.121.

§.Impuberes. Vide in l.1.ff.de minoribus.

## Tit. 21. De Auctorit.tutor.

§.1.Auctoritas.Vide tex.in l.9.obligari ff.eo. & quæ ibi notauimus. Io Gutter. in l.nemo potest,nu 146.& seq.ff.de leg.1.

Namque placuit.)Vide Duar.de benefic.lib. 7 c.9.

§ Neque.Ex d.l.§ pupillus,ff.eo.

Ne vllum.)nec vllum,emendat Ferran. Aduens.explicat.lib.2. Ad intel. Vide Loriot. de iur.arte in tract. adition.axio.22.

§.Tutor statim.Ex d.l.9.§.tutor ff.eo. Ad intell.vide in Cuiac.obs.li 13.c.30. Hippol. Rimin.consl.239 nu.80.vol.3. Crass. com. opin.lib.1.c 9.q.21.cum trib.seqq.

§.Si inter. Vide tex.in l.1.C.de in litem dan. tut. Loriot. de iur. arte. in tracta. tutel. axio.66.

## Tit. 22. Quib.mod.tutel.finitur.

7 Sic ſoluere ius patriæ poteſtatis, inuitis filijs non eſt permiſſum parentibus.

In §.vnico.De leg.patron.tut.fol.51

Ibi.¶ Quia ſi a femina impubes manumittatur, ipſa ad hæreditatem vocatur, cum alius eſt tutor.

Ex Auth.De hær. ab inteſt. venien. §.ex his,coll.9

Ex Auth. Matri & auiæ, & ex Auth. Ad hæc C.quando mulier.&c.

8 Mulieribus etiã nos interdicimus tutelæ ſubire officium:niſi mater,& auia fuerit: quibus etiam ante agnatos, tutelam ſubire permittimus: ſolis teſtamentarijs tutoribus eas præcedentibus.Et ſi debitum inter ipſas, & filios quoquomodo vertatur, non ideo minus tutela materna admittitur,debito in ſua natura durante.

In §.vnico.De legitim.parent. tut.f.50

Ibi. ¶ Exemplo patronorũ recepta eſt, & alia tutela, quæ & ipſa legitima vocať.

Ex Auth.de hær. ab inteſt.venien.§.nullam & §.ex his collat.9

Ex Authent.Sicut, C.de legit.tut.

9 Cum tutela deferatur ſecundum ordinẽ ſucceſſionis, & pater vocetur ad legitimã filiorum hæreditatem,ſublata differentia emancipationis,& patriæ poteſtatis, legitimam tutelam filiorum emancipatorũ ex verbis hodie pater conſequitur, non exemplo.

In §.vnico.de Fiduc.tutela, fol.51

Ibi.¶ Quo defuncto &c.fiduciarij tutores filiorum ſuorum,vel fratris, vel ſororis, vel ceterorum efficiuntur.

Ex Auth.de hæred.ab inteſt.ven.§.reliquum,collat 9. Ex Authent. Ceſſante,& ex l.meminimus,C.de leg. hær.ex l.frater. C. de legit.tutor.

10 Fratres, ſiue in p:ãte, ſiue emancipati, hodie ad legitimam fratrũ, & ſororũ,nec non libertorũ alterius fratris in poteſtate,

vel emancipati tutelam vocantur: quasi nulla relaxatio patriæ potestatis per emãcipationem intercesserit: cum ad legitimã eorũ hæreditatẽ vocentur, cessante omni differentia sexus, & emancipationis.

In §.Item propter litem. De excus.tut. fol.65

Ibi ¶ Excusari non potest, nisi forte de omnibus bonis, vel hæreditate controuersia sit.

Ex auth.vt ij qui oblig. se hab. perhib. §.1.& seq.coll.6

Ex Auth.minoris, C.qui dare tut.

11 Nullus eorum, qui obligatas perhibent habere res defuncti, ipsumque minorem, & eius res, aut etiam qui apertè obligatus eis existit, ad curationem, vel tutelã eiusdem accedat. Quod si quis iam curam, vel tutelam gerens, efficiatur minoris creditor, vel debitor, cõiungi tutorem alterum, vel curatorem sancitum est.

## Ad secundum librum Instit.

In §.Diutina. De vsucap.fol.102

Ibi.¶ Licet iure sciat, prædiũ alienũ esse.

Ex cap.fin.De præscript.

12 Absq; bona fide, nulla valet præscriptio tam canonica, quam ciuilis: vnde oportet, vt qui præscribit, in nulla temporis parte, rei habeat conscientiam alienæ.

In §.1. Quibus alien. licet, vel non.f.107

Ibi. ¶ Neque consentientibus mulieribus.

Ex c.cum contingat. de iureiuran. ex c. licet, de iureiuran. in 6.

13 Mulieres, quæ alienationibus dotiũ, & donationum propter nuptias cõsentiunt, & non contrauenire proprio iuramento firmant, seruare iuramentum huiusmodi non vi nec dolo præstitum, de iure Canonico tenentur.

In §.1.de testamen.ordin. fol.114

Ibi.¶ Hoc additũ est, ꝑ manus testatoris, vel testiũ, nomẽ hæredis exprimatur.

Ex Auth.Vt spõs.larg. §.qa vero.coll.9.

Ex Auth.Et non obseruato. C.de testa.

14 Firmum testamentum esse sancimus, siue per se, siue per alterius personam, nomen hæredis inscripserit testator.

In §.1. Quibus non est perm. fac.testa. fol.120

Ibi.¶ Ad parentes eorum iure communi pertinebit.

Ex Auth.de hær.ab intest.ven. § si vero cum ascendentib.coll.9

Ex Auth.Defuncto. C.ad Terr.ex Auth. Itaque.C.commun.de success.

15 Si defunctus intestatus decedat, & descendentes non relinquat, vocantur ad hęre Item fratres, & sorores cum ascẽdentibus, pro æquali. In eadem vero successione præferuntur ex vtroque parente cõiuncti alijs ex altero tantum parente natis.

In §.Posthumi.De exhær.lib.fol.123.

Ibi.¶ Vel hæredes institui debent, vel exhæredari.)

Ex Authen.Vt cum de appel.cognosc.§. aliud quoque capitulum.coll.8

16 Cũ posthumi causas, ex quibus ingrati liberi debent hodie iudicari, committere nequeant, exhæredatione digni non sunt.

In §.Mater.de exhær.lib fol.126

Ibi.¶ Necesse non habent liberos suos hæredes instituere, aut exhæredare.

Ex d.Auth. Vt cũ de appel cog. §.aliud.

Ex Auth.Non licet.C.de liber.præt.

17 Matri hodie, sicuti alijs parentibus, non licet aliquem ex liberis prçterire, vel exhçredare, nisi probetur ingratus.

In §. Liberis.De pupill.subst.fol.136

Ibi.¶ Adeo vt si patris testamentum nõ valeat, nec filij quidem valebit.

Ex Authẽ. vt cum de app.cogn. §.Aliud quoque.§.siue igitur, §.ad hæc.collat.8

18 Si irritum fit testamẽtum patris ex causa exhæredationis, vel præteritionis, valebit tamen substitutio, cum cetera firma permaneant.

In §.posteriore. Quibus mod.testamen. infirm.fol.138

Ibi.¶ Aut conditione sub qua hæres institutus est defectus sit.

Ex l.quoniã in prioribus.C de inoffi.testa.

19 Conditio, vel dilatio, vel alia dispositio moram, vel quodcunque onus introducens, de legitima tollatur: quasi nihil eorũ testamento additum esset.

In §.1.De inoff.testam.fol.140

Ibi.¶ Non autem liberis tantum, &c. verum etiam liberorum parentibus.

Ex Authen.vt cum de app.cog. §.aliud, & §.iustum coll.8

Ex Authen.non licet, C.de liber.præter.

20 Cum non liceat hodie parentibus aliquem ex liberis præterire, vel exhæredare (nisi probetur ingratus) id etiam neque liberis facere erga proprios parẽtes absque causa licitum erit. Quod si secus factum fuerit, nullum erit testamẽtum: neque ob id inofficiosi querela necessaria. Causæ vero ingratitudinis filiorum erga parentes sunt quatuordecim: Parentum vero erga filios septem, quæ suis locis enumerantur.

In d.§.1.De inoff.testam.fol.142

Ibi.¶ Soror autẽ, & frater turpibus personis scriptis hæredibus, ex sacris constitutionibus prælati sunt. Non ergo, &c.

Ex auth.de Nupt. §.ingratitudinẽ.col.4

Ob

21 Ob tres tamen causas frater a fratre, vel sorore exhæredari potest, etiã turpi per sona instituta, vt puta, si mortem voluit fratri, aut criminalem inducere contra eum inscriptionem: Aut substantiæ ei præparauit inferre lacturam.

In §. sed hæc. De inoffi. testam. f. 141

Ibi. ¶ Id quod eis deest vsque ad quartam legitimæ partis repleatur.

Ex auth. De trien. & semisse. in princip. collat 3

22 Si vnius est filij pater, vel mater, aut duorum, vel trium, vel quatuor: non triũcium eis relinqui solum, sed tertiam propriæ substantiæ partem, determinatum est. Si vero quis vltra quatuor habuerit filios, mediam eius totius substantiæ partem relinqui necesse est: ita vt sexuncium sit omnino quod debetur: singulis ex æquo diuidendum.

In §. igitur. De inoffic. testam. f. 142

Ibi. ¶ Siue iure hæreditario, siue iure legati, vel fideicommissi.

Ex authen. vt cum de appellat. cognos. §. aliud. collat. 8

Ex authen. Non licet. C. de lib. præt.

23 Parentibus non licet in suo testamento liberos præterire, vel absque causa exhæredes facere, vel eis legitimam portionẽ, præterquam iure institutionis relinquere.

In §. & cum quæsitum. De lege Falcidia. fol. 162. Ibi.

¶ Vt quartam partem suæ partis saluã habeat, placuit posse retinere.

Ex Authent. de hæredit. & Falc. §. si vero expressim. coll. 1

Ex auth. sed cum testator. C. ad legem Falcidiam.

24 Si vero expressim testator designauerit, non velle hæredem retinere Falcidiã, necessarium est, testatoris valere sententiam. Quod si parere noluerit hæres testatori, receditur ab huiusmodi institutione, & locus fit substitutis, & cohæredibus, & fideicommissarijs, & legatarijs, & seruis, & ijs, qui ab intestato sunt.

In §. fin. De singul. rebus per fideicom. rel. fol 170. ibi.

¶ Verba autem fideicommissorũ hæc maximè in vsu habentur.

Ex l. 2. C. comm. de legat.

25 Omne verbum significans testatoris legitimum sensum, legare, uel fideicommittere uolentis, utile, atque ualidum est.

## Ad tertium Librum Inst.

In §. Ita demum. De hæred. quæ ab intest. def. fol. 173. ibi.

¶ Veluti emancipatione.

Ex authen. De hæred. ab intestat. veni. §. nullam. col. 9.

26 Differentia nulla est hodie in quacunque successione, aut hæreditate inter eos, qui in potestate sunt, & emancipatos.

In § emancipati. De hæred. quæ ab intest. def. fol. 175. ibi.

¶ Euenit vt suus heres pro parte hæres fiat.

Ex Auth. de hęr. ab inte. veni. §. 1. vers. hoc. collat. 9.

Ex Auth. I successione. C. de suis & leg.

27 In successione defuncti intestati, omnibus alijs præferuntur liberi, non distinguendo sexũ, vel iura potestatis. Ita tamẽ, vt primi gradus æqualiter. Nepotes, & vlteriores, in stirpes succedant.

In §. 1. De legit. agnat. success. fol. 179. ibi.

¶ Nec requiritur, an etiam eandem matrem habuerint.)

Ex auth. de ĩõf. & vter. frat. §. vult autẽ. coll. 6 ex auth. de hær. ab int. veni. §. si igitur. col. 9. Ex auth. Cessante C. de leg. hær.

28 Vult autẽ noua lex, ex vtroque decoratos, & simul quidẽ consanguineos, simul autem vterinos fratres, ad successionem morientis, meliores esse quàm illos, qui solummodo consanguinei aut solũ modo vterini sunt. Et quidem fratris ex vtroque parente filius præfertur fratribus defuncti, qui ex vno tm parente cõiuncti sunt.

In §. Hoc etiam. De legit. agn. success. f. 180. Ibi. ¶ Vt trãsferatur vnus tantummodo gradus a iure cognationis in legitimã successionem.

Ex sæpius citata auth. De hær. ab intest. veni. §. nullam vero. coll. 9

29 In omnibus intestatorum successionibus agnatorum cognatorumque differentia vacat: totusque gradus cognationis in agnationem translatus est.

In eodẽ §. Hoc ẽt. De leg. agn. success. f. 181. Ibi. ¶ His etenim personis præcedentibus, & successionẽ admittentibus, ceteri gradus remanent penitus semoti, &c.)

Ex Authent. Vt fratrum filij. §. 1. coll. 9

Ex Auth. Cessante. C. de legit. hæred.

30 Vocentur etiam præmortui fratris filij cum suis patruis: & tantam accipiant portionem, quãtam eorum pater acceptur⁹ erat, si viueret. Hoc vero sancimus est de illis filijs fratris, quorum pater ex utroque parente iungebatur defuncto.

In §. si plures. De legit. agn. succes. f. 181. Ibi. ¶ Frater potior habetur.

Ex Auth. Vt fratrum filij, §. 1. collat. 9

Ex Auth. Cessante. C. de leg. hæred.

31 Si quis moriens relinquat ascendẽtium aliquem, & fratres qui possunt cum parentibus uocari, & alterius præmortui fratris filios, Cum ascendẽtibus, & fratribus

## Ad §. fi. De Iuftit. & iure.

ANtequam principales Antinomias, accipiam enodandas, illud animaduertere placuit: Cur hic Imperator edoceat, ius tripartitè collectum effe: nempe ex preceptis naturalibus, iuris gentium, & iuris ciuilis? Atque in § conftat, inf. tit. fubfequen. iterum ius diuidat in fcriptum, & non fcriptum? Et iterum in §. fi. eod. tit. fubfequen. dicat, ius omne uel ad perfonas, uel ad res, uel ad actiones pertinere. Etenim, cur hæc triplex iuris diuifio fiat a Iuftiniano quærunt plerique, & ignorant. Sed audi quid in hoc fentiam. Primam iuris diuifionem, originalē effe: Alteram, accidentalem, accidit enim iuri, ut interdum fcribatur, interdum non fcribatur. Tertiam uero fubiectiuam. Habet enim pro fubiecto ius, uel perfonas, uel res, uel actiones, §. finali de iur. nat. gentium & ciuili.

## Ad §. duorum. De nupt.

Contra decifionem huius. §. pugnat fanctiffima iuris Canonici conftitutio, in c nō debet, §. prohibitio. de confanguin. & affin. can. quædam, 35 q. 3. quam ut tolleret hoc loco glofa, putauit hunc textum loqui de fratribus adoptiuis: quod fane ex præcedentibus, & fubfequentibus fatis cōprobari poffe uī. Nam dixerat fuperius, licere in uxorē ducere filium ex forore adoptiua: & in §. immediatè fequenr. de Amita adoptiua loquitur Imperator. Verum de fratribus naturalibus loqui a plerifque non dubitatur, iuxta difpofitionem, f. l. celebrandis. 19. C. de nupt. Ideo ad hunc. §. nouellam inferere noluit: ut hodie fecus effe de iure canonico in filijs duorum fratrum naturalium, fororumve agnofceres: quicquid olim decifum fuerit per Imp. Arcadium, & Honor. in d. l. celebrandis, quibus fe fubfcripfit Iuftinianus hoc loco.

## Ad §. fin. De nupt.

Mendofum effe hūc textum in verficulo. ¶ Quod & alijs libertis, &c.] nemo eft, qui non videat. Etenim, cui uel imperito dubiū eft, filios natos poft legitimum matrimonium effe legitimos? Quamobrem hunc textū ita reftituamus. Quod & fi nulli alij liberi ex eodē matrimonio poftea fuerint procreati fimiliter noftra conftitutio præbuit, ] Vt fit fenfus amplificatiuus, non folum illos filios naturales tantum ab initio, legitimari per fubfequens matrimonium, fi alij poftea filij ex eodem matrimonio legitime celebrato fuerint nati: uerum etiam legitimos intelligi, & fi poft celebratas nuptias, nulli alij liberi ex illo matrimonio fuerint procreati. Exprimit hoc idem Imper. inf. de hæred. quæ ab inteft. §. 1. in illis verbis. ¶ Quod obtinere cenfuimus, & fi non progeniti fuerint poft dotale inftrumētum confectum liberi, uel etiam nati ab hac luce fuerint fubtracti. ] Idemque colligitur ex l. Nuper. C. de nat. lib. ibi. ¶ Non folū fecundos liberos, qui poft dotem editi fūt, iuftos & in poteftate effe patribus, fed etiam anteriores, qui & iis, &c.) Et fubdit ibidē Iuftin. ¶ Quam legem quidam putauerunt fic interpretari, ut fiue nō progeniti fuerint poft dotem cōfcriptam liberi, fiue etiam ab hac luce fuerint fubtracti, non anteriores filios iuftos haberi, nifi vtroque tempore viuentes, & fuperftites liberi inueniantur. Quorū fuperuacuam fubtilitatem penitus inhiben dam cenfemus. ] Hanc itaque fubtilitatem explodit in hoc textu fub his uerbis Imperat & in dicto §. 1. in fin. inf. de hæredit. quæ ab inteftat.

## Ad §. primum. Qui teftamento tut. dari poff.

Decifum hic legitur, Directam libertatē accepiffe uideri feruum illum, qui fine libertate tutor datus eft à domino fuo. Hoc exprimūt illa uerba. ¶ Sed & feruus proprius teftamento cum libertate, &c.] Sed huic decifioni aduerfantur uerba l. & fi non afcripta. 9. C. de fideic. libert. ¶ Receptum eft tamen, & libertatis, & pupillorum fauore, ut per fideicommiffum manumififfe eum uideatur.] In uno itaque loco, huic feruo cōpetere directam libertatem ftatuitur. In alio uero fideicommiffariam. Quid igitur?

Communis interpretum folutio eft ifta, quam ponit glofa hic in uerbo Directam. In hoc §. datum fuiffe tutorem in teftamento. At in l. contraria, tutorem datum fuiffe in codicillis, vel per epiftolam. Verum hæc folutio, tum falfa, tum diuinatiua eft. Falfa, quia etiam in codicilis dantur directæ libertates. l. 1. C. de teftam. manum. Falfa quoque, quia nullo pacto dici poteft, per epiftolam datam fuiffe libertatem. Et quia diuinatiuum, & quia in d. l. & fi non afcripta. fit expreffa mentio de teftatore.

Altera eft folutio quorundam, qui dicunt hic confequi directam libertatem, quia teftator fciebat fuum effe feruum: At in lege contraria credebat alienum. Hæc folutio pariter falfa uidetur. Nam ibi fic legitur teftator feruum fuum tutorem, &cetera.]

Tertio loco foluebat Glofa in dict. l. & fi non afcripta, quam fequitur ibi Salycet. & fequuntur hoc in loco Claud. Cantiun. Mynf. & Aldobrand. num. 50 Legem illam corrigi per hunc textum. Sed hæc folutio non placet ob triftiffimam illam regulam. l. præcipimus. C. de appellat. In dubio

bio legem non censeri correctam. Accedat, quod quando aliquid Iustinianus emendat, semper de correctione expresse meminit; vt sexcentis locis apparet in hoc volumine Institutionum.

Ego sic solui posse hactenus existimaui. Diuersas fuisse antiquitus sententias Iurisconsultorum in hac ambiguitate; & præcipuè inter Vlpianum, & Papinianum. Siquidem Vlpianus affirmauit, fideicommissariam libertatem competere in l. si hæreditas 10. in fine. ff. de testam. tutel. Papinianus verò, illum directò liberum esse. l. qui tutelam. 28. §. 1. ff. de test. tutela. Cui assentitur Paulus in l. quæro. 32. in fine, eiusdem met tituli Vlpiani sententiam sequi voluerunt Impp. Valer. & Gallien. in d. l. & si non ascripta. C. de fideicommiss. libert. Papiniano autem, quem pluries excelsi ingenij appellat, consentire voluit Iustinianus hoc in loco, semper enim Imp. Iustin. multum detulit Papiniano, vt non vno in loco colligere est, signanter verò in epistola ad Tribonianũ, in proœm. Digestorum. in l. cum acutissimi. 30. C. de fideicomm. & quod Valer. & Gallien. sectati fuerint sententiam Vlpiani, innuunt illa verba dict. l. & si non ascripta.

¶ Et libertatis, & pupillorum fauore.] Quæ verba Vlpiani sunt in d. l. si hæreditas.

Sed quia hoc probari sine diuinatione vix potest; accipe aliam solutionem F. Connani. lib. 2. Comment. cap. 4. num. 8. Scriptum, & verba Iustinianum spectasse; vim & exitum rei Vlpianum, ipsiusque sequaces Valer. & Gallienum. Vel dic melius; Eandem sententiam fuisse Vlp. Papiniani, & Iustiniani. nempè, Vt directa sit libertas, si detur in testamento: Sit autem fideicommissaria, si in codicillis, vel in aliqua alia obliqua voluntate fuerit relicta libertas, & tutela, vel tutela tantum: Ne confundatur ius testamẽtorũ, & codicillorũ. Hoc clarè patet ex verbis huius rubricæ, & ex verbis huius parag. ¶ Dari autem tutor potest testamento. Sed & seruus proprius testamẽto.] Apparet quoque ex rubrica sub qua posita est d. l. & si nõ ascripta; Nempè, De fideic. liber. Et hoc voluit dicere glossator hic, dũ sic loquitur. ¶ Sed certè hic testamento hoc fit.] Quamuis autem directæ libertates possint dari in codicillis, vt dictum est supra; hoc tamen procedit si testamento fuerint codicilli confirmati. Sed de sui natura libertas data in codicillis dumtaxat erit obliqua. §. pen. infr. de codicill. l. conficiuntur, & l. ab intestato. ff. de iure codicill.

## Ad §. Seruus aũt alienus. Qui test. tut.

Difficilimã esse cõtrarietatem huius §. cũ l. si hẽditas, §. fi. ff. de test. tut. fatentur nõnulli interpretes aliquin doctissimi; nihil super hoc determinantes. legitur hoc in loco. ¶ Seruus autem alienus purè inutiliter testã datur tutor; sed ita cum liber erit, vtiliter datur.] Contrarium verò statuitur in dicta l. si hæreditas. sub his verbis. ¶ Seruus alienus ita dari tutor potest. Si liber erit, tutor est. Quinimò & si purè datus sit, videtur inesse hæc conditio, cum liber erit.) Soluit primo loco ibi glossa hoc pacto; Non valere, vt statim administret, vt hic: valere, cum liber erit, vt ibi. Idem sentit glossa hic, exprimens hoc per alia uerba. Inutiliter ut statim sit, sed cum liber erit. Sed si rem bene pensitauerimus, nugas has esse inueniemus. Quia nunquam inutiliter seruus alienus testamento tutor daretur, cum semper illa conditio uideatur inesse, cum liber erit; Semperq; esset idem casus: nam ante aduentum libertatis nũquam erit tutor. Quamobrem Sylu. Aldob. hic numero 5. dicebat, non uidere quomodo bene soluatur hoc contrarium; cum ueniant aduersatiue illa uerba subsequentia in hoc textu. ¶ Sed ita cum liber erit utiliter datur.] Et concludit super hoc per ista uerba. Cogita: quia est difficillimum contrarium propter illam adiectionem, sed cum liber erit, &c. Contius in d. l. si heredītas. §. fi. soluebat hoc modo. Seruus alienus purè inutiliter datur tutor testamento quo ad uerba, & sententiam. Nam illa datio, Stichus tutor esto: non est pura quo ad sententiam: cum subaudiatur conditio, cum liber erit. Sed non placet. Quia cum per hæc uerba. ¶ Cum liber erit.] intelligatur data fideicommissaria libertas. d. §. fin. uers. potest, & l. & si nõ ascripta. in fine. C. de fideic. liber. Vtique quo ad uerba, & sententiam utiliter datur tutor; Ex his enim uerbis fideicommissaria libertas sequitur, & tutela. Nouissimi Galli ad hunc locum existimant idem in hac formula iuris esse, quod in proxima Iustinianus dicit de furioso, & de minore: ut tunc minor, & furiosus tutor sit: cum in uno furor cessauerit, in alio maior ætas aduenerit §. furiosus. inf. eod. tit. & d. l. hæreditas. § Si furiosus. Sed quemadmodum in illa formula furiosi dissentio extitit inter Iurisconsultos. d. § si furiosos. eodem modo in hac quoque de seruo fuisse arbitrantur. Sed hoc non sine diuinatione dictum puto, unde alia quærenda est solutio. Illud tamen certissimum est, Cui seruo alieno tutela data est, eidem data libertas intelligitur: Non tamen directò, quia rerum natura hoc non patitur; sed testator iubere intelligitur hæredem suum emere seruum illum, & emptum manumittere. d. l. & si non ascripta.

Melior itaque solutio uidetur. Non posse constitui tutorem seruum alienum purè, qñ testator uolebat eum purè, & directe liberũ, & tutorẽ esse; ut in hoc textu. Valere tamen constitutionem eius serui in tutorem; quando ambigua esse testatoris uoluntas: quia uidetur subintellexisse conditionem, quam non expressit. Ita Franc. Connan. dicto libro 2. cap. 14. numero 9. Pro hac sententia faciunt uerba finalia dict. l. si hæreditas.

¶ Potest

¶ Potest igitur & huic fideicommissaria libertas defendi, si voluntas apertissime non refragetur. ] Est igitur intelligenda dispositio Iustiniani in hoc.§.cum voluntas testatoris cōditioni refragatur.Hoc est,cum omnino voluit pure libertatem,& tutelam seruo alieno mādare,qđ facere testator nequit.

## Ad §.Minima. De cap.dimin.

Anton.Goueanus lib.1.cap.26. lectionum Iuris variatum,mirum esse ait, qua ratione Imperator dicat hoc in loco, emancipationem capitis diminutionem facere;cum vēditiones,per quas olim emancipatio fiebat, sustulerit idem imper. in §.præterea. supra quibus modis ius pat.pot.soluit. Nam ijs vēditionibus sublatis, nullo modo emancipationem esse capitis diminutionem, putat: cum eius,qui ex filiofam.fit paterfamilias, caput minui non videatur. Olim minuebatur:quia semel,iterum, tertio vendebantur; vt ex Caio in Instit.& ex Paul.in l. libertos. 3.ff.de capit,dimin.in illis verbis.

¶ Cum emancipari nemo possit,nisi in imaginariam seruilē causam deductus. ] Vnde mortalitati comparatur emancipatio.l.Gallus.§.& quid sit tantū.ff.de lib.& posth.l.si ita.ff.quādo dies leg.cedat. Non secus ac seruitutem comparat mortalitati Iurisconsu.in l.seruitutē.210.ff.de reg.iur. Et propter eam causam accidebat,vt emancipatione amitteretur vsusfructus, teste Iulio Paulo lib 3.sent.tit.de vsufructu.Cum.n.venderetur is, qui emancipabatur,si penes ipsum remansisset vsusfructus,domino esset acquisitus;& sic transiret de persona vnius, in personam alterius,contra naturam vsusfructus.Quod emendauit Iustinianus. in l.corruptionem. 16. C.de vsuf.statuens, non finiri vsumfructum minima capitis diminutione; sed tantum maxima, vel media. Hæc Goueanus aduersus hunc paragraphum Imperatorem nostrū redarguens; licet inscriptionem constituat sub figmento intellectus ad §.minima.De capitis dimin. Sed hæc Goueani doctrina[me iudice]aduersatur veritati.Siquidem filius dicitur capite minui per emancipationem, quamuis hodie emancipatio nō fiat per imaginariam venditionem,vt olim, glossa cōmuniter recepta in d.§.præterea. in verbo per imaginarias.Et ratio est;quia iste ad minus mutat statū.Neque vera venditio olim interueniebat in emancipatione, sed imaginaria;vt apertè demonstrant iura superius deducta.Est aūt imaginaria vēditio, quædam similitudo venditionis. Vnde licet hic modus fuerit sublatus, remansit tamen emancipatio ipsa, sub minima capitis diminutione, per quam non tollit vsumfructum,bene potuit constitui per imp.iustin. cum per ipsum fuerit etiam sublata differētia emancipationis. & patriæ potestatis. §. nullam verò. Auth. de hæred. ab intest. venien,coll.9.

## Ad §.1. de fiduc.tut. In vers. Atqui.

Hunc textum esse multum obscurum,& nō declaratū per Doctores;multumq; in ipsius intelligentia laborasse, testatur Iason hoc in loco in addit.ad Portium;Qui tandem autumans germanum intellectum adinuenisse,ait:Lauda Deum,quia non inuenies declaratum ab alio.Sed pace Iasonis, alius delitescit intellectus sub hoc sensu verborum. Atq; vt medullam omnium eorum, quę hic habentur,degustare possis;scias textum hūc tres habere partes; Nam in prima dictum ponitur,in secunda declaratio, in tertia oppositio,cum solutione.Partes patent.Et hoc dicit in summa,Datur alia tutela,quę appellatur fiduciaria; nam si parens emancipet descendentes impuberes, dum ipse parens vixerit legitimus tutor erit; eo tamen mortuo, illius emancipati minoris fiūt tutores fiduciarij fratres, & alij hoc loco descripti: Quamuis liberi ipsius patroni fiant tutores legitimi libertinorum,patrono, qui manumisit,mortuo.Difficultas est dum Imperator reddit rationem differentiæ inter filios parentis emācipantis, & inter filios patroni manumittentis seruum: Nam ita deberet remanere tutor legitimus filius proprij sui nati emancipati ab auo,Auo ipso mortuo: Sicut legitimus tutor remanet filiꝰ patroni, patrono mortuo,serui illius emācipati. Neque videtur in hoc bona ratio reddita per Imperatorem.Nota itaque illa verba.

¶ Filiorum suorum. ] Intelligenda pro vt stant,in filijs illius,qui tutelam fiduciariam nanciscuntur: Et sic, nepotum defuncti,vt glossa interpretatur. Et illa verba.

¶ ideoq; nec in tutelam. ] Intellige nec in tutelam legitimam parentum; prout in legitimam patronorum tutelam reincidere debuisset seruus manumissus. §. vnic.de legit.pat.tut.Et iste est sensus Accursij in glossa in verbo,nec in tutelam,quem non intelligētes moderni in additionibus damnauerunt. Et alia verba, quæ idem Accursius subdit in eadem glosa,nempè.

¶ Sed fiduciariam. ] Malè quoq; reprehenduntur ab eisdem modernioribus. Quoniā non vult dicere Accursius, futurū illum esse fiduciarium tutorem, si facta non fuisset emancipatio. Nam hoc esset contra. §.si.supra de capit.dimin,quem Accursius optimè tenebat:sed in fiduciariam,hoc est,in legitimam tutelam fiduciariam recasurus; cū facta fuerit emancipatio.Sed dices tu,rationē positam in versiculo,Atqui patrono,&c.nō esse generalem;& non adaptari tutelæ fiduciariæ, quam haberet filius in persona sui nati, & sic in nepote emancipato ab auo. Nam si T.auus non emancipasset N.nepotē ex filio F.vtique filius ille F. potuisset emancipare N.nepotē impuberem;ipsiusque tutelā legitimā parentum fiduciariam cōsequi. Respondeo,hoc in iure nō esse inconueniēs,

vt ratio

vt ratio reddita multoties non sit generalis. Et in reddendis rationibus multa desiderari posse in Iureconsultis, late demonstrat noster Costa Maceraten. lib. 3. variarũ ambig. cap. 4. Exemplo. l. cui dens. ff. de ædil. edicto. Et nihilominus puto in illo casu hanc rationem reddi posse. Quia scilicet propter emancipationem factam ab auo, nullum ius habiturus erat filius in persona sui nati, seu nepotis respectu aui. §. 1. §. præterea. supra quib. mod. ius pat. potest. solut. At non sic in patrono, filioque patroni. Nã patroni filius habiturus erat idẽ ius in persona serui manumissi, vel non manumissi. Etenim si non fuisset manumissus, filius domini erat habiturus dominicam potestatem in seruo illo. Et si manumissus fuisset, habiturus erat iura patronatus, vt toto titulo, ff. de iure patron. Fateor tamen, dispositionem huius textus hodie nullius esse momenti præterquam ad cognitionẽ iuris correcti: Cum fiduciaria hodie facta sit legitima tutela. l. 4 C. de leg. tut. l. meminimus, C. de leg. hæred. Vnde vnus hic locus est, qui cum alijs Nouella Constitutione à me decoratus fuit. Et si rectè perpendas quæ dixi, fateberis magis hęc conuenire huic literæ quã Haloandri intellectus, quem refert, & sequitur hic Mynsing.

## Ad §. Similiter eos, De excusat. tutor.

Qui literas nesciũt, excusantur à tutela & cura, ex D. Pij rescripto. Hoc cauetur in præsenti textu. Cuius contrarium legitur in l. Athletæ 8. §. fin. ff. de exc. tut. Vbi Vlp. ¶ Eius autem, qui se negat literas scire excusatio accipi non debet, si modo expers non sit negotiorum. ] Pugnant itaque hæc iura de diametro. Neque est quod quis existimet, vel a scriptoribus, vel a compilatoribus erratum fuisse, cum Theophilus hic in suis Institut. clarius hoc detegat, sub his verbis. ¶ Is qui literas nescit, iustam habet excusationem, vt Diuus Pius rescripsit. ] Notauit hanc contrarietatem glossa pen. in d. l Athletæ. Putãt itaque interpretes fędere distinctionis conciliari posse. Vt tunc demum nesciens literas excuseur si sit inexpertus, vel imperitus negotiorum: alias secus. ita glossa mox citata, quam sequuti sunt hoc loco Aldobr. Balduinus, Olnotom, & alij nonnulli. Pariterque Anton. Aug. lib. sing. ad Modest. Duaren. disput. annu. lib. 1. cap. 3. in fine. Iacob. Menoch. de arbit. iud. casu 425. nu. 10. Atque hanc cognitionem experientiæ, dependere ab officio iudicis, voluit Aldobran. hic. latissimè. Menoch. d. nu. 10.

Verũ hæc conciliatio patitur difficultatẽ hanc. Expresse. n. præsupponit hic textus, illũ, qui literarũ nescius sit, habere excusationẽ, dato ꝙ non sit expers negotiorũ. Patet ex illis verbis. ¶ Quamuis & imperiti literarum possint ad administrationem negociorum sufficere. ] Putas ne malè relatum fuisse rescriptũ Pij Antonini à Triboniano hoc loci? Fortasse ita dicere nefas existimaretur. Attamẽ errasse potius Tribonianum, quã Paul. & Vlp. putat Aldobr. hac rõne motus: Quia maxime conueniens est æquitati, non esse admittendã excusationem eorum, qui literas nesciunt, si alias non sint negotiorũ expertes. d. §. fi. Alioquin nũquam haberet, locũ legitima tutela rusticorũ, qui à cõiter accidentibus literas nesciunt, hoc est legere, & scribere. Bart. in auth. sed nouo iure. C. si cert. pet. Fel. & Dec. in c. suscitatus. in glossa in verbo impedimentũ. De rescrip. Et hoc ipsũ affirmat Ant. Aug. d. lib. Syntag. ad Modes. ad d. l. Atheletæ, sub his verbis. ¶ Sed æquius est, vt sm̃ Pauli sententiã, rescriptum Diui Pij intelligatur, vt negotiorũ expertes illiterati excusentur. non qui eorũ negotia, aut sua, rectè administrare cognoscuntur. ] Credit tñ hic quidam. Differentiam esse inter hæc duo, quæ vnũ & idem importare videntur, nescire literas, & esse literarum imperitum, vt nesciens literas excusetur, imperitus verò litterarum nõ i. ẽ. Prouerbiali aũt figura Iustinianũ dixisse, nescire literas, ꝓ, idiotam & imperitũ esse: quod auctoritate humaniorum cõprobat, & præcipuè Suetonij. Verũ cũ vtroque in loco vtatur eodẽ loquẽdi mõ Vlpia. Paul. & Tribon. hanc verborũ differentiã non tollere difficultatẽ autumo.

## Ad §. Riparum De rer. diuis.

Dum edocet Imper. cuius sit proprietas Riparum fluminum, inquit. ¶ Sed proprietas earum illorum est, quorum prædijs adhærent. ] Sed cum hoc dicto pugnat. l. 3. ff. de flumin. vbi ripæ fluminum publicæ dicuntur, perinde ac ipsa flumina. Leguntur enim hæc verba. ¶ Flumina publica, quæ fluunt, ripæque eorum publicæ sunt. ] Soluit glossa in d. l. 3. ripas publicas esse quo ad vsum, licet flumina sint publica, etiã quo ad proprietatem. l. nemo 4. in fi. cum l. seq. ff. de rerum diuis. l. ergo 30. §. 1. ff. de acqu. rerum domin.

Ego satis apertè colligi posse autumo conciliationem ex diffinitione Ripæ, quam sic diffiniuit Vlpian. in l. 1. §. ripa. ff. de flumin. ripa est id, quod flumen continet naturalẽ rigorem cursus sui tenens, & Paulus in l 3. ff. eod. Ripa est quæ plenissimum flumen continet. Dico itaque ripæ principiũ, quod est vnde arenosus locus accliuis esse incipit, iure gentium publicum, & commune esse, vltra eum locum, ripam non esse, & ob eã causam proprietatem eius priuatam dici, illorum scilicet, qui habent prædia vicina, vt in hoc §. Riparum. Confert ad hoc d. l. ergo. in illis verbis. ¶ Celsus filius, si in ripa fluminis, quæ secundum agrũ meũ sit,

arbor

arbor nata sit, meam esse ait, quia solum ipsum meum priuatum est, vsus autem eius publicus intelligitur, & ideo cum exsiccatus est alueus proximorum fit.] Ripa igitur cōstituitur, ex quo primū è plano incipit vergere ad aquam, vt viar verbis Pauli in d.l.3. sequitur Balduin. hoc loco.

## Ad §. Religiosum. De rer. diui.

Ingens est dubitatio, quonam pacto hic textus legi debeat in vltimis verbis: Cum negatiua non, an sine? ibi. ¶ Et licet postea ratum non habuerit, quam illatus est mortuus, tamen locus religiosus fit.] Antonius Aug. expungendam esse negationem putat, quem multi sequuntur, testantes ita legi in Florentinis codicibus. Ego vtroq. modo legi posse autumo. Vt cum negatiua sit sēsus: Si semel placuerit domino mortuum inferri, quamuis postea ratum nō habeat, quam illatus est mortuus, locus tamen religiosus erit. Ea ratione, quia quod semel placuit, amplius displicere non potest. Regula, qđ semel. de reg. iur. in 6. Et sine negatione, erit sensus; idem operari ratihabitionem, quod operatur præcedens consensus. cap. ratihabitionem, de reg. iur. in 6. Contrarium vero de l.2.§. si vsumfructum, ff. de relig & sumpt. fun. tollere debemus cum glo. hic in versic. proprietarium. Ibi. s. speciale esse in testatore, qui vsumfructum illius fundi legauit, cum in alium locū inferri tam opportune non posset, vt ibi legitur: quod frequentius sequuntur vtrobique interpretes.

## Ad §. illud quæsitum. De rer. diui.

Hoc loco Iustinianus ad instar Caij in l. naturalem. 5. §. illud. ff. de acq. rer. dom. Trebatij opinione reiecta, amplectitur cōtrariā sententiam, quam plerique Iurisprudentes sectati fuere. Verum opinionem Trebatij amplexa est modernorum consuetudo, ita vt hodie receptissima, & verior dici possit, quam etiam sequuti sunt glo. in ver. verius. in d.l. naturalem, & hoc loci. Port. Aret. Ias. Nicas. & alij posteriores. idemq. voluit Bar. in l. quo minus, q. 5. ff. de flum. Gramm. decisio. 71. nu. 9. & in facti contingentia pro Illustri Capitaneo Militiæ Hierosolymitanę adue. sus quosdam de Insula Corsicæ consuluit Ioan. Cephal. cōs. 136. proponitur, vol. 1. Hæc te scire volui, studiosè adolescens, ne casu eueniente, decipiaris.

## Ad §. Quod si naturali. eod. tit.

Contra decisionem huius §. satis apertè pugnare videtur. l. ergo 30. §. pen. ff. de acqu. rer. dom. Hic deciditur, quod si flumen, mutato secundo alueo, ad primum redierit, secundus alueus fit eorum, qui prædia vicinia possident. At contrarium determinat Iurisconsul. in d.l. ergo. §. pen. sub his verbis. ¶ Eius esse debet cuius antea fuerat.] Aliorum solutionibus omissis, dissolui hunc nodū ita posse autumo. Si flumē sensim recesserit, alueus eorum fiet, qui habēt prædia confinia, l. si ager. 23 ff. quib. mod. vsusf. amit. Quod si vno impetu recedat aqua, restituendus erit alueus priori domino. d.l. ergo. §. pen.

## Ad §. Cum ex aliena. De rerum diuis.

Adeo ardua est huius paragraphi contrarietas cum l. adeo 7. §. cū quis, ff. de acq. rerū dom. vt coactus fuerit vir, alioquin doctissimus, F. Balduinus incusare librariorum incuriam, qui temere addiderunt hoc in loco frumenti exemplum, cuius mentionem oportuit expunctam esse. In hoc pariter admodum decepti sunt Modernissimi Vltramontani, qui audacter existimauerunt, nimium hoc in loco Tribonianū festinasse, atque festinando illud prætermisisse, quod Caius I.C. apposuit in præcitata l. Adeo.

Sed antequam aliorum solutiones referā, meamque statuam sententiam, audi studiosè adolescēs in quibus posita sit difficultas, Legitur in hoc textu, frumentum cedere specificanti, cum ad spicas reuerti non possit. At in d.l. Adeo. §. cum quis. contrarium sub his verbis legitur. ¶ Videtur tamen mihi quidem recte dixisse, non debere dubitari, quin ex alienis spicis excussum frumentum eius sit, cuius & spicæ fuerunt.]

Primo loco dicebat Azo, quem refert & sequitur Accursius in d.l. Adeo. in verbo dixisse. Et hoc in loco in verbo spicas. Legem illam corrigi per hāc Iustiniani decisionē. Sed hanc solutionem irridunt cōiter, considerantes ei fidendum non esse, ob illam tritissimam regulam, quod legū correctio euitari debet in quantum potest l. vn. C. de inoffic. dot. l. præcipimus. C. de appell. Bartol. in l. omnes populi. nu. 2. ff. de iust. & iure. Abbas in c. 1. de rescript. nu. 14. textus in c. cum expediat. de elect. in 6. quod cum sit, apertissimis verbis solet Imper. indicare in hoc volumine.

Secundo dicebat Placent. vt eadem glossa hic testatur. Imper. Iustinian. hoc posuisse gratia exempli pro pueris: exempla verò declarant, non restringunt regulam. l. fina. ff. de iuris, & facti ignoran cum similibus. Sed caue ab hoc dicto: Ridiculum enim est dicere, propter iuuenes male exemplificari: & maxime in re dubia, & fortasse non vera.

Tertio soluebat Syluester Aldobrand. hic in addit. Asseuerando, supplendum esse hunc textum ex versiculo.

Videtur tamen. dicta lege. Adeo. §. cum quis,

quis. qui incuria Triboniani huc relatus nō est: Verùm ita dicere, est istas manus aduersarijs dare, & fateri Tribonianum aberrasse, & perperam loquutum fuisse; prout Balduinus,& alij constituerunt.

Sileo aliorũ dicta, & precipuè quod notauit ad hunc locum nouissimè Virgilius Capriolius Histoniensis, volens ad intellectũ huius.§. videndum esse Connanum. lib.3. cap.6.num.3.Cum nihil ad hoc locus ille.

Quamobrē vt omnem tollas difficultatē, à nemine quem viderim ante hac sublatã, Scias verba illa posita in d.l.Adeo.versic.videtur tamen mihi.] Relata esse vltimo loco à Caio I.C.auctore d.legis,post omnium sententias; vt quid ipse sentiret exprimeret, & comprobaret. Rursus illud adnotandum est ex textu hoc nostro in versiculo. ¶ Et post multam Sabinianorum ] à Iustiniano post longam, multamq́;ambiguitatem inter Sabinum, & Proculum iurcconsultos, eorumq́;sectatores, approbari mediam illam sententiam, existimantium, quod si ea species ad priorē, & rudem materiam reduci possit, is videatur esse dominus, qui materiæ dominus fuerat aliàs secus. Vnde opinio illa à Caio I.C. approbata in dic. versicul. Videtur tamen mihi, &c. dictæ l. Adeo. verbis expressis confutatur per eundem Iustinianum hoc in loco. Est autem hæc media sententia, de qua in eadem. l. Adeo. sic lrgitur, ¶ Est tamen etiam media sententia rectè existimantium, si species ad materiam reuerti possit; verius esse.&c.] Igitur opinione Caij & aliorum confutata, media illa sententia comprobatur.Et si ita hæc intelligas [ prout verè intelligenda sunt. ] Vbi pugnantia? Vbi librariorum incuria? Vbi Triboniani festinatio, & omissio? Vbi in summa Antinomia, vel contrarietas? Atque hoc dicere voluit Azo, cuius mentem sectatus est Accursius, & patet ex textu ibi. ¶ Placuit media sententia.] Quasi dicat,aliorum opinionibus reiectis.Quod si cupias studiosè adolescens, inquirere rationem; Cur res specificantis efficiatur, quando ad antiquam materiam res nequit reuerti;cum aliàs eiusdem remaneat cuius erat olim; vt in hoc §. dicitur. Inspice Cæs. Costam nostrum Maceraten.lib.3. variarum ambig. c.21.qui eam afferre conatur tam ex l.quæsitum.76.§.illud fortassis. ff.de leg.3. quam Ex Baldo.n.16. in l.qui te patris.C.vnde liberi. Habes itaque ex his verbis huius textus. ¶ Placuit media sētentia existimantiũ,&c.] Impp. Iustinianum confutare in hoc quæstio omnium opiniones, & mediam illam sententiam comprobare dumtaxat.

## Ad §. Ex diuerso. De rerum diuis.

Difficilis sanè, ac indissolubilis prima facie videtur contrarietas huius §.ex diuerso. cum l.2. C. de rei vend. in qua tollenda plurimum laborarunt in hanc vsque diem interpretes, & quæ sit vera solutio ignoratur. Posita est aũt Antinomia in illis verbis. ¶ Sed hoc casu materiæ dominus proprietatem eius amittit:quia voluntate eius intelligitur esse alienata, &c.Et ideo licet diruta sit domus,materiam tamen vendicare non potest. ] Ex quibus desumitur hoc axioma. Ædificās in alieno solo sciemer ex sua materia proprietatem materiæ amittit; ita vt nec diruto ædificio materiam vēdicare possit. Concordat. l. Adeo. 7.§. ex diuerso. ff. de acq rer.dom.

Contrarium tamen habetur in l.2. C. de rei vend. Vbi in quod in solo tuo ædificatum est, quo ad in eadem causa manet,iure ad te pertinet,si verò fuerit dissolutum,eius materia ad pristinum dominum redit.siue bona fide, siue mala fide ædificium extructum sit. si non donandi animo æd ficia alieno solo imposita sint. Et huic sententiæ consona est decisio.l.Vtiles.42.ff.de pet.hæred.in fine. Vbi etiam prædoni, qui in alienam rem superuacuas impensas fecit, potestas fit tollendorum eorum,quæ sine detrimento ipsius rei tolli possunt.Et tale responsum est Caij cuius est.d.l.Adeo.§. ex diuerso. Sed insistamus principaliter in §.hoc nostro, & in d.l.2. C. de rei vend. Atq; enitamur hæc duo iura concordare.

Quamuis autem vir doctissimus And. Fachineus l.1.c.55. contro.iuris,adeo in hac difficultate insistat, vt cōfutatis aliorum solutionibus, suam cum Iacobo Cuiacio fere statuat sententiam, ita vt nihil vltra optari posse uideatur, dicam tamen paucis, ac sincere quid sentiam, nonnullorum pri⁹ solutionibus relatis, & si opus fuerit confutatis.

Sit itaq; prima in ordine solutio Mynsingerij, qui putabat hoc in loco ita distinguēdum. Dictam l.2. debere intelligi de ædificio extructo à Colono, vel Inquilino, vel emphyteuta: & idcirco hos vendicare posse materiam ædificio dissoluto:quia ius ædificandi habuisse videntur. Textum autem hunc nostrum loqui in alijs, qui ædificandi nullam à domino soli causam habent, vel possidendi,vel ædificandi.

Verùm hæc solutio admitti non debet; tum quia diuinatiua; nullum etenim verbum est in d.l.2. quod Mynsingerij suadeat interpretationum. Tum pariter quia ibidem legitur, hoc procedere siue bona fide, siue mala fide fuerit ædificium constructũ. Accedat insuper Inquilinum, & alios supra nominatos,nonsolum posse vendicare materiam diruto ædificio; verum etiam agere cum domino ad recipiendum ea, quæ impendit necessario, vel vtiliter auxerit.l. dominus horreorum. 57.§. 1. ff. locati. l. in fundo. 39. ff.de rei vend.

Altera fuit solutio Eguinarij Baronis hoc in loco. Malæ fidei possessorem ædi-

ædificando in alieno solo, censeri ædificasse animo donandi; & ob id materiam vendicare non posse, etiam diruto ædificio. d §. Ex diuerso. Posse tamen ipsum probare, se non animo donandi impendisse; & tunc poterit materiam vendicate, vt in d.l. 2. cauetur.

Huic tamen interpretationi repugnant verba d.l.2. vbi axioma illud ponitur, Malæ fidei possessorem posse materiam vendicare, nisi probetur animo donãdi ędificia aliено solo impoſuiſſe. Probandi igitur onus ad dominum soli, non autem ad instruentem ædificia pertinebit, si materiam diruto ædificio restituere noluerit.

Referamus tertio loco Iacobi Cuiacij intelligendam, quæ talis est. Textum hunc nostrum in §. Ex diuerso. Loqui de rigore iuris, de quo vendicari nõ poterit materia, etiam diruto ædificio. Textum verò in d.l. 2. loqui de benignitate iuris. Benignius enim est, vt eam materiam vendicare possit; ne possessor cum illius iactura locupletetur. argumento. l. planè. 41. ff. de pet. hær. & l. Iulianus. 38. ff. de rei vendicat. Et maximè si sciente domino ædificauerint, argumento. l. purè 5 §. si donaui. ff. de doli mali except. Sed contra hoc pugnare. l. sumptus. 49 ff. de rei vend. adnotauit A. Fachineus post Antoninum Fabrum, quem allegat. Siquidem inquit ibi Papinianus; sumptus in prædium alienum factos peti quidem non posse, sed exceptione doli oppoſita per officium iudicis æquitatis ratione seruari, si à bonæ fidei possessore facti sint. Ergo si à malę fidei possessore facti, secus erit.

Præterea, quis non videt hanc intelligentiam colligi nullo modo posse ex verbis dictorum iurium? Vnde merito diuinatiuus sensus dici poterit.

Quarto loco. Andr. Fach. d. lib. 1. cap. 55. hanc statuit solutionem, vt Imper. Iust. hoc in loco, & Caius in d. l. adeo. §. ex diuerso. loquantur de ædificante in alieno solo, nesciente domino. Impe. vero Antoninus in d. l. 2. loquatur. cum aliquis ædificat in alieno solo, sciente & patiente domino. Nam talis scientia, & patientia operatur vt materia vendicari possit. argumento. l. purè. 5. §. si donaui. ff de doli mali, & met. except. in illis verbis. ¶ Dolo enim feci, quia passus sum eum ædificare, & non reddo impensas. ] Non negligendus sanè intellectus, nisi diuinatiuus. Vbi enim scientia, & patientia domini illius partis inferioris probabitur in d. l 2. Dices forte cum Fachineo, in illis verbis textus. ¶ Eam, quam vicinus tuus imposuit, &c. ] Et sic ex præsumptione, quia vicinus. c. quosdam. de præsumpt. Sed hoc valde remotum; quia adesse, & abesse potuit vicinus iste tempore cõstructi ædificij, vt in casu de quo Alex. cons. 82. num 10. vol. 3. latè Mascard. concl. 1406. nu. 14. Vnde non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse l. non hoc. C. vnde legi. Pręterea nõ sola scientia & patientia operatur in d. l. purè. ut materia uendicari possit; uerum etiam iustus titulus donationis, prout ibi apertè legitur.

Quamobrem perpendamus vltimo loco glossæ in verbo non poteſt, solutionem, quę communiter ab interpretibus recipitur, & quæ talis est. Iustinianum hic loqui de eo, qui ex propria materia ædificat in alieno solo. Antoninum uerò in d. l. 2. Loqui de eo, qui ex aliena materia ædificat in alieno solo. unde materiæ dominus, dissoluto ædificio. eam materiam vendicare poterit: quia non præsumitur in hoc casu donatio materiæ, prout in casu priore, quando s. quis ædificat ex propria materia. d. §. ex diuerso. quod alias regulariter non præsumatur donatio, extat Pauli responsum. in l. Campanus. ff. de oper. liber. latè Mascard. conclus. 555. vol. 1. de probat.

Et si cum Fachineo opponas, nullum esse uerbum in d. l. 2. per quod significetur ibi Antoninum Imperatorem loqui in eo casu, in quo quis ædificat ex aliena materia. Respondeo illa uerba hoc exprimere. ¶ Si non donandi animo ædificia alieno solo imposita sint. ] Nam si quis ex sua materia ædificando in solo alterius sciens eam donare iudicatur. d. §. ex diuerso. Ergo prædicta l. 2. non poteſt intelligi in casu, in quo de sua materia quis ædificat, cum diruto ædificio dominus soli nolens restituere materiam, probare teneatur, donandi animo ædificia suo solo impoſita fuisse. Et si cum eodẽ doctissimo Fachineo replicares, illa uerba. ¶ Si non donandi animo, &c. ] Magis proprie cõuenire, ei q dominus materiæ sit. Responderem potius referenda fore ad dominum soli, qui ne cogatur restituere materiã diruto ædificio, probabit, suo solo donandi animo ædificia impoſita fuisse; hoc est ædificantem fuisse dominum materiæ. Praterea esto, quod illa uerba referantur ad dominũ materiæ, non ne ex hoc pariter comprobabitur intellectus glossæ? Siquidem dominus materiæ volens eam uendicare, probabit ædificantem in alieno illo solo, non animo donandi ædificasse; cum non ex sua ædificantis materia, sed ex aliena, nempè sui repetentis, ædificium dirutum construxerit.

## Ad §. Si quis in aliena. De rer. diuis.

Eos, qui Iustiniano credunt nullã in pandectis esse Antinomiam relatam, huc remittere solebat Eguinarius Baro; Cũ inter Iuliũ Paulũ, & Caium extet maxima cõtrarietas, ut mox intelligetis. Itaq; tabula pictura cedere. apertis uerbis legitur in hoc. §. si qs in alien. de rerum diu. Cũ quo concordat Caij responsum in l. qua ratione 9. §. literæ. ff. de acquir. rer. dom. Sed aduersatur de diametro Iulij Pauli responsum in l. in rem. 24. §. sed & id. ff. de rei uendicat, Picturam, scilicet

licet tabulæ cedere; eum necesse sit ei rei cedere id, quod sine illa esse non potest. Vnde formata est hic glossa in verbo cedere. & in d. l. in rem. glossa in verbo necesse.

Primo Azo dicebat. d. l. in ré. corrigi per d. §. literæ. & per hunc §. si quis in aliena. Sed Azo clarius loqui poterat, licet eius sésus verissimus sit, vt dicá infra in finalibus verbis.

Secundo soluebat Ioan. dicendo. Ibi formari quæstioné de scriptura, & pictura; sed fieri decisionem dumtaxat de scriptura. Quod sanè falsum est, vt ex inspectione illius. l. in rem. apertè patet.

Tertio loco Placẽtinus distinguebat sic; vt pretiosiori rei cedat minus pretiosa. Comprobari hoc videtur ex d. l. in rem, in illis verbis. ¶ Licet de pictura quidam cõtra sentiunt, propter pretium picturæ. ] Et ex textu nostro ibi.

¶ Ridiculum est enim, picturam Apellis, vel Parrhasij in accessionem vilissimæ tabulæ cedere. ] Vnde fit, vt hodie propter vilissimum pretium chartæ, literis charta cedat. Ita glossa in d. l. in rem. quam sequutur Azo Mynsing. & Ioan. Oinot. in §. literæ. supra eod. Licet in hoc contrarium teneat Accurs. in glossa ibi, necnon Præpos. Senen. casu 3. q. 1. & Aldob. in addit. ad glossam in textu mox citato. Et hanc opinionem Placentini distinguentis circa picturam, dicit communem Præpos. Senen. in præallegato loco. & sequitur glossa nostra hic.

Hæc opinio Placẽtini non debet admitti: quia secundum hoc non debebat fieri differentia inter scripturam, & picturá; & tamen fit; cum literæ licet aureæ sint, chartis membranisve cedant. d. §. literæ. Indistinctè itaque scriptura cedit chartis; & tabula cedit picturæ propter eius æstimationẽ, & excellentiam, & artificium. Benè tamen verum est, quod nonnullis modis hoc dictum de pictura restringitur per interpretes. Primo si pictura sit vilis, tabula preciosior. iuxta opinionem Plateæ, quem Port. & alij. Tunc enim pictura cederet tabulæ. Secundo si pictura sit imposita rei immobili, vt in pariete: Nam tunc quoque pictura cederet muro: vt dicebat Platea, quem Ioan. Oinot. hic. Tertio si pictor tabulæ pretium nõ soluerit; secundum distinctionem hic traditam. Erit itaque vtilis hęc indagatio ad dirimendam contentionem, quæ posset oriri. Pictor, qui pinxit in aliena tabula, offert pretium tabulæ. Dominus vero tabulę, pretium picturæ. Quis eorum præferri debet? Pictor. ita Platea, & alij post glossá hic, & nouissimè Oinotom. His habitis, reponamus nos in via, atque dubitationem hanc absoluamus.

Quarta itaque fuit sententia Aldob. hic post Præpos. Senen. in d. casu 3. q. 1. ex varijs veterum altercationibus Caij sententiam comprobari à Iustiniano, vt tabula cedat picturæ propter illam rationem hic positam in versic. Ridiculú est enim &c. Et hoc voluit dicere Azo.

## Ad §. Thesauros. De rer. diuis.

Thesaurus in sacro, aut religioso loco inuentus fortuito casu, perinde conceditur inuentori, ac si illum inuenisset in proprio suo loco.

Hæc est decisio huius textus. Cui diametro aduersatur. l. 3. §. si in locis. ff. de iure fisci. sub his verbis. ¶ Si in locis fiscalibus, vel publicis, religiosisve, aut in monumentis thesauri reperti fuerint. Diui fratres constituerũt, vt media pars ex his fisco vendicetur. ] Glossa in verbo Religioso. conatᵉ hũc nodum varijs modis soluere, nihil tamen vel ipsa, vel Port. vel nouissimè Aldobr. in additionib. efficiunt. Sed vera solutio colligitur ex dictis Franc. Connan. lib 3. comm. iuris. cap. 4. Hunc scilicet textum nostrum loqui de sacro, & religioso loco, posito in fundo, vel ædibus ipsius inuentoris. Sunt enim teste Caio in l. 5. ff. de relig. & sumpt. fun. quædam familiaria, & hæreditaria sepulcra. Vnde habes ita cõcepta verba huius literæ.

¶ Thesauros quos quis in loco suo inuenerit. ] Siue puro, dicas tu, siue sacro, siue religioso, iure ciuili, cadaueris illatione. At I. C. Callistratus in d. l. 3. loquitur de thesauris inuentis in locis religiosis monumẽtisve alienis. Sentit hanc veritatem Balduinus hic; Addens nonnullos aliter legere hũc textum, addita negatiua hoc pacto.

¶ Publicis non etiam religiosis. ]

## Ad §. Finitur. De vsufructu.

Inuoluta satis videtᵘ à Glossa, & à Doctoribus contrarietas huius §. in quo deciditur, nihil agere vsufructuarium cedendo vsumfructum extraneo. Concordat. l. si vsusfructus. 67. ff. de iure dot. vbi sic Pompon.

¶ Quoniam diximus vsumfructum a fructuario cedi non posse, nisi domino proprietatis: Et si extraneo cedatur, id est ei, qui proprietatem non habeat, nihil ad eum transire, sed ad dominum proprietatis reuersurum vsumfructum. ] Ex quibus habes, fructuarium alienare non posse, & alienando perdere vsumfructũ. Vnde glossa hic in verbo cedendo, apertè velle videtur, quod si fructuarius alienet suum vsumfructum extraneo, nec exprimat se alienare commoditatem, seu facultatem percipiendi fructus, alienatio non tenebit: & insuper vsumfructũ amittet, & cum proprietate consolidabitur. Atq; id voluit Azo originaliter in summa. C. de vsuf. n. 20. quem Castr. in l. 4. si. de nouat. in l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 4. ff. de verb. oblig. Ibique Alex. col. pen. Ias. nu. 80. Ripa nu. 88. Et hoc receptissimum, & indubitatum tradit ex Soc. Couarr. & alijs, Arrius Pinell. ad l. 1. C. de bo. mat. in 3. parte, numero 38. Et hoc sine dubio ab omnibus probatum esse, tradit. Paris. consil. 71. num. 3 lib. 2.

Quamuis

Quamuis alij patres miniorem colligentes conclusionem dicant; Fructuarium alienantem vsumfructū intelligi in dubio alienare commoditatem, vt actus sustineatur, & pœna vitetur. Socin cons. 66. num. 7. lib. 3. Sileo Bald. Aretin. & alios, quos idem Pinel. d. numero 38. vers. Alij autem ex proximis, &c.

Ctius cōtrariū exprimitur in §. 1. in fine. Inst. de vsu & habitat. in illis verbis. ¶ Vsuarius, nec vlli alij ius, quod habet, aut locare, aut vendere, aut gratis cōcedere potest, Cum is qui vsumfructum habet possit hęc omnia facere.] Concordat Vlpiani responsum in l. arboribus. 13. §. vsufructuarius. ff. de vsufr. ¶ Vsufructuarius, vel ipse frui ea re, vel locare, vel vendere, vel alij fruendam cōcedere potest.] Confert Iuliani dictū in l. Cui vsusfructus. 74. ff. de vsuf. ¶ Cui vsusfructus legatus est, etiam inuito hærede eum extraneo uendere potest.] Ex quibus quasi indubitatum præsupponendum est, quemlibet vsufructuariū posse iure distrahere suū vsumfructum; atque id quod habet in aliū transferre, non expectato consensu proprietarij: neque ex tali alienatione usumfructum ad proprietatem reuerti. Glossa hic in uerbo cedēdo, communiter recepta, solu effic: Non posse cedi usumfructum quo ad ius utendi; cum sit personale, & a persona regatur; Cedi autem posse commoditatem percipiendi fructus prouenientem ex usufructu, Vult dicere glossa, Non potest cedi ususfructus quo ad effectum constituendi in eo, cui usufructus conceditur, nouum usumfructum, qui ex persona usufructuarij durare, & cęteri debet. Et hoc probat textus in glossa allegatus, nempè l. necessario. 8. §. si. ff. de per. & commodo rei uendit. Vbi, si mihi uendideris usumfructum, id est ius utendi fruēdi, quod tuum solummodo sit, etiam si statim morieris, nihil mihi hæres tuus debebit. Facit ad idem d. l. si usufructus. ff. de iure dotiū. in fine. Vbi I. C. utitur his uerbis loquendo de usufructu uendito à marito uxori. ¶ Ipsum quidem ius remanet penes maritum, perceptio uero fructuum ad mulierem pertinet.]

Aliam solutionem posuit Pinellus. d. nu. 38. cum seq. Interpretando illa uerba huius paragraphi. ¶ Nam cedēdo extraneo nihil agit.] Nempè quo ad consolidationem, cedi autē posse ut uiuente usufructuario cessionarius utatur usufructu. Na sic legitur hoc in loco. ¶ Item finitur usufructus, si domino proprietatis ab usufructuario cedat; Nam cedendo extraneo nihil agitur. ¶ Ex quibus uerbis patet hic agi de consolidatione, sicuti & in sequentibus uerbis. ¶ Vel ex contrario si usufructuarius proprietatē acquisierit.] Quæ Pinelli conciliatio satis confert ad intellectum huius paragraphi. Cęterùm quo ad resolutionem huius contrarietatis, arbitror usufructuarium nihil agere, non solum quo ad cōsolidationem, de qua stultum esset dubitare; sed etiam quo ad ius utendi, ut dicebat Accursius, quod cum personale sit, cedi nō poterit, nisi quo ad commoditatem ex eo resultantem, ut supra dixi.

Et si adhuc contra Accursium quis insisteret dicendo, per eius responsionem non tolli obicem ex d. § 1. Infr. de usu, & habit. cum ille textus loquatur quo ad ius, non quo ad commoditatem; Nam inquit. ¶ Vsuarius nec ulli alij ius, &c. eum is qui usumfructum habet, &c.] Responderem I V S ibi accipi, uel pro seruitute, ut dicebat Accur. in d. finitione usufructus. supra & est textus ad hoc in l. creditori 9. ff. de oper. nou. nunciat. Vel pro commoditate resultante ex illa seruitute. l. 3. ff. de seruit. rusticorum prædiorum.

## Ad §. Nouissime. De Vsucapionibus.

Non opinionem iusti tituli, sed iustum titulum parere usucapionem hic deciditur in uers. Error autem falsæ causæ, &c. Quod & in l. Celsus. 27. ff. de usucap. in l. 1. ff. pro donato. in l. nemo potest 6. ff. pro derel. in l. 2. & 3. ff. pro legato, comprobarunt Vlpia. Iulian. & Paulus. Sed an hoc ita generaliter, & indistincte pronunciatum uerum sit, uideamus. Et sanè falsum esse uidetur, per l. quod vulgo. 11. ff. pro emptore. Vbi iustissima causa erroris in titulo pro emptore, usucapiendi causam tribuit. Per l. 3. ff. pro soluto. Vbi titulo pro soluto, etiam putatiuo procedit usucapio. Per l. 3. ff. pro suo. Vbi sola traditio ex causa. quam ueram esse existimat accipiens, sufficit ad usucapionem. Per l. 4. in fine. ff. pro suo. Vbi Pompon. ¶ Quod legatum non sit, ab hærede tamen perperam traditum sit, placet a legatario usucapi: quia pro suo possidet.] Et hoc dictum Pomponij pugnare uidetur in specie cum d. l. 2. ff. pro legato. Vbi sic Paulus. ¶ Si possideam aliquam rem, quam putabam mihi legatam, cum nō esset, pro legato non usucapiam.] Distingui igitur rem sic oportet. Nam aut tradita res est, aut non est. Si tradita est, idque bona fide accipienti, iusti tituli opinio parit usucapionem, sin minus; Quāuis aliquo modo possessio adepta sit, non parit usucapionem. Sed hæc distinctio traditionis alijs quidem in causis valet, in emptione non ualet. l. penult. ff. pro soluto. l. 2. ff. pro empt. Propterea quod in hoc contractu emptionis bona fides non solutionis tantum, sed & contractus tempore requiritur. d. l. penult. & d. l. 2. Et ita intellige, & declara glossam hanc in uerbo error, & opinionem Azonis in glossa relatam. Neque ulla est contrarietas inter Pomponium & Paulum; cū Pomponius loquatur in usucapione pro suo. d. l. 4. Paulus uerò in usucapione pro legato, in d. l. 2. Facilior enim est usucapio pro suo, quam pro legato; cum titulus pro suo procedat cum do-

dominium nobis acquiri putamus. l. 4. ff. pro suo. Et sic ex nostra opinione. At vsucapio pro legato nulli alij quam ei, cui legatum est, competit. d. l. 1. ff. pro legato.

## Ad §. primum. De testamentis.

Pugnantia loqui videtur in hocmet textu Imper. Iust. Hic enim potius legitur, Testamentum per æs, & libram solum fieri coram quinque testibus & libripende ciuibus Romanis puberibus. Mox subdit, septem testes quodammodo fuisse necessarios ex eodem iure ciuili in hoc testandi genere. Audi verba textus. ¶ Accessit deinde tertium genus testamentorum, quod dicebatur per æs, & libram: quia per mancipationem, id est imaginariam quandam venditionem agebatur, quinque testibus, & libripende, ciuibus Romanis puberibus præsentibus, & eo qui familiæ emptor dicebatur. ] Subdit postea, in versiculo, sed cũ paulatim. ¶ Vt vno eodemque tempore, quod ius ciuile quodãmodo exigebat, septẽ testib⁹ adhibitis, &c.] Quæ ab Accursio in verbo libripende, & in verbo quodammodo. afferuntur, & ab aliis interpretibus ad huius loci solutionẽ, confutantur nouissime a Cæsare Costa nostro, Variarum ambig. lib. 1. cap. 13. qui postmodum, ita soluere conatur. Quinque puberes ciues Romanos requisitos, & duos alios pro illo, qui & Libripens, id est statera tenẽs, & Antestatus appellabatur, cuius defectus numero duorum testium supplebatur. Nõ negligenda sanè interpretatio, quæ satis cõprobari videtur ex Caij Institut. lib. 1. cap. 6. in his verbis. ¶ Vbi quinque testes ciues Romani in præsenti erunt, & pro illo qui Libripens appellatur, id est stateram tenens, & qui Antestatus appellabatur, alij duo, vt septem testium numerus impleatur. ] Mihi tamen semper hæc litera satis clara visa est, nullamque continere contrarietatem, altero ex his duobus modis interpretando, & dicendo. Primo de iure ciuili fuisse necessarios quinque testes cum libripende in illo testamento per æs, & libram. Postea verò ex forma composita ex triplici iure erant adhibendi septem testes. Neque obstabunt illa verba. ¶ Quod ius ciuile quodammodo exigebat.] Quia dictio illa Quodammodo, exponi debet pro Quasi, vt fit in §. sanctæ. supra de rerum diuis. in §. sui autem. de hæred. qualit. & differ. Vt sit sensus. In testamento ex triplici iure composito necessarium esse numerum septem testium, quem numerum quasi exigebat ius ciuile. Etenim (connumerato libripende) interueniebant sex testes in illo testaméto de iure ciuili per æs, & libram. Vel dicamus secundo loco, & melius, quod Libripens, & Antestatus distabant: Nam Libripens imaginariæ venditioni præerat. Antestatus verò conuocabat, sistebatque testes illos quinque. Ita Stephan. Budæus ad hunc locum. Vnde bene hic legitur illa dictio, Quodammodo: quia ferè septem testes adhibebantur, habita consideratione Antestati. Et vt inquit Viglius quem Mynsing. hic sequitur, si Libripendem, & Antestatum computauerimus, septennarius explebitur numerus. Itaque Libripens, & Antestatus in numero testium quodammodo habebantur, vt pariter ad hunc locum adnotauit Eguin. Baro. Sed remanet, vt Caij locum perpẽdamus, quem supra retulimus, ne ex eo, vnum & idem fuisse Libripendem, & Antestatum colligamus cum nostro Costa mox citato. Itaque illud colligi ex dictis commentarijs Caij nullo pacto potest. Nam dum dicit Caius. Et pro illo qui Libripens appellatur, id est stateram tenens, & qui Antestatus appellatur, alij duo. Diuersum officium, diuersasque personas fuisse satis apertè colligi etiam poterit. Quasi diceret, & pro Libripende, & pro eo qui Antestatus appellatur. Vt differentia nominis, officij differentiam denotet.

## Ad §. Sed neque hæres. De testam.

Silentio prætereundum minimè censui hunc locum, quem Accursius imperfecte videtur interpretatus. Posita est difficultas in illis verbis. ¶ Hæredi autem, & ijs qui per potestatem ei coniuncti fuerant, concedebãt testimonia in testamentis præstare.] Siquidem dubitatur, quodnam fuerit illud testamentum, in quo heres, & personæ eum per potestatem contingentes, ad testimonium admittebantur. Non in testamento per æs, & libram: quia familiæ emptor, qui heredis locum obtinebat, & qui per potestatem ei coniuncti fuerant, à testimonio repellebantur, vt hic legitur. Vnde Accursius in verbo hæredi de testamento Procincto, & Calatis Comitijs, intelligit; quem alij sequuntur. At Viglius hoc reprobat & bene; tum quod in desuetudinem illa abierunt; tum quod nulla ratio differentiæ appareret, vt magis familiæ emptor excluderetur, quàm hæres in testamento Calatis Comitijs, vel Procincto. Quamobrem cum Viglio, quem modernissimi sequuntur, de testamento in scriptis intelligi debet, de quo loquitur Imper. in hoc titulo vsque ad §. finalem. Siquidem esse poterat, quod plerumque ipse hæres institutum se ignoraret. Poterant enim ipsum latere, quæ in tabulis signatis scribebantur. Sed cum subinde hoc ipse scire posset, suadebant vt abstineret a testimonio; ne suspicionem de se præberet. Et hoc veteres pro concilio suadebant, vt patet ex illis verbis. ¶ Licet ij qui id permittebant, hoc iure minime abuti eos debere suadebant. ] Sed hoc in necessitatem legis, speciali constitutione Iustinianus vertit.

## Ad §. Videamus. De hæred. instit.

Triplex exoritur difficultas ex hoc textu, quarum tertia satis obscura, & sub nube singulas quam breuissimè expediam. Sed literaliter textũ hunc prius enodemus. Hic quatuor constituamus partes, in quarũ prioribus tria dicta ponuntur. in vltima vero Ampliatio. Secunda, ibi. ¶ Et ex diuerso. Tertia. Et si plures. Quarta. Ideq. Hoc dicit in summa, secundũ Aretinum. Pars non distributa alijs accrescit, sicut amplius erogata decrescit. Distributis autẽ vltra assem partibus fit transitus ad dupondiũ. Vel sic. Non distributa pars accrescit alijs. 2. si pars amplius erogetur decrescit alijs. 3. si plures vncias, q̃ duodecim testator distribuerit, & sine parte aliũ instituerit, quod dupondio deest is habebit 4. Idemq; erit dupondio expleto; nam ad tripondium deuenitur, & istæ partes ad assem reuocantur. Casum pone literaliter in qualibet parte. Sed contra illud dictũ in vltima parte, quod expleto dupõdio deueniendũ sit ad tripondium. Primo obstat. l. item qđ Sabinus 17. in fine. ff. de hæred. insti. Vbi ex sententia Labeonis, expleto dupõdio deuenitur ad Trientem Solutio. Triens ibi importat idem qđ tripondium: Nam omnes partes ad assem postea reuocãtur, vt expressis verbis legitur in calce huius §. Altera difficultas ex eadem l. ite qđ Sabinus. vers. sed si asse. Vbi nullam partẽ consequutur vltimus hæres, si totus as fuerit expletus. Solutio vera est. Hæredẽ vltimo loco scriptũ, aliquam partem hæreditatis non consequi, si sub his verbis instituatur. ¶ Ex reliqua parte H. hæres esto. ] Pro vt ibi. At secus si simpliciter hæres scribatur, pro vt hic. Ita Accursius ad hunc §. in 1. glossa quẽ cetera turba Institutariorũ sequitur. Sed maior exoritur contrarietas ex l. cũ quæstio. C. de legatis. Vbi neq; ad dupondium, neq; ad tripondiũ fit transitus; sed cauetur ibi, tm̃ adimi à primo, quantum confertur secundo. Summè difficile, ac terribile contrariũ appellatur istudã Iasone in d. l. cũ quæstio. Sed dices, quę inde vtilitas in praxi? Maxima, quæ desumit ex casu proposito in l. Interdum. 13. §. sed si excesserit. ff. de hæred. instit. vt puta Titius me ex duodecim vncijs hæredẽ instituit, te in sex vncijs. Inquit I. C. Vlpia. eo loco, me ex besse, te ex triente hæredẽ fore. Quod apprime congruit cũ textu nostro in prima sui parte, vbi pars nõ distributa accrescit alijs pro rata. Si sic, ergo ego quatuor, tu duas alias vncias habebis, vt dupondiũ impleatur. Quæ partes si ad assem reuocentur, vt in fine huius §. dicitur, verissimũ inuenies Vlpiani responsum mox citatum. Quod si meis 12. vncijs adimãtur sex illæ vnciæ tibi relictæ; Ego dimidiam, tu alteram dimidiã partẽ hæreditatis Titij consequeris. iuxta d. l. cũ quæstio.

Plures afferuntur à glossis, & ab interpretibus solutiones, an audieris, sed vereor ne illud Iasonis dictum in præallegato loco, verum sit. ¶ Quamcunque solutionem teneas vix bonam reperies.]

Priori loco soluebat glossa prima hic. versic. sed distingue. Aut testator voluit excedere assem, vel dupondium (quod facere potest) §. hæreditas. versic. non autem, supra eodem, & tunc deuenitur ad dupondiũ, & ad tripondium; vt hic. Aut noluit excedere assem, & tunc tantum detrahitur primo quantum relictum fuit secundo, vt in d. l. cum quæstio. Aut sumus in dubio quid voluerit facere testator. Et tunc idem, quod in d. l. cum quæstio. Hanc solutionem tenẽt Bartol. & alij Doctores communiter, teste Iasone in d. l. cum quæstio. columna tertia, versic. sed certe licet. sequitur quoque Sylvestr. Aldobrand. in addit. ad glossam hanc nostram.

Sed ista solutio non valet, vt vtar verbis Iasonis, Quia neque hic, neque ibi aliquid constat de voluntate testatoris. Imò si constaret de voluntate testatoris non esset dubia. Præterea, inquit Iason, est contra l. qui non militabat. 78. § pen. incipiente Filijs, ff. de hæred. instit. vbi, &c.

Quamobrem aliter soluebat Accurs. hic in fine huius primæ glossæ, & in d. l. cum quæstio. in verbo migrare. Hunc textũ corrigi per illã legem. Et idem tenuit glossa in verbo portionem. in d. l. qui non militabat. §. pen. ff. de hæred. inst. sequutus est Fulg. in d. l. cum quæstio. Et inquit ibi Iason. Forte oportet ita dicere: quia non video quo minus male respondeatur. Sed euitemus legum correctionem, si fieri poterit.

Successit tertia solutio Pauli de Castro, quam sequitur quoque Cumanus, videlicet. Aut in vnamet voluntate, & scriptura testator reliquit vni 12. vncias & alteri sex: Et deuenitur ad dupondium, vt in textu nostro, & in d. l. interdum, § sed si excesserit, cum simil. Ratio, ne in vna voluntate intelligatur se corrigere contra l. nã ad ea. ff. de cond. & demonstr. Aut in diuersis voluntatibus, & scripturis, & tunc procedit dispositio. d. l. cum quæstio. Probant hoc ex illo textu vbi ponitur dictio Postea, & dictio, Deinde.

Sed iste intellectus diuinatiuus est, vt ipsemet Cuman. fatetur. Licet dicat ipse ita tenendum, vt iura iuribus concordentur.

Quarto loco soluebat Fulgosius sic. Testator si reliquit, vel legauit vni xij. vncias, & antequam aliud disponeret legauit alteri sex vncias, tunc fiet transitus ad dupondiũ, ne videatur in continenti se corrigere. Et ita loquitur d. l. interdum, & textus hic noster Instituti. At si primo reliquerit vni 12. vncias, deinde multa alia disposuerit, & postea legauerit alteri 6. vncias, Tunc intelligitur adimere sex à primo. Et ita procedet d. l. cum quæstio.

Hæc

Hæc ſolutio fuit Gugl. teſte Iaſone in ſæpius allegato loco, dicens quoque ita tenere Paul. Caſtr. in d. l. interdum.

Probari videtur hæc conciliatio ex d. l. cũ quæſtio. in illis verbis. ¶ Cum enim manifeſtum eſt eum, qui ab initio duodecim vncias rei cuidam reliquit, alij autem poſtea ſex. &c.] Reprobatur ab Alexan. quia dictio Poſtea non ſemper denotat interuallum iuribus adductis per ipſum.

Replicat tamen Iaſon tuendo hanc ſolutionem; ſatis eſſe habere regulam pro ſe. Bartol. in l. 2. ff. ſi quis in ius vocatus, & quod regulariter dictio Poſtea denotat interuallum, l. fructus. ff. ſolut. matr. Sed neque hanc ſolutionem procedere ſine diuinatione apparet.

Tollamus itaque hanc cõtrarietatem hoc pacto. Vt d. l. cum quæſtio. loquatur in legatis, vel in inſtitutione alicuius rei particularis; puta agri Corneliani, vel ſimilium. Tribonianum verò hîc, & iuriſconſultum in d. l. interdum, loqui de inſtitutione vniuerſali, ſeu de quota hæreditatis. Cogita: quia ex inſpectione vtriuſque literæ, videbis ſatis congruere hanc reſponſionem, nec non ex titulo ſub quo d. l. cum quæſtio. repoſita eſt. Sed certè obſtant, contra hunc intellectum verba illa. d. l. cum quæſtio. ¶ Si quis itaque vel agrum, &c. Vtrumque in ſex vncias eſſe. vel dominum rei legatæ, vel hæredem.] Replico, de hærede rei particularis ſemper hũc textum eſſe intelligendum.

## Ad §. Non ſolum De pupill. ſubſtit.

Tria habes (iuuenis) ex hoc textu. Primo dictum, nempè, ſubſtitutio Pupillaris poteſt fieri etiam liberis exhæredatis. Secundo illationem. ſ. ſubſtituto pupillariter tunc omnia bona quoquomodo exhæredatis acquiſita debentur. Tertio extenſionem, videlicet: Hæc omnia ſibi locum vendicare etiam in poſthumis. Sed an ſibi locum vendicabit hodie cõſtitutio primæ partis huius textus, ex quo exhæredatio ſine cauſa fieri non poteſt? §. Aliud quoque. Auth. vt cum de appell. cognoſcitur. Minor vero 14. immunis ab illis cauſis eſſe videtur. Reſpondeo vendicare locum ſibi poſſe, ſi proximus pubertati fuerit, cum tales impuberes puniri lex permittat. l. excipiuntur 14. ff. ad Sen. conſ. Syllan. Iure tamen nouo exhæredari poſthumũ non poſſe cognoſcis.

Difficultas huius §. in eo repoſita eſt, vt Antinomiam huius textus in 2. ſui parte tollamus cum l. miles ita. 41. §. exhæredato. ff. de mil. teſt. Habes hîc. Omnia bona pupilli exhæredati vndecumque obuenientia pertinere ad ſubſtitutum pupillariter. ſi in fra pupillares annos ipſum mori contigerit. At in d. §. exhæredato, contrarium; nempè ſubſtitutum a milite datum filio exhæredato, ea tãtum accipere, quę à teſtatore prouenerũt.

Hanc contrarietatem exercuit hîc gloſſa in verbo. id omne, quæ & hanc tradit ſolutionem. Triphonium I. C. in d. l. miles ita. loqui in milite, qui ſubſtituerat filio emancipato, quod a pagano fieri nequit §. extraneo. infr. eod titu. & ſic ſpeciale in milite quo ad hoc. Vnde fuit reſtrictum procedere in ijs dumtaxat, quæ a teſtatore proueniunt. Sed hæc ſolutio reijcitur quia. §. exhæredato. d. l. miles, ita loquitur non ſolum in emancipato, ſed etiam in filio exhæredato, in quo idẽ licet pagano quod militi. Soluebat ſecundo loco Chriſt. quem ſequitur eſt Silu. Aldobr. in addit. ad gloſſam hîc. Bene loqui gloſſam, circa filium emancipatum. Sed dum loquitur I. C. in d. l. miles ita. de filio exhæredato, cui datur a patre ſubſtitutus pupillaris, eſſe ſpeciale in milite; vt ea dũtaxat ſubſtitutus accipiat, quæ in filium a patre milite obuenerunt. Ratio: quia ſicuti miles poteſt pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus decedere. l. quæ etatur. ff. de mil. teſtam. ita filius militis. Quod cum ſecus ſit in pagano, mirum videri non debet, ſi contrarium decidatur in hoc textu noſtro.

Tertio loco ſoluebat Viglius. Verbum illud (exhæredato) legẽdum eſſe in d. l. miles ita, cum ſuperiori. §. video, vt finalis. §. d. l. miles ita, incipiat ibi. ¶ Miles & emancipato.] Et ita legendo comprobatur ſolutio gloſſæ, vt d. l. lex loquatur in emancipato dũtaxat in illo. §. fina. Celebris ſanè ſolutio, quam & Mynſin. & alij frequẽtius amplexi ſunt, & videtur ipſa veritas. Hoc tamen vnũ etiam admoneie l bei quo ad textum in d. l. miles ita in fine. illa verba. ¶ In ijs exercebitur.] Non referri ad perſonas, ſed ad bona: vt iſte ſit ſenſus. ¶ Verum hoc ius in ijs bonis exercebitur, quæ ab ipſo ad eum, cui ſubſtituit, peruenerint.

## Ad §. Vel ſingulis. De pupil. ſubſtit.

Ex hac litera, quæ deſcripta eſt ad verbũ ex reſponſo Florentini in l. vel ſingulis. 37. ff de vulg. & pupil. deſumitur hoc axioma. Subſtituens vltimo morienti impuberi non videtur inſtitutos liberos inuicem ſubſtituere, ſed velle inter eos ius legitimarum hæreditatum integrum cuſtodiri. In contrarium pugnat de diametro l. Titia. Seio. 89. §. Seia libertis. ff. de leg. 2. Vbi l gatarij cenſentur ſubſtituti inter ſe, ſi vltimo morienti ſubſtituatur. Multum ſe torquẽt interpretes in hac Antinomia tollenda, ob quam formata eſt hic gloſſa prima ſatis longa. & in d. §. Seia. libertis. in verbo vltimo. Difficilis ſane quæſtio, cuius vtilitas infra explicabitur. Et vt ab ipſis gloſſis incipiamus. Prima fuit earũ ſententia. Ex prohibitione facta a teſtatore, ne legatarij venderent fundum legatum, induci ſubſtitutionem inter legatarios in d. §. Seia libertis. pp regulã poſitã in l. is qui 92.

D 2 ff. de

Ego fic. Florentini diffinitioné effe diffinitionem legati, prout legati appellatione cõtinentur fideicommiffa, & donationes causa mortis. iuxta l. & fideicommiffum.85.ff. de leg.3. Modeftini diffinitionem effe diffinitionem legati proprij fecundum illa tempora, quibus in teftamento, duntaxat legata fieri poterant. § præterea in f. de fideic. hæred. quod clarum fit ex illis verbis ibi infertis. ¶ Teftamento relicta. ] Diffinitio verò hic tradita, eft diffinitio legati, prout hodie legatum poteft fieri etiam ab inteftato, iuxta communem fententiam interpretum in d.§ præterea. Dixi latius in mea repet. Firmana ad rubr. & l.1.ff.de leg.1.in 1.lect. rubricæ, ad quam volentes remitto.

## Ad §. Sed non vfque. De legatis.

Famofiffima eft huius §. Antinomia cũ inscriptione, & refponfo Vlpiani in l. 1. ff. de leg. 1. vbi ipfe Vlpianus fibi afcribit exæquationem legatorum & fideicõmifforum fub illis verbis. ¶ Per omnia exæquata funt legata fideicõmiffis. ] E cõtrario verò profitetur hic Iuftinianus, fe omnia legata fideicõmiffis exæquaffe. Quatuordecim principales intellectus ad illud refpõfum enumeraui, & confutaui in mea repet. typis adita ad l.Illam in 1. lect. Quibus adde nunc.1 §. Myt.fing.ln §.præterea.nu.4. De fideic. hæred. Vt verba in illa lege pofita ab alio adiecta fint. Quod minimè dicendum arbitror, cum fideliter illa omnia verba legantur in P.fanis, & Florentinis Pandectis. Adde infuper, fi placet XVI. Ioan. Coraffij. lib.5. Mifcellan.cap.17.quem nouiffimè fequitur And. Fachin.lib.5. Controu.iuris cap.30. Credentes ambo, exæquationem factam ab Vlpiano, licet hic dicat Iuftinian. fe exæquaffe. Quòd ei folenne fit multa à veteribus Iuriconfultis ordinata, & cõftituta fibi afcribere. Putantes tñ, totã hanc rem Triboniano, ceterifque compilatoribus tribuendã. Sed abfit à me tale hoc excogitare, ne dicã affeuerare. Quid plura ? Viginti duos intellectus ad illam legem primã enumerat Pet. Ricciardus Piftorien. hoc in loco à num.4. ad num.26. Mihi tamen illa femper vifa eft genuina folutio, quam edidi fuper illius legis primæ repetitione. Exæquationem Vlpiani fuiffe particularẽ in materia interpretationis edicti. Quorum legatorũ, in qua, tpe Vlpiani per omnia exæquata erant legata fideicomm ffis. Generalem verò fuiffe in omni cafu exæquationem factam per Iuftinianum Imper. Apertè hoc demonftrãt verba huius textus. ¶ Neceffarium effe duximus, omnia legata fideicomm.ffis exæquare, vt nulla fit inter ea differentia. ] Hoc ipfum legitur in l. vn.§. nos autẽ.C.de caduc. tollen. ¶ Vnam omnibus legatis naturã, & fideicommiffis imponentes. ] Omnia itaq. legata & fideicommiffa exæquata funt per Iuftinianũ. Aliqua vero per Vlpianum facta fuit exæquatio, in materia.f.edicti quorum legatorũ, vt latius aperui in fupracitata repet. Et hanc intelligentiã pofuit Iacob. Cuiac.lib.8. obferuar.cap.4.reijcitque Iaco. Rœuard.lib.3.cap.4.de iuris ambiguit.

## Ad §. Non folum. De legat.

Legatum rei alienæ valere regulariter, faltem quo ad æftimationem de iurecivili, expreffis verbis legitur in hoc textu, & in alijs fimilibus. Sed an hoc immutatum fit de iure Canonico per c. filius nofter. de teftam. fatis multumque dubitant interpretes. Siquidem non valere legatum rei alienæ de iure Canonico docuere Abbas tam ibi, quam in cap.cum effes.de teftam.Gloffa, Alex. Iaf.& quidam alij in l.cũ alienam.C.de legat.

Sed dicamus, nihil immutatum fuiffe de iure Canonico circa legatũ rei alienę, præterquam in ea fpecie, de qua loquitur Greg. Summus Pont. in d.c.filius, Nempè, quãdo teftator legauit Ecclefiæ rem alterius Ecclefiæ, fepulturæ fuæ gratia, & filius inftituit hæredes, quibus non amplum patrimoniũ reliquerat. Tunc enim nec res legata debetur, neq.eius ęftimatio. Ita poft Innocentiũ, Butrium. Anchar.& Imol. in d.c.filius, docuerunt Didac. Couarr.in comm.de teftam. Card. Mant.de coniect.vlt.volunt.lib.9.tit. 9.nu.7. quos refert, & fequitur And. Fachin. lib.5. cap.38. referibens originale Epiftolæ Gregorij Papæ ad Epifcopum Mefalen. ex ea hanc veritatem apertiffimè comprobãs. Hoc ipfum præterea innuunt verba illius. cap. ¶ Valde mihi videtur iniuftum, vt res tibi legatæ, quæ cuiufdam Ecclefiæ effe perhibentur, à te teneantur, qui aliena reftituere debuifti. ] Aliquid quoque de hoc Mich. Craff.in §.legatum.q.14.ad finem.

## Ad §. Si cui fundus. De legat.

Vfumfructum feruitutis locum obtinere, cauetur in hoc §. cui conformis eft decifio Pauli in l.rectè dicimus.25.ff. de verb.fig.in illis verbis. ¶ Quia vfusfructus non dñij pars, fed feruitutis fit. ] Sed hoc ipsũ abnegat idem Paul.in l.4 ff.de vfufr. ita dicens. ¶ Vfusfructus in multis cafib⁹ pars dñij eft. Putauit glo. plures poffe accõmodari folutiones, vt per ipfe in d.l.4. Illam tñ communiter amplexi funt Scribentes, vt ad plenũ dñium cõftituendũ vfusfructus fit pars integralis: vt paries dicitur pars domus. Vnde vfusfructus eft pars dominij in genere fumpu. Et fic fpecies illius dominij, quod fub fe habet nudã proprietatem, & vfumfructum. Ita Petr. quem refert, & fequitur Bart. in d. l. 4. & Bald. ibidẽ appellauit partẽ prædicamentalem,

talem. Declarat hoc latius Aret. in §. alienus seruus. De hæred. instit. ista prima conciliatio reijcitur per Fulgosium, & post ipsũ per Vigliũ in d. §. alienus. Quia si hoc esset verũ, semper & indistinctè vsusfructus diceretur pars dominij non autẽ in multis casibus, vt in d. l. 4. cauetur. insuper dĩ noster esse totus fundus, & si vsusfructus alterius sit. d. l. rectè dicimus. In toto autẽ nulla pars deesse potest. Ergo vsusfructus non est pars integralis dominij.

Altera est solutio, Vt vsufructuarius dicatur dominus vsusfructus, sed non dñs rei. Ita Bart. ad rubr. C. de vsuf. quem Aretin. in d. §. alienus. Ias. nu. 2. in d. l. 1. §. vsufructuarius. ff. de oper. nou. nunc. Alex. nu. 6 in famosissimo. §. nihil commune. Hæc doctrina licet in se vera sit, non tamen tollit contrarietatem. Namque in vno loco dicitur vsusfructus pars dominij, in alio vero pars seruitutis.

Tertio loco Viglius in d. §. alienus. autumat, vsumfructum esse partem dominij in his rebus tantum, in quibus fructus est in corporum perceptione, vt in fructibus agri, & in fœtu animalium. Namque in his vf vsufructuari⁹ dominus partis vnius esse. Quod non est in vsufructu ædiũ argumento. l. Vaccæ. 43. de euictio. ista solutio non placet Arrio Pinello, ad l. 1. C. de bon. mat. parte 3. nu. 3. cum d. l. 4. loquatur vniuersaliter in cuiusque rei vsufructu. Neque se magis restringit ad vsumfructum agri, quam ædium. Imo d. l. rectè dicimus. quæ abdegat vsumfructum esse partẽ dominij, loquitur de vsufructu fundi, & non de vsufructu ædium. sic enim ibi legitur. ¶ Rectè dicimus eum fundum totũ nostrum esse, &c.]

Quarta fuit conciliatio glossæ in d. l. 4. q̃ tenuere Bart. num. 1. Iason. nu. 2. & 3. in l. 1. §. vsufructuarius ff. de oper nou nũc. Bald. & Fulgos. in d. l. 4. Franc. Connan. lib. 4. ca. 3. & 4. Pinell. vbi sup. n. 3. dicens ita concludere Alciat. in d. l. rectè dicimus. nu. 7. Vt in multis casibus vsusfructus dicatur pars dominij. id est habere similitudinẽ dominij: Cum multa concedãtur vsufructuario, quæ rei domino congruunt, solique dño cõpetere videntur, quos casus enumerat supracitata glossa in d l. 4. versic. Vel verius dic. Nõ autem dicatur vsusfructus propriè pars dominij, iuxta §. nostrum, & iuxta dic. l. rectè dicimus

Sed neque ista conciliatio me iudice, tuta videtur. Mouet me, quia diuinandum est, vt ex verbis, dic. l. quartæ. mens istorũ interpretum colligatur. Inquit enim ibi Paulus. ¶ Vsusfructus in multis casibus pars dominij est.] Et non dixit. Vsusfructus in multis casibus similis est domino. Quòd sanè exprimere sciuisset illius legis authot, si voluisset.

Quamobrem ita solitus sum dicere. Regulariter verum, & formalem vsumfructũ non esse partem dominij, sed seruitutis: vt hic & in dic. l. recte dicimus. Sed hæc regula fallit in multis casibus, in quibus vsusfructus est pars dominij. d. l. 4. Sunt autem illi casus enumerati in d. l. 4. & 5. ff. de vsufruc. Quia præsens, vel ex die, vel ad diem dari potest vsusfructus. Quod secus est in ceteris seruitutibus. l. 4. ff. de seruit. Insuper quia pro parte diuisa, & indiuisa constitui potest vsusfructus. Quod secus est in seruitute. l. pro parte. xi. ff. de seruit. cum simil. Et quia vsusfructus per legem Falcidiam minui potest. d. l. 5. ff. de vsufruct. l. 1. §. si vsusfructus, ff. ad leg. Falcid. quod secus est in alijs seruitutibus. l. viæ itineris. 17. ff. de seruit. Et sic de similibus, de quibus in d. l. 5. Et hanc meam sententiam satis fulciũt verba. dic. l. 4. ¶ Vsusfructus in multis casibus pars dominij est.]

## Ad §. Sed si rem. De legatis.

Maximi ponderis est Antinomia. quæ latitare videtur in fine huius §. cum l. 1. ff. de reg. Caton. Decisum hic legitur; Inutile esse legatum illius rei, quæ tempore testamenti fuerit legatarij, & licet eam legatarius alienauerit, non deberi neque ipsam rem, neque eius æstimationẽ. Concordat Pauli responsum in l. cetera. 43. §. tractari. ff. de leg. 1. l. proprias. 13. C. de leg.

At cõtrarium Celsus in d. l. 1. in fine, cuius hæc sunt verba. ¶ Si tibi legatus est fundus, qui scribendi testamenti tempore tuus est, si eum viuo testatore alienaueris, legatum tibi debetur: quod non deberetur si testator statim decessisset.] Hunc nodum varijs modis conati sunt tollere interpretes, vt videre est per glossam hic in verbo. Alienauerit. Et per glossam in dic. l. 1. in verbo. Item si tibi.

Prima solutio fuit Bulgari, dicentis in dic. l. 1. legatarium alienasse rem sibi legatam, viuo testatore. Hic verò alienasse mortuo testatore.

Ratio: quia post alienationem censetur durare eadem testatoris voluntas. leg. 4. ff. de adim. legat. sequitur Balduin. sed vt diuinatiua à nonnullis reijcitur. Præterea non est hoc sine Triboniani negligentia, qui simpliciter loquutus est in illis verbis. ¶ Et licet alienauerit eam, non debetur.]

Altera fuit solutio Ioannis: Hic factum fuisse legatum purum. At in dicta l. 1. factum fuisse sub conditione. Siquidem ibi legitur. ¶ Si eam viuo testatore alienaueris.] sequitur Aldobrand. in addit. ad glossam nostram. nec non Balduin. num. 7. & Donellus lib. 8. suorum Comment. cap 13. Dubia tamen hæc solutio videtur: quia illa verba. ¶ Si eam, &c. potius denotant factũ, & qualitatem sequutam post conditum testamentum, quam conditionem sapiant.

Tertia

Tertia fuit ſolutio Eguin. Baronis ad hûc locum, cui Mynſing. adhæret, Pauli reſponſum in d. l. cetera. §. tractari. quod conſonum eſt cum §. noſtro, Celſi diſtinctione, veluti quadam exceptione corrigi. Nempe, ſi proprium tuum fundum, tibi ab aliquo legatum, viuo teſtatore alienaueris, vel fundum, vel eius æſtimationem conſequeris. Quod ſi mortuo teſtatore alienatio facta ſit, nec fundus, neque eius æſtimatio legatario debebitur. Ratio: quia abſurdũ non eſt in iure noſtro, vt iura iuribus concordētur. l. ſed & poſteriores. ff. de legib. Verum, hac ſolutione pariter notam inferimus Triboniano, quod loqui neſciuerit, & ſimpliciter illa verba protulerit. ¶ Et licet alienauerit eam, non debetur, nec ipſa res, nec æſtimatio eius. ] Itaque amplectamur Ioannis ſententiam tanquam minus periculoſam, quæ ſatis comprobari videtur ex verbis. d. l. cetera. §. tractari, in fine. ff. de leg. 1. ¶ Purũ igitur legatum Catoniana Regula impedit: Conditionalia non: quia ad conditionalia legata Catoniana non pertinet.]

## Ad §. Si quis ancillas. De legat.

Alercantur ſummoperè noſtri iuris Interpretes, circa intelligentiam huius §. in vltima ſui parte, ne aduerſetur de diametro. l. ſi cui. §. ff. de fundo inſtr. Qua de re fabricata eſt iam hic gloſſa in verbo inſtructus, & in d. l. ſi cui. in verbo. ex ceteris. Paucis veritatem inueniamus. Deciſum hic legitur, quod ſi cui fundus inſtructus, vel cum inſtrumento legatus fuerit, alienato fundo, ei legatario nihil debebatur: Nullaque conſtituitur hic differentia inter fundum inſtructum, & fundum cum inſtrumento. At non ſic Paulus in d. l. ſi cui. Vbi confutata ſententia Labeonis ait. Differre legatum fundi cum inſtrumento, legatum fundi inſtructi, ſeu fundi, & inſtrumenti. Nam ſi legetur fundus cum inſtrumento, fundo alienato nihil debebitur legatario: In alijs duobus caſibus, poterit inſtrumentum eſſe legatũ. Huiuſce rei hæc ratio affertur a Donello. li. 8. cap. 17. Quia in illis vltimis caſibus appareret teſtatorem hæc disiuncta eſſe velle, & tanquam res æquè principales facere.

Hunc nodum primo ſic ſoluebat Regger Imperatorem ſimpliciter hic loqui propter iuuenes, nulla prorſus facta diſtinctione: quia leui, ac ſimplici via iuuenibus hæc prima legum elementa traduntur. §. igitur. ſupra in procem. At in Pandectis, exactiſſima Methodo ſingula traduntur prouectis: Vnde ibi opus erat diſtinguere, nõ hic. Reijci gloſſa, & cum ea Bar. num. 3, in d. l. ſi cui. Quia nõ debuit Imper. hic malè loqui propter rudes iuuenes.

Secundo dicebat Ioannes. Illud dictum, ¶ Idem eſt ſi fundus inſtructus.] referendũ eſſe ad illos duos primos caſus, ſcilicet de Ancilla cum natis, & de ſeruis Ordinarijs cum Vicarijs. At quod ſubijcit poſtmodum. ¶ Vel cum inſtrumento legatus fuerit.] Referendum ad proximum caſum, quo ad legatum factum de ſeruo cum peculio. Sed neque hoc placet gloſſæ in d. l. ſi cui. Imò cauendum omnino eſt ab hac ſolutione: quia admodum inepta eſſet hæc contrapoſitio literæ, in qua diſtinguuntur clariſſimè duo primi caſus ad fauorem legatarij contra hæredem; Alij vero duo vltimi contra ipſum legatarium.

Tertio dicebant quidam, teſte eadē gloſſa. Per hunc textum corrigi diſpoſitionem. d. l. ſi cui. Quaſi quod Imper. tacite reprobarat Pauli ſententiam, hoc in loco Labeonis opinionem ſectetur, & huic ſolutioni adhæret gloſſator noſter hic. Sed non placet ex duobus. Primo per regulam. l. præcipimus. C. de appellat. quia legum correctio euitanda. Secundo, quia dum Imper. reprobat alicuius opinionem, expreſſè hoc admonet. Et præcipuè in hoc libro Inſtit. vt pluries admonui.

Quarto loco ſoluebat Azo ſic: legato fundo inſtructo, & poſtea alienato, extinguitur legatũ inſtrumẽti, vt hic dr. Nẽpe extinguitur legatũ inſtrũ illius fundi. At non extinguitur legatũ inſtrũ patrisfamil. quo inſtructior paterfam. in eo fundo eſſet. l. quæſitũ. 12 §. ſed ſi fundus. ff. de fundo inſtr. & hanc ſolutionẽ Azonis, Mynſing. nu. 9. hic tribuit Balduino, eãq. ſectatus eſt, nulla facta mentione Azonis. iſta ſolutio cõiter recepta eſt, teſte Iaſone in vlt. add. ad Port, tenuit Bart. in d. l. ſi cui. nu. 3. ſequitur que Donel. lib. 8. c. 17. ſuorũ cõment. iuris. verſ. alienatio quoq. Ioan. Oiuot. hic ad finẽ. Et hanc ſolutionẽ tenendã eſſe, omneſque alias eſſe falſas, inqt Aldobr. in addit. ad gloſ. Verùm huic ſolutioni non aſſentior. Motus primo, quia ſciuiſſet Paulus diſtinguere talia inſtra, pro vt ſciuit ponere dictam illorum verborũ contra Labeonẽ in d. l. ſi cui. Præterea hic dr, legatum inſtrũ extingui, ſi fundus inſtructus legatus fuerit, alienato fundo per teſtatorẽ. At in d. l. ſi cui. hr. Legato fundo inſtructo, fundoque alienato, legatũ inſtrũ debere. Vnde vterque textus loquitur in inſtrũs fundi legati, & ſic in inſtrũs neceſſarijs ad illũ fundum. Vnde reſtringere ad propria inſtra patrisfam. teſtatoris, quæ ad tutelam fundi, & vſus ſui gratia habebat, vt inſtructior ibi eſſet, illorumque dumtaxat legatũ deberi, eſt textũ admodum reſtringere, ne dicam violare. Inſuper quærã adhuc de ratione diuerſitatis, Cur magis extinguatur legatum inſtrumenti fundi, quàm legatum inſtrumẽti patrisfamilias? Scio F. H. hoc in loco dicere, Quod qui locos iſtos conciliare ſtudet, Pauli cum Labeone ſimultatem inſtam ignorare videtur.

Quamobrẽ, vt quid ſẽtio ingenue fatear. Verſus ſũ hactenus, ne vnus hic ſit locus, in quo Tribonianus nimiũ properans, fa-

cilitatiq. iuuenum ftudens, Paulli diftinctionem fcienter, & cõfulto præter miferit: vt ex latioribus Digeftorũ libris perfectius id haberet, q adverfus Labeonem adnotauit Paulus. Et hoc fortaffe voluit dicere Roggerius, cuius fore mentem nõ bene hucufque intellexerunt interpretes. Hoc fi non placet, alterã accipe folutionẽ. Mendofum hunc tote textum effe, delendamq. ex eo diftionem VEL. & legendum hoc pacto. ¶ Idẽ eft fi fundus inftructus cum inftrumẽto legatus fuerit. Nam fundo alienato, &c.] Vt fit fenfus. Idem effe fi legatus fuerit fundus, qui inftructus eft, cum inftrumento. Nã fundo alienato, & inftrumenti legatũ extinguitur. Hæc intelligentia clara ex hoc redditur: quia in hoc § quatuor cafus fimiles decidũtur, fed diuerfimode. f. fi legentur ancillæ cũ natis, fi legentur Ordinarij ferui cum Vicarijs fi legetur feruus cum peculio, fi legetur fundus inftructus cum inftrumẽto. In duobus primis cafibus ad fauorem legatarij decidi ur. In poftremis verò ad fauorem hæredis. Cogita quia puto hoc effe verũ. Quando autem per alienationem rei legatæ extinguatur legatum, tradit magiftraliter Donel. d. lib. 8. cap. 17. verf. Alienatio.

## Ad §. Si generaliter. De legatis.

Legati in genere electionem effe legatarij in dubio, admonet hoc in loco fimpliciter Imp. Cõcordat. l. fi feruus. 111. §. cũ homo. ff. de leg. 1 l. 2. ff. de opt. leg. l. fi domus. 74. l. q duos. 20 ff. de leg. 1. Huic tñ decifioni aduerfantur plura iura de diametro, & præcipuè l 3. & 4. ff de tritico, vino, & oleo leg. l. Idem Iulian. 41. § Seio ff de leg. 1. & fub eo. tit. l. legato generaliter. 37. Imo, hoc effe obferuandũ contra huius text. decifionẽ patet: quia etiam in cõtractibus datur electio debitori. l. cõprehenfum. 60 ff de contr. empt. Vbi dat vẽditor emptori dolia, q vult, nec põt emptor eligere. Hoc ipfum fuadetur ratione: quia fi electio daretur legatario i hoc legato generali, propemodum infinita effet auctoritas legatarij, & videretur hæres nimium grauari, quem teftator minus grauare præfumitur, quam fieri poffit l. vnũ ex familia. §. fi rem. ff. de leg 2. Finge modo domum, fundum, feruũ in genere legatum, quem putas eliget legatarius? Hunc nodum varijs modis conantur foluere interpretes. Primo quidã dicebant, tunc legatarij effe electionem, cũ legatum fit generaliter per Vẽdicationem: quia dictum fit legatario: Vendica tibi feruum. Tunc verò effe heredis electionem, cum legatum generis per Damnationem fuerit relictum. Quia fic dictum: Hæres mi damnas efto dare Titio feruum. Motum per l. fi is cui. 19 ff de leg. 2.

Hæc prima folutio exiftimatur friuola: cum fit fublata hæc differentia legatorũ: §. fed olim, fup. eod. Nec quicquam facit, d. l. fi is cui. In qua illud probatur dũtaxat, facta femel electione, nõ licere illam amplius immutare.

Secundo loco Ioan. Oinot. nu. 15. hic, putat tunc dandam electionem legatario, cũ verba ad ipfum legatarium fuerint directa. Quod fi ad hæredem dirigantur, fecus fi. l. qui concubinam. 29. §. 1. in fi. ff. de leg. 3.

Hæc diftinctio nõ fatisfacit, quia imperfecta Nã adhuc qri poffet, cuius fit electio, fi verba impersonaliter concipiatur, vt hodie in teftamentis frequentius fit, in quibus fic dr. Item reliquit iure legati N. &c. Nifi diceres, ad hæredem tunc fpectare electionem. d. l. qui concubinam. §. 1. Quod effet contra regulam huius literæ.

Tertio itaque loco foluũt hoc pacto. Tũc demum in dubio competere electionem legatario, cum res legata eft in hæreditate. d. l. fi domus. ff de leg 1. Hrdis verò tunc effe electionẽ in hoc legato generali, cũ res legata extra hæreditatẽ fuerit. d. l. 3. & 4. ff. de tritico vino, &c. Ita gl. tam hic, q in d. l. legato generaliter, quæ communiter recepta eft ab interpretibus, vt per Donell. lib 8. cap. 19.

Probatur expreffe in d. l. fi domus, ff. de leg. 1. in d. l. 3. & 4 ff. de tritico vino, &c. Cõprobatur quoq. ratione: Quia rebus alienis legatis, legatarius habet vnam actionem folummodo, in perfonam fcilicet adueríus hæredem, nullam tn rem, quia legatarius non poteft fieri dominus alienæ rei legatæ antequam illam confequatur, latè Donell. mox citatus. Sed cur fic dicet aliquis? Quia sũt magis in legandis fuis rebus, quam in alienis cõparandis, & in onerandis hæredibus faciliores voluntates defunctorum. d. l. vnum ex familia 69 §. fi rem. ff. de legat. 2 Præterea electio legatarij infinita effet, fi hæc fibi in rebus alienis concederetur. Vnde certis finibus legatariorum electio inclufa eft, vt modum interdum faciant electioni, d. l. legato generaliter.

Ergo re aliqua generaliter legata, in his rebus quas teftator habuit eius gñis, electio erit legatarij. Si nullas habuit, tunc hæredis erit electio, quas aliunde emat, & legatario præftet. Sed cur hæc decifio tam cõcife fcripta fuit hic per Tribonianum, cũ adeo diffufa fit huius §. materia? Quia per illud verbum, electio, fatis nos admonemur, Tribonianum fenfiffe fuperius pofitam diftinctionem. Eft enim eligere, vnam ex his reb. fumere, quæ poteftati tuæ fubijciuntur, la:è Donel. d. c. 19. q verò poffunt fubijci poteftati ipfius legatarij à teftatore, nifi q funt teftatoris propriæ? Siquidẽ in alienis, cũ nihil iuris teftator habuerit, nec ipfe potuerit ex his vllã fumere, multo minus nec poterit in alitũ träsferre ius iftud fumẽdi, q nõ habuit, l. nemo. ff. de reg. iu. Quã igit poterit eligere fpẽm ille, cui electio debetur? Caftren. nu. 5. in d. l. legato gñaliter, dicebat fic. fi reperitur fpecies mediocris, illa eligenda eft, d. l. legato. Si verò mediocris non reperit, quod mi-

minimũ est censetur legatum. glossa in d.l. legato generaliter. Et hæc in speciebus. In quantitatibus verò, & summis semper eligi debet quod est minimum, l. nũmis. 73. ff. de leg 3. Din. in cap. in obscuris. de reg. iur. in 6. Oinot. hic in fine.

## Ad §. Optionis. De legatis.

Si legatarius olim non optasset legatum optionis, simul cum eo extinguebatur, neq; ad ipsius hæredes transibat. Ita cauetur in 1. par. huius textus. qui sanè pugnat cum l. illud, aut illud. 19. ff. de opt. leg. Vbi ad hæredem transmitti electionem inquit Paulus. Ergo legatum optionis olim transmittebatur, vt hodie. Primo Batt. in d. l. illud. dicebat, quod olim, i. ante iura Digestorum, legatum optionis habebat in se conditionem & nisi legatarius viuus optasset, legatum nõ transmittebatur ad hæredem: Secus verò de iure Digestorum, de quo iden erat, quod olim. Sed contra hanc Bartoli sn̄iam pugnat litera huius §. In qua profitetur Impe expressè, id sua constitutione emendasse, & hoc in meliorem statum reformasse; nempe in l. fi. C. cõm. de leg. Quæ sanè emendatio necessaria non fuisset, si per iura Digestorum facta esset. Insuper hæc Bartoli solutio videtur diuinatiua, & ob id reijcienda. Alteram solutionem dabat glossa finalis i d. l. illud. Negationem ibi à Triboniano sublatam, & dum legebatur illa litera cũ negatiua hoc pacto. ¶ Ad hæredem non transmitti placuit.] Hodie sic legitur. ¶ Ad hæredem transmitti placuit.] Hunc intellectũ sequuti sunt nouissimi Vltramõtani hoc loco. Sed vti diuinatiuus nõ placet. Vnde tertia est solutio eiusdẽ glossæ; Vt olim legatũ optionis ex omni familia nõ trãsmitteretur; secus vero si legatũ optionis fuisset ex certis duobus, vt in d. l. cõtratia. Hæc solutio satis consona videtur cũ hoc textu, qui declarat, hoc legatũ optionis, quod in se olim conditionem habeat, generale esse. Inquit. n. ¶ Optionis legatum. i. vbi testator ex seruis suis, vel alijs reb. optare legatariũ iusserat.] Legatũ verò, de quo in d. l. illud, esse ex certis duob. non ambigitur: sic. n. cãtat. ¶ Illud aũt illud, vtrũ elegerit.]

## Ad §. Posthumus. De legatis.

Intelligentia huius §. adeo inuoluta videtur, vt vir doctiss. Alc. lib. 9 par. c. 1. coactus fuerit hanc literam ita legere. ¶ Posthumus autem non alienus.] Cum frequentius ita legitur. ¶ Posthumus autem alienus.) Agunt de intellectu huius §. Idem Alci. lib. 3. cap. j. Parad. Donel lib. 6. c. 11. Plaut. ad rubr. C. de bon. poss lib. 1. c. 1. Costa. lib. 1. c. 24. Sed rem hanc totam explicemus. Hic tex plures patitur difficultates. Prima quãdo iste posthumus alen⁹ potuerit hæres institui. Cui quæstio respondẽt interpretes. Hunc posthumũ rectè potuisse hrẽdem institui de iure prætorio, non autem de lege 12. tabul. vel de iure ciuili; vt inf. de bon poss. in princ. l. Gallus, §. ille casus. ff. de lib & posth. Donel. lib 6. c. 11. Is autem alienus. Posthumus dr̄, qui si tẽpore testi natus fuisset, suus hæres non fuisset. § posth. su. e. ti. Sed cur Posthumus alienus non potuit antiquissimo iure institui hæres? Respondent communiter: quia hoc lege prohibebatur. Ita dd. in prin. de bon. possess. inf. Sed ista opinio displicet quibusdã ibidẽ, putantibus id nulla lege cautum fuisse. Costa. li. 1. c. 24. ex eo id factum esse autumat: Quia fiebat testamentum per æs & libram: nam testam. Calatis Cõ. & Procinctum, desierunt esse in vsu. §. 1. de testam. Sed in hoc testõ per æs, & libram non poterat posthumus hæres fieri; cum in rerum natura non esset. Hæc opinio mihi semper dubia visa est: Nam sequerentur duo absurda. Primũ quod statim, ac fuit introductum testamentum. Nuncupatiuum quod ante Iustiniani tempora fuerat. §. fin. sup. de testam. alienus posthumus potuerit hæres institui: quod nõ potuit, vt hic dicitur, & in d. §. 1 de bon. poss. Secundum, quod neque suus posthumus eo tempore potuerit institui hęres; quod falsum est §. posthum. sup. de exhær liber.

Alia itaque ratio reddi põt ex coniunctione huius textus cum superiori versic. Incertis. Nempe: quia olim incertis personis relinqui non poterat, vt dicitur in d. §. incertis Posthumus autem alienus similis est incertis personis. ita Theophil hic, quem Viglius in §. seruus etiam; num 3. supr. de hęred. instit. Forcat. in Necyom. dial. 8. respondendo obiectioni, quod eadem incertitudo versetur in suis. Sed quęramus adhuc, Cur posthumus iste per bon. poss. consequebatur hereditatem; ad legata verò non admittebatur? §. posthumo, sup. eod. Respondeo, quia prętor prouidit quo ad institutionem, & non quo ad legata. Sed cur sic? Quia bonorum poss. ſ̃o, secũdum tabulas, per quam posthumus alenus institutus hæres efficiebatur successor de iure pretorio, non se extendebat ad legata. Prętor. n. legatorum curam nõ habuit. Ea forte ratione; quia de minimis non curabat l 4. ff. de rest. in integ. Vnum superest, vt vltima verba huius §. declaremus.

¶ Nisi in vtero eius sit, quę iure nostro vxor esse non põt.) De sorore, & Nepte istud interpretari nulla ratio est: quia cum liceat etiam alienissimũ instituere sup. de hrẽd. inst. ad finem. multo magis nascitutũ ex sorore, nepte, vel ex alia cognata. Quidam ad Vestales, & Alcetrias hoc referebãt q̃ cuiq; nupię esse nõ poterãt. Sed non placet, pp illa verba. ¶ In vtero eius.) In talib⁹. n. detestãda hęc sũt vt inquiũt Nouissimi. Itaq; intellige hęc verba iuxta §. si aduersus. su. de nup. Vt excipiat hic Imp. § posthumũ cõceptũ ex prohibita, Ita glossa finalis hic, quam sequẽdam puto.

## Ad rubr. & §. 1. De lege Falcidia.

Clarum est, legem Falcidiam latam fuisse Falcidio Tribuno plebis interrogante. Can.

quę-

quædam, distin. 2. Atque hoc ex plurib. comprobarunt Faber, & Ald. sentit. Bar. in l. 1. ff. de reg. Cat. & est mera veritas, vt inquit Prepos. Senen. casu 2. q. 11. Comprobauit alios congerens Fiumag. ad l. in quartam. nu. 8. ff. ad leg. Falc. Donel. lib. 8. c. 22. Card. Mant. lib. 9. tit. 13. in princ. Quamuis à falce, crebrius autument Interpretes dictam esse, post glos. hic, & in l. 1. ff. eod. sed malè vt per dd. mox relatos. Maxima tamen exoritur dubitatio ex §. plebiscitum. sup. de iur. nat. Cur Falcidia dicatur Lex, & non Plebiscitum: cũ istæ sint duæ species oppositæ inter se, & vna species opposita non possit fieri altera species opposita. glossa in §. librorum. sup. de rer. diu. Omitto hic referre aliorum opiniones, & illa confutare, pro vt aliàs feci. Dicam tamen duobus modis posse tolli hanc difficultatem. Primo cum Donel. d. c. 22. Falcidiã esse legem Tribunitiam: quia ita Plebiscita dici cœperunt post legem Horten. Vel & secundo, Legem tripliciter sumi posse. Latè, strictè, strictissime. Latè lex dicitur quicquid naturalis, & diuina æquitas dictitat, atq. diffinit. Strictè capitur pro quacumque scripta constitutione. Strictissime verò pro illa Specie iuris scripti, quam legem denominatũt. Ita dd quos Myns. & Ottnot. ad §. lex est sup. de iure nat. Vnde accipiendo legem in secũdo significatu, dubium nemini videri debet, si Plebiscitum quoque hoc legis nomine decoratur, vt hic & infra de lege Aquil. Stricto itaque sumpto vocabulo Plebiscitum appellatur lex.

## Ad. 1. De fideic. hæreditatibus.

Profitetur Tribonianus hoc in loco, de vniuersalibus fideicommissis prius agere, quàm de singularibus; Dum in primis verbis huius § sic loquutus est. ¶ Sed prius est, vt de hereditatibus fideicommissarijs videamus.) Quod dubio procul adimpleuit; nam hic de vniuersalibus, in subsequenti verò titulo de singularibus fideicom. agitur. At in Pandectis hic ordo posterior esse videtur, & contrarius. l. 1. ff. ad Trebel. vbi sic legitur. ¶ Explicito tractatu, qui ad fideicommissa singularum rerum pertinet, transeamus nunc, &c) Hoc præbuit ansam nouiss. Vltramontanis dicendi, Ineptos illos esse, qui ordinem in hoc Animali notari, atque obseruari posse existimant (de Triboniano Institu. compilatore intelligentes) sed alius delitescit sensus in illis verbis. d. l. 1. ff. ad Trebellian. Etenim prima illa verba ibi posita. ¶ Explicito tractatu, &c. ] Sunt Vlpiani authoris illius. l. referentis se ad quendam tractatum per ipsum compositum, in quo prius de fideicomm. singularum rerum pertractauerat. Quod sanè ex duobus apprimè apparet. Primo, quia illius legis inscriptio sic sonat. ¶ Vlpianus. lib. 3. fideicomm.) Habuit itaque author relationem ad alios suos libros de eadem re per ipsum compositos; non autem ad titulos superius positos in volumine Infortiati per compilatores. Secundo & melius: quia si illa verba. ¶ Explicito tractatu, &c. ] deberent referri ad titulos precedentes, alterum de duobus necessario sequeretur, vel non esse Vlpiani, sed Compilatorum; vel Vlpianum fuisse vnum ex compilatoribus Pandectarum. Quodcumq; verò istorum dicatur, absurdissimum erit. Dices tu. Ergo in Pandectis non agitur prius de fideicomm. particularibus, quam de vniuersalibus (hoc enim vno ore fatentur omnes Interpretes. Respondeo æqualiter, & cõiunctim de particularibus, & de vniuersalibus fideicomm. agi in ff. non autem de particularibus prius, vt putabat Iason. nu. 20. in rubr. ff. de legat. 1. quem tota cohors interpretum sequitur, excepto Bologn. ibidem. sub nu. 84. cuius sententia vera est.

## Ad §. Finalem. De fideic. hæredit.

In fideicommissis numerus quinque testiũ debet necessario interuenire, vt in qualibet vltima voluntate, præterquam in testamento. l. fin. C. de codic. Hic verò constituitur, valere fideicommis. si pauciores quam quinq; vel si nemo penitus testis interuenerit. Vñ tollẽda est hęc Antinomia, & vera huius §. intelligẽtia demõstranda. Qđ vt facilius cõtingat, quærẽda iõ est, Cur per Inst. id fuerit constitutũ hoc in loco, & in l. fi. C. de fideic. vnde hic tex. desumptus est. Ioan. vt refert glo. in d. l. fi. putabat in casu nostri textus, primò hæredem negasse relictum, mox fuisse confessum; seq; tueri velle ex minus solenni voluntate. sequitur Balduin. Sed expressis verbis istud aperit Imper. in calce huius §. Vnde potius est quædam declaratio, quam ratio. Quærimus. n. cur valeat hoc fideicomm. sine debito numero quinque testiũ. Dices tu, forsan in pœnam quia negauit. Addam ego, Si confiteatur relictum hæres, cur fideic. valere dẽt sine debito nume. testiũ. Dices fortasse cũ Bald. qa hĩs vsus est imperfecto, minusq; solẽni testamento. Replicaté tunc, Textum hũc loqui etiam in casu successionis ab intestato, & quando à legatario, vel à fideicommis. similiter aliquid relictum fuerit; vt hic legitur in vers. Eadẽ obseruari, &c. Quamobrem altera est intelligentia frequentius recepta, teste Ias. n. 12. in d. l. fin. Hunc esse casum specialem propter duo: Et quia testator noluit solenniter testari: Et quia hoc ponere voluit in fide heredis. Ita glossa, Fab. & alij hoc ĩ loco. Quasi quod ista sit limitatio ad regulam. l. si veritas. 23. C. de fideic. Relicta in testamento minus solenni non debentur. Hæc opinio semper mihi dubia visa est. Quia fideicom. põt fieri & in testõ, & ab intestato. §. pręterea. supr. hoc eo. ti. & huius textus decisio habet locũ, & quando factũ est testamentum, & quãdo veniens ab intestato rogatus est; & tam si rogetur hæres, quam si rogetur legatarius, vel fideicommissar. Hoc patet ex his verbis.

¶ Siuę

¶ Siue pater hæredis.] Et ex illis. ¶ Eadem obseruari censuimus. & si a legatario, vel fideicommiss. aliquid similiter relictum sit.] Tertio dicebat Port. Id ex eo esse: quia testator prius fecerat testm̃ validũ, & solẽne, in quo heredẽ instituerat: Mox in alia vltima voluntate minus solẽni, fecerat quibusdã legata, & fideicõmissa. Illa.n. valere debẽt: quia hec vltima volũtas non solennis, sustinetur pp̃ testm̃ solẽne. Reijcitur a Ias. i d. l. fi. n. 8. Ex eo: quia hic tex. non solũ se fundat in testamento, q̃ præcesserat, sed vel super negatione hæredis, vel quia fidẽ hæredis testator sequutus sit. Omitto Ias. sñiam. ibi. n. 18. coniungentis primũ, & scdm intellectum. Quarto igitur loco Barto. in l. nemo potest. col. 1. ff. de leg. 1. huius decisionis hanc esse rõnem ait. Quia testator non posuit simpliciter relictũ in fide heredis. Nã tunc requireretur numerus 7. testium si testm̃ conderet, vel 5. si codicillos: sed testator fecit hæredẽ sibi promittere de præstando legatum. vel fideicõ. iuxta l. quidã 46. ff. de hæred. inst. & l. spadonẽ. 17. §. 1. ff. de exc. tut. sequunt. ibid. Imo. col. 2. Alex. n. 9. Rõ autẽ rõnis est: quia tale fideicõ. transit in vim contractus, ut ste Bart. vbi sup. in 2. oppos. Vnde hæres, qui hoc promisit, põt cõueniri, latè Bart. Veronen. cautela 129. Ias. nu. 18. in d. l. nemo põt. Et hæc est ipsa veritas, quæ ex hoc textu simpliciter apparet, non vno in loco. ibi. ¶ Si hæres perfidia tẽtus adimplere fidem recusar.] Et ibi. ¶ Ne depereat vltima voluntas testatoris, fidei hæredis cõmissa.] Et ibi. ¶ Siue pr̃ hæredis, siue alius quicũque sit, qui fidẽ hæredis elegerit.] Illud quoque admonere libet, in verust ssimis codicibus non legi illa verba. ¶ Postquam negauerit.] Ita admonuit hoc loco Ferret. & H. Atque hic Theophil. nullius negationis meminit.

## Ad §. 1. De singulis rebus per fideic. relictis.

Prætermittenda non est enodatio Antinomiæ, quã autumãt plerique esse in hoc tex tu, cũ sequẽti. §. & cũ l. 1. §. pen. C. comm. de legat. Etenim hic legitur. ¶ Quãuis à legatario legari non possit.] At in sequenti §. sic cauetur. ¶ Itaque, & legatarius, & fideic. nõ solũ de ea re rogari potest, &c.] Et in d. l. 1. §. pen. habes. ¶ Et hæc disposuimus non tm̃ si ab hærede fuerit legatũ derelictum, vel fideicom. sed & si à legatario, vel fideicõ. &c. Putant plerique post glossam. Id quod habetur in hoc. §. procedere de iure antiquo. s. vt a legatario legari non potuerit: sed nouo iure post generalem exæquationem legatorũ, & fideicom. istud licere. Et cõsequenter, correctiuè loqui. §. subsequentem, & d. l. 1. §. pen. Vnde inquit Bald. ¶ Sed hodie ex Iustiniani constitutione in l. 2. C. comm. de leg. nõ mo ramur has verborum formas.] Hæc solutio, non modo dubia, verum etiam falsa videtur. Cum exæquatio intactam reliquerit directionem legatorum, & obliquitatẽ fideicom. Vt post Bald. Ang. & al. ô demõstraui in l. 1. ff. de leg. 1. in 3. lect. ex multis, sigillatim verò ex l. fi. C. de sacr. eccl. vbi sancitum est specialiter: Dñium rei relictæ per fideicõ recta via transire in Ecclesia, & in alias personas ibi enumeratas. Vnde etiam hodie in legatis datur directus transitus, & in fideicom missis obliquus. l. à Titio. 66. ff. de furt. Vnde hic erit (ni fallor) genuinus sensus huius §. a legatario non potuisse legari directo, neque hodie posse, sed posse per fideicommissum. Quod si directo ab eo legetur, in vim fideicõ missi valere, propter virtutem exæquationis, quæ virtutẽ vnius tribuit alteri. Batt. in d. l. 1. nu. 1. facit l. 2. C. cõm. de leg. Probatur hoc apertè ex verbis subsequent. §. ¶ Itaque & legatarius, & fideicom. non solum de ea re rogari potest, &c.] Et sic ponitur verbum illud ROGO, quod denotat fideicommissum. §. si inst eod. tit. Idem quoque probatur ex d. l. 1 § pen. C. com. de leg. Et apertissimè edocet Caius. lib. 2. Instit. tit. 7. sic dicens. Et a legatario, licet legatum dimitti non possit, fideicommissum potest. Concordat. l. si fuerit. §. in prin. ff. de leg 3.

## Ad §. Ita demum. vers. Posthumi. De hæred. quæ ab intest.

Pluribus modis interpretantur DD. hunc §. vt euitent contrarietatẽ, de l. fi. ff. de collat. bon. & de l. fi. ff de aff. lib. Rẽ paucis enodabo, cũ satis amplã annotationem de hoc habeamus ad gl. fi. Receptissimũ est apud oẽs. Posthumũ non dici hæredẽ anteq̃ nascat. d. l. fi. Vnde in posthumo spes tantũ, non existentia sui hæredis tunc cõsideratur. l. 1. §. toties. ff. de vent. in poss. mitt. Sed huic veritati aduersatur nostra l tera, in qua posthumus hæres dr̃ anteq̃ nascatur. Puto illã esse verã solutionem, q̃ posuit Curt. Iun. in l. posthumus. C. de coll. Gozz. in l. qui se patris. C. vnde lib. Pinell. ad rubr. C. de bon. matr. in 2. p. nu. 37. Nempè, hunc textũ loqui in posthumo iã nato. Etenim frequẽtius in iure Posthumus non dr̃ ille, qui est in vtero, sed qui natus est. Nã ante natiuitatẽ, vel venter dr̃, vel in vtero esse. l. 1. & per totum. ff. de venr. in poss. mitten. l. qui in vtero. 7. de sta hom. l. venter. 83. ff. de acq. hær. cũ simil. Conferunt ad hoc verba huius tex. ¶ Qui si viuo parente nati essent.] Ergo de posthumis iã natis loquitur tex. iste. Sed dicat aliquis, Qui in rebus humanis est, posthumus nominari non dẽt l. nomẽ 164. ff. de verb. sign. Ergo hæc solutio falsa. Rhdeo. Appellari posthumũ hoc loco, quia non erat natus viuo illo, de cuius hæreditate agebatur. Erat. n. hic quæstio, An nepotes, & alij vlteriores liberi in potestate, inter suos hæredes connumerati debeant, &

& inquit Imper.connumerādos, si nemo eos præcedat in gradu. Etiam si nascantur post mortem eius,de cuius hæreditate agitur.

## Ad §.Quos autem.De bonorum possess.

Difficilem esse hunc §.post Roncag.' & alios testatur Costa.lib.2. c.22. latè super hoc insistens.Et nouissimè Fachin.lib.5. cap.72. confutatis aliorū opinionibus aliam tradit explanationē,quæ licet,me iudice, melior sit ceteris,latius tñ pro veritate declarabit. Costæ itaq. & Fachinei intelligentias perpēdamus.Dicebat Costa. Ipso iure fieri,& dici hęredem qui sine aliquo facto et non solenni hæres fit,sola legis opera. l.in suis. 14.ff.de suis.& leg.i.pen.ad fi.ff.de bon. lib. Prætorē verò non posse hæredē facere ipso iure, qa Prætor qñque prius rescindit emancipationē,qñque per ita bon.poss.successorem facit, & sic non ipso iure. Verum,hoc crediderim procedere in hæreditatibus,& successionib⁹ ab intestato, in quibus hæres fit sola legis opera.In hæreditatibus verò,quæ ex testō obueniunt,non fit quis hæres sine facto solenni,vt apparet ex tit.de test.ord.De hær.insti. cum simil. Vnde hoc dictum non est sine scrupulo. Fach.ita soluit.Prætorem nō posse facere hæredē ipso iure.i. iure ciuili. Sicuti hoc verbū exponitur per glo. in §.non autē. inf.de perp.& tēp.Act. Vnde prætor non poterit facere hæredē in hunc modū,vt iure ciuili hæres fit,quia per legem tantū,vel similē iuris constōnem hæredes fiunt iure ciuili,sed loco hæredis erit.l.1.§.idē Pōp.ff.quod falso tut.auct. Mihi facilis,ac plana sēper visa est loci huius explanatio,si prius perpendamus intentionem Imper hoc in loco,quā hanc esse fateamur oportet. Constituere.s.differentiā inter hæredē,& bonorū possessores. Hæres.n.de iure ciuili. Bonorū possessor de iure prætorio successor dr. Differūt.n.vt spēs oppositæ,Hæres,& Bon poss.§.fi.sup.p quas pers.nob.acq. Vbi enumerant quatuor modi acquirēdi dñium per vniuersitatem nēpe, per Hæreditatē,per Bonorū possessionē, per Arrogationē, per Addictionē bonorū causa conseruandarū libertatū. Hæres aūt fit a iure ciuili. Bonorū possessor à iure Prætorio. Vnde impossibile erit,Hæredem fieri posse à Prætore.sicuti impossibile est,Bonorū possessorem fieri ab alio,quā à Prætore. Et impossibile est, vnā speciem effici alteram speciem oppositā. Quamobrem illi, quos solus vocat prætor ad hæreditatē,hæredes quidem ipso iure ciuili non fiunt. Nam prætor hæredem de iure ciuili facere non potest. Quia per legem tantum, vel similem iuris ciuilis constitutionem fiunt hæredes. Sed cum Prætor dat bon.possess.alicui, loco hæredis ille constituitur, & dicitur bonorum possessor. Vt.s.specie differat hæres, qui fit a iure ciuili,a Bonorū possessore,qui fit à iure Prætorio. Et ex his habes intelligentiā huius tex.de qua latè dd.in rub.C.qui admitti.

## Ad §.Is quoque.Quibus mod.re contr. oblig.

Obligationē indebiti prouenire ex cōtractu, satis superq. constare uñ ex §.fi. sup.tit. de oblig.& ex præsentis §. situatione,dū ponitur sub hoc tit.Quib.mod.re cont.obl.Sed hanc speciē obligationis indebiti non ex cōtractu,sed ex quasi cōtractu prouenire,apertis verbis exprimit hic Imp. & magis apertè in §.pen.inst.de oblig.quæ ex quasi cōtr. Pluribus modis conantur Doct.tollere hāc contrarietatē post glo.hic in verbo ex cōtractu. Hactenus satis mihi placuit Rayn. Corsi opin.li.1.c.31.indag.iur. Vtrumq. verissimum esse, Et quod indebiti obligatio proueniat ex cōtractu, & quod pariter proueniat ex quasi contractu,diuerso tñ respectu,factaq. diuersa personarū cōsideratione. Nā respectu personæ accipientis indebitū,obligatio indebiti prouenit ex contractu. Sed respectu personæ dantis,vel soluentis indebitū, dr̃ prouenire ex quasi contractu. Cū is qui soluēdi animo dat,magis velit negotiū distrahere,quā contrahere, vt in fine huius §. legitur. Placebat hæc distinctio ex his verbis positis,in d.§ penul. ¶ Nā, qui soluendi animo pecuniā dat, &c.] Et ex verbis primis huius literæ. ¶ Is quoq. qui non debitū accepit.] Et sic, inspecta persona accipiētis indebitū,ex contractu prouenit, vt hic: inspecta persona soluentis indebitum, ex quasi contractu descendit, vt in d.§.pen. Mouebat me quoque hoc, quod Imp.in fi.huius tex. format istā contrarietatē.s.speciem obligationis indebiti nō videri ex contractu consistere. Et nullā affert solutionē.Quasi qđ vtrūq. verū esse fateatur,diuerso tñ respectu, vt dicebat Corsus. Sed re melius ꝑpensa, hic Corsi intellectus nō placet.Qm̃ is,qui accipit indebitum, tenetur ex quasi contractu,non ex contractu, vt ipse dicebat.d.§.pen.Cuius hæc sunt verba ¶ Itē is, cui quis per errorem nō debitū soluit, quasi ex contractu debere videtur.] Nec dicat aliquis, illud verbum (videtur) denotare improprietatem. Nam respondeo, denotare proprietatem quando profertur à lege, text. apertissimus in l.4.§.is quoq.ff de act.& obl. vnde pfatus §.pen.desūptus est, q ita sonat. ¶ Is quoque,qui non debitū accepit,non pōt intelligi ex contractu obligatus esse.] Quid igitur? Dicamus,indebitū non ex contractu, sed ex quasi cōtractu,re vera,prouenire,vt ex citata.l.4.apparet, & tenuere Baldu.Mynś.& Otnot.in d.§.pen.Et vltra ipsos suadetur apprimè ex l.1.ff.de act. & obl. Vbi Caius enumerando obligationes prouenientes ex contractu, omnes illas connumerat quę hoc titulo a Triboniano recensentur,præter Indebitum. Et ab eodem Caio ponitur Indebitum in d.l.4.§. is.quoq.inter obligationes

ex quasi

ex quasi contractu descendentes. Dices tu. Quare igitur Indebitum hic ponitur inter reales contractus? Respondeo. Non quod sit verè contractus, vt probaui: sed qui habet in debitum magnam conformitatem cū mutuo. Hinc legitur in d.l.4. ¶ Is quoque, q. non debitum accepit, obligatur soluentibus quasi ex mutui datione.) Vnde ad eius mutui similitudinem datur pro indebito repetendo Condictio Nec oritur obligatio, nisi res, id est solutio Indebiti, actualiter interuenia.

## Ad §. Præterea. De Inutilib. stipul.

Magna est contrarietas præsentis §. cum l.1.§ si stipulanti. ff. de verb. oblig. Decidiuntur hic, Inutilem esse stipulationem, si stipuletur quis decem aureos, ille verò quinque pro mittat. Cuius contrarium asserit Vlp. in d.l. 1. scilicet, contrahi obligationem in decem, si stipulanti viginti, quis decem promittat. Recepta est frequentius hæc solutio: Stipulationem illam non valere in totum, seu in tota summa petita; valere tamen in ea parte, in qua consenserє, vt placuit Vlpiano. Et hoc est quod voluit gl. ista hic, dum dicit. ¶ Si verò in quantitate, in eo quod consonat valet, siue detrahat, siue adijciat, &c.) Ista solutio neque congruit verbis huius e literæ, neque ratione fundatur. Siquidem nō inest in hac stipulatione cōsensus vtriusque. Nā qui decē petit, non eo semper animo est, vt velit quinque tantum accipere, cum ea decem, quæ illi opus erant, ab vno, eodemque solida accipere, non a diuersis velit. Et qui stipulanti 10. offert 15. non vult plerumque minus dare: Vnde neque in minori summa consentiunt Accedat, quia vnius summæ vna est stipulatio: Vnde diuersa est omnino illa, qua decē petuntur, ab ea qua quinque promittūtur; licet in rebus aliud sit: cum tot sint stipulationes, quot res. l.1. §. sed si mihi Pāphilū. ff. de verb. obl. Conatur hunc nodū aliter soluere Vacon. decl.71. qui licet diuersis verbis multa proferat: ipsius tñ solutio in idē reincidit cum cōi. Quapropter hanc difficultatem dirimendam puto cum F. Con lib.9. c.1. num. 7. Vt si stipulanti decem quinque promittā, sit re ipsa inutilis stipulatio: vt hic edocet Iustin. cum responsio non congruat interrogationi. At in iudicijs sequenda est Vlpiani sententia: vt in quinque valeat obligatio. Et ratio est: quia petitor non decem solum, sed octo, quinque, aut quamlibet aliam illius summæ partem se stipulatum esse affirmabit: cum in maiori summa minor insit d.§. si stipulanti. Et hoc videtur de mente Pauli in l. inter stipulantem. 83. ff. de verbor. obligat. ¶ Si Stichum stipulatus de alio sentiam, tu de alio: nihil actum erit. Quod & in iudicijs Aristo existimauit. Sed h c magis est, vt is petitus videatur, de quo actor senserit.) Subdit postea. ¶ Alioquin semper negabit reus se consensisse.] Vnde actori potius credendum esse ait. De hoc agunt quoque Covras, num.3. Ferret. num 4. Alb. Bolog. in rub. ff. de verb. oblig. c.3 t. nu.6. ad quos in d.l.1. §. si stipulanti. volentes remitto.

## Ad §. Item per liberos. Per quas perso. nob. ob acq.

Multis obducta tenebris videtur huius §. Antinomia, cum l. per seruum. 14 ff. de vsu & habit. Etenim hic legitur, Per seruum, in quo vsumfructum, vel vsum habemus, nobis acquiri ex duabus istis caussis: si quid ex operis suis, vel ex re nostra acquirat. Quod sanè verum est in seruo, in quo habemus vsumfructum, sed falsum est quo ad seruū in quo habemus vsum, quia tantummodo ex re nostra nobis acquirit. d.l. per seruum. ¶ Per seruū vsuarium si stipuler, vel per traditionem accipiam, an acquiram quæritur, si ex re mea, vel ex operis eius. Et siquidem ex operis eius non valebit, quia nec locare eius operas possumus.) Hac de causa f. ita est glossa hic in verbo vsumfructū. Et ibi in verbo non valebit. Quidam dicunt, Vlpiani dictum corrigi per hunc §. Quod non pl. cēcum legum correctio in dubio euitanda sit iuribus vulg. tribus.

Secundo volebat Ioan. illud verbum (ex duabus) referri ad solum vsumfructum, seu ad seruum in quo habemus vsumfructum. Sed huic expositioni obstat regula; Vnum verbum respiciens plura determinabilia, &c. l. si legatarius. § fin. ff. de leg.3. Tertia solutio est, in emendatis Codicibus non legi illud verbum (vel vsum) quod si fateamur, cessabit omnis difficultas. Et cum hac solutione videtur persuasisse hic Accur. Sed cum in omnibus emendatis codicibus verbum illud reperiatur, & præcipuè in Pis. & Florent. Pandectis, nec nō in Instit. Theoph. admitti hæc solutio non debet. Quamobrem quarta est solutio glossæ in d.l. per seruum. Tribus modis quærere seruum ex opera. Primo, si locet eas alteri. Et hoc modo nō quæritur, si domino vsuario. sed domino vsufructuario. d.l. per seruum. Secundo, operando in re vsuarij, Et tunc et acquirit. §. item is. supra de vsu & habit. Tertio operādo in re alterius, quam vsuarius expediendam conduxit; Et poterit ad hæc vsuarius vti opera serui, in quo hēt vsum. l. plenū. 12 §. fi. ff. de vsu & habit. Vbi redditur hæc rō. ¶ Sibi enim facere videbitur, qui non operas eius locabit, sed opus qđ cōduxit expediens.] igitur vsuarius lucrabitur ex operis serui ex duab. istis caussis: si seruus operetur in re vsuarij: vel in re alterius, quam vsuarius expediendam cōduxit: Nō autem lucrabitur vsuarius ex operis serui; eas alteri locando. Cum itaque in hoc vna duntaxat casu vsuarius nō lucretur ex operis serui, vt dixi; lucret' verò in alijs duobus casibus, defensari apprimè poterit Tribonianι loquutio Reddit hoc clarissimū d.l. per seruū. ibi. ¶ Quia nec locare eius operas possumus.] Loquens de seruo vsuario.

Ad

## Ad §. 1. De vi bonorum rapt.

Non bene videtur hic loquutus Tribonian. in his verbis. ¶ Siue comprehendatur raptor in ipſo delicto, ſiue non.) Raptor enim ſemper præſens eſt; cum rapere ſit, vi de manu eripere. l. 4. ff. ne quis eum. Quomodo igitur raptor non poteſt non deprehendi? Non inſiſtam circa ſolutionem gloſſæ hic, quæ an bona ſit quilibet iudicet. Ego ſic ſoluerem. Comprehendere, ſiue Deprehendere, idem eſſe quod teſtibus præſentibus arguere, conuincere, teſtificari; vt ex humanioribus comprobarunt hic latè moderni Vltramontani. Vel dic, iſta verba poſſe exemplificari in occupante per vim rem immobilem; vt in ſequenti textu, & in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. Atque in rapiente de domo, in qua nemo erat. l. ſi quis ex domo. 54. ff. de furt. Vnde non facit vim Tribon. in verbo RAPERE, ſed in verbo Comprehendi. Siquidem eſt etiam raptor, qui de domo rapit, vt dixi. Et circa §. fin. eiuſdem tit. Satis obſcura videntur illa verba.

¶ Non vt dominium accipiat, ſed illud ſolum, quod ex bonis eius &c.] Quæ reſcripta ſunt ex l. 2. §. in hac ff. vi bon. raptor. Id autem ſibi volunt: Vt ſi alicuius intereſſit rem non fuiſſe ſubreptam, hoc caſu ille non agat ad quadruplum ipſius rei per vim ſubtractæ, ſed ad quadruplum intereſſe ipſius. Exemplum Scyphum valoris 100. oppignoraui tibi pro 20. Titius rapuit; Per hanc actionem vi bonorum raptorum non conſequeris 400. ſed ſolum 80. Nam 20. aurei hoc caſu duplicantur, & non 100.

## Ad §. Aeque. De actionibus.

In hoc volumine Inſtit. nullus difficilior textus eſt iſto, quem decreui pro viribus exactè explicare. Ipſius tamen difficultas duobus in locis poſita eſt. Prior circa intelligentiam iſtorum verborum. ¶ Veluti ſi quis agat ius ſibi eſſe altius ædes ſuas tollendi.] Altera verò ibi. ¶ Sanè vno caſu qui poſſidet, nihilominus is actoris partes obtinet.]

Circa primum quærunt interpretes, quomodo exemplificari debeant illa verba.

¶ Veluti ſi quis agat.) Cum nemo qui poſſidet agat, vt dicitur in hoc textu, & liceat cuique ſupra ſuũ imponere vſque ad cęlũ. l. altius. C. de ſeruit. & aqua, etiam ſi tollendo obſcuret vicini ædes, quibus non ſeruiat, l. cum eo. 8. ff. de ſeruit. vrb. præd. Gloſſa in verbo tollendi. Primo loco putabat hic poni exemplum actionis. Negatoriæ, verbis tamen affirmatiuis. Sed hoc dictum reijcit ex pluribus Præpoſ. Senen. caſu. 7. q. 1. Nec non Donellus ad hũc §. nu. 14. Atq; iſtius opinionis confutatio parere videtur ex verſiculo.

¶ Contra quoq.) Vbi de Negatoria, & de eius exemplo agitur. Ergo dum hic tractatur de Confeſſoria, eiuſdem actionis Confeſſoriæ ponuntur exempla. Scimus quoque veteres vocare Confeſſoriã, non quæ confeſſoria eſt de libertate, ſed quæ confeſſoria eſt de ſeruitute, q̃ deberi ſibi confitetur quis. Sicuti Negatoriã, non quæ eſt Negatoria de libertate, ſed quæ Negatoria eſt de ſeruitute, quam negat. l. 2. ff. ſi ſeruit. vend. Etenim res ſua nemini ſeruit. l. in re cõi. 25. ff. de ſeruit. vrban. præd. Dicebat ſecundo loco eadem gloſſa. Hic poni exempium in Confeſſoria; nempè ſi talem mihi debeas ſeruitutem, vt altius te neas ædificatum. l. ſi deberem. 16. §. interdũ. & l. eum debere 32. ff. de ſeruit. vrb. præd. Et hanc intelligentiam ſequutus eſt hic Iaſon. Sed hoc repugnat verbis literæ huius quę de ædibus ſuis proprijs loquitur, non autem de vicini ædibus. Et interpretari illud verbum (ſuas). i. vicini. vt fecit Iaſon, & ſequuti ſunt quidam alij eſt dextruere tex. & redarguere Tribonianum quod neſcierit loqui.

Tertio loco Præpoſ. Senen. vbi ſupra confutato exemplo Partcen. & reiecto exemplo Fabri. ſubdit, Doctores hucuſque nõ intellexiſſe hunc textum. Atque hunc ponit intellectum, Vt procedat quando inter meã, & vicini mei domum, erat paries intermedius illius vicini: Et cum non poſſem altius ædes meas tollere, niſi ædificando ſupra parietẽ illius vicini; agam contra vicinum, mihi ius eſſe altius ædes meas tollendi. ædificando ſupra parietem vicini; & ſic erit Confeſſoria. Verùm iſte intellectus repugnat literæ, quæ non de muro, ſeu de vicini ædibus; ſed tantum de ſuis ædibus altius tollendis loquitur, non ſupra murum vicini. Etenim exemplum iſtud Præpoſiti potius verificari poterit in illis alijs verbis huius §.

¶ Vel immittendi tignum in vicini ædes.] ſuper quibus nulla eſt dubitatio. Quarto Coraſ. lib. 3. Miſcell. cap. 24. præter omnes alios Interpretes, quos omnes in errore, & luto iacere putat, ſic fore exemplificandam hãc lineam ait. Nam cuique licitum eſt ſupra ſuum imponere vſque ad cœlum. d. l. altius, etiam vicini lumina obſcurando d. l. cũ eo. Quatuor caſibus exceptis. Primus in area, in qua frumẽta conteruntur. l. ſi. §. ſi. C. de ſeruitutibus, & aqua. Alter ſi fiat ad æmulationem. l. opus nouum. 3. ff. de oper. publ. æmulatio autem non præſumitur, ſed in arbitrio iudicis perſiſtit. latè Menoch. de arbit. iud. caſu. 156. Tertius caſus in ædibus legatis obſcurandis. l. binas. 9. ff. de ſeruit. vrban. præd. Quartus ſi præſtitutus modus in ædificijs excedatur. l. 1. C. de ædif. priu. Modo inquit Coras. finge aliquem à vicino quæſiuiſſe facultatem, vt ſibi liceat aliquo caſu ad libitum ſuum ædes tollere: ſi iſte, qui ſeruitutem ſibi quæſiuit, tollere velit, & prohibeat alter, intẽtabit actionem Confeſſoriam, qua dicet, ius ſibi eſſe altius ædes ſuas tollere: Non quod res ſua ſibi ſeruiat, ſed vt ſeruitute impoſita vtatur. Et hãc opinionẽ ſequuti ſunt hoc in loco Myn. nu. 13

& Oinot.in fine. Sed aduersus hunc intellectum obstat vulgaris illa regula. Pacto priuatorum iuri publico non derogatur. l. ius publicum.39. ff.de pact.cap si diligenti. de foro comp. sed in isto casu derogaretur iuri publico per pactum priuatorum, merito. Donellus hic nu.12.restringit istum intellectum ad casum, in quo forma legis municipalis, ita constituta esset, Vt non liceat altius ædificare inuitis vicinis. Nam si seruitus vicino constituatur, mox prohibeat ædificantem, aget ille, ius sibi esse altius ædes suas tollendi. Neque obstabit id quod dicebatur de l. ius publicum. ff.de pact. Cum id solu vendicet sibi locum, vbi lege cautum præcisè esset, ne quis supra eam altitudinem ædificaret; vel propter incendia, vel propter ruinas ædificiorum; & sic propter publicam vtilitatem, ob quam constituta videtur. d.l.1. C. de ædif.priu. Sed cogitasse Imperatorem de hoc casu legis municipalis, admittam sine rubore? Opinor itaque hâc literam planam reddere ex Aphr. in l.si prius t 5. ff. de oper. nou.nūc. Vbi deciditur, quod si priusquam vicinus tuus ædificaret, ageres ius sibi non esse, altius ædes suas tollere; nec ab eo res ipsa defenderetur; cum facile posset, tutus iuris præsumptione, qua quælibet domus libera præsumitur. d.l.altius. etiam si ille vicinus in possessione fuerit, non prius ædificabit, quam vltro agat, ius sibi esse, inuito aduersario, altius ædes suas tollere. Vnde reo existente contumace, in pœnam contumaciæ tota conuertitur, & ob id contumax de reo efficitur petitor; adeo vt si postea eum, qui antea egerat, repellere velit, actionem cōtra eum instituere, & libertatem quam asserit probare teneatur; scilicet, quod nulla plus iuris præsumptione adiuuetur. Probabit autem id, quod in hoc.§.habetur; Ius sibi esse altius ædes suas tollendi. Atque hęc longè melior est interpretatio, quam illa Bernardini Valtherij in Miscellaneis, quā commendauit Brosseus in notis ad Accursium. Alteram explicemus difficultatem huius §. i illis verbis.¶ Sanè vno casu,&c.] Etenim, quinam sit iste casus, non satis constare videtur apud interpretes. Glossa in verbo vno casu.exemplificat dupliciter. Primo in duplicibus iudicijs, nempè familiæ ercisc. Cōmuni diuidun. Finiū regun. In quibus vterque actor, & reus est. l.in tribus,t 3. ff.de iudic.§.quedam.inf. eod. Impugnatur tamen hoc a Petro Perticense, Fabro, Angel.& alijs; cum de vno tantum casu loquatur hic Imperat. isti verò tres sint. Aliud exemplum Accursij est, in qualibet exceptione proponenda. Nam in exceptionibus reus fungitur parte actoris.l.1. ff.de except. Sed neque hoc exemplum quadrare ad præsentem locum putant dd. Quia non vnus, sed supra centum casus essent. Tertio loco Bellapert quē Faber, Aret.Iason, & alij gregatim sequuntur, ponebat exemplum in reo, qui sua sponte suscepit onus probandi rem ab actore petitam suimet esse, & non actoris,l.circa. ff.de probatio. Sed re diligenter perpensa totum hoc dici probabiliter, & in specie magis, quàm verè, edocet Donellus numero 31 & c. Demonstrans, eandem in hoc casu probandi necessitatem esse quę in superioribus, de quibus in hacmet litera, cum intendat id quod est in exceptione. Quarto loco Coras.3.Miscel.cap 23. quem Mynsinger. in fine huius §. & Menoch. in 3. remedio Retinen. numero 26. Intelligebat hunc casum esse in interdicto. Vti possidetis; in quo sustinet vices actoris ille, qui possidet.l.1.§ interdictum. ff.vti possid. Sed non plene satisfacit: quia idem dicendum esset in interdicto Vtrobi. Vnde non esset vnus casus, vt hic legitur. Quinto A.Gouean. lib.1.cap. 41. putat hunc casum esse illum, qui ponitur in l.& si for è. §. sciendum. ff si seru. vendi. Sed istud torquere fuisset, non docere: cum dicat. in Pandect. libris 50. casum hunc latere. Præterea non ille solus casus est, vt vidimus. Accedat insuper d.§.sciendum, loqui de seruitutibus, & sic de rebus incorporalibus: at Imper. a vers. Quod genus, huc vsque, loquitur de rebus corporalibus. Sexto quidam sic legit. ¶ Sanè illo casu ] Vt superiorem casum significaret Tribon. quo rerū incorporaliū nomine, actio negatoria conceditur. Nam illo sanè casu, is qui possidet actoris partes subire cogitur; probareq; aduersarium, ius aliquod seruitutis non habere.l.vti frui.5.§ si. ff.si vsusf.pet. Non placet propter subsequentia verba. ¶ Sicuti in latioribus Digestorū libris. ] Ad quos vix necessaria fuisset relatio, si tantum de illo superiore casu Iust.intelligeret. Igitur cum Balduino & Donel.nu.35. dicendum arbitror, hunc textum mendosum esse, atque ita fore restituendum. ¶ Et sanè non vno casu.] Atq; ita legendo cessabunt tot, tantęque interpretum altercationes: Et quilibet eorum casus veritati consonus erit. Scio Contium hanc emendationem non admittere, sed nihil mi hi honorificentius contingere posse existimo, quàm cum grauissimis ijs viris sentire, vt omnis difficultas horum verborum tollatur.

## Ad §. Item si quis in fraudem. De Act.

Quod receptum est ab interpretibus vno ore circa sensum huius § defendi aliquo pacto non potest; nempè hic constitui actionē Paulianā, seu Fauianam: licet istæ actiones non nihil commune habeant cū casu actionis eius, quę hoc in loco declaratur. Sed fatendum est hic agi de actione in rē de Prætorio pignore; iuxta l.fin.C.de præt. pign. & l. non est mirū.26. ff.de pign.act. quāuis totus orbis clamet contrarium. Quod adeo clarè per Donel. huius sententię authorem comprobatur, vt superfluum sit, vel eius fundamenta,

menta, & rationes recensere; vel aliquid excogitare quod a me illis addi possit. Mouët me tamen præcipuè illa duo per Donellum adducta. Primum, quod cum Pauliana, & Fauiana sit actio personalis Prætoria. l. 1. §. hæc actio. ff. si quid in fraud. pat. l. ait prætor. §. fina. ff. quæ in fraud. credit. collocari nequaquam debuisset ab Imperatore inter reales Prætorias, de quibus agitur a §. sed istæ. vsque ad §. in personam. Alterum est, quia dicendo hic agi de actione in rem de prætorio pignore, inspiciemus ordinem, paratumque aditum ad subsequentem. §. item Seruiana. Siquidem cadens a detentione pignoris Pretorij, eam recuperat per hypothecariam d. l. fin. C. de præt. pign. Adde tertiam rationem, quia si Imperator ageret de Pauliana, seu Fauiana, vtiq; eius nomen expressisset apertis verbis, sicuti factū inuenimus in quolibet §. huius tituli. Opitulantur quoque verba illa posita in hoc §. ¶ Bonis eius a creditoribus possessis.] Ex primo scilicet decreto intelligenda iuxta l. Misso. 12. ff. pro emp ore l pignoris. ff & C. de pignor. Cetera cum Donello.

## Ad §. 1. De his per quos agere poss.

Iuuenibus satis inuoluta videtur constructio horum verborum. ¶ Quique in eorum, cuius tutela essent.] Sensus est. Lege Hostilia prouisum fuerat, furti agere eorum nomine qui apud hostes essent, aut causa Reipublicæ abessent. Eorum quoque pupillorum nomine, quorū tutores vel Reipublicæ causa erant absentes, vel apud hostes. Ita glossa in verbo, cuius tutela, quam Balduin. Mynsf. & alij. Sed constructio erit ista Lege Hostilia permissum erat, furti agere eorum nomine, qui apud hostes essent, aut Reipublicæ causa abessent, quive in tutela alicuius eorū essent. Et si quæras. Cur lege Hostilia de solo furto cautum sit; cum in alijs quoque fautorem mereantur qui causa Reipublicæ absunt, vel qui pro patria capti sunt? Respondeo. id ex eo factum fuisse: quia absentibus non tam facile homines ceteras iniurias inferre solent.

## Ad §. Hæc exempli. De exception.

Colligitur ex finalibus verbis huius literæ. Exceptionum alias ex legibus, iisve, quæ legum vicem obtinent; alias ex edicto Prætoris institutas fuisse. Quod satis obscurum est, vt lex vlla exceptionem instituerit. Negotium enim aut valere omnino. aut pro nih lo habert lex iubet. Quamobrē videndum, vtrum leges dixerit pro constitutionibus, ex quibus non numeratæ pecuniæ nascitur exceptio. An potius exceptiones ex legibus eas appellet, quas Prætor quidem ipse instituit & quarum formulas concepit; sed ex legum, aut constitutionum, aut Senatusconsultorū vi, ac præscripto delibatas. Omnes enim exceptiones ex prætoris beneficio pendent, vt non obscurè demonstrant hoc in loco Moderni. Ad quod inspice totam l. iuris gentium. 7. ff. de pact. & præcipuè § Prętor ait. Vel adde, & dic verius; ex legib. quoque, ex Senatusconsultis, & ex Principum placitis, quæ legis vicem obtinent, prouenire exceptiones. Et pone in singulis exempla. Ex legibus; vt exceptio declinatoria fori; vel vt inquit glossa hic; ne quis côueniatur, nisi coram suo iudice. l. fin. C. de except. Ex Senatusconsultis; Cuiusmodi sunt exceptiones Velleiani, & Macedoniani. Ex Principum placitis; qualis est exceptio diuisionis inter plures fideiussores ex Adriani constitutione. §. si plures. sup. de fideiuss. Et inter plures reos debendi ex Nouella Iustiniani in Authent. de duobus reis. collat. 7.

## Ad §. Hodie de Exception.

Hodie multiplicandas esse inducias aduersus actorem petentem plus tempore, deciditur in hoc §. Sed quod tēpus duplicari debeat quando agitur post transactam aliquā temporis partem, discuti solet. Exemplum. Per stipulationem promisi dare Titio centum, transacto demum quinquennio. Titius biennio tantum elapso agit aduersus me. Ego ante litis contestationem proposui hâc temporalem exceptionem pacti conuenti. Debet ne Titius cōdemnari, vt expectet adhuc sexennium, vel Decennium? Magis cōmunis opinio est, totum quinquennium fore duplicandum; vt per Doctores in §. sed hæc quidem. sup de action. Pro qua facit noster text. ibi. ¶ Vt & inducias, quas ipse actor sponte indulserit, &c.] Non desunt tamen qui putant, tempus quod contempsit dumtaxat fore duplicandum. Cui sententiæ astipulatur hic Theophilus in suis institut. sequuntur Balduin. & Mynsf. nu. 3. pro qua videtur textus in l. aut damnum. §. §. quis. ff. de pœn.

FINIS.

+ motto M. Ag.

Si adscrive capiti o Carissimi
Lectores quis huius Celli
lis Instituti Dominus est
infra Legite, et sic pro
certo habetis

Qui rapidis manibus librū
furabitur istū

Accipiet furcas premia
digna sibi

Se questo bello libro volete
il nome del padrone di questo
Legga Lucretio de sua cantoni
Qui trouarete Horte di Peticon

